RVTILII BENZONII ROMANI,

Episcopi Lauretani, & Recanatensis.

SPECVLVM EPISCOPORVM, & Curatorum.

In quo de Fuga in Peste, Fame, & Bello, per tres Libros doctissimè disseritur.

Explicatur in eo exactissimè, quid Episcopi, Curati, Religiosi, cęteraéq; personæ Ecclesiasticæ eo tempore agere teneantur; ad quid item Reges, Principes, Magistratus, & Laicæ Potestates, necnon Medici, tunc obligentur.

Accuratè quoque ibidem, De Ecclesia, De Miraculis, De Sacræ Lauretanæ ædis Angelica transuectione, De flagellis Dei, De eleemosynarum largitione ab Episcopis, & Clericis necessariò impendenda; De Hæretico in Regem non recipiendo, Deq; alijs scitu dignissimis, pertractantur.

Adiecti sunt quinq; Indices: Vnus Quæstionum. Alter generalis rerum, & materiarum. Tertius eorũ quæ pertinent ad vsum Concionatorũ. Quartus locorum sacræ scripturæ. Quintus Auctorum qui in opere citantur.

Nec in fuga properabitis. Isa. 52.



VENETIIS, M D X C V.

Apud Minimam Societatem.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO DOMINO CLEMENTI VIII. PONTIFICI MAXIMO.

RVTILIVS BENZONIVS Episcopus Lauretanus.

MIRANDAM *Memnonis statuam prisca vetustas habuit (Pater Beatissime) & suis scriptis posteritati tradidit prodigiosam. Hæc enim & si marmorea esset, & scalptorio tantùm ornata lumine; lucidissimis tamen solis radijs exposita non modò voces emittebat; sed sic planè, & distinctè loquebatur, vt humanus ei spi-*

ritus cœlitus allapsus, & immissus uideretur. Quod & si fabulosè traditum crediderimus, non modica tamen hoc nobis ænigmate declararunt, & sub fictionis cortice veritatis medullam operuerunt. Neq; aliud sanè nobis hac statua prisca vetustas, quàm Summorum Principum fauorem erga paruulos homines voluit denotare. Hi enim cùm ingenij acumine, naturæ dotibus, clarisq; muneribus destituantur, fit, vt instar Memnonis statuæ algentes, pressis labijs obmutescant, ni Principum fauore clari, ad maiores pulueres euehantur. Quod cùm mecum ipse volutarem, meumq; pariter exiguum opus aspicerem, efficere haud sanè potui, quin eadem mihi contigisse existimarem. Verebar enim, Pater Beatissime, ne statua operis mei, tenui doctrinæ scalpello dolata, sic data prælo, obmutesceret, ut omnium oculi irridentes, obuersis palpebris declinarent. Quod in causa fuit, vt ipsam celso tuo nomini, ac numini ista pagella dicarem. Vt sicuti superioribus olim annis,

dum in alma Domana Petri Basilica Theologicis cùm essem muneribus implicatus, dumq; adumbraretur, tuis beneuolentiæ, & amoris continuis nouit irradiari fulgoribus, nunc magis, magisq;, cùm te inter alios (Dei ope) ad Summum Pontificatus apicem assumptum videat, sanctitatis tuæ splendidissimis luminibus splendeat, & refulgeat. Sic sanè loquetur statua, & propositis quæstionibus, quæ maxima, vel saltem non leuia dictu erant, fausto ore nunciabit. Neq; enim vllum alium te maiorem reperi, Pater Beatissimè, nec toto orbe celsiorem. Pullum igitur hunc tenuem, filium, & seruum tuum, à sibillantium serpentum morsibus libera, & patrocinij tui humeris impositum (aquilino more) prouoca ad uolandum. Paruum quidem ingenij mei uolatum agnosco; sed fausto sydere dabit Dominus, vt sub vmbra alarum tuarum in arduis ponat nidum suum; & inde scientificam contemplatus escam, præceps magno conatu descendens, toto eam tibi pecto-

re offerat. Accipe itaq;, Beatissime Pater, munusculum hoc qualecumq; sit, curuo tibi poplite dicatum (Deo volente etsi vixero) sexingentesimo futuro anno, quod nunc mente præconcipio, & molior munus de Iubileo, de eius origine, gratiis, & merito operum fidelium, dum Aetherei clauiger sanctam ianuam aperueris, munus maius accipies. Nunc interim venationem hanc paruulam accipe; quam debili arcu meo, & fragili sagitta mentis humilis tuus iste Iacob in Theologica Sylua confodit: surge, & comede, & benedicat mihi anima tua. Interim ad Domini pascendum Gregem, longa tibi vitæ fila (Deo duce) Parcæ protendant; & Clementem clementer in Summa Petri sede ad Nestoris Annos præseruent. Vale.

AVCTOR OPERIS PIO LECTORI.

SVPERIORIBVS annis (lector candidiſſimè) dum in Alma Vaticana Petri Baſilica Theolgicis lectionibus publice pro munere legendis, & grauiſsimis quæſtionibus enucleandis remorarer, ne deſidi otio indulgerem, diſputationes haſce vnà cum queſtionibus, tenui doctrinę penniculo obumbraueram, & media incude, primis malleationibus percuſſum opus, nondum comptum, nec vltima paruula mordaci lima politum reliqueram. Non quidem præſcius futurorum malorum, vtque iniquitatem aliquam, dolendumque omen Populis nunciarem, niſi quia pulchrum tractatu videbatur, ſi quæ uel nihil plenè, vel leuiter à Doctoribus ſcripta erant, multis hinc inde collectis floſculis, in ſeriem redigerentur; & multa nouiter, publico populorum beneficio ſcriberentur: quæ non minorem tibi animę utilitatem, quàm ſummam lætitiam, & iucunditatem

ob uaria scitu digna, quæ passim in opere tanguntur, afferrent. Sed quiescebat opus, & inclinato capite, inter mea multa alia nondum polita scripta dormiebat. Veruntamen (mæsta ploret Italia) superioribus proximis annis, eleuauit *Dominus brachium fortitudinis, indignationisq; suæ contra nos; & adhuc manus eius extenta. Ab Aquilone enim pansum est omne malum;* ferusq; Aepidemię morbus in Populos nostros grassatus est. Adduxit Dominus ventum vrentem, ad instar Ionæ, & non unicam modò hęderam (hoc est personam) in singulis Populis exsiccauit (fuisset enim minus malum) sed proh dolor, omnes ferè paternæ, maternæ, natales, dominicæ, seruilesque hædere, sęuo, & pestifero Aquilonis vento exsiccatæ sunt. Nec vlla ferè domus fuit (vt Aegyptijs accidit) quæ suos caros domesticos, operta męrore, & lugubri induta veste non deploraret. Percussit eos Dominus, & qui olim morbus quiescebat, & sopitè dormire videbatur, Dei iam furore actus, propter scelera nostra euigilauit, & miserandum in modum arescentes, viridesq; humanas segetes, æqua falce, & nul-

lo discrimine messuit. Hoc autem in causa fuit, vt sopitum nostrum etiam opus à somo surgeret, & inter alios fratres æneis incudibus cussum, vltima lima poliretur. Pergit itaq; paruulum, & primogenitum prælo mandandorum suorum fratrum, ad tuas vlnas deuenit. Cui si te blandiri cognouero, maioribus elucubrationibus insudabo, vt multos alios pręconceptos fætus, dulciter tibi mens mea ista tenuis pariat. Interim, primos hos fructus degusta, & Vale.



ANTONII IOANNIS NVADO, SARDI CALLARITANI,

Philosophiæ, ac Sacræ Theologiæ Doctoris.

AD LAVRETANAM DEIPARAM VIRGINEM.

Epigramma:

LAVREA Virgo parens, poterit num gesta referre
Quis tua? Quis lingua soluere tanta dabit?
Hoc poterit nullus. Nam conscia mens tremit omnis,
Factum factorem, quod pia Virgo paris.
Filia namq; Patrem gignis, porrò vbere pascis:
Suscipis in sponsum parua puella Patrem.
Ergo Patrem gignis, materq; Patrisq; vocaris,
Diceris & sponsa, filia, luxq́; Patris.
Indus habet gemmas, mare candida glomera roris,
Terra tenet flores, lilia pulcra, rosas.
Tu tamen & gemmas superas, & glomera roris,
ac graciles flores, lilia & alba, rosas.

Eiusdem

AD EANDEM DEIPARAM VIRGINEM.

Epigramma.

QVIS valet eximias mortalis dicere laudes
Quas celebres Virgo candida sola meres?
Nam tuus optatum venter talem attulit almus
Fructum, vt depressis omne leuarit onus.
Præterea adiutrix hominum, quàm feruida templis
Appositæ effigies sunt monimenta tuis?
Quapropter nequeo magnas si dicere laudes;
tu tamen haud cesses rebus adesse meis.

Eiusdem

DE LAVDIBVS AVCTORIS CARMINA.

SI pulcrum est humilem Patriam illustrare, Parentes,
Et virtute suam nobilitare domum;
Quo dignum magis est deductum ab origine summa
Esse, genusq; suum nobilitare magis:
Gloria maior vt hæc, sic hæc magis ardua res est,
Et labor, & pœna est perficere illud opus.
Nobilis hic Sobole & Patria est, hic inclita proles
BENZONVM, Patriam, clarificansq; suos.
Nec Patriam, & sobolem solùm illustrauit, at ille
Ausoniam erexit, purpureamq; togam.
Ergo BENZONIO Roma erigat alta triumphos,
Gaudeat & tantum progenuisse virum.
Qui non humana solùm versatus in arte est;
Sacræ Theologiæ ast dogmata cuncta tenet.
Sed mea musa tacet; nam nunc præcepit Apollo,
Vt tuba BENZONII grandia facta sonet.



Eiuſdem

AD AVCTORIS INSIGNIA, EPIGRAMMA.

QVID mea Muſa canis ſuras euincta cothurno,
Parnaſsi à dulci culmine miſſa? CANEM.
Ipſa CANEM cantas? Canto. Quem? Quem colit orbis.
Orbis habet quidnam, quod colat ipſe? CANEM.
Crede: canas Dominũ tantùm. Dominũq; CANEMQ;,
Ipſa canam; eſt fidus nam pius iſte CANIS.
Hic CANIS, eſt fidus, FIDI PASTORIS amator,
Circuit, & noctis perfugat iſte lupos.
Hoc, gannoſa fugit vulpes, cuſtode relicto,
Hoc tremit à ſtratu beſtia quæq; ſuo.
Ergo CANIS, quicunq; canit, te cantat in orbe,
Seq; canet magnum, dum canet ipſe CANEM.

INDEX DISPVTATIONVM, ET QVAESTIONVM, QVAE IN SINGVLIS LIBRIS huius operis continentur.

Placuit in principio operis, præcipuarum quæstionum, & insignium tractationum quæ in eo continentur, compendiosum indicem apponere, vt qui volumen contemplatus fastidit, summatim omnia videns, lætetur, & ad videnda, ac perlegenda cætera, inflammetur.

In primo libro, duæ tractantur disputationes.

PRIMA DISPVTATIO.

De ministerijs ab Episcopo, & Clericis exsoluendis erga viuentes tempore pestis, quæ nouem quæstiones continet.

QVAESTIO PRIMA.

An habentes curam animarum, teneantur sacramenta ministrare laborantibus Epidemiæ morbo?

In hac quæstione octo difficultates tanguntur.

Prima est. An possint Episcopi, & Curati, in casu pestis à loco beneficij abesse?

Secunda. An etiam Canonici quibus non imminet cura animarum?

Tertia. Supposito quòd Curati teneantur non abesse, num infectis debeant actu ministrare Sacramenta, & quomodo?

Quarta. Ad quid, & quando teneantur Sacerdotes non curati?

Quinta. An Religiosi teneantur obedire Prælatis præcipientibus, vt ministrent spiritualia infectis?

Sexta. Qui religiosi ex vi sui instituti, obligentur in subsidium etiã

sæcu-

In hac quæstione prima, tres Doct. sententiæ ponuntur, & duodecim Conclusiones.

Prima conclusio. In extrema necessitate spirituali posito, tenetur vnusquisque Christianus, si potest etiam cum euidenti vitæ periculo, succurrere si potest iuuare.

Secunda conclusio. In graui necessitate spirituali posito, non tenetur vnusquisque succurrere cum vitæ periculo.

Tertia conclusio. Canonici quibus non incumbit animarum cura, à loco benefitij pestifero possunt abesse.

Quarta conclusio. Pastores animarum, vt Episcopi, Curati, & Vicarij perpetui, & vniuersaliter obligati populo ex officio ad sacramenta ministranda, tenentur sub pæna peccati mortalis, non fugere à loco beneficij pestifero: relicto autem Vicario perpetuo possunt sine scrupulo abesse.

Quinta conclusio. Absolutè loquendo, Curati non tenentur cum periculo suæ vitæ, infectis ministrare Sacramentum Viatici, & Confessionis, nisi in casu.

Sexta conclusio. Curatus tenetur emere, & sibi præparare anthidota præseruatiua, & remedia quæ à Pharmacopolis conficiuntur ad euitandam infectionem, seu communionem pestis, & ijs tenetur vti, quibus habitis, tenetur ministrare actualiter infectis tria sacramenta, Confessionis, Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis, vel certè saltem pænitentiæ sacramentum.

Septima. Coadiutor, recedente Episcopo cui est adiutor, tenetur non fugere, sed remanendo, ea omninò administrare, quæ proprius Episcopus obligatur facere.

Octaua conclusio. Religiosi qui vitæ contemplatiuæ incumbunt, quique pro obiecto non habent opera misericordiæ corporalia, aut spiritualia erga populos exercere, vt Carthusiani, & Camaldulēses, possunt fugere à loco pestis, nec tenentur laicis infectis ex-

tra

tra monasterium degentibus in spiritualibus subuenire, nisi in casu primæ conclusionis.

Nona conclusio. Religiosi qui particulari voto se astrinxerunt ad ministrandum infirmis tempore pestis, debent ex Iustitia, & non solũ ex debito charitatis, non fugere, sed infectis ministrare.

Decima conclusio. Religiosi, seu regulares qui vitæ actiuæ incumbunt, & populis Christianis, seu Ecclesia Dei, & Episcopis profitentur se ad salutem animarum coadiutores, quando arbitrio Episcopi, vel euidẽtia facti, Parochi nõ supplent, nec satis numero sunt ad ministrandum infectis, tenentur sub peccato mortali non fugère à loco pestifero.

Vndecima conclusio. Non tenetur vnusquisq; cum discrimine vitæ suæ, succurrere proximo in necessitate etiam extrema corporali posito.

Duodecima, & vltima conclusio. Vnusquisque quando potest sine periculo aliquo, vel sine suo detrimento graui, & notabili succurrere graui necessitati alterius, sine dubio tenetur.

De monialibus, & medicis, in solutionibus argumentorum habetur.

QVAESTIO SECVNDA.

De sensu literali verborum, Ioan. 10. bonus pastor, animam suam dat pro ouibus suis.

Sex art. continet.

In primo. De multiplici sensu sacræ scripturæ differitur.

In secundo. De prouerbijs, & parabolis.

In tertio. De sensu quorundam verborum quæ in parabola de bono pastore ponuntur.

In quarto. Litteralis sensus venatur verborum Ioannis: Ego sum pastor bonus.

In quinto. Tractatur, an ex hoc loco Ioannis, efficax trahatur argumentum ad probandum, teneri pastores animam suam odisse pro salute subditorum?

In quinto, & vltimo. Quid nomine lupi intelligatur, ad cuius aduentum pastor fugere non tenetur?

QVAESTIO TERTIA.

An Rex, vel Princeps, iusta lege possit impedire Curatum, & alios à ministerio infectorum.

Habet autem tres conclusiones.

Prima est. Curati ministrantes, seu ministrare volentes infectis, non possunt iusta lege impediri. Vnde impedienti possunt non obedire.

Secunda conclusio. Princeps iusta lege potest impedire Curatum, & alios ministrantes infectis, à sanorum commertio.

Tertia conclusio. Impium, & crudele est, Christianæq; pietati contrarium, hominem etiam pestilentissimum, de domo propriæ suæ habitationis eijcere, vel in eadem recludere, si ob id, periculo salutis animæ, vel corporis exponatur.

QVAESTIO QVARTA.

An metus mortis, vel periculum vitæ, excuset ab obseruantia præcepti, & legis humanæ?

Huic quæstioni, positis tribus sententijs, sex conclusionibus respondetur.

Prima. Humana potestas, siue Ciuilis, siue Ecclesiastica potest obligare subditos, ad sui obedientiam, etiam cum periculo vitæ.

Secunda conclusio. Quando periculum mortis sequitur intrinsecè ex acto præcepto quod à legislatore præcognosci potuit, tunc lex humana, seu præceptum superioris, obligat ad sui obseruationem, cum discrimine vitæ, nec vllus metus excusat.

Tertia conclusio. In reliquis casibus, lex humana nunquam obligat ad sui obseruationem cum periculo vitæ, nisi quando pro fine, & materia, habent defensionem fidei, & virtutum.

Quarta conclusio. Lex Diuina positiua, non obligat cum mortis periculo, quando adest metus cadens in virum constantem.

Quinta conclusio. Transgressio legis humanę ob mortem corporalem

eui-

euitandam, non semper est peccatum mortale, vnde metus mortis sæpè excusat.

Sexta conclusio. Regula illa Soti, de pęna mortis videlicet, quòd lex cui apponitur pęna mortis semper obliget cum periculo vitæ, non est semper vera, etiam si finis legis sit maius bonum, quàm vita hominis.

QVAESTIO QVINTA.

An scripto possit quis confiteri?

Quatuor sunt in hac quæst. sententiæ, & sex conclusiones.

Prima conclusio, actus qui est de necessitate sacramenti pænitentię, quasi materia, non est præcisè oris confessio; sed manifestatio peccati.

Secunda conclusio. Confessio facta per scripturam præsenti Sacerdoti, est valida, sacramentalis, & necessaria.

Tertia conclusio. Confessionem per Epistolam absenti Sacerdoti, validam, & sacramentalem, non tamen necessariam esse, est valde probabile.

Quarta conclusio. Probabilior, & tutior opinio est, quòd sacramentalis confessio absenti Sacerdoti fieri non possit.

Quinta conclusio. Absolutio sacramentalis, non potest fieri scripto, sed verbo debet pronunciari, & proferri.

Sexta conclusio. Pęnitentia, seu satisfactio quæ datur pro peccatis, iniungi potest scripto.

QVAESTIO SEXTA.

An tempore pestis, quilibet Sacetdos habeat iurisdictionem absoluendi quemlibet Ciuitatis.

Habet hæc quæstio septem conclusiones.

Prima conclusio. Nemo sacerdotum sæcularium, tempore pestis debet se temerè exponere ad confeßiones audiēdas, vel sacramenta ministranda sine Episcopi licentia.

QVAESTIO SEPTIMA.

In hac quæstione dubia quædam exquisita dissoluuntur.

Quarta

Quarta cõclusio. Clericus, si ex recreatione ludat quid parum, ita tamen affectu, & animo delectetur eo ludo, ac si esset prohibitus sub pęna peccati mortalis, & in magna quantitate, peccat mortaliter.

Quinta conclusio. Si præsentia, & auctoritas magni Clerici, est causa quòd ludo prohibito mortaliter ludatur, peccat mortaliter.

Sexta conclusio. Tẽpore pestis, vel alterius contagiosæ ægritudinis, nullo pacto licet Clerico, pręsertim Curato, ludere præfatis ludis, neque etiam ex recreatione.

In hoc dubio apponitur digressio de lege pęnali, de qua habentur hæ Conclusiones.

Prima conclusio. Canonici, seu capitulum, non possunt propria auctoritate facere statutum super residentia seruitij Ecclesiæ.

Secunda conclusio. Canonici non posunt salua conscientia recedere per se à formula seruitij præscripta illis à Vicario in Vrbe, vel Episcopo in suis locis.

Tertia conclusio. Canonici non possunt sine peccato, variare, & diminuere stipendia distributionum.

Tertium Dubium. An infectus peste possit ordinari, & ordinatus sit irregularis? & respondetur negatiuè.

QVAESTIO OCTAVA.

De flagellis Dei.

In hac quæstione sex articuli statuuntur.

Articulus primus. Quibus flagellis homo à Deo verberetur?

Secundus articulus. Vtrum flagellum vnum, sit causa alterius?

Articulus tertius. An omnes corporaliter flagellati iudicandi sint peccatores?

Articulus quartus. Vtrum homo possit peruenire ad talem statum peccatorum, vt à Deo mereatur deseri, & non adiuuari?

Articulus quintus. An flagella quibus à Deo in præsenti vita puni mur, sint satisfactoria?

QVAESTIO NONA.

Quibus potius sit succurrendum in peste?

In qua quindecim dubia explicantur.

Ad

Ad primũ dicitur. Quòd tenetur quis magis subuenire Auo, quàm matri.

Ad secundum dicit. Potius patri, quàm matri in pari necessitate esse succurrendum.

Ad tertium dicitur. Potius parentibus esse subueniendum, quàm vxori. Quia sunt proximiores ratione originis, nõ autem ratione coniunctionis ad prolem.

Ad quartum dicitur. Magis hominem patri suo, quàm filio succurrere debere.

Ad quintum. Absolutè loquendo dicitur, quòd magis est subueniendum filio, quàm vxori.

Ad sextum dicitur. Magis patri iusto, quàm extraneo peccatori esse in eadem necessitate succurrendum.

Ad septimũ dicitur. In necessitatibus spiritualibus, potius debemus velle illa melioribus, quàm coniunctioribus: quantùm verò ad corporalia, magis tenemur velle ea coniunctioribus nobis secundùm carnem.

Ad octauum dicitur. Teneri nos subuenire nobis propinquioribus in corporalibus subsidijs prouidẽdis; quoad alia verò officia, vnusquisque diligendus est magis in eo quod pertinet ad eam coniunctionem secundùm quam diligitur. Et sunt in hoc dubio sex conclusiones.

Prima conclusio. Aliquãdo ratione circunstantiæ, potius est amico benefaciendum, quàm fratribus.

Secunda conclusio. Patri est potius benefaciendum, quàm cuicunq; amico, etiam à quo ingentia benefitia accepimus.

Tertia conclusio. In extrema necessitate, potius est subueniendum filio, quàm cuicunq; amico.

Quarta conclusio. Amico qui magna beneficia temporalia, aut spiritualia in me contulit, in magna necessitate constituto, potius est succurrẽdum, quàm consanguineo, etiam fortè in secundo gradu in eadem necessitate existenti.

Quinta conclusio. Quamuis sit probabilis sententia D. Tho. in 3. sent. & magis etiam in 3. d. 29. scilicet quòd potest esse tanta malitia in Patre, vel matre, vt liceat eis anteponere amicum; contrarium tamen est probabilius.

Sexta Conclusio. Extra necessitatem extremam, non est peccatum hunc ordinem charitatis in subueniendo conuertere?

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An coniunctis spiritualiter, magis sit subueniendum, quàm coniunctis secundùm carnem?

Habet quatuor Conclusiones.

Prima Conclusio. si pater carnalis in eadem necessitate concurrat cum patre spirituali, potius spirituali est succurrendum.

Secunda Cõclusio. In eadem necessitate spirituali, potius subuenien dum est fratribus spiritualibus propinquis, quàm fratribus carnalibus propinquis.

Tertia Conclusio. In pari necessitate spirituali, potius est subuenien dum patri temporali, quàm fratribus spiritualibus remotis.

Quarta Conclusio. Iste ordo subuentionis, non est seruandus existen te necessitate inæquali, & extra necessitatem extremam, hic ordo non obligat.

Ad nonum dub. dicimus, nos patrem (qualiscunq; sit) debere præponere extraneo etiam sancto, in ijs quæ spectant ad prouiden dum ei opera misericordiæ, tam corporalia, quàm spiritualia.

Ad decimum dub. sunt duo responsa.

Primum est. Quòd quando bellum iustum est indictum, non tenetur quis succurrere in extrema necessitate inimicis.

Secundum dictũ est. Si sint indutiæ, tenetur quis succurrere inimico,

Ad vndecimũ dicitur. Nõ teneri aliquem succurrere suo inimico laboranti in extremis, si sibi ab eo mortẽ postea inferendã timet.

Ad duodecimum respondetur. Ministris Iustitiæ non licere subministrare cibum illis qui à Iudice damnati sunt vt fame pereant, alijs autem licere.

Ad decimumtertium dicitur. Quòd si meus creditor est in extrema eadẽ necessitate atq; sum ego, & inueniatur actu res sua, teneor ei prius succurrere, si verò res sua non inueniatur apud me, sed tantũ eius obligatio, tũc nõ teneor ei potius subuenire, sed mihi.

Ad decimumquartum respondemus. Patrem, & matrem præferendos esse creditori.

Ad

Ad decimumquintum dicimus. Quòd nisi mẽsura indigentiæ multo maior sit in vno, quàm in altero, melius est dare eleemosynam minus indigenti iusto, quàm magis indigenti peccatori.

SECVNDA DISPVTATIO.

De ministerijs à Parochis præstandis erga iam peste extinctos.

In qua sunt tres quæst.

Prima. An sepelire cadauera mortuorum, sit in præcepto?

Secunda quæstio. An exhibitio, vel carentia sepulturę, faciat ad essentialem beatitudinem, vel damnationem defuncti?

Tertia quæstio. An sepultura Christi, fuerit causa efficiens nostræ salutis?

QVAESTIO PRIMA.

Agitur in ea de diuersis generibus eleemosynarum, & habet quinque Conclusiones.

Prima Conclusio. Episcopus cum magistratu temporali Ciuitatum, & locorum, tenetur curare, ne corpora mortuorum peste extinctorum, iaceant inhumata.

Secunda Conclusio. Quando quis sine incommodo potest sepelire mortuum, & non est alius qui sepeliat, & ommittit sepelire, peccat mortaliter.

Tertia Conclusio. Parochus non tenetur cadauera præfata sepelire, seu funeri, siue sepulturæ interesse.

Quarta Conclusio. Pium & laudabile esset, societatem fidelium instituere, vt in præfatis locis, & cæmenterijs publicis, cum cruce, & aqua benedicta, semel saltem in hebdomada, præces funerales facerent.

Quinta Conclusio. Episcopus debet his temporibus prohibere, ne cadauera ad Ecclesiam deferantur, vt Ecclesia tutior, & salubrior reddatur

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum carere sepultura, faciat ad essentialem beatitudinem, vel damnationem defuncti?

Quæstio hæc, quinque habet conclusiones.

Prima Conclusio. Sepultura non auget beatitudinem essentialem, nec minuit damnationem. sed voluisse eam habere, vel non, multum prodest.

Secunda Conclusio. Sepultura sacra, auget beatis gloriā accidentalem, damnatis verò pęnam accidentalem.

Tertia Conclusio. Damnatis aliquando carere etiam sepultura, pęnam auget.

Quarta Conclusio. Sepultura corporum in loco sacro, prodest animabus defunctorum.

Quinta Conclusio. Luminaria, faces, panni, & alij sumptus funerum, prosunt non per se, sed per accidens defunctis, & hoc dupliciter.

QVAESTIO TERTIA.

An sepultura Christi, fuerit causa efficiens nostræ salutis?

In hac quæstione quinque explicantur.

Primum. An sepultura Christi, sit causa efficiens nostræ salutis?

Secundum. An ex latere Christi mortui, effluxerit verus sanguis, & uera aqua?

Tertium. An naturaliter, vel miraculosè ex corpore iam mortuo emanauerint?

Quartum. An sit erroneum sentire, sacramenta minimè recepisse vim, & efficaciam ex sanguine è Christi latere defluente post eius mortem: & negare Ecclesiam tunc formatam esse?

Quintum. Quid sanguis ille, & aqua mysticè significetur?

QVAN-

QVANTVM AD PRIMVM est vnica Conclusio.

Conclusio. Sepultura Christi, operata est efficienter nostram salutem, sicut, & mors eius.

QVOAD SECVNDVM.

Refertur, & confutatur error cuiusdam Petri Ioannis, vt refert Guido Carmelita, et Castro, lib. 4. aduersus hæres. Verbo Christus, qui dicebat Christo adhuc viuenti in cruce, & nondum mortuo, vulnus lanceæ illatum fuisse.

Et explicantur quinquæ causæ cur Dominus voluerit non sibi viuenti, sed mortuo latus aperiri.

QVOAD TERTIVM.

Scilicet vtrum naturaliter, vel miraculosè ex corpore iam mortuo sanguis, & aqua manauerint, dicuntur multa.

Primum. Aquam illam fuisse puram, & naturalæ.

Secundum. Aquam tunc emanatam, non fuisse denuò creatam, sed naturaliter ex componentibus resolutam.

Tertium. Miraculosè esse egressam de corpore.

Quartum. Naturaliter non potuisse resolui à causa efficienti.

Quintum. Aquam quæ exiuit cum sanguine de Icona Saluatoris in Syria, fuisse miraculosè creatam.

Sextum. Aquam, & sanguinē quæ à Christo de cruce descendebant, collecta fuisse reuerenter à Vergine, & ab alijs Marijs.

Septimum. Quòd licet multi credant egressum sanguinis non fuisse miraculosum, tamen oppositum est probabilius.

Octauum. Aquam exiuisse in magna quantitate.

Nonum. Scissuram vulneris lateris Christi, fuisse magnam.

Decimum. Aquam vnà cum sanguine de latere Christi exiuisse, non tamen confusim, sed distinctè; & diuisis limitibus.

Vnde-

Vndecimum. Non eodem modo aquam egressam esse de Christi latere, sicut egressus est sanguis. Quia hic egressus est, vt effectus passionis; illa verò non, sed ad demostrandam veritatem physici corporis Christi.

Duodecimum. Aquam egressam ex latere Christi, non fuisse Diuinitati coniunctum, nec post resurrectionem fuisse reassumptam.

QVOAD QVARTVM ARTIC.

An sit erroneum negare sacramenta recepisse vim ex sanguine de latere Christi mortui profluente, & negare similiter Ecclesiam tunc formatam esse.

Reprehenditur Tostadus qui sup. 13. cap. Genes. q. 352. tenet Ecclesiam non esse formatam ex latere Christi mortui, sed viui. Et sanguinem qui ex latere Christi mortui fluxit, nihil ad redemptionem generis humani contulisse, nec per illum quidquam nobis Christum meruisse. Sunt autem quatuor conclusiones.

Prima conclusio. Hic sanguis effusus, non solùm fuit signum gratię; sed etiam eiusdem causa meritoria, efficiens, & instrumentalis.

Secunda conclusio. Christus post mortem, non habuit meritum, nec propriè fuit causa meritoria gratiæ, vel nostræ salutis.

Tertia conclusio. Vulnus lateris Christi, vt est terminus voluntatis Christi præcedentis, volentis, & acceptantis illud pro salute generis humani, est causa meritoria eiusdem.

Quarta conclusio. Negare Ecclesiam formatam esse ex latere Christi dormientis, idest mortui in cruce, puto nedum falsum; sed etiam erroneum.

DVBIA CIRCA ARTICVLVM QVARTVM.

Primum. An ille sopor Adæ fuerit somnus, vel extasis?

Secundum. An in eo sopore, Adam habuerit reuelationem futuræ incarnationis Christi?

Tertium. Cur potius Eua facta sit ex costa, quę erat in latere Adę, quàm ex alia eius parte, & in quo stet propriè, quòd formatio

Eccle-

Ecclesiæ sit figurata in ædificatione Euę?

Quartum. An narratio Mosis de procreatione Euæ de latere Adæ, sit historica, vel parabolica.

QVANTVM AD PRIMVM.

Dicitur, somnum illum Adæ, fuisse verum, non tamen per naturales causas.

QVOAD SECVNDVM

Explicantur duo.

An Adam habuerit reuelationem mysterijs Incarnationis?

Et dicitur, quòd sic, non tamen ei fuisse reuelatum mysterium crucis.

SECVNDVM DVBIVM.

An viderit Diuinam essentiam?

Et circa hoc dicitur, non vidisse, nisi fortè in ænigmate. Virginem autem vidisse essentiam Diuinam in die Incarnationis.

QVOAD TERTIVM

Dubium principale.

Cur potius Eua facta sit ex costa lateris Adæ, quàm ex alia eius parte?

Et dicitur, quòd hoc factum est propter quatuor.

Primò. Vt in hoc primi hominis dignitas reluceret.

Secundò. Vt ea ratione, maior, & diuturnior esset viri erga mulierem amor.

Tertiò. Vt in domestica, & politica vita, vir esset caput mulieris.

Quar-

Quartò. Ad significandum mysterium, quod Ecclesia à Christo principium erat assumptura.

Quoad illud verò, in quibus stet proportio in formatione Euæ, & Ecclesiæ?

Dicitur quòd in septem.

Primò. Quoniam vtraque ex latere ædificata est.
Secundò. Quoniam vtraq; facta est ex dormiente.
Tertiò. Quoniam vtraque ex costa.
Quartò. Quia vtraque est coniux.
Quintò. Quoniam vtraque est à Deo immediatè.
Sextò. Quia vtraq; est mater viuentium.
Septimò. Quoniam vtraq; est formata in Paradiso.

QVOAD QVARTVM DVB.

Vtrum narratio Mosis in Euæ formatione sit historica, vel parabolica?

Refutato errore Caietani, dicitur quòd sit historica.

ARTICVLVS QVINTVS.

Circa Articulum Quintum ponuntur decem significationes.

IN SECVNDO LIBRO, De fuga in fame, & penuria.

In hoc libro, vnam disputationem inuenies, & in ea tres quæstiones.

QVAESTIO PRIMA.

An Episcopis, & Curatis abesse liceat à suis residentijs tempore famis?

Sunt autem quatuor Conclusiones.

Prima conclusio. Tempore ingentis famis, Episcopi tenentur sub peccato mortali subuenire de suo, necessitatibus pauperum indigentium suæ diœcesis.

Secunda conclusio. Episcopus si fugam parat tempore famis, non relicto vicario, seu æconomo deputato ad pauperum subuentionem, vel si absens etiam ex legitima causa, non reuertatur cum primùm hanc penuriam cognouerit, vel saltem non curat prouideri, peccatum mortale committit.

Tertia conclusio. Abbas, Episcopus, & Curatus, etiam si dolosè, & auaritiæ affectu permittat quempiam perire fame, etiã cum peccato mortali, idest quando apparet extrema necessitas egentis, licet mortaliter peccet ommittens opus charitatis; non tamen est irregularis si illius mors sequatur, quamuis desideret eius mortem.

Quarta conclusio. Qui ratione legati, vel testamenti relicti, seu instituti speciali obligatione de alendo, seu victualia subministrando pauperibus obligatur, & hæc dolosè subtrahit: si ex hac subtractione mors sequatur, est irregularis.

QVAESTIO SECVNDA.

De quibus teneatur quis facere eleemosynam?

In hæc quæst. sunt tres articuli.

Et circa primum articulum dicuntur multa.

Primum dictum est. Certum esse, de necessarijs absolutè sibi, vel suæ familiæ, quantùm ad naturam, seu indiuiduum, non teneri quempiam alteri subuenire, etiam existenti in extrema. Ex Doct. D. Thomæ.

Secundum dictum est. Certum esse, hominem non teneri ad dandam eleemosynam, de ijs quæ sunt necessaria ad statum, tam simpliciter, quàm secundùm quid, quando pauper reperitur in communi, seu leui necessitate dumtaxat, non in arctu vel extrema.

Tertium dictum est. Certum quoque esse, quemlibet, & præsertim Episcopum, teneri de necessarijs, etiam simpliciter ad statum, facere eleemosynam proximo existenti in extrema, vel graui necessitate.

Quartum dictum est. De pertinentibus ad statum, quæ non sunt Episcopo simpliciter necessaria, sed secundùm quid, teneri Episcopũ, seu quamcumq; aliam personam Ecclesiasticam, in communibus necessitatibus eleemosynas facere.

Quintum dictum. Quòd non tenetur quis subuenire etiam existenti in extrema, de necessarijs, vel superfluis personæ, nisi per communia, idest per se instituta ad subleuandam talem necessitatem.

Sextum dictum. Non succurrens alicui posito in extrema, licet peccet; non tamen tenetur ad restitutionem damni familiæ, scilicet vxori, & filijs eius.

Septi-

Septimum dictum est. Posse potestatem publicam compellere omnes diuites, vt in necessitatibus grauibus, aut extremis Reipublicæ erogent eleemosynam.

CIRCA ARTICVLVM SECVNDVM.

Num de superfluis teneatur quis facere eleemosynam in Communibus necessitatibus?

Ponuntur duæ sententiæ, & conclusiones.

Prima conclusio. In rigore loquendo, non est peccatum mortale retinere superfluum, nec est præceptum erogare pauperibus extra grauem, & extraneam necessitatem.

Secunda conclusio. Simpliciter superfluum loquendo, & vt in plurimum est mortale peccatum.

Tertia conclusio. Retinere superfluum non simpliciter (moraliter loquendo) non est mortale, quamuis sit periculosum.

Quarta conclusio. Episcopis, & cęteris personis Ecclesiasticis, non licet retinere superfluum ex fructibus Ecclesiasticis proueniens, sed tenentur illud erogare pauperibus, etiam in communibus, aut leuibus necessitatibus existentibus.

Quinta conclusio. Diuites sæculares, tenentur ex pręcepto superfluũ erogare existentibus in graui necessitate.

Sexta conclusio. Non tenetur quis statim omne superfluum erogare, neque omnibus occurrentibus statim elargiri.

QVOAD TERTIVM ARTICVLVM.

Num Episcopi, & cæteri beneficiati, minori vinculo ad erogandum eleemosynas teneantur, quàm diuites huius sæculi?

Ponuntur 14. conclusiones.

Prima conclusio. Ex bonis patrimonialibus, & ex ijs quæ in re sęcu-

lari, & hæreditario Clerici possident, eodem vinculo quo Laici, non autem arctiori, tenentur eleemosynas facere.

Secunda conclusio. Bona Ecclesiastica, quæ vt communia à Clericis possidentur. idest quæ Christianus populus Clero, & Ecclesiis offert, vt etiam pauperibus communicentur, sine dubio pro parte pauperibus ex Iustitia debentur.

Tertia conclusio. Bona Abbatiarum, & Prioratuum, & præsertim eorum quæ in commendam conferuntur, sunt bona non propria Abbatis, & Commendatarij, sed eorum, idest quæ debentur diuidi à commendatario in quatuor illas partes, scilicet Abbati, ministris Ecclesiæ, pauperibus, & fabricæ.

Quarta conclusio. Bona Hospitalium, seu Xenodochiorum, hospitij peregrinorum, vel redemptionis captiuorum, & similium, pauperibus dumtaxat, vel peregrinis, aut captiuis debentur, etiam si tanquam vnita, & annexa possideantur: & qui aliter illis vtuntur, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem.

Quinta conclusio. Episcopi, & Clerici, non tenentur de lege Iustitiæ facere eleemosynas ex bonis quæ eis competunt ratione portionis sibi adiudicatæ, & eorum quæ in diuisione pro tempore illis facta contigerunt.

Sexta conclusio. Quando bona Ecclesiastica sunt indistincta, idest cum in mensa Episcopali, non inueniuntur onera pro pauperibus, vel fabrica imposita, ita vt nec ad illos, neque ad hunc relationē habere videantur, vel quanpo annuus redditus distinctus a præbēdis Clericorum, & redditibus hospitalium (vt hodie communiter accidit, relinquitur Episcopo dispensandus, tunc iuxta duas conclusiones sequentes iudicandum erit.

Septima conclusio. Cum mensa Episcopalis est tenuis, nec pingues habet reditus, aut quando ita mediocres, vt pro Episcopo tantum sufficiunt, tunc censenda sunt bona illa, vt propria, & pro Episcopi sustentatione principaliter assignata.

Octaua conclusio. Quando mensa Episcopalis, vel præbenda Clericalis, est admodum pinguis, tunc tenetur ex Iustitia superflua erogare pauperibus, etiam in communi necessitate constitutis.

Nona conclusio. Ex bonis quæ temporali dominio, & titulo possident Episcopi, vel alij Clerici, vt Castra, Ciuitates, Vassallos, &

huius-

huiusmodi, de superfluo horum bonorum, non obligatur Episcopus fare eleemosynas ex Iustitia, nec tenetur ad restitutionem si non fecerit, nisi in ijs casibus in quibus sæculares tenentur,

Decima conclusio. Licet, & laudabile est, aliquando, idest cùm non imminet necessitas prouidendis pauperibus de ijs quæ supersunt ex prouentibus Ecclesiacticis, emere possessiones, & in thesauro recondere pro necessitatibus Ecclesiæ.

Vndecima conclusio. Ex bonis licitè acquisitis per Clericos etiam per fructus beneficiorum, non tenentur Episcopi dare de superfluo etiam in communibus necessitatibus, ex Iustitia.

Duodecima conclusio. Ex bonis, & fructibus qui pro decentia status Clerici, arbitrio boni viri adiudicati sunt, si quis sibi aliquid subtrahit, non tenetur ex Iustitia eleemosynam facere, sed potest illud expendere ad libitum, in licitis tamen.

Tertiadecima. De decimis quæ à Clericis recipiuntur, eadem distinctione vtendum est.

Quartadecima conclusio. Episcopi, & Ecclesiastici de superfluo tenentur maiori vinculo charitatis facere eleemosynas, quam Laici etiam incommunibus necessitatibus.

QVAESTIO TERTIA.

An eleemosyna det gratiam ex opere operato?

Vbi multa Patrum de virtute, & efficacia eleemosynæ adduntur, quatuor errores etiam confutantur. Et ponuntur quinque Conclusiones.

Prima conclusio. Eleemosyna neque secundum substantiam actus, neque formaliter dat gratiam ex opere operato, sicut sacramẽta.

Secunda conclusio. Eleemosyna secundum suam substantiam, non est dispositio vltima, & certa, seu infallibilis gratiæ.

Tertia conclusio. Eleemosyna secundum substantiam sumpta, inter omnia opera, est optima dispositio, vt quis consequatur à Deo quæ ei desunt, vel quæ necessaria sunt ad consequtionem gratiæ.

Quarta conclusio. Eleemosina formaliter sumpta, idest vt ex chari-

tate procedit, est proxima dispositio gratiæ.

Quinta conclusio. Eleemosyna habet aliquos fructus, seu effectus temporales

IN TERTIO LIBRO, Agitur de fuga in bello.

In hoc libro ponuntur octo dubia principalia.

Primum. De natura belli, eius causa, & effectibus.

Secundum. An bellare sit peccatum?

Tertium. Habet multa dubiola ad materiam belli spectantia.

Quartum. An Clerici tempore belli, fugam possint arripere?

Quintum. An Papa possit dispensare cum Clerico ad bellandum?

Sextum. Quid Episcopus, seu Prælatus circa personas in duello pugnantes agere teneatur?

Septimum. An ciues catholici teneantur fugere, & deserere Ciuitates quas Hæreticus, aut Tyrannus potens occupauerit?

Octauum. An populus Christianus debeat se opponere pro viribus, armisq; illi hæretico, cui aliàs (sæcula hæresi) iure successionis Regnum deberetur?

QVANTVM AD PRIMVM.

Explicatur quid sit propriè bellum, in quo differat à pugna, duello, & prælio. Vnde ortum duxerit, qui fuit primus qui bellum intulit. Et multa mala, & incommoda belli narrantur.

QVOAD SECVNDVM.

An bellare sit semper peccatum tres hęreses confutantur. Et habet duas conclusiones.

Prima Conclusio. Bellũ defensiuũ, ex natura sua, sanctũ, & licitũ est.

episco-

rio

fides

fuga

D.Gre-

Viperæ,

INDEX SECVNDVS RERVM SCILICET ET VERBORVM,

Quæ in opere continentur ordine Alphabetico.

Primò tamen ſciatur, primum, l. dicere librum, numerum verò ſequentem, ſeipſum notare, f. dicit folium, p. dicit paginam folij, f. verò vltimum, denotat litteram, in qua quæ citantur, fideliſsimè inueniuntur.

A

Abraham

ex

B

cal ui-

christus

christus

cur

curatus

Secunda conclusio. Bellum offensiuum, ex natura sua est licitum, seruatis tamen quibusdam conditionibus.

QVAESTIO TERTIA.

Quest. tertia, Varia habet dubia.

PRIMVM DIBIVM.

Quæ sint causæ, & conditiones iusti belli?

Assignantur quatuor.

Prima. Est auctoritas legitima.
Secunda. Causa iusta.
Tertia. Modus debitus exequendi illud.
Quarta. Est bona intentio, vt scilicet fiat ob pacem.

SECVNDVM DVBIVM.

Quæ sit auctoritas necessaria ad indicendum bellum?

In hoc dubio, posita distinctione de Repub. perfecta, & imperfecta, sunt quatuor conclusiones.

Prima conclusio. Princeps, & Respub. imperfecta, non expectata supremi Principis facultate, potest vti bello defensiuo aduersus hostes.

Secunda conclusio. Imperfecta Respub. non potest committere bellum aggressiuum sine supremi Principis auctoritate.

Tertia conclusio. Quæcunque Respub. perfecta, vel eius Princeps, potest contra hostes, aggressiuum bellum committere.

Quarta conclusio. Princeps, vel Respub. perfecta, quæ passa est iniuriam, est verè Iudex illius Principis qui intulit iniuriam.

TERTIVM DVBIVM.

Tertium Dubium, vtrum ſcilicet exiſtente dubia cauſa belli, licitum ſit Principi indicere bellum, & militibus prœliari?

Continet duos ſenſus.

Primus eſt. An manente illo dubio in conſcientia licitè miles poſſit pugnare? Et in hoc dicitur manente illa conſcientia erronea, nequaquam licere, ſed debet miles putare hoc eſſe ſuum munus, vt Principi ſuo obediat, & ita non peccat.

Alter ſenſus eſt. An cũ non omnino conſtat de iuſta cauſa belli, poſſint milites deponere conſcientia in ſuo Principe? Et in hoc diſtinguntur tria hominum genera. Et ponuntur tria dicta.

Primum. Princeps non poteſt bellum gerere, niſi prius ei conſtet de Iuſtitia cauſæ.

Secundum. Milites qui ſunt ſubditi principi, vel ſtipendiati etiam pro tempore pacis, ij poſſunt.

Tertium. Milites ad uentitij, non poſſunt prœliari niſi cognita Iuſtitia belli.

Quartum. Si conſtet de iniuſtitia belli, non tenentur obedire Principi, neque ſubditi eius.

Quintum. Si milites mittuntur à ſuo Principe ad alium adiuuandum, non tenentur inquirere Iuſtitiam belli, ſed ſi obedient ſuo Principi mittenti eos, benefaciunt.

QVARTVM DVBIVM.

Quoad quartum dubium. An Princeps, & milites pugnantes in bello iuſto peccent, & teneantur ad reſtitutionem?

Quatuor dicuntur.

Primum. Quòd in principe mouente bellum, rariſsimè eſt ignorantia culpabilis, ſi faciat quod in ſe eſt; ſi verò non faciat, rariſsimè eſt ignorantia inuincibilis.

Secun-

Secundum. In milite rarissimè est ignorantia culpabilis, quamuis esse possit.

Tertium. Tam Princeps, quàm milites pugnantes in bello iusto cum ignorantia culpàbili, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem, tam ablatorum, quàm damnorum datorum.

Quartum. Ignorantia inuincibilis, excusat à peccato.

QVINTVM DVBIVM.

Quoad quintum dubium. An milites pugnantes sine licentia Principis peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem?

Dicuntur tria.

Primum. Milites pugnantes sine licentia sui Principis, peccant mortaliter, sed non tenentur ad restitutionem si reddant illa bona quæ acceperunt, domino cuius erant.

Secundum. Milites priuata auctoritate damna inferentes, tenentur ad restitutionem omnium damnorum illatorum.

Tertium. Si adsit voluntas Principis interpretatiua, vel Epicheia, quod placeret ei vt milites præliarentur, tunc possunt præliari milites sine peccato, tum maximè cum bellum geritur contra infideles.

SEXTVM DVBIVM.

Quoad sextum dubium. An Princeps possit in bello iusto conuocare infideles in suum adiutorium, vel illos adiuare in prælio?

Dicuntur duo.

Primum. Quòd hoc ex genere suo, non est peccatum mortale in bello iusto.

Secundum. Id facere ratione scandali, sæpè peccatum est.

SEPTIMVM DVBIVM.

Circa ſeptimum dubium. An liceat bellum gerere contra hęreticos titulo hęreſis, vel contra alios titulo Religionis?

Dicuntur duo.

Primum. Hæreticis ob crimen hæreticæ prauitatis, iuſtiſsimè bellum indici.

Secundum. Non poſſe bellum hæreticis indici, donec fuerint tales ab Eccleſia declarati.

Tertium. Poſt declarationem hæreſis, non poteſt quicunq; princeps agere bellum in quoſcunque hæreticos, ſed tantùm in eos qui ſunt ſibi ſubiecti.

Quartum. Quòd in infideles, Religionis titulo bellum moueri non poteſt, niſi tantùm contra eos qui aliquando fuerunt Romano Imperio ſubiecti, ſecundùm Caietanum.

Octauum. Cauſam iuſtam belli, non eſſe diuerſitatem Religionis.

Sextum. Barbaris impedientibus Euangelij prædicationem, poteſt bellum moueri.

OCTAVVM DVBIVM.

Circa octauum. An princeps teneatur acceptare ſatisfactionem iniuriæ, & abſtinere à bello?

Et ſunt quatuor ſententiæ, & vnica reſponſiua diſtinctio.

Quoniam aut eſt bellum motum propter iniuriam, & ſic non debet acceptare ſatisfactionem, nec deſiſtere à bello ſi fuerit iam inceptum. Secus autem ſi fuerit propter iuſtam cauſam ſine iniuria.

NONVM DVBIVM.

Circa nonum dubium. An possit esse bellum iustum ex vtraque partem?

Respõdetur negatiuè, quoad causam principalem; benè tamen quoad secundariam.

DECIMVM DVBIVM.

Circa decimum dubium. Quantum damni liceat hostibus inferre?

Et respondetur sufficere tantum damni inferre hostibus, quantum sufficit ad rei iniustè ablatę recompensationem. Et numerantur quatuor damna, quæ hostibus inferuntur, scilicet mors, expoliatio, libertatis priuatio, & priuatio dominij.

Et circa illud, quibus personis liceat damna inferre, dicimus, quòd innocentibus non potest, nec debet inferri malum de per se, sed per accidens, & secundario, cùm scilicet aliter inimicus superari non potest, quin etiam multi innocentes pereant.

Si verò in expugnata Ciuitate sint plures innocentes, pauci verò nocentes, tunc non licet occidere innocentes multos, propter paucos nocentes.

Parta autẽ victoria, non licet interficere innocentes etiam si timeatur postea futuros nocentes. Si verò bellum geratur, & constet de alicuius militis innocentia, tunc debet ab alijs defendi, & liberari. Si verò in expugnanda Ciuitate, non possunt nocentes ab innocentibus seiungi, tunc licet omnes indiferenter occidere.

In populo autem nocenti, omnes qui possunt arma capere iudicandi sunt nocentes.

Quoad secundum. Genus damnorum, scilicet expoliatorum dicitur,

licitè

licite posse innocentes expoliari, pro vt sunt partes Ciuitatis nocentis.

Quoad tertium. De seruitute, eadem ratione dicendum est.

Quad quartum. De dominio, dicimus non posse negari, quin concurrant tot causæ, vt iustè dominio priuari possint Principes, & alij domini, &c.

QVAESTIO QVARTA.

An Clerici tempore belli, fugam possint accipere?

Et respondetur. Eos qui habent animarum curam, non posse fugere propter multa mala quæ possunt euenire, & de facto eueniunt tempore belli.

Quoad illud autem, num liceat die festo præliari?

Respondetur. Quòd licet, si fuerit necessitas: aliter autem non.

QVAESTIO QVINTA.

An Papa possit dispensare cum Clerico ad bellandum?

Respondetur, multa esse concessa Clericis facere tempore belli. Primò possunt monere bellum, si habent temporale dominium. Secundò possunt hortari Principes sæculares ad bellum gerendum. Tertiò, possunt administrare subsidia spirituali pugnantibus. Quartò, possunt præliantium animos ad victoriam animare, & incitare. Non tamen licet dicere, comminuite, occidite, trucidate, &c.

Si sit probibitum præliari Clericos, vel non, humano iure, vel Diuino, lis est. Sed dicitur non esse iuris Diuini, sed positiui.

Circa illud dubium. An in quo casu licitum est Clericis occidere hostes, si occidant, sint irregulares; multidlex est sententia. Resolutio autem est, quòd non est irregularis.

QVAE-

QVAESTIO SEXTA.

Quid Episcopus circa duellantes facere teneatur?

Dicitur, debere prohibere ne fiant, admonendo eos, & repreſentando Principibus duellandi licentiam concedentibus, ſummorum Pontif. Bullas:

Quòd ſi quis in duello moriatur; debet eum Eccleſiaſtica ſepultura priuare.

Et concluditur, modò nullatenus duellum eſſe licitum, ſed omninò condemnatum.

QVAESTIO SEPTIMA.

An Principes Catholici, teneantur fugere, & deſerere Ciuitates quas Hæreticus, vel Tyrannus potens inuaſerit?

Et Reſpondetur. Quòd ſi Tyrannus potens, occupata Ciuitate patitur eos Chriſtianè viuere, poſſunt manere ſub eo. Si verò compellat negare fidem, debent fugere.

QVAESTIO OCTAVA.

An populus debeat ſe viribus opponere hæretico, cui aliàs Regnum debebatur?

Et Reſpondetur affirmatiuè. Cum quatuor concluſionibus.

Prima concluſio. Hæreticus etiam relapſus, ſi vult conuerti ad fidem nullo modo debet excludi à Sacramẽto pœnitentiæ, per quod illi iter ad cœlum paratur.

Secunda concluſio. Principes qui amplam viuendi libertatem

ſubditis

subditi dant, si id faciant contra Ecclesiæ dogmata, peccant mortaliter.

Tertia conclusio. Non licet Christianis, infidelem, aut hæreticum regem tollerare, nec illum ad regnum admittere, maximè si hæreticus fuerit relapsus.

Finis primi indicis.

imago

Ancil-

L

Mariæ

tam,

perisce-

Præter

Q

quando-

quid

R

reli-

ex.

pro

T

FINIS.

INDEX TERTIVS
AD VSVM CONCIONATORVM.

Prædicatores ex superioribus Indicibus, & maximè ex secundo possunt in singulis ad suum libitum, selectiora alphabetico ordine digesta perlegere. Sed quia illa multa sunt, & nimia sua longitudine, legentium oculos obumbrant, atq; offuscant; ideò uisum est, in hoc tertio Indice selectiora, & pulchriora seligere, ut illa alphabetico etiã ordine perlegant, & contemplentur. Insuper præter discursus prædictos, in Indice citatos (multis in locis) nouis quibusdam admonitionibus, & illustrationibus, easdem res, easdemq́; dicta amplificamus: docentes lectorem, ad quot quamq́; varia & diuersa loca scripturæ easdem res poterunt applicare.

A

 & futura,

I

R

S

addu-

Zacharias

Z

Zacharias Pontifex Hierusalem, Eraclytum admonet, vt humilis incedat. lib. 1.fol.61.pag.2.c. tractare poteris hoc in die Crucis, & dices: nullum debere admitti in consortio Christi, & immitatione eius sine humilitate, cum Christus dicat: discite à me quia mitis sum, & humilis corde, &c. & adde tu multa alia, quę, breuitatis causa pretermitto.

FINIS.

INDEX QVARTVS LOCORVM OMNIVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVI IN TOTO HOC OPERE CITANTVR.

In hoc Indice, sicut & in aliјs, numerus primò positus, folia Operis indicat: littera l, denotat librum, littera p, paginam aliæ verò litteræ scilicet, A, B, C, D, locum significant, in quo ea quæ citantur inuenientur.

Ex Genesi.

Cap.24.

Ex Exodo.

Ex lib. Numerorum.

Ex

Ex Deuteronomio.

Cap. 2. INdurauerat Dominus Spiritum eius, & obfirmauerat cor illius. l. 1. f. 140. p. 1. b
Cap. 6. Audi Israel, Dominus Deus Israel vnus est. l. 1. f. 23. p. 1. a
Cap. 14. Non occidentur Patres pro filijs, nec filij pro Patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur. l. 1. f. 163. p. 2. c
Cap. 19. Qui altari seruit, de altari viuere debet. l. 1. f. 120. d
Cap. 20. Si quando accesseris ad expugnandam Ciuitatem offeres ei pacem. l. 3. f. 48. p. 1. a
Cap. 22. Ignis succensus est in furore meo. l. 1. f. 162. p. 2. d
Cap. 33. Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo, quasi in Thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet. l. 1. f. 75. p. 1. b
Cap. 25. Non alligabis os boui trituranti. l. 1. f. 32. p. 1. b
25. Omnem prædam exercitui diuides, & comedes de spolijs hostium tuorum. l. 3. f. 54. p. 1. b

Ex lib. Iosue.

Cap. 10. CVmque fugerent filios Israel, & essent in deserto Beth-horon, Dominus misit super eos lapides magnos vsq; in Azeca, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quã quos gladio percusserant filij Israel l. 3. f. 44. p. 1. a
Cap. 11. Domini fuit sñia, vt indurarentur corda eorum. l. 1. f. 140. p. 1. b

Ex lib. Iudicum.

Cap. 3. HÆ sunt gentes quas Dominus reliquit, vt erudiret in eis Israelem, & omnes qui non nouerunt bella Chananæorum, & postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. l. 3. f. 41. p. 2. d
Cap. 9. Ferunt ligna, vt vngerent super se Regem. l. 1 f. 23 p. 1. b
Cap. 14. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. lib. 1. f. 38. p. 1. a
Cap. 20. Tradite omnes de Gabaa qui hoc flagitium perpetrarunt vt moriantur, & auferatur hoc malum de Israel, qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israel audire mandatũ. l 3. f. 47. p. 2. c

Ex libris Regum.

1. Reg. 2. SI in Deũ peccauerit vir, quis pro eo orabit? f. 3 10. p. 2. c
2. Magis honorasti filios quàm me. l. 1. f. 8 1. p. 2. c
15. Nunc ergo vade, & percute Amalech, & demolire vniuersa eius, nõ parcas ei, & nõ cõcupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice à viro vsq; ad mulierem, & paruulum atq; lactantem. l. 3. f 41. p. 2. d
15. Porro triumphator in Israel nõ parcet, & pœnitudine non flectetur. l. 1. f. 140. p. 1. b

Ex Paralipomenon.

2. 23. Educite eam extra ſepta templi, & interficite foris gladio. lib. 3. fol.77.p.2.c

2. 19. Impio præbes auxilium, & ijs qui oderunt Dominum amicitia iungeris,& idcirco iram Domini merebaris.l.3.f.55.p.2.c

Ex lib. Eſdræ.

I. 3. NVnquid meliora faciunt qui habitant Babylone? quoniam vidi quommodo ſuſtines eos peccantes, & pepercisti impiè agentibus,& perdidiſti Populum tuum,& conſeruaſti inimicos tuos,& non ſignificaſti.l.1.f.137.p.1.a

4. Veniemus in medio eorũ,& ĩterficiemus eos,& ceſſare faciemus opus.cũq; hoc ſciuiſſet Neemias, cuſtodias poſuit,& cõfortato atq; aĩato Populo, eos armatos eſſe voluit, &c.l.3.f.46.p.2.d

Ex lib. Tobiæ.

Cap.2. CVmq; occultaſſet corpus, manducauit panem cum luctu, & tremore memorans illum ſermonem quem dixit Dominus per Amos Prophetam; dies veſtri conuertentur in lamentationes,& luctum.l.1.f.21.p.2.c

Cap.3. Qui poſt tempeſtatem tranquillum facis.l.1.f. 157.p.1.b

Cap. 4. Eleemoſyna ab omni peccato & morte liberat.l.2.f.26 p.1. b

4. Quia acceptus eras Deo, ideò neceſſe fuit vt tentatio probaret te.l.1.f.127.p.2.c

Cap.12. Quando orabas cum lachrymis,& ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum,& abſcondebas mortuos per diem in domo tua,& nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationẽ tuam Deo.l.1.f.190.p.2.c

Ex lib. Iob.

Cap.2. PEllem pro pelle dabit homo, & cuncta quæ habet dabit pro anima ſua.l.1.f.88.p.2.c

5. Per diem incurrent tenebras,& quaſi in nocte, ſic palpabunt in meridie.l.1.f.84.p.1.a

Cap.9. Verebar omnia opera mea, ſciens quia non parceres delinquenti.lib.1.f.154.p.1.b

Cap.12. Si incluſerit hominem,nullus eſt qui aperiat.l.1.f.137.p.2.d

Cap.15. Iniquitatem quaſi aquam bibit.l.1.f.154.p.1.c

Cap.19. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.l.1.f.148.p.1.b

Cap.21. Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet.l.1.f.148.p.1.b

Cap.24. Ad nimium calorem tranſibunt ab aquis niuium.l.1.f.189.p.1.a

Cap.34. Regnare facit hominem hypocritam propter peccata Populi. lib.1.f.167.p.1.b

Ex Pſalmis.

Pſal.2. DOminus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. lib.1.f.26.p.2.d. & f,28.p.1.a

2. Dabo

77. Attendite Popule meus legem meam.l.1.f.19.p.2.c
78. Ibi posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus Cæli.l.1.f.183.p.2.d
81. Ego dixi Dij estis,& filij excelsi omnes.l.1.f.44.p.1.a
101. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, paucitatem dierũ meorum nuncia mihi.l.1.f.155.p.2.d
103. Posuisti tenebras,& facta est nox,in ipsa pertransibunt omnes bestiæ Syluæ catuli leonum rugientes, ut quærant à Deo escã sibi,ortus est Sol,& congregati sunt, & in cubilibus suis congregabuntur.l.1.f.83.p.2.d
108. Reuela oculos meos,& considerabo mirabilia de lege tua. li.1. f.21.p.1.b
109. Tu es sacerdos in æternum,secundum ordinem Melchisedech. l.1.fol.40.p.2.d
118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. l.1.f.74.p.1.b
118. Voluntaria oris mei beneplacita fac tibi.l.1.f.156.p.2.d
144. Ex adipe frumenti saciat te.lib.1.f.74.p.1.b.& f.75.p.1.a
144. Lauda Hierusalem dominum,lauda Deum tuum Syon, quoniam cõfortauit seras portarum benedixit filijs tuis in te;qui posuit fines tuos pacem.l.1.f.75.p.1.b
147. Quoniam confortauit seras portarum tuarum lib.2.f.12 p.1.b & f.27.b

Ex lib. Prouerbiorum.

Cap.2. Misericordia,& fide purgantur peccata.l.2.f.31.p.2.c
Cap.8. Beatus vir qui audit me,& qui vigilat ad fores meas quotidie,& obseruat ad postes ostij mei.l.1.f.38.p.2.d
Cap.11. Impius facit opus instabile.l.1.f.153 il secundo p.2.c
Cap.12. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. l.1. f.148 p.2.c.& 153.p.2.c
Cap.13. Qui timet dominum,non trepidabit.l.1.f.154.p.2.d
Cap.14. Qui miseretur Pauperum,beatus erit.l.2.f.30.p.2.c
Cap.16. Fœneratur Domino qui miseretur pauperum. lib. 2. fol. 30. pag.2.c
Cap.16. Misericordia, & iniquitate remittitur iniquitas. lib. 2. fol. 31. pag.2.c
Cap.19. Deuorat iniquitatem.l.1.f.154.p.2.c
Cap.20. Rex residens in solio,intuitu suo dissipat omne malum. lib.3.fo. 75.p.1.a
Cap.21. Gloriantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis.li.1. f.154.p.2.c
21. Adolescens iuxta uiam suam cum senuerit, difficile recedet ab ea.l.3.f.79.p.1.a
Cap.24. Rapinas meditatur mens eius, & fraudes labia eius loquuntur. l.1.f.154.p.2.d

Ex lib. Ecclesiastes.

Ex Canticis Canticorum.

Ex lib. Sapientiæ.

parentibus

Ex lib. Ecclesiastici.

Ex Isaia.

Ex Hieremia.

Cap.22. Sepultura asini sepelietur . lib.1.fol.188.pag.2.d

Cap.23. Ipsi currebant,& ego non mittebam eos.l.1.f.39.p.2.c

Cap.24. Dabo eos in vexationem,in opprobrium,& in Parabolam.lib.1. fol.37.p.2.d

Cap.26. Si fortè audiant,& quiescant.l.1.f.151.p.2.c

Cap.39. Persequar eos in gladio & fame,& pestilentia,& dabo eos in vexationem.l.1.f.129.p.1.b

Cap.51. Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & abeamus vnusquisque in uiam suam,quoniam peruenit vsque ad Cœlum iuditium eius.l.1.f.141.p.2.c

Ex Trenis.

Cap.1. PEccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. l.1.f.153.il secundo p.2.c

Cap.2. Quomodo sedit sola Ciuitas plena populo? facta est quasi vidua,&c.l.1.f.90.p.1.b

Cap.3. Bonum est uiro cum portauerit pondus ab Adolescentia sua.l.1. f.154.p.2.c

Ex Ezechiele.

Cap.3. SI Iustus conuersus à iustitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo.l.1.f.148.p.2.d

3. Et tu inquit fili hominis, ecce data sunt super te uincula, & ligabunt te in eis,& nõ egredieris in medio eorum,& linguam tuã adhærere faciam palatui tuo,& eris mutus,nec quasi uir obiurgans,quia domus exasperans est.l.1.f.142.p.1.a

3. Ecce dedi faciem tuam ualentiorem faciebus eorum,& frontem tuum duriorem frontibus eorum.l.1.f.48.p.2.d

3. Quòd si dicente me ad impium morte morieris,non annunciaueris ei,ipse quidem in iniquitate sua morietur,sanguinem autẽ suum de manu tua requiram.l.1.f.49.p.1.b.

Cap.5. Pestilentia, fames,& sanguis transibit per te, & gladium inducã super te.l.1.f.129.p.1.b

5. Ego quoq; cõstringam, & nõ parcet oculus meus.l.1.f.141.p.2.d

Cap.12. Relinquam ex eis uiros paucos à gladio, & fame, & pestilentia, vt enarrent omnia scelera eorum ingentibus.l.1.f.129.p.1.a

Cap.17. Fili hominis, propone ænigma, & narra parabolam ad domum Israel.l.1.f.38.p.1.a

Cap.18. Quid est hoc, quòd parabolam in prouerbium uertitis? lib.1.f. 37.p.2.c

18. Omnes animæ meæ sunt, sicut anima Patris, ita & anima filij, filius non portabit iniquitatem Patris.l.1.f.157.p.2.c

18. Si Impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis,uita uiuet.l.1.f.143.p.1.b

18. Nunquit uoluntatis meæ est mors impij dicit Dominus, & non ut conuertatur à uijs suis,& uiuatur.l.1.f.145.p.2.c

i 3 Cap.33.

Ex Daniele.

Ex Osea.

Ex Ioele.

Ex Amos.

Ex Iona.

Ex Iona.

Cap. 3. ADhuc quadraginta dies,& Niniue subuertetur. lib.1.fol.25. pag.2.d

Cap.4. Afflictus est afflictione magna Ionas super hædera. lib.3.fol.25. pag.2.d

Ex Michea.

Cap. 5. ET tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iuda.lib.1.f.20.p.1.a

Ex Habacuc.

Cap.3. COrnua in manibus eius,ibi abscondita est fortitudo eius l.1. f.54 p.1.b

Ex Sophonia.

Cap.1. SCruator Hierusalem in lucernis.l.1.f.191.p.1.b

Cap.3. Iudices eius lupi vesperæ,nō relinquebāt ī mane.l 1.f.83.p.2.d

Ex Zacharia.

Cap.3. ECce ego mittam Angelum meum.l.1.f.40.p.2.d

3. Super lapidem vnum septem oculi sunt.l.1.f.43.p.1.a

Cap.4. Ecce candelabrum aureum totum,& lampas eius super caput ipsius,& duæ lucernæ eius super illud, & septem infusoria lucernis.l.1.f.21.p.1.a & f.42.p.2.c

4. Ecce duæ oliuæ iuxta duo rostra aurea l.1.f.21 p 1.a

Cap.9. Saluabit eas,quasi gregem Populi. sui.l.1.f.75 p.2.c

9. Rex tuus uenit tibi mansuetus,sedens super asinam,& filium subiugalis.lib.1.f.20 p.1 a

Cap.11. Ecce ego suscitabo pastorem qui derelicta non uisitabit, nec dispersum quæret.l.1 f 85.p.2.c

11. O Pastor,& idolum.l.2.f.2.p.1.a

Cap.12. Videbunt in quem transfixerunt.l.1.f.201.p 2. c.& 219.p.2.c

Cap.13. Percute Pastorem,& dispergentur oues gregis. l.1.f.86.p.1.a

Ex Malachia.

Cap.2. LEgem requirent de ore eius.l.1.f 52.p 2.d

Cap.3. Inferte omnem decimationem,vt sit cibus in domo mea.l.2. fol.25.p.1.& 2.b.c

Ex libris Machabęorum.

1.Mach.2. COgitauerunt laudabiliter dicentes,omnis homo qui venerit ad nos in die Sabbathorum pugnemus contra eum. lib.3.fol.65.pag.1 b

3. Apparuit illi quidam equs terribilem habens sessorem, qui ei priores calces elisit, &c.l.1.f.160.p.1.b

Ex Euangelio Matthæi.

7. Multi

cos,

Ex Euangelio Marci.

Ex Euangelio Lucæ.

estote stipendijs vestris. lib. 3. fol. 42. pag. 1. a

Virtus de illo exibit, & sanabat omnes. l. 1. f. 55. p. 1. b

Cap. 9. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade annuncia verbum Dei, & sequere me. l. 1. f. 186. p. 1. c

Cap. 10. Vobis datum est nosse mysterium Regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt uidentes non videant, & audientes non intelligant. l. 1. f. 35. p. 1. b

Cap. 11. Quod superest date Eleemosynam. l. 1. f. 2. p. 1. b

11. Date Eleemosynam, & Ecce omnia munda sunt vobis. lib. 2. f. 26. p. 1. b. & f. 28. a

11. Amen amen dico vobis, & si non dabit illi eo quod amicus eius sit; propter importunitatē tamen eius surget, & dabit illi quot quot habet necessarios. l. 1. f. 67. p. 2. d

11. Qui recipit Prophetam, mercedem, Prophetæ accipiet. lib. 2. fol. 32. p. 1. a

Cap. 12. Quis est fidelis dispensator & prudens quem constituit Dominus super familiam suam. l. 1. f. 76. p. 1. b

12. Stulte hac nocte repetent animam tuam à te, & quæ parasti cu ius erunt? l. 2. f. 11. p. 1. b

Cap. 15. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. l. 1. f. 176. p. 2. c

Cap. 16. Facite uobis amicos de Mamono iniquitatis. l. 1. f. 16. p. 1. b

Cap. 17. Memores estote vxoris Loth. lib. 1. f. 22. p. 2. d

Cap. 18. Impossibile est diuitem intrare in regnum Cœlorum. lib. 1. fol. 151. p. 2. c

18. Quæ impossibilia sunt apud homines, hæc possibilia sunt apud Deum. l. 1. f. 151. p. 2. d

18. Facilius est camelum per foramen acus transire. l. 2. f. 12. p. 1. b

18. Sinite paruulos uenire ad me, & ne prohibueritis eos, talium est enim regnum Cœlorum. lib. 1. f. 172. p. 1. b

Cap. 20. Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. l. 1. f. 34. p. 1. b

Cap. 22. Qui non habet gladium vendat tunicam, & emat gladium. lib. 3. f. 40. p. 1. a. b

Cap. 24. Nonne cor nostrum ardens erat in via cum loqueretur nobis, & aperiret scripturas. l. 1. f. 71. p. 2. d

Ex Euangelio Ioannis.

Cap. 1. ET verbum erat apud Deum. l. 1. f. 34. p. 1. a

1. Erat Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. l. 1. f. 40. p. 2. d. & 41. p. 2. c

1. Plenum gratiæ & veritatis. l. 1. f. 41. p. 2. d

1. Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. l. 1. f. 144. p. 1. b

1. Dicite quæ uidistis & audistis, cæci vident, claudi ambulant, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes Euangelizantur. lib. 1. f. 56. p. 2. d

Cap. 2. Ego vox clamantis in deserto, parate uiam Domini. lib. 1. fol. 68. pag. 2. d

Ex Actis Apostolorum.

Ex Epistola ad Romanos.

Ex Epistola ad Corinthios.

Ex Epistola ad Galatas.

Ex Epistola ad Ephesios.

Ex Epistola ad Philippenses.

Ex Epistola ad Colossenses.

Cap.2.

Ex Epistola ad Thesalonicenses.

Ex Epistola ad Timotheum.

Ex Epistola ad Titum.

Ex Epistola ad Hæbreos.

Ex Epistola Iacobi.

Ex Epist. D. Petri.

Ex Epist. D. Ioannis.

Ex Apochalypsi.

FINIS.

INDEX QVINTVS AVCTORVM,

QVI IN TOTO HOC OPERE Citantur ordine Alphabetico.

Cardinalis.

Petrus

Errata corriguntur.

In libro Primo.

fol.1. c disceplationis, pro disceptationis
fol.1. d arripere, pro accipere.
fol.2. b vltima, pro ultimum.
fol.2. b fint, pro sint.
fol.3. c habitantur, pro habeantur.
fol.4. b quod, pro quo.
fol.4. d de qua, pro de quo.
fol.4. b afferatur, pro asseratur.
fol.4. d in quæstione, deest quarta.
fol.6. a seruiat, pro seruiant.
f.6. c authē ;de for.fide.demaī ly, authē.
fol.6. d mostis, pro mortis.
fol.7. b priuationes, pro priuationem.
fol.8. b diligere, pro deligere.
fol.8. a quousque, pro quosque.
fol.8. c quod illud, pro illud quod.
fol.11. d conuertentur, pro cōuerterentur
fol.12. a fi, pro si.
fol.13. a morbis, pro mortis.
fol 13. b monachus pro monachi.
fol.13. octaua Cōclusio, ꝑ nona cōclusio
fol.14 a exerere, pro exercere.
fol.14. c Religionis pro Religiones.
fol.15. c accrptum, pro acceptum.
fol.15. c assectione, pro affectione.
fol.15. Religiosis, pro Religiosis.
fol.17. c talis, pro tales.
fol.18. vnde ipsi, pro vnde ipse.
fol.19. c litteri, pro litteris.
fol.19. c Apostolicas, pro Apostolica.
fol 21. a quondam, pro quandam.
fol.21. d alteri, pro aliter.
fol.21. d ad factum, pro id factum.
fol.22. a arbitio, pro arbitrio.
fol.26. d diffendi, pro deffendi.
fol.27. a errore, pro errores.
fol.27. a gentiles, pro gentilium.
fol.27. c alterum, pro alter.
fol.27. c de quam de qua.
fol.27. c sacramētalis, pro sacramentali.
fol.28. c tum, pro dum.
fol.29. a generet, pro generat.
fol.29. b signantur, pro designantur.
fol.29. b pertinent, pro pertinet.
fol.30. c litteram, pro litteralem.
fol 31. intenra, pro intenta.
fol.35. c ex cedunt, pro excedant.
fol 36. b loquutiones, pro loquutionis.
fol.39. a dignitatem, pro dignitates.
fol.39. b cape, pro capite.
fol.30 c misi, pro missi.
fol.39 c falso, pro falso.
fol 40. b ac, pro ad
fol 40. d doctore, pro doctorem.
fol 44. d ipum, pro ipsum.
fol 47. a illise, pro illis.
fol.52 a Hierosalem, pro Hierusalem.
fol 55. b ostradebat, pro ostendebat.
fol.74. d Ponficem, pro Pontificem.
fol.75. d audiur, pro audiunt.
fol.77. a Pastorus, pro pastores.
fol.85. a offuscauit, pro offuscauit.
fol.85. c mula, pro multa.
fol.85. c legigitimam, pro legitimam.
fol.86. c voritas, pro veritas.
fol.86. d verbss, pro uerbis.
fol 110. a Imminensis, pro imminentis.
fol 110. b seconda, pro secunda,
fol.110. b extia, pro extra.
fol.111. a clausula, pro clausulam.
fol.122. d Casar, pro Cæsar.
fol.131. d mpuniri, pro puniri.
fol 133. b auctoritatum, pro auctoritatē.
fol.153. a trempidauerūt, ꝑ trepidauerūt
fol.153. a Inuares, pro inaures.
fol. 153. d Therislis, pro Theristris.
fol.160. b flagelum, pro flagellum.
fol.173. a mater, pro matrem.
fol.177. b remotionem, pro remotiorem.
fol.180. c occnpantis, pro occupantis.
fol.201. b sensiatur, pro sentiatur.
fol.210. a retinguet, pro relinquet.

In libro Tertio.

fol.2. b exempli, pro exemplo.
fol.3. b qnę, pro quę.
fol.4. c Episcopis, pro Episcopus.
fol.5. a derigunt, pro diriguntur.
fol.5. d dicentiam pro decentiam.
fol.7. d tenere, pro teneri.
fol.19. quotide, pro quotidie.
fol.20. a vtriusque, pro vtrisque.
fol.22. b nobiles, pro nubiles.
fol.22. c bonornm, pro bonorum.
fol.23. d tribunai, pro tribunali.
fol 24. a ptestare, pro præstare.
fol.14. b in ea, pro in eo.
fol.16. d ipsamet, pro ipsimet.
fol.25. b ad secnndum, pro ad secūdum.

In libro Secundo.

fol.1. b clrca, pro circa.
fol.37. d equilum, pro equitum.
fol.40. exercebuntur, pro exercebuntur
fol.48. Isboseth, pro Ionatæ.
fol. 50. fit, pro sit.
fol.52. a nulam, pro nullam.
fol.53. a totam, pro totum.
fol. 53. c laudautur, pro laudantur.
fol 54 b nobilia, pro mobilia.
fol.55. c vfus, pro vsus.
fol.75 b tempurale, pro temporale.
fol.75. c munos, pro munus.
fol 76. c hoc, pro hic.
fol 57. c sed, pro se.
fol 58. b propret, pro propter.
fol. 58. d licit, pro licitè
fol.65. a n.licet, pro num liceat.

Præfatio ad opus.

MILLIES *ad iram Peccatores Deum prouocant, vt deposita misericordia, (quod etiam puniendo facere non potest) impleat vasa iræ suæ apta ad interitum, extendat arcum, & sagittas suas ardentibus efficiat, vt arguat filios hominum. Et licet multoties simulet Deus, & hominum peccata aut non cognoscere, aut prætermittere videatur; illicò tamen superueniente zelo, inimicos eius confundit. Dominus (inquit Isaias) sicut fortis egredietur, &* Isa. 42.
sicut vir præliator suscitabit zelum vociferabitur & clamabit, super inimicos suos confortabitur. Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & obsorbebo simul. Et quanuis multis modis soleat Deus homines percutere, & ab eis propter peccata ferre vindictam, tribus tamen potissimum flagellis id efficit, peste scilicet, fame, & bello, hæ enim sunt sagittæ Domini, quibus inimicos percutit & occidit, hæ sunt plagæ, & sagittæ illæ pessimæ de quibus Deut. 32. dicebat Dominus: congregabo super eos mala, Deut.
& sagittas meas complebo in eis. Consumentur fame, & 32.
deuorabunt eos aues morsu amarissimo, destes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram atq; serpentium. Foris vastabit eos gladius, & intus pauor; iuuenem simul ac Virginem, lactantem cum homine sene. & dixi: vbi nam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam illorum. Id ipsum sæpe quoq; minatus est in Prophetis. Vnde Hier. 14. dicitur. Quod factum est verbum Domini ad Hieremiam de sermonibus sicitatis. luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt, & obscuratæ sunt in terra, & clamor Hierusalem ascendit. Maiores miserunt minores suos ad aquam, venerunt ad hauriendum, & non inuenerunt aquam,

quam, reportauerunt vasa sua vacua, confusi sunt, & afflicti, operuerunt capita sua propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia super terram, non est hærba in agris.

Isa.15. *Et per Isaiam dicebat si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Quoniam egredientur, qui ad mortem ad mortem, & qui ad gladium ad gladium, & qui ad famem ad famem. Et visitabo super eos quatuor species dicit Dominus, gladium, & occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia Cœli, & bestias terræ ad lacerandum, & dissipandum. Quæ omnia mala, pro peccatis hominibus à Deo infligi, clarè per*

Ezec.8 *Ezechielem his verbis monstratur: Eo quod (inquit) Sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis, ego quoque confringam, & non parcet oculus meus, & non miserebor. Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui, &*

Ezec.6 *tertia pars tui gladio cadet in circuitu tuo. Et cap. 6. dicit: qui longe est peste morietur, qui autem prope, gladio corruet, & qui relictus fuerit & obsesus, fame morietur, & complebo indignationem meam in eis dicit Dominus.*

Hiere. 34. *Et per Hierem. cap. 34. ait: Vos non audistis me, vt prædicaretis libertatem vnusquisque fratri suo, & vnusquisque amico suo. Ecce ego prædico vobis libertatem ad gladium, ad pestem, & ad famem, & dabo vos incommotionem cunctis Regnis terræ. Et ne homines hæc Dei*

Isa.30. *flagella se posse effugere confidant, sic per Isa. capit. 30. loquitur. In silentio, & spe erit fortitudo vestra. noluistis, & dixistis: nequaquàm, sed ad equos fugiemus: ideò fugietis. Et super veloces ascendemus, ideo velociores erunt qui persequentur vos. Mille homines à facie terroris vnius, & à facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis, & quasi lignum super collem. Quæ flagella aut vnum eorum Gregorius Nazianze. Oratione sua in plaga grandis, quæ est 15. in ordine,*

dine, non sine maximo miserabilium verborum apparatu in hunc modum exponit. Acerba (inquit) res, terræ sterilitas, & fructuum pernicies (quidni enim?) iam spe oblectantium, atque horreis appropinquantium. Acerba res præmatura messis, & agricolæ labores suos luctu prosequentes, ac germinibus, tanqurm mortuis, assidentes, quæ mitis imber aluit, ac ferus, & immanis demessuit: quibus non impleuit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit. Nec propter ipsa, benedictionem eam, quam, qui prætereunt, agricolæ impertire solent, consequtus est miserum spectaculum, terra contumelia affecta, & detonsa, suoque ornatu spoliata: quod & Beatus Ioel deplorat terræ corruptionem, & famis cruciatum tragicè, vt si quis alius exagerans, & item alter propheta luget, pristinæ pulchritudini, priorem deformitatem apponens, cum scilicet de Domini terra conquassantis ira verba faciens, in hunc modum loquitur: Anteriora eius, hortus voluptatis; posteriora autem, campus exterminij. hæc ille. Quibus plura in eadem oratione addit Domini in nos seuientis iram Demonstrans & ijs flagellis castigantis. Legimus peccasse Dauid, in populo numerando, à Dan vsque ad Bersabe & Dominum illi tria flagella famis scilicet pestis, ac belli proposuisse. Ex quibus ipse (quoniam in se volebat conuerti iram Domini, cùm ipse solus in eo facto peccasset) dimissis famis, ac belli flagellis, pestis iram elegit, putauit enim & sic est, in flagello famis, sibi cibaria non defutura, ac in bello se quoque seruandum papilionibus, & vndique armatorum corona vallandum pestem vero ad mortem maturam iudicauit accommodatiorem, quippe quæ cum impellēte infecto, vento feratur, Grecum fortè sperabat vna cum alijs se morbi læ-

talis

talis falce demetendum, atq; ita suo delectu Dominus, illius populum peste, percussit. Sed proh dolor, non sic se res habet nostris hisce temporibus, nec vno tantum nos Deus flagello castigauit, ac castigat; sed superioribus annis, dum humanas segetes annonæ præsura, ægestate nimia, ac pestis dira falce demessuit, Nunc bello vndique resonante a multis iam annis maximo effuso sanguine in hanc vsq; diem castigat. Nec mirum, si nos ijs omnibus flagellet malis, quo-
Gene. 18. *niam potest de nobis dici illud Geneseos c. 18. clamor Sodomorum & Gomorrheorum, multiplicatus est, et peccatum eorum aggrauatum est nimis: ideò percussit nos Dominus, & adhuc manus eius extenta. Quod in causa fuit, vt paruulum hoc opus nostrum cunctis gentibus legendum prælo mandaremus, vt sic discant Episcopi & animarum curatores, officium suum pietatis, & charitatis in proximos exercere: atque pariter Populi, Dei iram hisce flagellis experti, humilientur sub potenti manu Dei, vt exaltentur in die visitationis eius. Verum ijs enarratis, ad præfatarum disputationum tractationem sigillatim descendamus.*

A RVTILII BENZONII ROMANI,

Episcopi Lauretani, & Recanatensis.

LIBER PRIMVS.

De fuga in Peste.

SÆVIENTIS pestis grauiora, & vniuersaliora esse pericula, quàm famis, & belli, præsertim in his, quæ animarum curã concernunt, nemo est, qui dubitare possit. Quapropter meritò prius de peste, quàm de fame & bello nostrum hoc opus tractabit. Verùm, quoniam duplicia sunt munera, quæ circa peste infectos, piè & religiosè præstari debent; alia quidem circa uiuẽtes; alia autem circa iam extinctos, & mortali vita defunctos; Ideò primus hic noster liber, duas disputationes cõplectetur: in quarũ prima de his, quæ Episcopus, & Curati circa laborantes, eo tẽpore, præstare debẽt, disputabitur. In secũda uerò de muneribus circa corpora iam extincta præstandis, amplè satis, & diffusè peragetur.

Pestis est maius malum, q̃ sit fames & bellum.

B

Diuisio libri.

DISPVTATIO PRIMA.

De ministerijs ab Episcopo, & Clericis exsoluendis, erga uiuentes tempore Pestis.

PRior disputatio nouem quæstionibus absoluitur.

In prima differetur; An habentes curam animarum teneantur sacramenta ministrare laborantibus epidemiæ morbo?

In secunda, germanus, & litteralis sensus adducetur, uerborum Ioã. 10. *Bonus pastor animã suã dat pro ouibus suis?*

In tertia tractabitur, Num Rex, vel Princeps sæcularis iusta lege possit impedire Curatum, & alios ministrantes, seu ministrare uolentes infectis, ne ministrent? C

In quarta, An metus mortis, uel periculum uitæ excuset ab obseruantia præcepti & legis humanæ.

In quinta, An scripto possit quis confiteri?

In sexta, An eo tempore quilibet sacerdos habeat iurisdictioně in quemlibet illius ciuitatis, uel diœcesis, ita, quòd si absoluat, teneat sacramentum.

In septima varia dubia ad hāc materiā spectātia enucleabūtur.

In octaua agetur de flagellis Dei.

In Nona, quibus potius quis succurrere teneatur, exponetur.

QVAESTIO PRIMA.

An habentes curam animarum teneantur sacramenta ministrare laborantibus epidemiæ morbo?

MVlta sunt argumenta, quæ rem propositam dubiam uerisimiliter faciunt. nos ea quæ partem negatiuam non inefficaciter suadere uidentur, initio disceptationis, ut moris est proponemus: sunt autem quæ sequuntur. D

Primum argumentum.

Primum, quoniam parochus si accedat ad peste infectos, redditur inhabilis ad ministrandum sacramenta sanis suæ parochiæ. Hi enim propter periculum exterioris morbi, recusabunt ab illo obsequia spiritualia arripere.

Secundū argumentum.

Secundum, quia si teneretur, esset ob sacramenta Viatici, & Confessionis: atqui neq; ob id teneretur. Anima enim infecti potest saluari contritione, quæ est medium necessarium adulto ad salutem, cui sacramenta in uoto suscepta sufficiunt. Vnde hic casus est similis omnino illi, in quo non est copia Cōfessoris.

Tertiū argumentum.

Tertium, periculum uitæ Pastoris certius est tépore pestis, quàm periculum damnationis; uel quàm sit certa salus animæ ouis. Multi enim ut deuoti, ac pij, etiam sine pastoris ope componunt se cum Deo, ac dolent peccasse; plerique etiam cū sacramentis damnantur; rari autem desperant, uel periclitantur: nonnulli eo morbo non moriuntur, ergo non tenetur passim Pastor exponere uitam. Quoniam corpus suum nemo tenetur exponere pro incerta salute proximi sui.

Quartum argumentum. Illa regula, quod Pastor debet animam suā ponere pro ouibus, multas habet exceptiones. Prima. Secunda.

Quartum regula illa; Pastor debet ponere uitam pro salute ouis suæ, non est uera semper, sed habet multas exceptiones. In primis si parochianus in ignem, uel puteum se proijcit, non tenetur pastor Ponere uitam suam, tunc, ut illum confiteatur, etiam si sciret illum esse in statu damnationis; & si ouis sit a Turcis capta, non tenetur Pastor captiuum se facere, ut illam confiteatur, quemadmodum si tempore Paschatis diceret

A ceret Parochianus, Nolo confiteri, nisi des mihi centum aureos, uel uolo me in aquam proijcere, nisi des quinquaginta, tunc Parochus, ista centum, uel quinquaginta exponere non tenetur, sed culpæ nolentis se aliter confiteri imputetur. Præterea si uideat rector periclitantes in tempestoso naufragio oues suas, nunquid tenebitur intrare turbatum mare, ut illas confiteatur? Finge itẽ, domum Parochiani igne cremari, tenetur ne intrare ad confitendũ? Denique sit casus magni conflictus, uideat Parochus suam ouem in medio ensium occidi, & trucidari, tenetur ne ensibus se exponere, ut confiteatur illam? nequaquam certè. Non igitur semper est uerum, pastorem teneri animam ponere pro ouibus suis. Insuper, sit casus sanè non metaphysicus. Si in aliquo Oppido nõ adsit nisi unus sacerdos, sit domus una, uel altera infecta, & homines ibi in articulo mortis, quæro? Curatus tenetur accedere, uel non? si non, habeo intentum. si sic, esto accedat. Tunc uel expellẽt illum, uel sanè recludent, uel certè morietur, & sic sine Pastore erunt, quod est inconueniens. Deinde cum inter non infectos, plures fame, & inedia, alij alijs morbis pereant; nemo erit, qui illarum animarum curam gerat. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Septima. Octaua.

Adde, quòd supponimus infectos esse tres, uel quinque sanos 300. uel 500. Item esse plerosque alios diuersis mortiferis infirmitatibus grauatos; ad quos obsecro, magis accedere obligatur? Nona.

B Vltima, quoniam Canonici possunt fugere à loco beneficij pestifero, Religiosi non tenẽtur obedire Prælato præcipienti sub obedientia ministrare infectis; moniales item possunt exire claustra, & septa monasterij, ergo & Curati, qui minorem profitentur perfectionem. Adde, quòd medicus corporalis potest fugere, ergo & spiritualis. Moniales nõ possunt exire claustra sui monasterij tẽpore pestis.

In oppositum est text. Ioan. 10. *Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis*, & ratio potissima hæc est; Quia in illo casu tenentur laborantes confiteri, ergo & Curati obligantur audire. Ioan. 10.

Hæc quæstio est sanè delicata, & digna omni subtili, & egregia resolutione. Tanguntur enim in ea plures difficultates. Prima est, An possint Episcopi & Curati, in casu pestis à loco beneficii abesse? Secunda, An etiam Canonici, quibus non imminet cura animarum. Tertia supposito, quòd Curati teneantur nõ abesse, num infectis debeant actu ministrare sacramenta; & quomodo? Quarta, Ad quid, & quando teneantur sacerdotes non Curati. Quinta, An Religiosi teneantur obedire Prelatis precipientibus, ut ministrent spiritualia infectis? Sexta, qui Religiosi ex ui instituti obligentur in subsidium, ut sæcularibus malè affectis inseruiãt. Septima, Num sanctimoniales tunc possint claustra deserere, & exire. Octaua, quid de corporali medico dicendũ sit. Aduertendũ autẽ est, ꝙ loquimur de iustitia, & necessitate, non de perfectione charitatis, secũdum quam optimum datur consiliũ, ut præsentes sint, In quæstione hac, tanguntur multæ difficultates. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Septima. Octaua.

Ioan.15.

& ministrent in omni casu. *Maiorem* enim *charitatem nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis, & proximis suis.* C

Modus procedendi Auctoris in quæstione.

Atque ut in hac disceptatione certo ordine procedatur, primo loco ponam sententias doct. tam Canonist. quàm Theologorum. Secundò, quid sit resolutè tenendũ, per aliquot conclusiones aperiã. Tertiò, argumenta principio quæstionis posita, dissoluemus.

Prima sententia.

Prima igitur sententia est eorum, qui existimant, Rectorẽ non debere fugere à loco beneficii pestifero, uel si vult fugere, ponat Vicarium, qui non poterit fugere. Sed ij non tangunt difficultatem, An infectis teneantur sacramenta propinare. Debet enim propter sanos, & alios non infectos malè habẽtes adesse, uel etiã infectis, quantum fas est suæ saluti, prodesse. Ita sentit Ripa in par. 2. de priu. contract. ca. Pestis. nu. 147. & Rebuff. in sua praxi benef. cap. dispensatio. de non resid. fol. 350. quamuis malè citet Rip. in aliam sententiã. Ita Imol. in cap. fi. de cler. non resid. col. 2. Ita inter Theologos Io. Ecchius homil. posteriori secundæ domi. post Pasc. Addit autem unũ Immo; Ecclesia defectum, seu necessitatẽ in diuinis patiẽte tempore pestis, posse etiam in foro exteriori cõpelli Curatũ ad residendum, q̃uis alium sui loco substitutũ reliquisset.

Ripa.

Rebuff.

Rebuff. malè citat Ripã in aliam sententiam.

Imola.

Ioannes Ecchius.

Secunda sententia.

Secunda sententia est eorum, qui specificant, uidelicet, Curatũ sub pęna peccati mortalis; debere non solùm non fugere, sed etiã actualiter infectis ministrare. Ita D. Doctor Nauar. in manua. cap. 25. de stat. Cler. quoad beneficia. num. 133. & cap. 24. num. 11. & ad hanc sententiam potest trahi Rebuff. propter ultima uerba illa, Nec tenetur intrare domum infecti si ualeat surgere, quasi dicat. Si non ualeat surgere tenetur. Sed expresè illam tenet Ioan. Maio. in 4. dist. 17. q. ult. & Gabr. in serm. Domin. 24. post Pent. in q. de fuga pestis, concl. 4. corol. 1. & 2. Quam sententiam extẽdit etiam ad auxilium præstandum cuicunque Christiano in articulo extremæ corporalis necessitatis constituto; in quo dicto est singularis. Idem scribit Illustrissimus Cardinalis Franciscus Toletus in suis comment. super art. 5. quæst. 26. secundę, secundæ, & in sua q. ult. super art. 2. quæstionis 33. secundę, secundæ. Idem quoque elicceres interpretatiuè, quamuis non expresè ex Caieta. in comment. super eundem art. 5. in illis uerbis, Quibus illi non obligantur. Idẽ sentit Abulen. q. 101. super 10. Matth. & part. 6. in Matth. 22. cap. q. 306. ad tertium ubi ait, quòd ille, qui habet curam de salute Proximi, tenetur generaliter exponere corpus suum pro salute Proximi, si aliter ille seruari non potest, & sic est de Prælatis, & de Rectoribus populorum. Et multa puncta notanda, dicit super hoc, & quoniam hic auctor difficilè reperitur, eius sententiam affero. Quando, inquit, persequutio a Deo infligitur, ut morbus epidemiæ, qui est quædam cœlestis ira, si possunt populi fugere, utile, & consultum; si uerò non, propter humanas importunitates, teneantur Prælati eorum populorum, idest Curati, & illi ad quos de iure, D

Nauarr.

Rebuff.

Ioannes Maio.

Gabri.

Cardinal. Toletus.

Caietan.

Abulen.

Epidemiæ morbus, est quædam cœlestis ira.

Ad quid teneant Pręlati & Curati populorum infectorũ, tempore pestis.

A re, uel consuetudine pertinet, sacramenta ministrare, manere cu grege suo, & si certissimè putent propter hoc morituros. Nam si in persequtione hostili, quando contra fidem agitur, tenentur manere, tunc etiam tenebũtur manere; quia æqualiter eorum est necessaria præsentia; & tenentur omnes manere, nisi fortè tot sint, quòd quibusdam recedentibus, alij possunt sufficienter populo in spiritualibus ministrare. Quòd si manentes decesserint, tenebuntur, qui fugerant reuerti, etiam si hoc sit eis mortis occasio, uel alios sibi substituere, qui officium istud sufficienter expleãt, quandiu populus, uel aliqua pars eius manere uoluerit in loco illo infecto. Vel si ire foras uoluerit, sequatur Pastor gregem suum. Aliqui dicunt, quòd sufficiet, ut Prælati moneant subditos, ut exeant de locis suis, & quòd alibi erunt cum eis; quòd si noluerint, non tenentur se morti exponere propter eos, manendo in loco illo, cùm sint in culpa, manendo ibi, potissimè cum sint requisiti a Prelatis, ut inde exeant, & cum eis eant alibi. Dicendum, quòd nõ est uerũ. Quia multi propter necessitates humanas, uel fortasse: quia alibi non habent uictum, manent in illis locis; ideo cum illis tenebuntur manere Prælati. Quod patet, quia tempore persequtionis factæ ab hostibus fidei, licitum est Prælato, & subditis simul loca deserere, transferendo se ad alia. si tamen aliqui de subditis habẽt aliquam necessitatem manendi in locis, tenentur cum eis manere Prælati, idest aliqui de ijs, qui sufficiant ministrare spiritualia. Vnde patet, quòd grauiter peccat pastor, si discedat, non suffecto aliquo loco sui. Hæc ille. Idem scribit Claudius Espenceus super primam, ad Timot. lib. 3. digressionum, cap. 19. Et non solùm hoc ipsum sentit de Curatis; sed etiam extendit ad Canonicos, ad superiores ciuitatum, ad Iudices, ad Magistratus, ad medicos, ad pharmacopolas, ad coniuges, parentes, liberos, tutores, pupillos, dominos, famulos, uicinos, quos ait tempore pestis non debere fugere, & dicit Ludouicum Berum sensisse contrarium. Idem supponunt moderni scriptores in suis opusculis. Amplissimi, scilicet, Cardinales Carolus Borromæus, titu. S. Praxedis, & Gabr. Paleottus in sua epist. pastorali.

Nota.

B

Claudius Espencæus.

Illustriss. Cardin. Carolus Borromæus.

Illustriss. Cardinalis Gabr. Paleottus.

Tertia sententia est Tabien. & Armill. uer. Episcopus, num. 6. hi quatuor dicunt. Primum est, quòd tam Prælatus, quàm quilibet Christianus, uidens aliquem subiacere periculo animæ, tenetur, quando potest etiam cum periculo uitæ subuenire; & dant exemplum de puero, quando moritur sine baptismo in pestilentia, uel de decepto ab infideli. Et similiter si uideret fratrem tempore pestis laborantem, qui desperat, nisi ad eum uadat. Secundò dicunt, quòd Prælati non solùm tenentur in prædicto periculo extremæ necessitatis; uerùm etiam in a io articulo magnæ necessitatis, videlicet, quando uerisimiliter dubitarent de futuro periculo animæ suorum subditorum, & non inueniret, qui uellet subuenire,

Tertia sententia. *Tabiena.* *Armilla.* *Primum dictum.* *Secundum dictum.*

& supplere, & tunc non possent fugere. Et addunt, quòd tenetur C quærere, ubi tale periculum imminet probabiliter.

Tertium dictum. Tertiò dicunt expressè, quòd pro administratione sacramentorum, quæ non sunt de necessitate salutis, puta Viatici, & Cõfessionis, quæ si habitantur in uoto, & ille deficiat contritus, sufficit, & non tenetur quis, siuè Prælatus, siuè non, exponere se periculo corporis.

Quartum dictum. Biel reprehẽditur. Quartò dicunt, quòd pro salute corporis proximi, non tenetur quis exponere suum corpus, contra Biel. Atque hæc sunt placita Doctorum.

Simon Maiola. Quibus pro hac ultima sententia subscribit recentior iuris peritus Episcopus Simon Maiola lib. 2. de irregula. cap. 20. nu. 3. Nũc uerò quid probabilius sit sentiendum, sequentibus conclusionibus declaremus.

Prima conclusio. Prima conclusio. In extrema necessitate spirituali posito, tenetur unusquisque christianus etiam cum euidenti uitæ periculo succurrere, si potest iuuare.

Cõmunis doctorũ sententia. Hæc cõclusio est communissima, & habetur in terminis apud S. Tho. 3. sent, d. 29. q. 1. art. 8. quæstiunc. 2. ad secũdum, & 1. 2. q. 73. art. 5. & 2. 2. q. 26. art. 5. ad tertium, & quæst. 44. art. ult. ad secundũ, & in quæstionibus disputatis, quæstione de charitate, art. 11. in solutione ad 9. quodlib. 4. art. 20. & opusculo 18. cap. 14. & 16. & alibi. Est quoque Gabri. Tabi. & Alex. de Ales; par. 3. q. 189. mem. 3. ad D primum, & omnium. Extremam necessitatem spiritualem intelligo, quando uita animæ proximi perit, & deficit sine meo auxilio, & nullum aliud habet remedium.

Tabi. Alexand. de Ales.

Cõclusio probatur. 1 Ioan. 3. Eccles. 17. Et probatur unico argumento. 1. Ioan. 3. *In hoc cognouimus charitatem Dei, quòd animam suam posuit pro nobis, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Vnicuique enim mandauit Dominus de proximo suo.* Eccl. 17. & confirmatur ratione. Nam quilibet tenetur uitam propriam temporalem exponere pro salute temporali Reip. Atqui maius bonum est unius hominis uita spiritualis, quam uita temporalis Reip. ergo a fortiori, pro hac tenebitur magis uitam exponere. Ex hac conclusione sequntur tria corollaria. Primum est, quòd si in pestilentia puer moriatur sine baptismo, uel adultus infectus in mortali cõstitutus desperet, uel signa faciat impœnitentiæ, debeo cum uitæ periculo succurrere, quando non est alius qui possit, & uelit. Secundum est, quòd quilibet christianus, sub peccato mortali obligatur ad præceptum correctionis fraternæ, etiam cum uitæ periculo, quando aliud tempus correctionis non expectatur; quidquid Francis. Mairon. dicat. Ita tenet Adria. in 4. q. de correct. frat. Gabr. lectione 74. super can. Caietanus 2. 2. q. 73. art. 4. Lyr. 1. Ioan. 3. & S. Tho. eadem part. q. 33. art. 2. ad tertium, & colligitur ex D. Aug. lib. 2. de ciuit. Dei. cap. 9.

Quilibet tenetur exponere propriã uitam temporalem pro salute temporali Reip. Primum corollarium. Secũdum corollarium. Francis. Mairon. Adrian. Gabr. Caietan. Lyra. S. Tho. D August.

Tertium corollarium. Sequitur tertiò (notanter enim posui exemplum de puero) grauiter

A uiter errare Caiet. sentiétem 3. par. q. 68. art. 1. & 11. paruulos iam natos, non ualentes habere baptismum in re, posse saluari per baptismum in uoto parentum, cum aliquo exteriori signo; quemadmodum etiam existimat de pueris in utero materno existentibus nondum natis; & ibi periclitantibus. Est sanè intolerabilis error, in quem lapsi sunt Gerson in serm. de Trinit. & Gabr. in 4. d. 4. q. 2. Quamuis enim Docto. concedant, quòd si contingat defectus aliquis in administratione baptismi, ob quem sacramentum reddatur nullum, puta defectus debitæ intentionis, Deum supplere, aut iustificare puerum. Ita D. Tho. 3. par. q. 64. art. 8. ad secundú, & Duran. in 4. d. 6. q. 2. & Syluest. uer. baptismo. 1. §. 5. hoc tamen dictum, cùm non scientificè afferatur: sed tantùm piè pronuncietur, non est ullo pacto extendendum ad errorem Caiet. cùm non sit par ratio, & expresè sacræ scripturæ repugnet asserenti; *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire regnum Dei.* & Conc. Trid. c. 4. sess. 6. Sotus in 4. d. 3. q. unica, art. 11. cóclus. 2. benè animaduertit, hoc non procedere, quando accedit baptismus sanguinis, seu martyrij. Etenim si Turca in odium Christi, Ciuitatem Christianorú inuaderet, infantes ibi concremati, quáuis non baptizati, in Dei gratia decederent; imò & fortasse existentes in maternis uteris, licet baptismo aquæ tingi non possint. Sicut enim Ecclesia applicat fidem suam paruulis per baptismum,
B ita & Christus suam charitatem per martyrium. in quo sanè Sotus benè dicit.

Caietani error in materia baptismi. Gersonis error. Gabrielis error. D. Tho. Syluest. Ioan 3. Concil. Trid. Sotus.

Secunda conclusio, in graui necessitate spirituali posito, non tenetur unusquisque succurrere cum periculo uitæ. Voco grauem necessitatem, quando proximus habet aliud remedium, & ego aliàs nó teneor. Verbi gratia. est pestis, sunt multi in periculo mortis, & fortè in peccato; non desunt confessarij ex officio qui possint, & uelint, possum ego, qui non teneor, sine peccato non succurrere. Probatur conclusio. Nam tunc ego exponerem me maiori periculo, quàm sit illud, in quo est proximus. Etenim maius est periculum uitæ, quàm grauis necessitas in alio genere. Atq; hæc conclusio est quoque communissima. Et est doctrina S. Tho. 2. 2. q. 26. ar. 5. ad tertium. Cuius uerba hæc sunt: Cuilibet homini imminet cura proprij corporis; nó autem imminet cuilibet cura de salute proximi, nisi in casu; & ideo non est de necessitate charitatis, quòd homo propriú corpus exponat pro salute proximi, nisi in casu, quod tenetur eius saluti prouidere. Sed q aliquis spontè se offerat, pertinet ad perfectionem charitatis. Hæc S. Tho. & nos in conclusione. Casus autem iste est, quando sine mea ope, (deficiente copia proprij sacerdotis) salus animæ proximi timetur; qui est casus primæ conclusionis, extra quem nemo, qui uinculo officij, uel uoti non obligatur, tenetur proprium corpus exponere. Et quamuis uerum sit, q D. Aug. docet lib. 1. de doctrina christia-

Secunda conclus. Quid sit, seu quæ uocetur ab Auctore grauis necessitas. Probatur conclusio. Maius est periculum uitæ, quàm grauis necessitas in alio genere. S. Tho. Quod homo exponat corpus suum pro salute proximi, nó est de necessitate charitatis, nisi in casu: sed est de perfectione. D. Aug. quomodo intelli

gatur ex D. Thoma, & Caietan.

na, cap.27. tom.3. quòd plus debemus diligere proximum, quàm C corpus proprium, (quod proculdubio est intelligẽdum de anima proximi, quæ est potior pars eius, vt ibi ad primũ exponit D.Tho. & Caiet. Illud tamen intelligendum est de eo, qui tenetur eius saluti prouidere. Præcepta enim affirmatiua obligant semper, non tamen pro semper. Aduerte, q; in conclusione dictum est, Qui possint, & uelint. Nam si parochi non possint, uel iustè, aut iniustè nolint, uel mihi probabile est, eos non administraturos, & auxiliaturos, teneor absque dubio opitulari, ut in simili doctè concludit Nauar. in manu. confess. cap.24. nu.22.

Præcepta affirmatiua obligant semper, non tamen pro semper.
Nota.
Nauar.
Tertia conclusio.

Tertia conclusio. Canonici a loco beneficij pestifero possunt sine peccato fugere. loquor de Canonicis, quibus non imminet cura animarum. Hæc conclusio est cõtra uirum illum Claudium Espencæum, & est Rip. in terminis loc. cit. nu.136. & infra; & nemo est qui contrarium teneat. probatur conclusio.

Cõclusio hæc est in Claudium Espencæum.
Ripa.
Cõclusio probatur primo.

Primò, quia nulla necessitate iustitię, nec officij coguntur tunc residere. Omnis enim conuentus, & chorus eo tempore cessat iure naturali, propter periculum contagionis in commercio.

Probatur secundò.

Secundò, ratione D.Thom. 2. 2. q.26. art.5. ad tertium, quia cuilibet homini imminet cura proprij corporis, non autem cuilibet imminet cura de salute proximi. Cum igitur Canonicis non sit cura animarum commissa, proprij autem corporis semper sit cura commissa, iuxta illud Ephes. 5. *Nemo carnem suam odio habet, sed nutrit & fouet eam*, sine peccato ullo, Imò prudenter aget Canonicus, si locum pestiferum relinquat. D

Probatur tertiò.
Officium Canoniæ est de iure positiuo, ut patet ex Concil. Trid.
Leges humanæ, non obligant cũ mortis periculo, nisi earũ non obseruantia uergat ĩ fidei detrimẽtum.
Syluest.
Innocen.
Archidiaco.
D Tho.
Sotus.
Caiet. reprehẽditur à Soto, & benè.

Tertiò, quia ius & officiũ Canoniæ, est de iure positiuo, ut uidelicet, toties tali die in choro simul conueniant. Conc. Trid. sess. 24 c.12. Atqui nulla lex positiua humana obligat cum periculo uitæ, usque ad mortem inclusiuè, quale est probabile saltim eo tempore. est enim axioma commune doctorum, leges humanas non obligare cum mortis periculo, nisi earum non obseruantia tẽdat in detrimentum fidei, uel boni communis, ut aiunt Syluest. excõmunicatio. 5. §. 23. ibi, item quia non tenetur quis obedire, & ver. metus, §.7. ibi, secus si iure humano. Innocent. c. sacris, de his, qui ui, metuque ca. Archid. in c. utinam. d.76. D.Tho. 2. 2. q.147. artic.3. & Sot. (quantum ad hoc) lib.1. de iusti. & iur. q.6. art.4. dub.4. & in 4. dist.22. q.1. art.4. Nec audiendus est Caietanus super art.4. q.96. 1. 2. & in sua quæstione, super q. 125. 2. 2. dubio ult. qui existimat, non ex ui legis, sed benignitate legislatoris effici, ut homo aliquando non obligetur sub tanto periculo, qui in hoc bene censuratur à Soto loco cit. cùm ex operis grauitate examinãdum sit, an lex obliget ad sui obseruationem, usque ad mortem inclusiuè. de qua uide Med. 1. 2. q.96. art.4. & nos inferius in q. diffusius tractabimus.

Sed quonam modo rationabilis causa excuset ab obseruantia

legis

A legis humanæ, pulchrè scribitur à Panorm. in rubr. de obserua. ieiun. Quæ autem rationabilior causa fingi potest, quàm uitæ propriæ conseruatio? Animaduertendum autem est, ꝙ hæc fuga potest esse cum magno merito, scilicet, quando Canonicus ad hoc fugeret, quo possit esse adiumento in futurum Ecclesiæ sanctæ, quemadmodũ si esset magnus Theologus, uel egregius Concionator. Iuxta hanc conclusionem intelligendus est Hostien. in sua summa de Cler. non residen. §. ult. nu. 5. ibi. Aut causa necessitatis. Vnde per iura ualdè bona allegata concludit, ꝙ quãdo aer est malignus, infirmus, & pestifer, est iusta causa absentiæ. Hoc, inquam, dictum non est sic absolutè prolatum, extendẽdum ad curatos ullo modo, ut infra dicemus, sed ad cæteros residentes, & reducitur ad impedimentum rationabilis necessitatis corporalis. Quo casu abeuntes Canonici, debẽt integrè omnibus distributionibus quotidianis, & anniuersarijs defunctorum gaudere per c. Bonifatij, quod incipit consuetudinem renouatum à Cõcilio Trid. sess. 24. cap. 12. & tunc cum bona conscientia tantisper abesse poterunt, quantùm intemperies aeris, uel morbi contagio durabit, aut certè quousque securè aperiatur commercium. Intelligitur hoc de Canonicis, ut diximus, curam animarum non habentibus. Nam, qui curam animarum habent, etiam collegialiter, ut nostræ cathedralis Lauretanæ Canonici, ij residere tenentur, & aufugere non B possunt.

Panormitan. Hostiens. Aer malign⁹, & pestifer est iusta causa, ut quis excusetur à residẽtia in eo loco, quod non ĩtelligitur de curatis, aut curam animarum habentibus. Canonici Cathedralis Lauretanæ tenentur residere etiam tempore pestis, nec possunt fugere.

Quarta conclusio. Pastores animarum, ut Episcopi, Curati, Vicarij perpetui, & uniuersaliter obligati populo ex officio ad sacramenta ministranda, tenentur sub pœna peccati mortalis non fugere à loco beneficij pestifero. Relicto autem Vicario sufficienti, possunt sine scrupulo abesse. Hæc conclusio est communissima omnium doctorum. In hoc enim puncto omnes conueniunt. Et quantùm ad primam partem. Probatur primò ratione Gabr. Quia fugere, & relinquere populum in casu prædicto est contra legem simul, & ordinẽ Charitatis. Contra legem, quia bonus Pastor tenetur animam suam pro ouibus in casu necessitatis ponere. Ioan. 10. contra ordinem charitatis; quia magis diligendæ sunt animæ proximorum, quàm corpora nostra. Nam inter diligibilia (secundum B. August.) hic assignatur ordo, ut primò super omnia Deus, Secundò anima propria, Tertiò anima fratris. Quartò corpus tam nostrum; quàm proximi diligatur. Præponere ergo salutem corporis sui, saluti animæ proximi sui, est facere contra ordinem charitatis; quia magis diligitur, quod minus diligi debet. Hæc Gabr. & benè. Ordo autem Charitatis cadit sub præcepto, ut optimè determinatur à D. Tho. 2. 2. q. 44. art. 8. ad secundum. Secũdò, ex doctrina eiusdẽ D. Tho. super cap. 10. Ioan. lect. 3. quia, inquit, spiritualis gregis salus præponderat corporali uitæ pastoris. Ideo cùm periculum imminet de gregis salute, debet quisque spiritualis gregis pastor

Quarta conclusio. Cõclusio est cõmunis doctorum. Prima pars conclusionis. Probatur primo. Gabr. Ioan. 10. Animę proximorum plus diligẽdæ sũt, quàm corpora nostra. Ordo diligibilium ex D. August. Ordo charitatis cadit sub præcepto. D. Tho. Probatur secundò. D. Tho.

pastor corporalis uitæ dispendium substinere pro gregis salute. C
Hæc S. Doctor. Imminet autem dispendium, & periculum euidés & sanorum, & infectorum, & aliorum infirmorum, si non relicto Vicario, grex deseratur. & in opusculo de perfect. uitæ spirit. cap. 16. scribit hæc uerba. Tenentur Episcopi, ut pro salute subditorum animam suam ponant, dicente Domino: *Ego sum pastor bonus, &c.* ex quibus uerbis patet, ꝙ de necessitate pastoralis officij est, ut periculum non refugiat propter gregis sibi commissi salutem. obligatur ergo ex ipso officio sibi commisso ad hanc perfectionem dilectionis, ut pro fratribus animam ponat. Hec D. Tho. & quodlib. 12. q. 18. art. 3. ubi ait, ꝙ qui ex necessitate officij predicat, puta habens curam animarum, non debet dimittere gregem, etiam propter periculum mortis, dummodo possit aliquod bonũ facere, remanendo cum grege. Idem in terminis habet 2. 2. q. 185. art. 5. in corp. & ad tertium. *Vbi, inquit, subditorum salus, exigit personæ Pastoris præsentiam, non debet Pastor personaliter gregem deserere.* Neque propter aliquod commodum temporale, neque etiam propter aliquod periculum imminens. Si enim perniciosum est, nautam in tranquillitate nauem deserere, quanto magis in fluctibus, ut dicit Nicolaus Papa, & habetur. 6. q. 2. Idem 1. Corin. 16. lect. 2. in prin. & 2. Cor. 11.

Joan. 10.

Pastores animarum ex ui sui officij obligantur ut animũ ponant ꝓ ouibus, ex sententia D. Tho.

Pulchrum dictum Nicolai Papæ.

Probatur tertio. D. August.

Tertiò, ex doctrina D. Aug. in epist. ad Honora. epist. 180. cuius titulus est: Quomodo, & quando, & quibus fugiendum est, immi D
nente periculo; ubi egregiè scribit, & demõstrat, quanta mala nascuntur ex fuga ministrorum in periculis, quæ mala euitari non possunt sine peccato mortali. *Cum Episcoporum* (uerba sunt August.) *& Clericorum & Laicorum est commune periculum, ij, qui alijs indigent, non deserantur ab ijs, quibus indigent.* & infra. *Aut ergo ad loca munita omnes transeant, aut, qui habent remanendi necessitatem, non derelinquantur ab ijs, per quos illorum Ecclesiastica est supplenda necessitas, aut pariter uiuant, aut pariter sufferant, quæ eos Paterfamilias uolet perpeti.* & infra. *Fugam imperauit Dominus, & acceptabile est fugere. Sed ijs, quos Ecclesiastici officij non tenent uincula.* & aduerte, quòd dicit, esse magis meritorium mori ibi in periculis, quàm si, dum fugeret, Martyrium susciperet. & infra. *& si aliqui deseruerunt plebes suas, hoc est, quod dicimus fieri non debere. Neque enim tales Docti auctoritate Diuina, sed humano uel errore decepti, vel timore sunt uicti.* & tota illa epistola uersatur in hanc sententiam. Nota etiam extrema verba: *Hæc tibi, frater, quæ existimaui ueritate rescripsi.* Vbi non per zelum, & feruorem loquutum se esse testatur. Mori in eiusmodi periculis, & precipuæ in ministerijs infectorum, nihil à Martyrij splẽdore abesse scribit Euseb. Cæsarien. lib. 7. Histo. eccle. c. 17. & Cyprian. libell. de mortalit. circa mediũ, idem aureis ijs verbis scriptum reliquit. *Pestis ista est leuis, quæ horribilis, et feralis uidetur. Explorat*

Fugam quib' Dominus imperauit, ex sẽtentia Augu.

Aureum dictum D. Augustini.

Euseb. Cesar.
D. Cypria.
Pestis ꝓpter quid immit-

iustitiam

A *iustitiam singulorum, & mentes humani generis examinat, An infirmis seruiat sani, An propinqui cognatos piè diligant, an misereantur seruorum, languentium Domini, An deprecantes ægros nō deserant medici, An feroces uiolentiam suam comprimant, An rapaces auaritiæ furentis insatiabilem semper ardorem, vel metu mortis extinguant, An ceruicem flectant superbi, An audaciam leniant improbi, An pereuntibus charis, vel sic aliquid diuites largiantur, & donent sine hærede morituri, ut nihil aliud mortalitas ista cōtulerit. Hoc Christianis, & Dei seruis plurimum præstitit, quòd martyrium cœpimus libenter appetere, dum mortem discimus non timere. Exercitia sunt nobis ista, non funera. Dant animo fortitudinem, gloriam contemptu mostis præparant ad coronam. Mori planè timeat, sed, qui ex aqua, & Spiritu Sancto non renatus gehennæ ignibus mancipatur. Mori timeat, qui non Cruce Christi, & passione censetur. Mori timeat, qui ad secundam mortem de hac morte transibit. Mori timeat, quem de sæculo recedentem perennibus pœnis æterna flamma torquebit. Mori timeat, cui hoc mora longiori confertur ut cruciatus eius, & gemitus interim differatur. Multi ex nostris in hac mortalitate moriuntur; hoc est, multi ex nostris de sæculo liberantur. Mortalitas ista, vt Iudæis, & Gentilibus, & Christi hostibus pestis est; ita Dei seruis salutaris excessus est,* Hæc Cyprian. Quid putas dixisset Cyprianus, si ad Pastores fugientes non solùm ad

tatur a Deo mortalibus, & est notāda sententia.

Mortem quis timere debet.

Pestis, & mors, sūt Dei seruis salutaria.

B medicos ægros deserentes sermonem conuertisset? Verùm rationes prosequamur.

Quartò, probatur conclusio ex doctrina Caiet. 2. 2. q. 185. ar. 5. & Sot. lib. 10. de iust. & iur. q. 3. art. 4. Docet Caiet. Cuius doctrinæ nihil addit Sot. (quamuis putet de suo aliquid addere) tria excusare Episcopum à residentia; necessitas impedimenti, qualitas negocij, & conditio personæ. Impedimentum autem est duplex, uel extrinsecum, ut persequutio Tyranni, & tunc tenetur residere, quando expedit Ecclesiæ presentia Pastoris, etiamsi personalis uita credatur auferenda à Tyranno; vel intrinsecum, quod ex corporea procedit infirmitate, & hoc, absolutè loquēdo, excusat à residentia, puta si oporteat mutare aerem ad recuperandam sanitatem, uel ire ad Balnea, & huiusmodi. In casu tamen imminentis periculi Ecclesiæ suæ, cui sua obuiaret præsentia, tenetur substinere ægritudinem usque ad mortem inclusiuè. Hæc Caietan. nunc quæro, Pestilentia pōnetur inter impedimenta extrinseca, vel intrinseca? Si inter extrinseca (ut existimo) certè si ullo unquam tempore fingi potest præsentia Pastoris prodesse, tūc maximè prodest; cùm ob euidens, & commune mortis periculum, & animarum naufragium, tum ob cœterorum sacerdotum exemplum: Si inter intrinseca, habes casum expressum. Si enim nō licet propter malum aerem, & ægritudinem periculosam ad mortem, multò minus propter pestilentem aerem; & sic dictum Hostiens. ubi supra,

Probat quartò.
Caietan.
Sotus.

Impedimentum residentiæ duplex.

Hostien.

pra, si ad Curatum extendatur, est corrigendum. C

Probatur quintò. Ripa.

Quintò rationibus Ripæ ualdè bonis à simili. Quoniam qui exercitui præest, tenetur ex officio uigilare pro salute sui exercitus, l. officium, §. officium, ff. de re milit. Eius igitur, qui præest saluti animarum, partes erunt, insudare, ne animarum salus lædatur. Item, quia Dominus tenetur subditos suos tueri, & defendere ab inferentibus bellum. c. 1. Auten. de for. fidel. in fin. aliàs priuabitur proprietate feudi secundum glo. & feudist. communiter in §. fin. Præterea, si miles armatæ militiæ in pace militiam deserat, gradu deponitur, & in bello idem commissum, capite puniendum est, l. non omnes. §. qui pace. ff. de re milita. Sic miles cœlestis, in pace, si curam sibi creditam deserat, beneficio deponitur. c. ex parte. c. fin. de Cler. nõ residen. In bello ergo Pestilentię, in quo maiori cura, & diligentia opus est, si munus suæ militiæ subire detractet, duriori pœna (meo quidem iudicio) puniendus est, d. §. qui pace. Hęc Ripa loco citato, de priuileg. contract. fol. 7. nu. 148.

Glossa.

Ripa.

Rex, & Princeps pro salute Reip. tenẽtur uitam ponere.
Sotus.
Nicolaus de Lyra
Optima ratio.

Adde tu, ꝙ Rex, & Princeps tenetur pro salute Reip. uitam ponere. lege Sot. in 10. de Iust. & iur. q. 3. art. 4. Ergo multò magis Pastor pro suo grege. Quod Nicol. de Lyr. super 10. cap. Ioan. optimè sic confirmat. Quoniam res melior, non est exponenda periculo pro re uiliori, sed potius è conuerso. Vita autem hominis melior est simpliciter, quàm uita omnium brutorum: Et ideo licet pastor brutorum, debeat aliquem laborem pro salute sui gregis sustinere, non tamen debet se morti exponere. Anima autẽ humana nobilior est corpore; ideo è contrario Pastor animarum pro grege suo debet uitam corporalem exponere. Hactenus Lyr. Huc accedit, quòd præceptum de residentia Conc. Trid. sess. 23. cap. 1. de reformat. etiam eo tempore militat. Quare transgredi non potest sine peccato. Vnde D. Greg. in suo reg. lib. 8. epist. 41. & lib. 11. episto. 2. in casu Pestis declarat, aperteque significat, non solùm Clerum officia spiritualia exercentem, sed etiam Episcopum residentem esse debere, & adiuuantem. D

Concil. Trid.

D. Gregor.

Fuga Pastoris quando laudatur.

Deinde fuga Pastorum nunquam laudatur, nisi quando Tyrannus personam Prælati insequitur. Tunc enim, quia persequutio est personalis, & non cõtra gregem sibi commissum, propter personæ periculum, vbi per alium saluti subditorum prouiderit, licet Prælato corporaliter gregem deserere, vt inferius dicemus. Sic Apost. licuit, iuxta illud: *Si persequuti uos fuerint in una Ciuitate, fugite in aliam.* Sic Paulus fugit de Damasco, ut habetur Act. 9. Quod exemplo notissimo Athanasij, & Tho. Cantuarien. qui de Anglia fugijt, confirmari posset. Quòd si persequutio est tantùm contra gregem, uel populum, qui non solùm spirituale, sed etiam temporale damnum patiatur; tunc Prælato non est licitum fugere, & gregem dimittere, sed eum tueri obligãtur quantùm illi fas est, ab incursibus Luporum persequẽtium, Hęreticorum, Tyrannorum,

Actor. 9.

D. Tho. Cantuariẽs. fugijt de Anglia.

A norum, & eundem ab alijs necessitatibus subleuare. At si persequtio est communis, id est, contra gregem, & contra Pastorem, tunc cum Turrecrem. in q. 3. super Euang. Domin. primæ post octa. Paschæ distinguendum est; quia aut est unus solus Pastor, aut multi. Si unus, nequaquam fas illi erit fugere, cũ mercenarius esset, cuius proprium est fugere, dum Lupum uidet venientem. Si uerò multi sunt Pastores, uel Curati, tunc de communi concordia, de supremi Prælati arbitrio, poterũt aliqui recedere, alij remanere ita, ut grex remanens in illa Ecclesia, sufficienter custodiatur, & utiliter prouideatur. Ex his infertur, quod fuga secundùm se, rarò laudanda est, cùm grex ex illa, ut plurimùm, damnum reportet. Quinimò, his quoq; qui curam aliorum non habent, fuga aliquãdo uitio tributa est, ut accidit Rutilio sanctissimo Christi Martyri, qui cùm in Africa fugam solitam in persequtionibus studiosè arripuisset, & interdum uitæ periculum pecunia redemisset, idque ei culpæ adscribendum esset; Dei uoluntate tandem inopinatè aggressus, uel (ut alij uolunt) muro fugam eius terminante, oblatus Præsidi, halacriter, ac gloriosè, Martyrium subijt, ut refert Tertul. lib. de fuga.

Turrecrem.

Fuga secundùm se, rarò est laudanda.

Rutilius martyr, fugijt primò persequtionem.

Tertullia.

Dictum est autem in 2. par. con. (nisi relicto Vicario approbato, per quem necessaria possit populo suo prouidere sufficienter.) Quia tunc licitè potest fugere, neque hac in parte esset culpandus, vt mercenarius. Vt enim optimè asserit D. Tho. lect. 3. super c. 10. Ioan. mercenarius non uituperatur, quia fugit. Hoc enim aliquando licitè fit, ut patet in Athanasio, sed quia dimittit oues. Vnde si posset fugere non dimittendo oues, non esset uituperabile. Quando igitur uice sui relinquit aliquos, qui consolentur, & gubernent gregẽ sufficienter; qui sic fugit, non dimittit oues, & hoc modo, in casu fugere licet. Hęc S. Doctor. Idem ait in d. art. 5. in solutione ad primum & secundum. Et est dictum D. August. in cit. epist. ad Honora. Ille autem Vicarius, teneretur sub peccato mortali ea omnia præstare, ad quæ proprius Curatus teneretur. Quo extincto, deberet sub peccato mortali uerus Curatus accedere, uel alium mittere, aliàs peccat mortaliter, & ut dictum est, in foro exteriori per priuationes beneficij, aliasue pœnas compelli posset. Tenetur autem necessariò Curatus, qui discessit, omnem curam adhibere, ut crebrò certior fiat de incolumitate uitę, & bono regimine Vicarij sui. Nam si hanc diligentiam nõ apposuerit, & post eius discessum Vicarius moriatur, etiam Curato mortem Vicarij sui ignorante, à peccato mortali non excusatur. Quoniam cùm Ecclesiæ præcepto, & lege quis obligetur ad finem, & media necessaria ad talem finem. Inter cœtera autem media necessaria ad finem, qui est curæ gregis, sit præfata diligentia, & solicitudo; proculdubio

Nota.

B

D. Tho.

D. Athanasi. fugijt.

D. August.

dubio

dubio hæc si non impendatur à Curato, peccat mortaliter, cùm alias gregi insufficienter prouisum foret. Vnde hęc ignorantia apud Deum non excusaret, cũ sit casus, qui probabiliter cõtingere possit, & quẽ cogitare debebat: Imputet enim sibi, & suo discessui. Tutius est itaque consulere, ne discedat ullo modo. Et aduerte, ꝙ fugere, minus uituperabile est Curato, quàm Episcopo. Cura enim animarum diœcesis, primariò, & principaliter imminet Episcopo, secundariò Curatis, qui habent potius officia quædã, & subministrationes sub Episcopo, ut Baliui, & præpositi sub Rege, ut inquit S. Thom. 2.2.q.184.articu.6.ad secundum, & ibidem Caietanus, & opusculo 19.cap.4. Vbi pulchra de hoc, & opusculo 18.cap.22.23.25.26.& quodlib.1.q.7.ar.14. in corp.& ad secundum.

Cura animarum diœcesis, primariò cõpetit Episcopis, secundariò uerò Curatis.
D.Thom.

Adde, ꝙ maiori uinculo obligatur ad animarum curam Episcopus, quàm Curatus. Quocirca omnibus Rectoribus fugientibus, ingrauescẽte peste, tenetur ipse nõ fugere. Tenetur enim ipse, quoad totam suam uitam, ex uoto, seu statu, & professione ad curam animarum; in cuius signum, consecrationẽ, & anulum accipit: Rectores autem non, nisi simplici iniunctione, & commissione. Quapropter Curatus non est propriè pastor, sed potius officialis Pastoris, & quasi manualis operarius principalis Artificis, id est, Episcopi. Lege D.Tho.quodli.3. q.2.art.17.in corp. & ad quartum, & in opusculo de perfectione uitæ spiritualis cap.16.17.& 18.facit ad hoc Turrecrem.in sum.de Eccle. lib.2.à cap.59.usque ad 63.

Nota.

Episcopi ex uoto tenẽtur prouidere saluti suarũ ouium, Curati uerò nõ, sed ex simplici iniunctione.
D.Thom.

Turrecrem.

Verùm ad quid teneantur in specie tales Rectores assistẽtes, difficile est specificare; & in quo facto obligentur actualiter vitam exponere. Dico igitur in primis resolutè. Episcopus ipse personaliter non tenetur huic, uel illi singulari personæ infectæ sacramenta ministrare. Cùm enim ipse habeat curã Archi tectonicam totius sui gregis, sitque uniuersalis Pastor totius diœcesis, cui omnium ouium est cura commissa, magis, & prius obligatur multitudini, quàm singulari personæ; præsertim quando etiam uniuersæ multitudini periculum imminet. Huic dicto non repugnat doctrina Caiet.2.2.q.33. super art.2. videlicet, ꝙ Prælatus, ut sic, non modò tenetur ad procurãdum commune bonum animarum sibi commissarum; (quod principaliter intendere debet) sed etiam bonum animæ istius subditi sui; in cuius signum tenetur ei sacramentum pœnitentiæ exhibere. Quod ad ipsius solius emendationem spiritualem fit. Hic, inquam actus, est secundarius, minusque principalis. Et ideo quãdo est impeditiuus principalioris actus, qui maius bonum respicit, licitè omitti potest. Quapropter in casu nostro, tenetur Episcopus, se in gratiam multitudinis conseruare, nec debet dimittere

Prima resolutio Auctoris.
Episcopus habet curam architectonicã sui gregis.
Episcopus potiꝰ obligatur multitudini, quàm uni.
Caietani concordantia cũ doctrina Auctoris.

mittere

A mittere nonagintanouem oues, ut quærat unam, quando illæ nonaginta nouem oues, non ſunt in ſtatu ſecuritatis.

Adde, ꝙ Rex non tenetur pro uno ſubdito, ſed pro communi totius Reip. ſalute uitam exponere. Item, quia ſacraméta miniſtrare, excepto Ordine, & Confirmatione, uel aliquod huiuſmodi particulariter curam agere, eſt Curatorum, nō Epiſcopi, niſi in caſu. Ita docet S. Tho. dicto quodlib. 1. artic. 14. & quodlib. 3. artic. 17. dixi (niſi in caſu.) Nam ſi tantopere ſæuiret peſtis, ut omnes Curati deficerent, deberet Epiſcopus uel alios Sacerdotes ſæculares, & regulares deputare; qui tunc temporis tenerentur obedire, uel certè, his extinctis, aut renuentibus, teneretur ipſemet Epiſcopus ſigillatim inſiſtere curæ animarū, prout poſſet. Ita in terminis docet D. Thom. loco citato. In aliquo tamen caſu, neceſſitate imminente, deberent, & Epiſcopi, & Doctores, intermiſſo proprio officio, particulariter intendere curæ, & ſaluti animarum. Hæc ille. Poſſet autem Epiſcopus inter cœtera unum ante Peſtis aduentum facere. Edicto uidelicet publico cōuocare Rectores, eorumq́ue animum explorare: Nū, ea adueniente, cum gratia Saluatoris fortes ſint ad remanendum, & miniſtrandum. Quouſque infirmos nouerit, uel mutare de conſenſu, uel coadiutorem, id uolentem præſtare, ei aſſignare. Poſſet item non omnes ad miniſterium infirmorum ſimul deputare; ſed conſilio D. Aug. in dicta epiſt. ſortes mittere, B & eligere quatuor, uel quinque ex Curatis, qui prima uice ad infirmos accedant, alij ad ſanos, & illis extinctis, ſorte iterum è reliquis diligere. Nec id graue Curatis uideri deberet, cùm aliàs obligentur. Et hoc in ſimili approbat Turrecre. can. Aduerſitas. §. hoc etiam. nu. 2. 7. q. 1. Debet item in Caſtris, & Oppidis, in quibus ordinariè unus dūtaxat Sacerdos exiſtit; unū alium ſaltem coadiutorem mittere; quorum alter ad infectos, alter ad ſanos deſtinetur. Et alter ſi nolit ex Charitate infectis miniſtrare, Curatus loci, cui ex officio hoc incumbit, tenebitur ſortem miniſterij infectorum eligere; & in Ciuitate diſtinguat miniſtros, ut ſupra.

Rex nō tenetur pro uno ſubdito exponere uitā ſuā benè autē ꝓ ſalute Reip. D. Thom.

Caſus.

Munus Epiſcopi ante peſtē, uel in ea quod ſit.

Turrecrem.

Tradat Epiſcopus Curato, coadiutorem tempore peſtis.

Dico ſecundò, deſcendendo ad Rectores cum Rebuffo. Primò, ꝙ Rector debet admonere omnes, ut confiteantur ante morbum, prædicare per uicos, & plateas periculum mortis, irā Dei, emendationem uitæ, quattuor nouiſſima, Miſſam diebus feſtis ſaltem celebrare in plateis, uel uijs publicis, ſi non poteſt ad Eccleſiam cōuenire. Secundò debet infectos, quò poteſt de longinquo confiteri, uel alio meliori, & decentiori modo: Euchariſtiam poſſet per feneſtram porrigere, quamuis ad hoc nō teneatur. Cùm dicat Auguſt. *Crede, & manducaſti.* Tenetur tertiò ſub peccato mortali quærere, ubi imminet periculum ſalutis

Secunda Auctoris reſolutio. Rebuff.

Miſſa celebranda in plateis tempore peſtis.

Auguſtini dictum de communione corporis Chriſti.

tis

tis animarum. An infectus faciat signa contritionis, uel impœnitentiæ, & desperationis, An petat in aliquo consilium de Restitutione, & similibus. Hoc dictum est D. Thom. 2.2.q.33. art. 2. ad quartum, quod illud debetur alicui certæ, & determinatæ personæ, siuè sit bonum corporale, siuè spirituale, oportet, quòd ei impendamus, non expectantes, quòd nobis occurrat, sed debitam sollicitudinem adhibentes, ut eum inquiramus. Vnde sicut ille, qui debet pecuniam creditori, debet eum requirere, cũ tempus fuerit, ut ei debitum reddat; sic, qui habet spiritualẽ curam alicui, debet eum quærere, ut eum corrigat a peccato. Hæc S. Tho. Idem Adria. in q. de cor. frat.

D. Thomæ dictum.

Casus de debitore.

Adrian. D. Tho.

Episcoporũ, & Parochianorum obligatio.

Tenetur quartò Parochiani, & Episcopus, anthidota, & præseruatiua Rectoribus dare, vt securiùs ministrent, & ipsi tenentur illis uti ad maiorem conseruationem corporis in gratiam spiritualis ministerij.

Medici ad q.d obligentur tẽpore pestis.

Item Medici tenentur docere, & communicare huiusmodi præseruatiua dictis Curatis.

Quintò, uicinior Curatus tenetur succurrere alteri si infirmetur; atque hoc est de iure naturæ, ut pars parti, & membrum mẽbro succurrat, ordine Charitatis, quę disponit, ut magis cõiunctos, magis diligamus. Sic S. Tho. 2.2.q.26.art.7. & 8. *Melius est enim vicinus iuxta, quàm frater procul.* Prouerb. 27. Et tandem.

D. Thom. Prouerb. 27.

Vltimò, si infectus ualeat surgere de lecto, non tenetur Curatus eius domum intrare, vt sacramenta ministret, sed audiat illum è fenestra, uel moneat, ut ad locum deputatum pro infectis in Parochia descendat. Ipse uerò recipiat se in aliquem altũ suggestum, & à longè audiat. Verùm, An teneatur infecto sacramenta Pœnitentię ministrare, & domum eius intrare, si nõ ualeat surgere à lecto, cum uitæ suæ periculo, in hoc est difficultas. Vnde sit,

Quinta conclusio.

Explicatur conclusio.

Quinta conclusio. Absolutè loquẽdo, Curati non tenentur cum periculo uitæ suæ infectis ministrare sacramentum Viatici, & Confessionis, nisi in casu. Explico cõclusionem. Quamuis de longinquo, vel cum anthidotis (ut fusius infra dicetur) & efficacibus præseruatiuis probatis, etiam de proximo teneãtur sacramenta præstare infectis, non tamen à toto genere, id est uniuersaliter, tenentur sine præseruatiuis huiusmodi porrigere illa de proximò & os ad os, seu facie ad faciem; sed tãtùm in duobus casibus. Hanc teneo cum Tabi. & Arm. contra Biel. Maiorem, & alios. In hac conclusione tria sunt mihi probanda.

Tabien. Armilla contra Biel. Maior.

Primùm est, quòd à toto genere, non tenentur.

Secundùm est, quòd in extrema spirituali, tenentur.

Tertium,

A Tertium, quòd in graui etiam necessitate tenentur.

Primùm probo multipliciter, & primò ex fine, à quo media & necessitatem, & proportionem accipiunt. Est doctrina communis Theologorum, & uerissima, quòd sacramenta Viatici, & Confessionis in re, non sunt necessaria simpliciter, & absolutè, sed tantùm sufficiunt in uoto. Ergo Curatus simpliciter, & absolutè non tenetur cum periculo uitæ illa ministrare. Non enim est obligatus exponere uitam, nisi, ut defectu suo, morituro non deficiant necessaria ad salutẽ; sine quibus salus æterna illi non contingeret. Sufficiunt autem Adulto (ut diximus) si habeantur in uoto; quando opportunitas sacramenti excluditur. Sic S. Tho. 3. dist. 17. q. 3. art. 1. quæstiuncula 1. & Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. & sess. 7. can. 4. & sess. 14. cap. 4.

Probatio primi puncti.

Sacramenta Viatici, & Cõfessionis in re, non sunt simpliciter necessaria, sed sufficiunt in uoto.

D. Tho.

Concil. Trid

Confirmatur hæc ratio optimo, & euidenti argumento. Præceptum Baptismi, (quod sanè est præceptum diuinum, id est Christi) non obligat Adultum ad Baptismum recipiẽdum cum periculo mortis. Vt si nõ sit alia aqua nisi ueneno mixta, non tenetur baptizari, sed uoto Baptismi saluabitur; ergo nec Curatus tenetur cum periculo uitæ suæ ministrare tale sacramentum Adulto. Armilla, ponit hoc in specie, de Baptismo dicto uerb. Episcopus. num. 6. lege Adria. in quarto de confessio-
B ne. Item præceptum confessionis, iure diuino est, quòd sit integra; & tamen ob uitam saluandam, non tenetur dicere tale peccatum, per quod à Sacerdote probabiliter occideretur. Cũ igitur sacramenta non obligent Adultum, (de cuius salute agitur, ut suscipiantur cum periculo uitæ, pari etiam, imò fortiori ratione, non obligabunt ministrantem, ut ministret illa cùm periculo uitæ. Dom. de Sot. optimè hoc definit lib. 1. de Iust. & iur. q. 6. art. 4. dubio ultimo, dicens: Lex diuina nequaquam cum tanta acrimonia nos ubique obligat. Nemo enim tenetur, uel se, uel filium baptizare cum periculo mortis, aut alia suscipere sacramenta. Hæc Sot. Cuius tale dictum aliquã censuram desiderat, cùm tantùm ueritatem habeat in filio iã grandæuo, & adulto. Infantem enim, & carentem usu rationis, tenetur quis etiam cum certo periculo mortis baptizare, Quandoquidem Baptismo flãminis, seu Baptismi uoto, saluari non possit. Quòd uerò dicit: Nemo tenetur se baptizare; nõ est accipiendum, uel trahẽdum in eum sensum, ut possit quis se ipsum baptizare: quod proculdubio impossibile est, ac formæ Baptismi omninò repugnans: Verba enim illa, quæ sunt forma Baptismi, Ego te baptizo; seu baptizantes eos, ut est in Euangelio, seu baptizetur seruus Christi, iuxtà Græcorũ morem,

Cõfirmatur.

Præceptum Baptismi, nõ obligat adultũ, ad baptismum suscipiẽdum cum periculo mortis suæ.

Armilla.

Adrianus.

Aduerte dictum.

Domin. Soto.

Soto, censura dignus est.

Cur nemo potest seipsum baptizare?

rem,

rem, semper requirunt realem personarum distinctionem C inter baptizantem, & baptizatum; sed interpretãdus est, ut verum sensum habeat, ꝙ quis non tenetur se exponere Baptismo, ac huiusmodi suscipere sacramentum.

Probatur primum punctũ secundò. D.Thom.

Secundò sumitur Argumentum à forma, & essentia officij Pastoris, quæ tangitur à D.Thom.d.q.185.art.5. Quoniam in qualibet obligatione, præcipuè attendi debet obligatio finis. Obligatur autem ad exequendum eius officium propter subditorum salutem. Quando igitur hæc non exigit necessariò præsentiam Pastoris, non est cur cum periculo uitæ illa exponatur. Et in solutione ad tertium. imminet, inquit, Pastori necessitas, vt retineat animum intendendi proximorum saluti, si opportunitas adsit, & necessitas requirat. Et eadem parte q. 184.art.7.ad primum. Ad hæc maximè tenetur exponere omnia pro salute gregis, quantùm opus fuerit: At in hoc primo puncto non supponitur necessitas magna, uel maxima, ergo

Probatur tertiò. Facienti qđ ĩ se est, Deus non denegat gratiam. Maior.

Tertiò. facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam: est regula generalis Theologorum. Excitet igitur seipsum infectus ad dolorem, & Contritioné, quam habere extra casum necessitatis magnæ spiritualis, ut loquimur, cum diuino auxilio Non est difficile. Nam (ut inquit Maior) in 4.d.14.q.2.con. 6. Contritio est frequentissima ante Sacramentum, & creberrimè sine pœnitentiæ sacramento tollitur peccatum. *Quacunque enim hora*, &c. Ezech. 38. aliàs malè esset prouisum ijs, D qui in bello moriuntur, seu in ignem, aut puteum cadunt.

Ezech. 38.

Probatur quartò. Bonum uniuersale, præponderat particulari.

Quartò, quia Curatus est obligatus multis; unde propter multitudinem potest ad illum non accedere, quando non est in magna necessitate. Bonum enim uniuersale, præponderat particulari. Huc faciunt prima, & secunda rationes in principio quæstionis positæ.

Probatur quintò. Casus.

Quintò, quia infectus non obligatur, (etiam iure Diuino) confiteri, nisi data copia Cõfessoris. Vnde eo casu excusatur. Finge quæso, ut ex rei natura intimius ueritas elucescat: In Oppidis, ubi unicus existit Sacerdos, illum peste ægrotare. Tenebuntur ergo Parochiani, ęgrotanti illi confiteri necne? Nequaquam sanè. Ergo nec è conuerso.

Vltimò, quia si esset obligatus accedere, esset propter text. Ioan. 10. *Bonus pastor, &c.* Sed hic locus quomodo sit legitimè intelligendus, inferius exponetur. Hæc circa primum punctum.

Ioan. 10.

Secundum non est necesse probare. Nam nostra prima conclusio id ipsum asserit. Si enim tunc quilibet Christianus tenetur, ergo multò magis, & per prius ille, cui incumbit ex officio.

A ficio. Quidam Doctor, cuius nomini, honoris gratia, parco existimat, extremam necessitatem illā esse, in qua homo nullum aliud habet remedium, uel difficillimum, ut Cōtritio. Sed ratio postulat, ut extrema illa dicatur necessitas, in qua nullū aliud habetut remedium præcisè, nisi meum sacramentum. Si enim aliud remedium habere potest, quamuis difficile, non erit in extrema necessitate. Sicut dicitur extrema necessitas corporalis, quando uita corporis moritur, & deficit sine meo cibo, & non aliter. Vnde quando adultus desperat, uel in agonia positus, à Dæmone decipitur; Deum blasphemans ita, ut non sit spes de eius Contritione, iudicandus est articulus maximæ, & extremæ necessitatis.

Autoris modestia in reti cendo nomine cuiusdam uiri.

Extrema necessitas quādo sit, seu quando dicatur.

Tertium dictū, quod etiam in graui teneatur. Explico. Voco grauem necessitatem spiritualem, non articulum mortis absolutè, ut multi putant.

Tertium dictum.

Articulus enim mortis non constituit hominem simpliciter in graui necessitate spirituali. Nam Martyres, dū moriuntur, non sunt in ulla necessitate spirituali; cùm *preciosa sit in conspectu Domini mors seruorum eius*. Verùm quando uerisimiliter dubitat Curatus de periculo salutis animę ouis suę existentis in extremis, ut quia cognouit illum subditum non solùm certitudine scientiæ, sed probabili coniectura in statu B peccati mortalis, & moraliter credit, quòd Contritio erit illi, aliàs uel impossibilis, uel difficilis; puta cum domi habet concubinam, uel beneficium Simoniacè, uel Censuras Ecclesiasticas, vel ex priori uita cognoscit sæpè in peccata mortalia reincidere, uel scit à multo tempore non esse confessum; & uniuersaliter, quotiescunque Curato probabile est, moraliter loquendo, illum esse in peccato mortali, quamuis actu nullum signum impœnitētię, uel desperationis appareat; tenetur huic cum periculo uitæ succurrere, & hunc statum uoco grauem necessitatem spiritualem.

Grauis necessitas spiritualis, quæ, & quid sit.

Martyres dū moriūtur, nō sunt in necessitate ulla spirituali.

Curatus, quando teneatur accedere ad morientem.

Hoc dictum est Tabienæ, & Adria. in 4. de Confess. q. 8. ad ultimum. Vbi ait Adria. quòd tenemur non solùm temporalia perditioni exponere, (cùm proximus aliter saluari non potest) sed etiam, cùm uerisimiliter sine hoc non saluabitur, aut probabile dubium est, an sine illo saluaretur, & uerisimiliter existimatur, quòd eo medio recuperabitur eius salus.

Tabienæ, & Adriani dictum.

Hoc dictum pro batur multis rationibus.

Primò. Laicus, & Sacerdos non Curatus tenentur in extrema, quando actualiter imminet periculum, ut supra diximus conclusione prima; ergo Pastor tenebitur ad aliquid plus; aliàs esset paris conditionis obligatus, & non obligatus, ergo

Probatur dictum primò.

go saltem in graui tenebitur. C

Probatur secundò.

Secundò, quia Laico seu non Curato, succurrere in graui, est opus perfectionis, ergo Pastori est opus debitum, & necessarium. Consequentia tenet ex doctrina S. Thom. 3. sent. ubi supra. Pastoris, inquit, officium ex necessitate se extendit ad aliquid, quod Laico esset opus perfectionis. Quod intelligendum est extra casum extremæ necessitatis. Nam tunc Laico quoque incumbit ex necessitate. Vnde dicitur *Bonus Pastor* propter actum dilectionis, quem exercet extra casum; in quo aliàs, ut quilibet homo tenetur.

Officium boni Pastoris, ad quid se extendat, ex Diuo Tho.

Probatur tertiò.
D. Tho.

Tertiò, quia ex doctrina D. Tho. ubi supra in solutione ad tertium, tenetur ex necessitate Pastor, quando opportunitas adest, & necessitas, quæ duo in casu nostro concurrunt.

Probatur quartò.
S. Tho.

Quartò, tenetur ille, cui incumbit ex officio, in graui temporali existenti succurrere; Ergo & Pastor existenti in graui spũali. Est aũt Regula S. Tho. expressa 2.2.q.26.ar.5. ad tertium. Quòd in eo casu, in quo aliquis tenetur procurare salutem Proximi, tenetur etiam pro ipsius salutis periculo temporalem uitam exponere; ministrando ei.

Probatur quintò.
Sacramẽtum Pœnitẽtiæ ex attrito facit contritũ uirtute clauiũ.
Concil. Trid.
Sotus reprehenditur.

Quintò, Sacramentum Pœnitentiæ ex attrito facit contritum uirtute clauium, & dat primam gratiam, ut expresśè definit Concil. Trid. sess. 14. can. 4. Quidquid ante dictum Concilium Trident. scripserit Sot. in 4. d. 17. q. 2. art. 5. in responsione D ad argumentum de certitudine gratiæ, dicens, quoniã quòd quis ex attritio fiat per sacramentum contrittus, non est certitudo fidei; sed Doctorum opinio. In magna igitur necessitate non est æquum, hominem tam certo remedio priuari. Imò ratio postulat, ut magno ei remedio succuratur.

Probatur sextò.

Sextò, quia aliàs malè, & non sufficienter prouisum esset Reip. Christianæ in necessitatibus spiritualibus, cùm grauis casus necessitatis, esset sine remedio derelictus, nec necessariũ haberet remedium, sed spontaneum. Vnde benè concludit Adria. in 4. de correctione fraterna. con. 12. arctius præcipi eleemosynam spiritualem, quàm corporalem. Illa enim etiam cum periculo uitæ obligat circa constitutum in extrema, seu graui necessitate spirituali; hæc autem nequaquam, ut latius inferius.

Adriani dictum.

Nota.
Quando posset negari Curatis alimentũ corporale.

Adde, quòd Laici si relinquantur in necessitatibus, quoad spiritualia, iure possent negare Curatis alimenta temporalia, quæ dantur, iuxta Paulum, ut metantur spiritualia.

Probatur septimò.
Ecclesiast.

Septimò, Medicus corporalis tenetur ex officio etiam in graui succurrere: *propter necessitatem enim creauit eum Altissimus*, ergo multò magis Medicus spiritualis.

Octauò,

A Octauò, & ultimò. Quia quamuis absolutè, & simpliciter confessio in re non sit necessaria ad salutem; huic tamen existenti in graui, est necessaria, & iudicāda est in bona praxi morali respectu huius Simpliciter necessaria. Videmus enim ad oculum multos quotidie habentes Concubinam, odia, inimicitias, vsurasque facientes, exhortatione moueri ad Pœnitentiam, bono consilio conuerti, & ea facere ad Rectoris præsentiam, quæ aliàs derelictus non faceret. Et,

Probatur septimo.
Confessio, existēti in graui necessitate, est simpliciter necessaria.

Confirmatur hæc ratio ex D.Tho.2.2.q.43. de scandalo, ar. 7. ad quartum. *Quandoque*, inquit, *impletio operum misericordiæ est de necessitate salutis in his, quibus ex debito imminet curæ defectibus aliorum subueniendi, uel in temporalibus, puta pascendo esuritatem; uel in spiritualibus; puta docendo ignorātem; siue huiusmodi fiant debita propter iniunctum officium, ut patet in Prælatis, siuè propter necessitatem indigentis; & tunc eadem ratio est de huiusmodi, sicut de alijs, quæ sunt de necessitate salutis.* Hæc S.Thom. Atqui in casu nostro utrumque membrum includitur, & debitum ex iniuncto officio, & necessitas indigentis, ergo, &c.

D.Tho.

D.Tho.

Negligentia autem, quæ cōsistit in prætermissione eorum, quæ sunt de necessitate salutis; siuè sint actus, siuè circumstantiæ, est peccatum mortale, secundùm S.Tho.2.2.q.55. de negli- B gen. art.3. in corp. & ad tertium, & Alex. de Ales. 2. par. q.131. memb.2.

Nota.

D.Tho.
Alexand. de Ales.

Accedit postremò hæc ratio. Si hoc casu periculum mortis eximeret Curatum ab officio prestando, eliminaretur omnis actus Fortitudinis, & uirtus Fortitudinis esset frustra. Fortitudo enim intrinsecè habet iuxta Arist.3.Ethic. & S.Tho. 2.2.q. 123. art.4. in corpore; quòd tuetur, & firmat uoluntatem hominis, ne retrahatur à bono rationis, propter timorem mali corporalis. Oportet enim bonum rationis tenere contra quodcumque malum. Quia nullum corporale æquiualet bono rationis; & quamuis propriè uersetur circa pericula mortis in bello; secundariò tamen habet locum in periculis ęgritudinis per contagionem, propter obsequium uirtuosum.

Probatur nono.
Actus fortitudinis, quādo in Curato eneruaretur.
Arist.
S.Tho.

Et aduerte, quòd dātur lege Diuina præcepta Fortitudinis; quia non ita uidetur manifestè esse debitum, quòd aliquis pericula mortis non reformidet, ut ait S.Tho. 2.2.q.125. artic.1. ad ultimum.

Lege diuina dantur præcepta fortitudinis.
D.Tho.

Timor autem inordinatus, quando facit rationem prætermittere aliquod Diuina lege præceptū, quommodo sit peccatum mortale, lege D.Tho. eadem par. q.125 art.3. & 4. Quommodo autem hæc eadem actio Curati referatur ad iustitiam,

Quando est peccatum relinquere aliquid faciēdū pp timorem.

qua parte est debita, & ad fortitudinem, qua parte habet ratio- C
Caietanus. nem terribilis. Egregiè traditur à Caiet. 2.2.quæst.173. art.11. Virtutes enim omnes connexæ sunt, ut communiter dicunt Doctores.

Notanda opinio Nauarri. Notandum est hic, quòd Nauar. in suo man. confess. cap. 24. num. 23. §. Quæ cõclusio, expresè dicit, extra casum extremæ necessitatis, etiam procedere præceptum ferendi opem; quando uidelicet Proximus non est in extrema nostræ opis necessitate; ob suam tamen imbecillitatem, uel ignorantiam crassam, aut affectatam, aut ob alias causas, & occasiones peccandi in ea est necessitate, ut nisi nos ei opitulemur, peccatũ mortale commissurus sit, & spiritualiter moriturus, & si opitulemur, non. Hæc ille, loquens de præcepto correctionis.

Dictum notabile Nauarri, quod s. Christianus, raro patitur extremam necessitatẽ spiritualem. Gratianus reprehenditur. Addit alterum notabile in eod. cap. 24. nu. 9. uers. Tertiò peccat; quòd Christianus raro patitur extremam necessitatẽ spiritualem; quod ipsum etiam repetit in ca. inter uerba. 11. q. 3. Et dat rationem sui dicti. Quoniam per Contritionem absq; alia ope, Christianus saluari potest. Cõtritionem autem sine actu sacramenti, uel ante sacramentum susceptum in re,) quidquid circa hoc dixerit Gratian. in cap. penult. §. Quibus. de pœniten. dist. 1.) remittere peccatum, & constituere hominem in gratia; Doctrina uerissima, & communissima est Theologorum,

D. Thom. sententia, & est cõmunis doctorum. Concil. Trid. ut S. Tho. 3. par. q. 86. art. 2. & in 2. sent. d. 17. art. 5. q. 2. licet non D sine uoto sacramenti, ut definit Concil. Trid. sess. 14. cap. 4. Subdit Nauarrus patitur tamen illam, qui existens in culpa mortali, & proximus morti, putat se quauis peccatorum Attritione saluum fore; & ideo non curat eam augere ad perfectionẽ necessariam. Tunc enim uidetur extremè indigere doctrina

Paruuli Christianorũ manentes apud Infideles, sũt in graui necessitate spirituali. de uera Contritione. Eandem etiam necessitatem patiuntur paruuli Christianorum morti proximi existentes apud Infideles, uel apud Fideles, nescientes baptizare. & multi Gentiles in Indijs, & Perù, morti propinqui, qui conuerterentur, si fide Catholica erudirẽtur. Hæc ille. Caiet. in sua Summula. uer. Con

Caieta. error de contritione. tritio, existimauit, hominem posse esse certum, se habere Contritionem, informem tamen; sed errat, quia Cõtritio non nascitur ex uiribus naturæ; & quia homo tunc esset certus de ultima dispositione ad gratiam, quod est falsum.

Conclusio sexta. Ad quid Curati teneantur. Sexta conclusio, Curatus tenetur emere, & sibi præparare anthidota præseruatiua, & remedia, quæ à Pharmacopolis cõficiuntur ad euitandam infectionem, seu communionem pestis; & ijs tenetur uti, quibus habitis tenetur ministrare actualiter infectis tria sacramenta, Confessionis, Eucharistiæ, & Extremæ unctionis: uel certè saltem Pœnitentiæ sacramentum.

A tum. Tria asseruntur in conclusione, &c.

Primùm, quòd teneatur sibi præparare anthidota.

Patet. Quoniã obligatur sub peccato mortali adhibere media proportionata ad finem officij sui; videlicet ad curationẽ animarum necessaria, & conuenientia, tenetur item ad remouenda impedimenta contraria, quæ uel retardant, uel præpediunt positiuè, uel priuatiuè exequtionem dicti finis. Tenetur Tertiò, non se constituere in statu, in quo uel non possit, uel difficulter possit exequi suum finem, aliàs sua culpa, & negligentia deficeret sibi ipsi, & partibus officij sui. Sicuti enim militi incũbit necessario defensiua arma apud se habere, & corporali medico similia præseruatiua, nec ille à præliando, nec iste à medendo legitimè excusatur coràm Domino, si ob illorum carentiam, recuset alter mederi, alter præliari, sic & Curato accidit; quod si nummis careat, obligatur Episcopus hæc præparatiua emere de suo, & illis tradere. vt in simili Bañes in 2.2. super ar. 5. q. 26. & latius q. 32. art. 7. dub. ult. & q. 33. ar. 3. Cõclu. 4. in Coroll. Medico verò, quia incumbit principaliter cura corporum, communitas à qua in huiusmodi ministeriũ uocatus est, talia ei remedia, & præseruatiua emere debet. *Primum dictum. Probatur.* *Comparatio militis ad Curatum.* *Bañes.*

Secundùm quòd scilicet ijs remedijs, seu præseruatiuis præfati teneantur uti, per se patet. Timor. n. cadens in uirum con-B stantem, nullo pacto excusaret illum, si consultò præseruatiua talia relinqueret; immò in uitium pusillanimitatis incurreret, cùm recusaret exequi operationem sibi proportionatam, & recusaret in id tendere; quod aliàs est sibi debitum, & potẽtiæ suæ commensuratum. Lege art. 1. q. 133. 2. 2. Ponere enim animam suam pro ouibus suis, quod est actus pastoralis officij, in tantùm habet periculum uitæ annexum, ut omnis rectitudo illius, constituatur ex periculo uitæ; sicut, & cæteri actus Fortitudinis; qui si discrimen uitę effugerent, in uitium inciderent, ut subtiliter Caiet. in quodli. 3. tract. q. q. unica in soluto ad Secundum. *Secundum dictum.* *Timor cadẽs in uirum constantẽ, quando non excusat Curatum à ministrando.*

Dico Tertiò. Quòd saltem Pœnitentiæ sacramentum ab ijs ministrari debet. Nam quamuis morientibus debeant reliqua etiam duo exhibere; quando tamen non possent singulis illa tria ministrare, semper primo loco sacramentum Pœnitentiæ singulis est ministrãdum, tanquã magis necessarium Adultis. *Tertium dictum.*

Septima Conclusio. Coadiutor (recedente Episcopo cui est adiutor) tenetur non fugere, sed remanendo ea omnia administrare, quæ proprius Episcopus obligatur facere. Explico. Coadiutorum tria genera in sacris Canonibus reperiuntur. Primum eorum, qui ob impotentiam Episcopi, uel quantum *Coadiutor Episcopi, abeunte Episcopo, quid debeat facerę.* *Coadiutorũ tria sunt genera.* *Primum.*

ad omnes actus, uel quantùm ad aliquos pecculiares, à Papa C concedi solent. Secundum eorum qui ob crimen Episcopi, propter quod ab administratione, & Ecclesiæ gubernatione remouetur, ipsi sufficiuntur. Tertium eorum, qui in auxilium, & leuamen regiminis, tàm in Pontificalibus, quàm in alijs, ob Episcopi senectutem, uel infirmitatem, sed non talem, quæ ipsum inhabilem reddat, petenti Episcopo, socius coadiutor, etiam cum futura successione indulgentur.

Secundum. Tertium.

Resolutio.

Dicendum est igitur, quòd non solùm primi, & secundi generis coadiutores, obligantur absque dubio residere tempore pestis; quod de per se patet; (idem.n.iudicium est de ipsis, ac de proprijs Episcopis, imò cùm ij remoti sint ab administratione, nec in ea possint se intromittere sine coadiutoris licentia, totum pondus regiminis coadiutori relinquitur;) sed etiam tertij generis adiutores, tenentur non fugere. & probatur.

Coadiutoris officium quale sit.

Quoniam officium coadiutoris est, ea omnia exercere, quę pertinent ad Episcopum, & cùm Episcopus ipse non possit illa per se exercere, uel si potest, nolit, illico totum onus ad coadiutorem deuoluitur, cui etiam in spiritualibus exercitium dicti Ecclesiastici regiminis commissum fuit. de qua re legendus est Cosmas Philiarchus de Officio sacerdotis, tomo 1. parte 2. lib. 4. cap. 24. Hinc sequitur, quòd Episcopus relicto Coadiutore, benè potest fugere, etiam non relicto uicario, Quia D Coadiutor supplet æquè, & benè, & est à Papa in eius suffragium datus, deputatus, & approbatus.

Cosmas Philarchus. Episcopus relicto Coadiutore potest fugere.

Qui Religiosi possunt sine scrupulo fugere à loco pestifero.

Octaua Conclusio Religiosi, qui uitæ Contemplatiuæ incumbunt, quique pro obiecto non habent opera misericordiæ spiritualia, uel corporalia erga populum exercere, ut Carthusiani, Camaldulenses, ac cœteri monasticæ uitæ professores, Heremitę, Iesuati, Canonici, Regulares, Teatini, & alij huiusmodi, possunt fugere à loco pestis absque scrupulo; nec Infectis laicis extra monasterium degentibus tenentur in spiritualibus subuenire, nisi in casu primæ Conclusionis. Hęc conclusio. est Caiet. in d.q.26.art.5. & Bañes.quęst.sua in arti. 3.q.33.2.2. & Tabienę, qui omnes dicunt esse opus supererogationis. Sic sentit Armil.uerb.Episcopus nu.6.&

Caietan. Bañes. Tabien. Armil.

Probatur cōclusio. Primò.

Probatur; quia nec ex officio, Cùm non sint Curati, nec ex professione, seu ex instituto, obligantur ad ista munera pręstanda, ergo nullo modo tenentur permanere.

Probatur secundò.

Secundò. Quia nemo obligatur ad opera supererogationis, nisi in casu, ut rectè ibid. Caiet. Quocirca licitè possunt fugere, & seruare uitam. Quòd si illorum Pręlati id illis pręciperent, puto non teneri obedire: Quoniam licet id, quod pręcipitur,

A pitur, sit actus Virtutis, & licita sit talis obediētia; non tamen est necessaria, cùm non sit secundùm Regularem obseruantiam, nec sit de contentis in regula statutis, seu constitutionibus, nec concernat cōmune bonum Ordinis, seu Religionis, quam profitentur. Dixi extra monasterium. Nam si pestis esset inter monachos, seu in conuentu, aut monasterio, deberent obedire sub pœna peccati mortalis Prelato precipienti, ut infectis monachis ministrent tam temporalia, quàm spiritualia, etiã cum uitę periculo; ut optimè Caiet. in suis opusc. to. 3. tract. 9. q. unica, & Probat bona ratione. Quoniam lex, uel superior homo potest precipere omnes exteriores uirtutum actus necessarios ad commune bonum illud, cuius curã habet, ad quod subditos habet; & subditi tenentur obedire, non obstante quocunque uitæ periculo annexo. Vnde quia Prælatus potest præcipere subditis Religiosis ea, quæ sunt ad mutua obsequia, inter quæ non Infimum tenet locum cura Infirmorum; Ideo tenetur subditus obedire ad seruiendum Ægris, etiam Infectis Epidemiæ morbo. Quoniã hoc periculum uitæ, comitanter se habet ad opus quod per se præcipitur, scilicet seruitium Infirmorum. Hæc Caiet. aliàs nec Rex posset præcipere militi, ut præliaretur uel defenderet Ciuitatem, cùm ibi sit periculum morbis concomitans. Etenim non minus tenetur Religiosus in his similibus obedire, quàm sæcularis suo Principi ad præliandum, ubi est maximum morbis periculum concomitans.

Nota.

Caietanus.

Quicunq; religiosus tenetur obedire suo Prælato præcipiēti, ut ministret infectis illius monasterij, ĩ ipse tunc moratur.

B

Adde, quòd præceptum Fortitudinis eneruaretur, ut optimè habet S. Doct. 2. 2. q. 123. articu. 5. dicens. Fortis benè se habet circa pericula cuiuscunque mortis; presertim quia cuiuscunque mortis, homo potest periculum subire propter uirtutem; puta cùm aliquis non refugit amico Infirmanti obsequi propter timorem infectionis, uel cùm non refugit itinerari ad aliquod pium negocium prosequendum propter timorem naufragij, uel latronum. Hæc S. Tho. & Caiet. ibid. penultima annotatione Quod idem habet Tabi. uerb. fortitudo, & Viguerius titulo de fortitudine. Preterea, quando quis obligatur ad aliquid faciendũ ex debito legali, potest homo à Iudice, & superiore cogi ad illud implendũ, ut dicit S. Tho. & Caiet. 2. 2. artic. 4. q. 118. & in q. 80. sed Monachus adhæc seruitia præstãda implicitè saltem ex lege Regulę tenentur, ut inquit D. Bernardus in libro de dispensa. & precepto. & ex D. Tho. in quodli. 1. q. 8. arti. 15. Vbi in terminis hoc dicit, ergo. Denique si Religiosi non tenerentur mutuo sibi succurrere in huiusmodi casu pestiferæ infectionis, profectò Monasticę Reip. & statuũ

Nota, ex D. Thoma.

Caietan.
Tabiena.
Viguerius.

D. Tho.
Caietan.

D. Bernar.
D. Tho.

statui Religioso minus rectè prouisum esset, quod non est as- C
serendum, cùm sint inuicem membra, & cùm uitæ periculo debeat alter alterius onera portare.

De Religiosis ex ui sui uoti obligatis ad seruiendum infectis etiam tempore pestis.
Multa q̃ sunt in cõsilio, possunt cadere sub uoto in casu.
D.Thom.

Octaua Cóclusio. Religiosi qui particulari uoto se obstrinxerunt ad ministrandum Infirmis tempore pestis, debent ex iustitia legali, non solùm ex debito Charitatis, non fugere, & præfatis ministrare. Hæc Conclusio clara est. multa enim, quę sunt de consilio, & de perfectione Charitatis, possunt cadere sub uoto, quo facto, uouentes debent illud exequi ex Iustitia, & debito legis, seu regulæ sic professę. Vt habet S.Tho. opusculo. 18. cap. 15. in principio, huiusmodi sunt fratres Congregationis ministrorum Infirmorũ tempore Sixti Quinti erectæ, Fratres Hospitalarij, ut Congregationis *Ioannis de Dios*, vulgò nuncupati, *Fate benè Fratelli*, & fratres Sãcti Spiritus de saxia in Vrbe, & alij huius generis. Hi, inquam, ex debito professionis suæ, & ex fine uoto comprobato, perspicuum est, teneri ad huiusmodi ministerium, quemadmodum etiam si beneficium aliquod ecclesiasticum erectum, & institutum esset cum hoc onere, ut qui illud obtineret, præfata munera ex Iustitia subire deberet. Quò autem utiliter, & ordinatè tale ministerium adimpleant, debent pręuia licentia suorum Rectorũ, negocium cum Episcopo conferre, & ab eo regulam, & methodum ministrandi recipere. D

Conclusio decima.

Decima conclusio. Religiosi, seu Regulares, qui uitę actiuę incumbũt, & Populis Christianis, seu Ecclesię Dei, & Episcopis profitentur se ad salutem animarũ coadiutores, quando arbitrio Episcopi, uel euidentia facti, Parochi non supplent nec satis numero sunt ad ministrandum Infectis, tenentur sub peccato mortali permanere in loco pestifero, nec licitè possunt aufugere. explico Conclusionem. In magnis Ciuitatibus; Vbi numerosa est populorum multitudo, non possunt profectò quinque uel sex Parochi, qui in illa Ciuitate erunt moribundorum necessitatibus eo tempore satisfacete, ut experiẽtia sæpè docuit; tunc, dico, ꝙ fratres Mendicantes, & potissimum ordinis Prædicatorum, ut ex D.Tho. habetur 2.2.q. 186. ar. 2. & 9. & q. 188. ar. 4. ad secundum & ar. 5. & in opusculo. 19. ca. 4. quem sequitur Bañes. ar. 3. q. 33. dubio. 3. ead. par. tenentur ministrando supplere: Immo illis, quibus incumbit ex officio, deficientibus, uel, ut dictum est, commodè huiusmodi Infirmitatibus satisfacere non ualentibus, possunt, & debent ab Episcopis locorum uocari, & à Romano Pontifice deputari, & mitti per diuersa loca, & Diœceses ad adiuuanda pericula Animarum Infectorum, & tenẽtur sub peccato mortali

Conclusio explicatur.

D.Tho.
Bañes.
Fratres Ordinis Prędicatorum, ad quid potissimũ teneantur.

tali

A tali accedere, & Præpositus eorum tenetur ijs. præcipere; &c,

Probatur. Quoniam ordines Mendicantium ad salutem Animarũ pcipuè instituti sunt, & destinatus eorũ finis est, per Prædicationes, Confessiones, & alia pia opera saluti Animarum incumbere, ergo si id recusarent, agerent Contra finem destinatum & in eorum Constitutionibus contentum, & expressè promissum. Cùm enim ex eorum instituto pro obiecto habeãt, circa fidelium Animarum salutem uersari, jisque operibus misericordię exhibitis subuenire, proculdubio si fugerent, uel recusarent tempore pestiferę infectionis opera præfata actualiter exercere, deuiarent à fine proprio, ab instituto, & à scopo sui ordinis, quod sine culpa peccati mortalis effici non potest. Huiusmodi enim finis non est ad libitum, seu uoluntarium quid, & ad utrumlibet, ita, quòd possint illum uelle & non uelle, sed quid necessarium, & determinatum, ac pro proprio instituto huiusmodi Religiosis propositum, acceptatum, ac voto, & professione implicitè, uel explicitè comprobatum.

Probatur conclusio. Primò Ordines mendicãtium ad quid potissimum sint instituti.

Finis religionum, non est ad libitũ post ingressum earum.

Hæc est doctrina S. Tho. ar. 4. q. 188. 2. 2. Vbi inquit, conuenientissimum est ad prædicandum, ad Confessiones audiendas, & ad alia huiusmodi quæ pertinent ad salutem animarum, aliquam Religioné institui, procurando utilitatem Pro D ximorum, per ea, quæ pertinét ad spiritualem animę salutem; & in solutione ad secundum; subseruire Prælatis in tali ministerio, est huiusmodi Religionis proprium, & loquitur etiàm de ministerio audiendę Cõfessionis; & in solutione ad quintum dicit, quòd non solùm Curati; sed etiàm Religiosi, & quicumque alij minoris ordinis, qui Episcopis in eorum officio subseruiunt; formam Septuaginta discipulorum Tenentes, obligantur saluti animarum incumbere. opportunum autem fuit, ut præter ordinarios Prælatos, alij assumerentur ad huiusmodi officia, propter multitudinem fidelis populi & ob difficultates inueniendi sufficientes personas distribuendas singulis Plebibus, & in q. 187. ari. primo ad tertium quòd Religiosi possunt circa Ecclesiastica officia occupari ex Commissione Prælatorum, & præcipuè illi, quorum Religiones ad hoc sunt specialiter institutæ, quæ sanè sunt ordinis mendicantium. & similia habentur in citato opusculo. 18. Cap. 16. in fin. cap. 24. in illis uerbis: manifestum est autem. Huius instituti uinculum, & rationem, præsertim in Religione Prædicatorum, tradit Caiet. in Comm. super ar. 4. dictę 188. questionis, & Bañes loco citato.

D. Tho.

Secundò ostenditur idem ex eo, quòd huiusmodi Religionis

Probatur secundò.

nis sunt uerè institutę, & à Romano Pontifice approbata in C supplemētum multitudinis fidelis Populi, ut ibid. Caiet. in respon. ad tertium dicens, quòd malè de facto consultum esset Populo Christiano, sine tali supplemento, quod Deus dedit; igitur cùm huiusmodi Religiosi sint ex proprio instituto coadiutores in spiritualibus animarum, & in Ciuitatibus, & locis tempore pestis Curati ordinarij, propter currentem morbum satisfacere patientibus non possint, relinquitur, quòd necessario illi supplere debeant, & consequenter non discedere; cũ hic casus sit iudicandus casus grauis necessitatis spũalis, &c,

Religiones mendicantes ad quid ordinatæ & institutæ sint, ut ait Caietan.

Cõfirmatur.

Confirmatur, quia ob multitudinem, & pluralitatem Infectorum, tenetur sacerdos sæcularis non curatus, ergo multò magis Regularis, qui ex instituto ad subuentionem animarum obligatur.

Probatur tertiò.

Tertiò, tempore Hæresis tenentur sub peccato mortali Religiosi, qui ex Instituto habent prædicare, & studere, etiã cùm periculo mortis, quando quis ab Infidelibus seducitur, non discedere ab eo loco, sed manendo docere, & prædicare, ut Populos à seductione liberent, iuxta S. Tho. in opusculo 18. c. 14. ergo etiam ad Confessiones audiendas tempore præstis in casu, quo Curati non sufficiant.

D. Tho.

Probatur quartò.

Quartò. Quoniam discessus Religiosorum tempore pestiferæ necessitatis, nequit esse sine scandalo maximo uniuersæ D Ciuitatis; cùm in illis redditus, prouentus, & Eleemosinas acceperint; & quamuis ratio scandali ab extrinseco, & per accidens rationem culpæ inducat; non effugit sæpè labem peccati mortalis, ut in casu nostro, cùm sit casus publicus grauis necessitatis.

Verùm, his quæ diximus aliqua opponi possunt, ex quorum solutione, ueritas nostræ Conclusionis magis elucescet.

Argumenta contra prædictam doctrinam. Primum.

Primò. Quoniam Religiosus non tenetur omnia consilia ad perfectionem Charitatis ducentia implere, sed illa, quæ determinatè sunt ei taxata secundùm Regulam, quam professus est; cœtera, etsi secundùm præparationem animi sint in præcepto; non cogitur adimplere, nisi quando necessitas requirit, iuxta S. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 2. & 4. d. 1. q. 2. ar. 6. q. 2. ad Tertiũ.

D. Tho.

Secundum.

Secundò. Quia extra Regulam uel in Regulis contenta, nihil est peccatum Mortale Monacho, uel Religioso cuicũque, quod non sit peccatum mortale alteri, ut dicit S. Tho. quodli. primo q. 9. artic. 20. sed sacerdoti sæculari non esset peccatum discedere, ergo nec Monacho.

D. Tho.

Tertium.

Tertiò Cùm Tria ad perfectionem fraternæ dilectionis faciant, inimicorum dilectio, expositio animæ suæ pro fratribus

A bus ad pericula mortis, ordinatio totalis uitæ suæ in utilitaté Proximorum; & hæc tria sint propria status Episcopalis, ut inquit D.Tho.in opusc.18.capit.16.sequitur, quòd ad hæc Religiosi non teneantur. Quod confirmatur ex uerbis D.Tho.in sequenti cap.17.obligantur enim Religiosi ad hoc, quòd temporalia deserant, quòd Castimoniam seruēt, & quòd sub obedientia uiuant; quibus multò est amplius, & difficilius pro salute aliorum, uitam ponere; ad quod (ut dictum est) Episcopi obligātur. Vnde manifestum est, grauiorem esse Episcopalem obligationem, obligatione Religionis.

Tria faciunt ad perfectionem fraternę dilectionis. D.Tho.

Quartò, Ponere animā; id est uitam pro proximo, est opus supererogationis, & de consilio, pręterquam in extrema, ergo extra illam Religiosi non tenentur.

Quintò, ex auctoritate Caiet.in comm.super art.5.q.26.2.2. & Bañes. super art.3.dubio 4.conclu.4.in fin.q.33.2.2. qui dicunt, posse religiosos tunc temporis fugere.sed hæc argumenta facilè diluuntur, &

Caietanus. Bañes.

Ad primum Dicimus.quòd Religiosus non tenetur ad omnia exercitia, quibus ad perfectionem peruenitur; sed ad illa, quę determinatè sunt ei taxata secundùm Regulam, quā professus est. S.Tho.2.2.q.186.artic.2.in corpore, & etiam ad illa, quę ex proprio instituto illius Religionis censentur ut ead.

Soluuntur argumenta. Ad primum. D.Tho.

B par.q.188.art.4.ad secundum dicit Idem Doctor; & cùm institutum Religionum Mendicantium huiusmodi sit, ut Prælatis in ministerio salutis animarum subuenire, & coadiuuare debeant; presertim, quando sine eorum auxilio multitudini non, nisi difficulter, succurri potest; Ideo dicimus, tunc esse obligatos non fugere.

Quale sit institutum Religionū Mendicantium.

Ad Secundùm similiter respondemus, Monachos, clarum esse, non teneri; cùm huiusmodi exercitia, respectu laicorum, in eorum Regulis comprehensa non sint; at in institutis Mēdicantium, saltem implicitè contineri; & ideò tales obligatos esse.

Ad secundū.

Ad Tertium Respōdeo. Verum esse, essentialiter huiusmodi exercitia spectare ad statum Episcopalem, quę secundariò, & minus principaliter, pertinere quoque possunt ad statum illarum Religionum, quę ad salutem animarum institutę sunt, & hoc in casu, quo Curati primùm obligati, supplere non possint; quemadmodum, quamuis prędicatio uerbi Dei sit propria Episcoporum, ut in Concil.Triden.sess.5.cap.2.& sess.24. cap.4.non tamen repugnat, etiam ex proprio instituto, ex cōmissione tamen, uel delegatione sedis Apostolicæ, uel Episcoporum, Religiosis conuenire. Benè autem dicit Caiet. in comment.

Ad tertium.

ment.super art.4.d.q.188.2.2. quòd proprius actus fratrũ Prædicatorum, & cœterorum, non est prædicare, sed subuenire Prælatis, hoc est, Episcopis in prædicationis actu, ita quòd, nõ conuenit eis prædicare, nisi ministerialiter. Sic dicimus, quòd quamuis huiusmodi exercitia, ex officio primum competant Episcopo, & Curatis; subuenire tamen Prælatis, in istis etiam ex instituto, ministerialiter competere huiusmodi Religiosis; ex quo capite nascitur eorum obligatio. C

Ad quartum.
D. Tho.

Ad quartum negatur antecedens, cùm sit opus illis debitũ; ut ex D. Tho. in opusc. 18. c.23. colligitur scribens hæc uerba: Quod uerò duodecimo proponitur, quod nullum sacrificiũ est Dei magis accrptum, quàm zelus animarum, absque dubitatione concedimus; sed animarum hic ordo seruandus est, ut primò homo zelum animæ suæ habeat, eam ab omni affectione terrena, absoluendo, secũdum illud Sap. Eccl. 30. *Miserere animæ tuæ placens Deo*, vt patet per Augustinum 21. de Ciuit. Dei. Sic ergo si aliquis post contemptum terrenorum, & sui ipsius in hoc procedat vlterius, ut etiam aliarum animarũ zelum habeat, erit perfectius sacrificium. Sed tunc perfectissimum est, quando ad zelum animarum habendum, Voto, seu Professione obligatur: Sicut Episcopus, uel etiam Religiosi ad hoc per uotum obligati. ex quibus patet, quòd huiusmodi Religiosis hæc opera non sunt supererogationis, quod in opusc. eodem 18. eodem cap.23. clarius docet, dicens, quod perfectionis statum magis habent Religiosi qui ex uoto sui ordinis obligantur ad hoc, quòd Episcopis subministrent in ijs, quæ ad curam animarum pertinẽt, prædicando, & audiendo Confessiones, quàm ipsi Archidiaconi, & Curati. D

Eccl 30.
D. August.

Ad quintum respondetur.
Caiet.
Bañes.

Ad quintum dicendum est, neque Caietanum, neque Bañem, loqui in casu nostræ conclusionis, hoc est, dum pestis serpit, & grassatur in Ciuitate, in qua ob multitudinem populorum, Ordinarij Parochi supplere nequeunt, uel probabile est, eos supplere non posse. Nam hoc casu, cum sit casus grauis necessitatis, nullus, meo iudicio, si recta ratione ducatur, negabit, eos non teneri ad coadiuuandũ; aliàs sibi contradicerent. Bañ. enim in d. quæst. cit. art.3. dub.3. ante secundam conclusionem scribit, quod ordo Mendicantium, & præcipuè Prædicatorum; cùm præcipuè sint instituti, & destinati ad salutem animarum, & eorum finis sit, procurare fidelium salutem, ꝙ Prælati dictarum Religionum, tenentur sub præcepto facere, ut huiusmodi Religiosi se exerceant in his operibus Misericordiæ, Doctrina, Prædicatione, Confessione, & alijs huiusmodi: & in secunda conclusione statim dicit, subditos peccare, nisi

Bañes.

re, nisi

A re, nisi habeant in præparatione animi, obedire Prælatis, quando prædicta munera, & officia illis iniuncta fuerint. Hæc ibi Ban. Fuga autem in tempore necessitatis, ut ponimus, non est medium proportionatum ad talem finem. Caiet. autem uidetur sibi contradicere, quãdoquidem seueriorem scripserit doctrinam in opusc. tomo 3. tract. 9. q. unica. cũ dicat, quod Prelatus pótest præcipere Religiosis ista obsequia, & tenentur obedire, non minus, quàm sæcularis miles suo Principi, præcipiẽti, ut prælietur; addens, hæc præcepta Prælati, non esse supererogationis, sed necessitatis, respectu eorum, quorum salutẽ procurare debent. Atqui huiusmodi Religiosi, ex instituto tenentur populis Christianis auxilia spitituulia ministrare, ut sæpè ipsemet docet. Vnde concludimus, quòd quando huiusmodi contagium uniuersale, seu generale, iudicio peritorũ, in Ciuitate timetur, & quando uel ex facti euidentia, uel ex Episcopi monitu illis significatur, proprios, & ordinarios Curatos, non posse competenter satisfacere indigentijs spiritualibus proximorum; huiusmodi Religiosos, non solùm ex debito Charitatis, & de congruo; sed ex debito eorum instituti teneri permanere, & non fugere: Præpositoque præcipienti (ut dicemus) ut infectis, existentibus in graui necessitate spirituali, sacramentum Confessionis ministrent, teneri obedire.

Fuga tempore pestis, non est medium proportionatum ad finẽ multarũ Religionum.

Caietani contradictio.

Auctoris resolutio.

B Multa sunt enim, ut ait D. Thom. 2. 2. q. 152. art. 2. ad primum. multitudini necessaria, ad quæ implẽda unus non sufficit, sed impletur à multitudine, dum unus hoc, alius aliud facit. Qua in re magnoperè commendandi sunt Religiosi Societatis Iesu, qui optimè institutum suum, & finem proprium agnoscẽtes, & ad illius exequutionem totis uiribus, omniq́ue conatu cum perseuerantia, usq; ad finem petpetuò omnes neruos cõuertentes, sicut & alia Charitatis opera ad animarum salutem in dies egregiè ad Dei gloriam proximis præstant; ita in magnis Italiæ Ciuitatibus, Mediolani, Venetiarum, & alijs; præteritis annis, in quibus ipsæ flagello pestis à Domino percussæ sunt, magna animi fortitudine permanserunt: Peste affectos in negotio salutis æternæ adiuuantes, morientibus subsidia spiritualia exhibentes, & Ecclesiæ sanctæ necessitatibus cooperantes. Vocat Gregorius XIII. in sua Bulla, quæ est 102. & incipit, Ascendente Domino, hos socios Ecclesiastici laboris, & ualidos remiges, ad frangẽdos procellosos fluctus, qui tranquillitatem Nauiculæ Petri perturbãt, quorum opera, propria commoda nihil pendentes, ad omniaque discrimina se se exponentes, animarum salus procuratur, cuius finis proprium illud esse asserit, uitam in quauis Mundi parte agere, ubi saluandarum

Religiosi Societatis Iesu ualdè laudãtur circa opera misericordiæ.

Pulchra laudatio Patrum Societatis Iesu ex ore Põtificis.

uandarum sua opera animarum speretur. C

Discretio necessaria in Prælato tempore pestis.

In hac tamen practica, Superiori seu Prælato prudẽtia utendum erit, ne singulis id imponat, nec vel valdè infirmos, vel egregiè conditionis uiros, qui aliàs regulari Reip. perutiles, vel necessarij essent, sine delectu ad hoc munus exponat.

Ordo ministrantium infirmis, seu infectis Peste.

Postremò, illud unum animaduertendum est, quòd primò loco tenentur accedere Curati, Secũdo huiusmodi Religiosi, quoniam illi ex officio, & iure ordinario sunt proprij ministri animarum; hi uerò, vt dictum est, in illorum adiutorium, & supplementum, ad quod ratione Instituti proprij tenentur; Neque hoc graue, & durum illis videri debet, cùm ad hoc opus summum Charitatis, qua maioré nemo habet, aliquo modo, & ipsi per propriæ uocationis gratiã, deuincti sint. Immò si qua Religio finem suum dimitteret propter alium finem, etiam meliorem, & excellentiorem, sine Summi Pontificis dispensatione, esset peccatum mortale, vt rectè in hoc ait Bañ. loco citato. Sed nos ad alias conclusiones transeamus.

Cõclusio undecima.

Medina. Cõclusio est contra Biel.

Vndecima Conclusio. Non tenetur vnusquisq; cum discrimine vitæ suæ succurrere proximo in necessitate, etiam extrema corporali posito. Hæc est Medin. 1.2.q.96. art.4. & est cõtra Biel. Cuius sententia est ualdè probabilis propter sua argumẽta; sed profectò magis uergit ad perfectionem, quàm ad necessitatem. D

Probatur cõclusio.

Patet conclusio, quoniam inter diligibilia ordo postulat, vt prius corpus meum, quàm proximi diligam. 2.2. q.26. art.4. & art.5. ad primum. Et quãuis ille actu laboret Peste; tamen quia tàm de facili extenditur, qui exponit se, quasi certo mortis periculo se exponit. Cui conclusioni subscripsit Nauar. in man. Confess. c.24. nu.23. & Adrian. in 4. de correct. frat. col.12. quẽ ille citat, ponentes discrimen inter eleemosynam corporalẽ, & spiritualem in eo, quòd eleemosynam spiritualé tenemur largiri in extrema illius necessitate, etiam cum periculo uitæ, ut superius dictum est; Corporalem autem nequaquam, nisi citra illud. Vnde præclaram Adrianus facit illationem, uidelicet, eleemosynam spiritualem arctius præcipi, quàm corporalem. Hæc conclusio adeò uera est, ut etiam in Parocho, & Prælato locum habeat, hi enim non tenentur cum probabili periculo uitæ suæ corporalis, ad inuisendum pestilentia, aut morbo contagioso infectum, seu aliàs in extrema uitæ corporalis necessitate constitutum, vt docuit Tabi. Verbo, Episcopus. nu. 5. ex sententia S. Tho. in opusc. de perfectione uitæ spiritualis, c.14. quem sequitur Simon Maiol. lib.2. de irregularitatibus. c. 20. nu.3. & probatur euidenter. Nam uita corporalis Prælati,

Nauar.

Adria.

Differẽtia inter eleemosynam corporalem, & spiritualem.

Tabi.

S Tho.

Simon Maiolus.

muito

A multo prætiosior & maius bonum, quàm uita corporalis particularis subditi, vt patet 2. Regum 18. Cũ enim Dauid distributo populo per Centurias vellet egredi ad præliandum, dicens: *Egrediar ego vobiscum*, respondit populus, *Nõ exhibis: siuè enim fugerimus, non magnoperè ad eos de nobis pertinebit, siuè pars è nobis, ceciderit de nobis, non satis curabunt, quia tu solus vnus pro millibus computaris: Melius est igitur, ut sis nobis in Vrbe præsidio*. Qua in re lapsus est Doct. Nauar. in suo Manua. Confess. c. 24. nu. 10. in fine.

2. Reg. 18.
Cur Populus Israel noluit ut Rex Dauid egrederetur ad præliãdum.
Nota pro cõseruatione uitæ Prælatorũ.
Nauar. lapsus est.

Duodecima, & vltima conclusio. Vnusquisque, quãdo potest sine periculo aliquo, vel sine suo detrimento graui, & notabili, succurrere graui necessitati alterius, sine dubio tenetur. Hæc conclusio est Bañes, 2. 2. q. 33. art. 3. dubio 4. conclu. 1. & eadem par. q. 26. ar. 5. concl. 1. & Nauarr. in Man. Confess. c. 11. nu. 16. & est communis sententia.

Vltima conclusio.
Bañes.
Nauar.

Probatur conclusio, ex ordine Charitatis. Nam aliàs si nunquam quis pro salute spirituali Proximi detrimentũ aliquod in temporalibus pati teneretur, plus diligeret bonum suum temporale, quàm vitam proximi spiritualem. Quòd si extra necessitatem extremam, aliquando quis tenetur eleemosynã de pertinentibus ad suum statum facere, vt inferius lib. 2. dicetur, puta quando Proximus grauiter laborat, ergo multo magis ad eleemosynam spiritualem, etiam cum detrimento aliquo boni corporalis, obligabitur; cùm *unicuique mandauerit Deus de Proximo suo*. Matth. 17. Nunc Argumentis in vtramque partem satisfaciamus.

Probatur cõclusio.
Matt. 17.

B

Ad primum respondeo, q̃ Curatus cœteris paribus plus sine dubio debet multis, quàm uni. Si autem hic vnus, sit in graui necessitate spirituali, cęteri verò non; tunc debet illi succurrere: quia, qui malè se habent, egent medico, non qui benè. At si periculum immineat etiam multitudini, & plures sint, qui fame, vel alijs morbis moriantur, credo tunc Curatum magis multis, quàm vni obligari.

Ad Primum.

Vbi autem omnium saluti prouideri non possit: puta, quia solus est, tunc seruet, quod potest, & reliquum Domino committat, iuxta Adria. in 4. q. 8. de Confess. in solut. ad primum.

Nota.

Adde, q̃ stante lege Principis de eius reclusione, si accedat, excusabitur apud Deum propter maius, & commune bonũ. An autem Princeps, iusta lege possit prohibere Curato, ne accedat, tertia quæstione erit enucleandum.

Ad secundum. Dico, q̃ Confessio in re, non est simpliciter necessaria ad salutem, sed sufficit Contritio, cum voto sacramenti. In casu tamen, quando Contritio difficulter habetur,

Ad Secundũ.
Confessio in re, in casu ali

cui est iudicanda simpliciter necessaria.
ut in statu peccati Mortalis, iudicanda est moraliter huic necessaria: Quocirca tunc temporis tenetur. Curatus ministrare cùm Vitæ periculo. C

Ad tertium. Aureum Scoti dictum.
Ad tertium Respondeo quòd ad Pios, qui sępè confitentur, & de facili habent Contritionem; non est necessarium accedere Scot. 4. d. 17. q. 1. in resp. arg. ad penultimum & ultimum. docet. nō esse incredibile, multos esse in Ecclesia, qui per annum uiuāt sine mortali: imò multi, per Dei gratiam, multo maiori tempore sine peccato mortali se custodiunt, & multa operæ perfectionis exercent, de quorum meritis, thesaurus Ecclesiæ congregatur. Hæc Scot. & benè. Ad illos autem quos scit, aut probabiliter dubitat, & suspicatur, esse in statu peccati mortalis, omninò tenetur Ad Reprobos autem, uel finaliter inpœnitentes, si quos talis esse reuelatione Diuina certè sciret; posset non accedere, quia tunc in uanum laboraret. Quia tamen communiter id certi non scitur, accedere tenetur.

Ad confirm. Respōdetur.

Cur Sacerdos debet accedere ad Pœnitētem, etiam si sciret ipsum esse damnandum.
Primò quidem, quoniam potest esse illusio Dęmonis, prohibentis, ne per accessum Parochi, animæ illæ saluæ fiant; Deinde quia licet esset reuelatio Diuina, etiā accedere tenetur; maximè cùm Dei sententia etiam per reuelationem accepta, sicut multis alijs Prophetis accidit, ut plurimùm non sit peremptoria, sed tantùm comminatoria, ut fuit factū Niniuitarum, & Ezechiæ. Quare absolutè tenetur ad illos quoque accedere, D ut annunciet, & eruat, si possit suis monitis, peccatoris animā à morte. alioquin, eo non annunciante, nec accedente, licèt impius in iniquitate sua moriatur; animam tamen eius de manu Curati requiret Dominus.

Ad quartum.
Ad quartū. Dico, quòd Regula illa, est uera sēper quādo potest iuuare, iuxta primam Conclusionem. nec Curatus tenetur se occidere propter proximum, sed tantùm exponere se mortis periculo ad proximi salutem spiritualem. Rem autem suam non tenetur dare quis alicui, quando irrationabiliter petit, etiamsi scandalum inde sequatur, ut inquit Alex. de Ales. 2. par. q. 139. memb. 7. in Corp.

Non tenetur quis dare alicui rem suā, cùm petēs, irrationabiliter petit.
Alexā. de Ales.

Quomodo autem sit intelligenda illa propositio, *Bonus Pastor*, secunda quæstione uidebitur.

Ad quintū.
Ad quintū ex præiactis Conclusionibus, singulis enarratis casibus patet responsio. Cęteris. n. paribus, magis multitudini, q̃ uni particulari succurrendū est: quod etiam uerum est in eleemosyna Corporali, iuxta Palud. in 4. d. 15. q. 3. ar. 7. Con. 6. q̄ citat Glossam super illud Corin. *Si distribuero in cibos pauperum*; Vbi ait, quòd principali cautela docetur, ut non uni, sed multis detur, ut pluribus prosit; nisi quando uni pro multis

Paludan.
Glossa.

tis

A tis datur, ut procuratori; & bonum multorum commune, diuinius est quàm bonum vnius, ut dicitur à S. Thom. 2.2.q. 31.ar.3.ad 2. Curatus item accedens ad infectos, nũquam est recludendus, sed habeat suam domum deputatam, & egrediatur ad Populi necessitates, & ab Episcopo deputãdus est ei Coadiutor, ut dictum est. & quando æquè spiritualiter ægrotant Parochiani, benè facit, non accedendo ad peste Infectos. S.Tho.

Ad sextum Rñdeo, ꝙ quamuis Curati sint in statu minoris perfectionis, quàm, Religiosi, quantùm ad statum; tamen non repugnat, illos actum aliquem maioris perfectionis respicere, secundùm quẽ obligentur, uitã exponere pro Proximo, lege D.Tho. in dicto opuscu.18.cap.23. Moniales etiam, quæ voto profitẽtur clausuram, tempore Pestis exire non debebãt septa Monasterij, sed infectæ sequestrandę erant ante Cõstitutionem Pij.V. post eius autem Constitutionem; quæ incipit, *Decori, & honestati*, in tribus Casibus licitum est Sanctimonialibus, extra clausuram ire, Videlicet, in Casu magni incendij, uel infirmitatis Lepræ, aut Epidemię; quæ tamen Infirmitas, debet ab Episcopo, etiã si Monasteria exẽpta sint, prius cognosci, & in scriptis approbari, & non nisi ad necessarium tempus concedi. lege Nauar. in manua.cap.27.numero.150. §.sexagesimo quinto.

Ad Sextum. Curati quantum ad statũ sunt minoris perfectionis, quàm sint Religiosi. D.Tho. Moniales in quibus casib. liceat exire claustra monasterij.

B Medico tamen à Communitate conducto, nefas est fugere in huiusmodi necessitate: ob quam creauit illum Altissimus; & Populi possunt illum cogere, & recludere, ne fugam arripiat, immò iustè punire, si id faciat. De Canonicis autem iam fuse dixi in Conclusionibus.

Medicus tempore Pestis, non potest fugere à loco ĩ quo est stipẽdiatus.

Ad argumenta in oppositum facta, nunc quoque respondendum erit.

Ad text. Ioan. Dico cum santo. Tho. ibid. quòd lupus ille, à quo non debet fugere Pastor, etiam cùm vitæ periculo, est triplex; Diabolus tentans. Ita Augustinus, Hæreticus mactans. Ita. Glossa, Tyrannus sæuiens, ita Gregorius, Contra quem lupum triplicem, debet bonus Pastor Gregẽ suum tuerij, & maximè ab Hæreticis. sed de his copiosius sequenti quæstione tractabitur.

Solutio ad textũ Ioannis, ex mente D. Tho. D. Augu⟨st⟩. Glossa. Lyranus. D.Gregor.

Ad rationem, iam est responsum in casu, quo Rector accedere non obligatur, excusatur Infectus, ac si non haberet copiam Confessoris; Vnde ipsi tenetur tunc excitare se ad Contritionem, & facere, quod in se est, ut gratia sibi non denegetur. Quando autem, in magna uidelicet, uel graui necessitate spirituali accedere teneatur, superius iam dictum est.

QVAESTIO SECVNDA. C

De sensu litterali verborum Ioannis decimo: Ego sum Pastor bonus, bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis.

QVoniā in decimo capite Euangelij Ioannis, & præsertim in secūdo sermone Dñi ibidē enarrato (in quo uerba illa à nobis inferius explicanda continētur) multę sunt figuratiuę loqutiones, prouerbia, & allegoriæ; multæ quoque uoces habentur, quæ apertum sensum litteralem continent; ideò non abs re existimādum erit, si aliqua de sensibus Sacræ Scripturæ, breuiter tamen & summatim, in medium proferamus. Sex igitur membra, uel articulos, hæc quæstio continebit.

Quæ in præsenti quæstione continentur.

In Primo, de sensu multiplici Sacræ Scripturæ agemus.

In Secundo, de Prouerbijs, & Parabolis.

In Tertio, de sensu quorundam uerborum, quæ in parabola de bono Pastore ponuntur.

In Quarto, proprium, & litteralem sensum uerborum illorum, quæ citata sunt ex D. Ioanne, quæremus.

In Quinto, agitabitur dubium, An ex hoc Ioannis loco, effi- D
cax trahatur argumentum ad demōstrandum, quòd Pastores teneantur animam suam odisse in salutem subditorum?

In Sexto, & vltimo, Quid nam nomine Lupi sit intelligendum, ad cuius aduentum Pastor fugere non teneatur, & quotuplices sint; isti lupi?

ARTICVLVS PRIMVS.

An Sacra Scriptura, plures sensus complectatur?

Diuina scriptura innititur infallibili ueritati, Deo scilicet.

SAcra, & Diuina Scriptura, ineffabili primæ ueritati, Deo scilicet dicenti, ac reuelanti innititur, quæq; in libris Canonicis noui, ac ueteris testamenti continentur, hæc Spiritu Sancto dictante, calamum, linguamq; mouente exarata sunt: quòd manifestum est.

Probatur dictum primò. Psal. 44.

Primò ex Scriptura Psal. quadragesimoquarto, *Lingua mea calamus scribæ ueIociter scribentis*, id est. Spiritus Sancti, qui linguam eius mouebat, ut recondita ac Diuina arcana loqueretur. & Lucæ 1. *dicitur esse loqutus per os Sanctorum qui à sæculo sunt Prophetarum eius.* Vnde est communis ille loquen-

Lucæ 1.

di modus

A di modus apud Prophetas: *hæc dicit Dominus*, & ad Hebre. 1. *multifariam, multisquè modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis &c.* & 2. Petri. 1. *Non. n. uoluntate humana allata est aliquando Prophetia; sed Spiritu Sancto inspirati, loquti sunt Sancti Dei homines.* Hæbr. 1. 2. Petri 1.

Secundò, ex Cōcilijs. In Niceno. n. quod fuit primū Oecumenicum, ibi in Symbolo dicitur: *Credo in Spiritum Sanctū, qui loqutus est per Prophetas*, & etiam hodie cantatur in missa. Quod Symbolum receptum fuit in Tertia generali Synodo, cui præfuit D. Cyrillus, noīe Celestini Papæ. & in Concilio Carthaginen. quarto, cui interfuit D. Augustinus, quòd licèt non sit generale; est tamen approbatum à septima generali Synodo, & can. 1. precipitur, nequis ad Episcopatum promoueatur, nisi prius interrogetur, An noui, & ueteris testamenti, unum, & eundem credat auctorem, & Deum? Probatur secundò. Conci. Nicæ. D. Cyrill. præfuit in tertia Synodo generali. D. Aug. interfuit in Cōcil. Carthaginensi.

Tertiò Auctoritate Sanctorum. Et in primis Augustini lib. 11. de Ciuit. Dei cap. 2. qui loquens de Deo ait: *Hic prius per Prophetas, deinde per seipsum, posteà per Apostolos, quantùm satis esse iudicauit loqutus: etiam Scripturam condidit, quæ Canonica nominatur, eminentissimæ auctoritatis: cui fidem habemus in his rebus quas ignorare non expedit, nec per nos metipsos nosse idonei sumus.* & cap. 3. perbellè sic habet. *Visibilium omniū maximus est mundus, inuisibilium omnium, maximus Deus est. Sed Mundum esse conspicimus, Deum esse credimus. Quòd autem Deus fecerit mūdum, nulli potius credimus quàm ipsi Deo. Vbi eum audiuimus? nunquam interim melius quàm in Scripturis Sanctis, ubi dixit Propheta eius, In principio fecit Deus cœlum, & terram. Nunquid nam ibi fuit ille Propheta quando fecit Deus cœlum & terram? non: Sed ibi fuit Dei sapientia, per quam facta sunt omnia: quæ in animas etiam Sanctas se transfert, & amicos Dei, & Prophetas constituit, eisque opera sua sine strepitu intus enarrat.* hęc ille. & D. Gregorius in præfatione sup lib. Iob. c. 1. Cū quęreret, Quisnā auctor fuisset illius libri, post quàm varias recensuit sñias, tandem subdit. *Quis hæc scripsit, ualde superuacuè quæritur, cùm auctor libri, Spiritus Sanctus fideliter credatur. Ipse igitur hæc scripsit, qui hæc scribenda dictauit; ille Scripsit, qui in illius opere inspirator extitit, & per scribentis uocem, immitanda ad nos eius facta transmisit.* Et in fine eiusdem cap. ait. *Scriptores sacri Eloquij, qui impulsu Sancti Spiritus agitantur, sic de se in illo testimonio quasi de alijs proferunt. Vndè Spiritus Sanctus, de Moyse, loqutus est per Moysen, de Ioanne uerò per Ioannem.* hæc ille. & ideò Paulus dicebat: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur* Probatur tertiò. D. August. Elegans Augustini sentētia. Aureum D. Gregorij dictum.

B

Psal. 77. *Christus?* & Dauid Psal. 77. *Attēdite Popule meus legem meam*; C

D. Gregorij ponderatio. loquebatur.n.in persona Dei, cuius erat illa lex. Vnde rectè eodē loco annotauit Gregorius quòd Angelus qui Moysi apparuisse describitur, modò Angelus, modò Dominus appellatur. Angelus uidelicet, propter hoc, quòd exterius loquendo seruiebat, Dominus autem, quia interius præsidens, loquēdi efficaciam ministrabat. cùm ergo loquens ab interiori regitur, & per obsequium Angelus, & per inspirationem Dominus nominatur.

Decreta Pontificum, non sunt æquāda sacris litteris. Error Gratiani. Quo fit, ut quamuis Summorum Pontificum Decreta, & Constitutiones, magnam in Ecclesia auctoritatē contineant; nullo tamen pacto sacris litteri, librisquè Canonicis æquiparari possunt. In quo errauit Gratianus dist. 19. Can. In Canonicis; ubi decretales Epistolas Summorū Pont. comparat, & coæquat libris Canonicis, deceptus auctoritate illa

Sententia D. August. malè citatur à Gratiano. Augustini, quàm tamen non refert fideliter. ait.n.sic: *In Canonicis Scripturis Ecclesiarum Catholicarum quàm plurimum Diuinarum Scripturarum solertissimus indagator auctoritatē sequatur. Inter quas sanè illæ sint, quas Apostolicas sedes habere, & ab ea alij meruerunt accipere Epistolas* Hoc.n.falsum est. sequeretur enim ex hoc loco sic lecto, inter Canonicas Scripturas, non modò esse annumerādas Epistolas Decretales Pontificum; sed etiam aliorum quas ab aliis Summi Pontifices acceperunt, quod est falsum, & erroneum. & Secundò quia hæ D Decretales Epistolę, ab alijs Summis Pontificibus, uel per se ipsos reuocari possunt; sicut patet de multis, dūmodo in eis res fidei determinatè, ac definitæ non contineantur; hoc.n.non potest successor retractare, cùm sit ueritatis infallibilis. ex quo euidenter sequitur, tales Epistolas Decretales, non esse Canonicas Scripturas, has.n.nec Sūmus Pontifex, nec tota Ecclesia infringere potest. licet ergo huiusmodi Epistolę, habeant magnam auctoritatem, cùm à tota uniuersali Ecclesia communi consensu acceptentur; non tamen tantam, ut Diuinis, Canonicisque Scripturis coæquentur.

Turrecre. & Caieta. malè legūt locum Augu. citatū. Eundem locum Augustini legit eodem modò Turrecremata lib. 4. Summæ de Ecclesia, & Caietanus lib. de Primatu Ecclesię Romanæ, falsò tamen.

D Aug. locus fideliter citatus. locus ergo Augustini sic habet, lib. 2. de Doctrina Christiana ca. 8. loquens de studio Diuinarum Scripturarum: *In Canonicis autem Scripturis, Ecclesiarnm Catholicarum quamplurium auctoritatem sequatur: inter quas sanè illæ sunt, quæ Apostolicas sedes habere, & Epistolas accipere meruerunt.* Tenebit igitur Theologus, ex sententia Augustini,

Regula ad cognoscēdos libros Canonicos à non Canonicis. regulam ad Canonicos libros dignoscendos; ut ij scilicet pro Canonicis habeantur, qui pluribus Catholicis Ecclesijs approbantur, & acceptā

tur.

A tur. Inter quas Ecclesias, firmiter credit Augustinus eas esse enumerandas, quæ Apostolicas sedes habuerunt, id est, quas Apostoli per se, ueluti earum Episcopi rexerunt, qualis fuit Antiochena, Hierosolymitana &c. Similiter etiam sunt illæ, quę Epistolas Canonicas ab ipsis Apostolis acceperunt, ut Romana, Collossensis, Ephesina &c. has. n. copiosius credit esse in fide illustratas, quia copiosiorem, & firmiorem habuerunt ab Apostolis doctrinam, ante quàm essent ab Infidelibus dirutæ, ac vastatæ. Vnde uerba illa Augustini, non ad Decretales Romanorum Pontificum Epistolas; sed ad Canonicas, & Sacras Scripturas referenda sunt. Quæ sunt Ecclesiæ, q̄ meruerunt habere sedes Apostolicas, & q̄d sit habere Apostolicas sedes secūdum August.

In hac igitur Scriptura Sacra, Canonicisquè libris, uarios, multiplicesquè sensus contineri, certissimum est. Et Primò duplicem sensum, litteralem, & spiritualem ibidem inueniri, euidenter ex uariis Scripturæ locis colligitur. Litteralem quidem ex Isa. 7. & Matt. 1. *Ecce uirgo concipiet, & pariet filium*; Itē ex Micheæ 5. & Matt. 2. *Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es &c.* & ex Zach. 9. & Matt. 9. *ecce Rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam, & filium subiugalis.* & ex Psal. 68. & Ioan. 19. *ut impleretur Scriptura, dixit, sitio.* Item ex Psal. 21. & Matt. 27. *foderunt manus meas, & pedes meos &c.* Item ex Psal. 15. ubi ad litteram de resurrectione Christi dici-
D tur, *non dabis Sanctum tuum uidere corruptionem*; Quem locum Petrus act. 2. & Paulus act. 13. nō de Dauide, qui iam mortuus erat, sed de Christo ad litteram interpretantur; & ex alijs multis locis Scripturæ, quæ consultò relinquntur. Spiritualē uerò, seu mysticum ex Matt. c. 2. in illis uerbis: *Ex Aegypto uocaui filium meum.* & Ioan. 19. ibi: *os non comminuetis ex eo.* & ex capi. 6. ubi Christus serpenti æneo exaltato indeserto comparatur. & ex Matt. 2. *uox in Rama audita est*, & ex 2. Reg. 7. *Ego ero ei in Patrem, & ipse erit mihi infilium*, & similibus alijs locis Sacræ Sacripturæ: quæ loca non historico, sed allegorico sensu de Christo accipienda esse, ueteres Patres tradiderunt. ut Theophilactus in ca. 2. Matthei, cuius uerba sunt hęc. *Dicunt Iudæi, quòd propter Populum dictū sit hoc, qui ex Aegypto per Moysen eductus sit. Dicimus itaque & quid nouū, quod per figuram dictum est de Populo, impletum est autem uerè in Christo.* & Hierony. in cap. 12. Oseæ, ubi sic habet: *Superest; ut illud dicamus, quod ea quæ τυπικῶς præcedunt in alijs, iuxta ueritatem, & adimpletionem referātur ad Christum, quod, Apostolum in duobus montibus Syna, & Syon, & in Sara, et Agar, fecisse cognouimus. neque. n. non est Syna mons, & non est Syon, non fuit Sara, & non fuit Agar, quia hæc Apostolus Paulus, ad*

In sacra scriptura sunt multi ac uarij sensus, scilicet spiritualis & litteralis.
Matth. 1.
Mich. 5.
Matth. 2.
Zach. 9.
Matth. 9.
Psal. 68.
Ioan. 19.
Psal. 21.
Matth. 27.
Psal. 15.
Actor. 2.
Actor. 13.
Matth. 2.
Ioan. 19.
Ioan. 6.
Matth. 2.
2. Reg 7.
Theophilac.
D. Hierony.

duo retulit testamenta. Sic igitur, hoc quod scriptum est: Paruulus Israel, & dilexi cum, & ex Aegypto uocaui filium meum, dicitur quidem de Populo Israel qui uocatur ex Aegypto, qui diligitur, qui eo tempore post errorem Idolatriæ, quasi infans & paruulus est uocatus; sed perfectè refertur ad Christum. Hæc Hieronymus. D. etiam Chrysost. homil. 8. in cap. 2. Matt. eadem uerba explanans, inquit: *Si uerò de Prophetia ambigerent Iudæi dicentes, ex Aegypto uocaui filium meũ, de se dictum potius, quàm de Christo esse prædictum: responderem profectò; esse hunc quoque Prophetiæ morem, ut multa sæpè in aliys dicantur quidem, sed in aliys impleantur.* & plura ait in hanc sententiam. Idem habet Hugo, in locum citatum Oseæ, & D. Tho. Gagneus, & Caietanus in cap. 2. Matth. Idem etiam dicunt Glosa ordinaria, & Paulus Burgen. in cap. 11. Oseæ, annotat. 1. Neque. n. placet quod Lyrano, & Dionysio, Probatum fuit, in capit. 2. Matthæi, scilicet, omnia ferè loca præfata, etiam secundùm sensũ litteralem, de Christo accipienda esse. confingunt. n. duos esse ibi sensus litterales, unum secũdùm quem intelligatur de Populo Israel educto ex Ægypto, seu de Agno Paschali non comminuto, alterum uerò de Christo: Sed erant, cùm omnem sensum allegoricum, qui in Scripturis frequentissimus est, de medio subuertant, ac tollant, & Paulo 1. Corint. 9. 10. 11. & ad Galat. 4. nec non Petro Apostolo 1. Petri 3. expresè contradicãt. q̃. n. dicuntur de Petra, Arca Noè, Mari rubro, Manna, Nube, & Ismaele ludente & à domo Abrahæ eiecto: similiter de Iacob, & Esau, notissimum est, in sensu allegorico esse accipienda. Imò ex Hæbræis, antiqui Rabini, hoc omnino contendũt; multa scilicet in scripturis, allegorico sensu esse accipienda. & Dauid in suis Psalmis, apertissimè ostendit. ut Psal. 19. *Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.* & Psal. 71. *sicut pluuia in uellus descendisti.* & aliis infinitis locis. Imò ipsemet Christus, de se ipso, multa in Euangeliis interpretatus est. Vnde Lucæ cap. 14. multa in Psalmis, & scripturis de se ipso docet esse conscripta, quæ profectò non omnia litteraliter, sed allegoricè ad Christum referenda sunt. Quid? quod si inspiciamus litteram, multoties nihil cõmune habet cũ Christo. Quid. n. historia Ionæ, ad litteram cum illo? quod si allegoriam aspicias, uniuersa historia de Christo interpretanda est. Hinc sequitur, Osiandrum in annotationibus lib. 1. harmoniæ Euangelicæ cap. 11. & superbè, & turpiter allucinatũ fuisse: dum antiquis Patribus exprobrando, non de Populo Israelitico dicta uerba illa Oseæ, sed solùm de Christo ad litteram accipienda esse putauit. Eusebius ferè idem sentit lib. 9. demonstrationis

D. Chrysost.
Hugo.
D. Thomas.
Gagnæus.
Caietan.
Glossa.
Paulus Burgen.
Lyranus, & Diony. reprehenduntur.
1. Cor. 9. 10. & 11.
Ad Galat. 4.
1. Petri 3.
Psal. 19.
Psal. 71.
Lucæ 14.
Osiander turpiter errauit.
Eusebius errauit.

C
D

A ſtrationis Euangelicæ, demoſtrat. 4.

Iāſennius cap. 11. in Concordantiam Euangelicam, nouū ſenſum Scripturis Sacris adfert, dum ad Chriſtum multa referenda eſſe dicit, non per ſenſum myſticum in littera reconditum, ſed per applicationem quondam, dum id efficitur quòd ſcriptura commemorat, etiam ſi id non fuerit propriè ab Auctore intentum, ſeu Propheta id uoluerit ſignificare, ad quod ab Euāgeliſtis adducitur. Quemadmodum ſi quis de Patre ali quo filium admodum diligente, ac pro illo omnia contemnē re, diceret impletum eſſe in eo illud Maronis: Ianſennij opinio.

Omnis in Aſcanio cari ſtat cuta Parentis. Virgilius.

Quòd ſanè dictum Ianſennij, & nouū & temerarium eſt. Iāſennius reprehenditur.

Ioſeph à Coſta. libro tertio de Chriſto reuelato cap. 5. 6. 7. & 8. dum nouam hanc interpretationem Ianſennnij abigit, tanquam inuſitatam & minus tutam, in eundem errorem prolabitur. Nam & ſi benè dicat capitolo nono, dum ait; Prophetias ueteris teſtamēti ab Euangeliſtis citatas, nunquā accō modatitio ſenſu eſſe accipiendas, contra Ianſennium; in eo tamen peccat, quòd cap. 5. dicit; ultra ſenſum litteralem, & myſticum, hunc etiam nouum & accommodatitium in Sacris litteris inueniri, ponens exemplum de duabus oliuis Zach. 4. ubi dicitur de Ieſu, & Zorobabel, *quòd eſſent duæ oliuæ, iuxta duo* Ioſeph à Coſta, dum Ianſenniū reprehēdit, in eundem errorē prolabitur. Zach. 4.

B *roſtra aurea, & duo filij olei ſplendoris, qui aſſiſtunt dominatori uniuerſæ terræ*. quæ tamen uerba Ioan. in Apoch. capit. 11. de Hælia, & Enoch repetit dicens: *Hi ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes*. Nec dubium eſt (inquit iſte Ioſeph) Ioannem ad uerba Zachariæ alluſiſſe, eademque ad diuerſos accommodaſſe. Nam quòd quidam etiam Zachariæ Prophetiam, ad Hęliam, & Enoch (iuxta litteram) referunt; ineptum eſt. Hæc ille. Sed profectò ineptum non eſt dicē dum, quod D. Hieronymus ſuper eundem Zachariæ locum, enumerans uarias Eccleſiaſticorum Doctorum ſententias, nō impugnat. Nec ineptum quoq; eſt, quod Victorinus Martyr, in eundem Apoch. locum docet: eaſdem uidelicet eſſe illas duas oliuas in Apochalypſi nominatas, cum illis Zacharię. & D. Gregorius. homil. 12. in Ezech. cùm dixiſſet, prædicatione Hęliæ, & Enoch, multos ex Iudæis eſſe conuertendos, addit: *qui utriq; per Zachariam, duæ oliuæ, & per Ioannem, duo candelabra nominātur*. Aretas quoque, & D. Tho. in Apoch. conſentiunt, eaſdem eſſe oliuas apud Zachariam & apud Ioānem. D. Auguſtinus ſeu potius Tychonius homil. 8. in Apochalyp. & Beda ibidem, quanuis utrobique interpretentur, illas duas Oliuas eſſe duo teſtamenta; allegorica tamen eſt hæc Apoc. 11. D. Hierony. Victorinus Martyr. D. Gregor. Aretas. D. Tho. D. Augu. uel Tychonius. Beda.

inter-

Haymon.

interpretatio, ut rectè ibidem annotauit Haymon: cùm manifestum sit, Ioannem de duobus Prophetis historicè uerba facere, ut Ambrosius in Commentarijs suis, & Patres cõmuniter interpretantur. Alterum ponit exemplum idem Iosephus ex C

Amos 8.

Amos cap. 8. ubi dicitur: *Et erit in die illa dicit Dominus, occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis, & conuertam festiuitates uestras in luctum, & omnia cantica*

Tobiæ 2.

uestra in planctum. quæ uerba apud Tobiam c. 2. ad litteram, eadem serie repetuntur ijs uerbis. *Cumque occultasset corpus; mãducauit panem cum luctu & tremore, memorans illum Sermonem, quem dixit Dominus per Amos Prophetam: Dies uestri cõuertentur in lamentationes, & luctum*. Sed profectò, locus hic

Ioseph à Costa, malè intelligit locũ Amos 8.
Quid Tobias itellexit, memorãs uerba Amos.

non facit quidquam ad rem. Proferens.n. illa uerba Tobias, Amos prophetam non fuit interpretatus, nec per accommodationem, aut extensionem uerba illa sibi appropriauit; sed cũ esset in calamitate, illius sententiæ Amos recordatus est. Quẽadmodum si quis ex longo ieiunio afflictus diceret, Dauid dixisse: *genua sua infirmata esse à ieiunio, & carnem suam immutatam esse propter oleum*. Et quanuis licitum sit Ecclesiæ Sanctæ, Sacris Doctoribus, & expositoribus, in hoc genere exten-

D.Bernard.
D.Ambros.

dere, tractare, seu accommodare uerba Scripturę, quod D. Bernardus egregiè, & deuotissimè sæpè sæpius facit, & D. Ambr. Non rarò; nullo tamẽ modo, meo iudicio, concedendum est, D id esse nouum sensum Scripturæ aut quartum genus interpre-

D.August.

tandi eas cùm Augustinus lib. de utilitate credendi ca. 3. & alibi dicat, omnẽ sensum Scripturæ, aut Historicũ, aut Allegoricum, aut Anagogicum, aut secundùm etimologiam seu Tropologicum esse alteri.n. sentire temerarium esset. Sed agamus

Iansenij opinio repugnat Patribus, ut D.Ambrosio. D.August. D.Cyrillo. D. Gregorio. D. Hierony.

contra Iansennium, qui sensum allegoricum in accommodationem uertit, dum excludit à multis scripturæ locis sensum allegoricum de Christo, quòd apertè repugnat Patribus; Ambrosio sermone 8. in Psal. 118. Augustino lib. 12. contra fauctũ per totum, Cyrillo lib. 3. in Ioan. cap. 9. Gregorio lib. 20. Moral. cap. 1. & Hierony. in cap. 11. Oseæ, qui ea ratione calumniam Iuliani Apostatæ refellit (qui Matthæum Euangelistam redarguebat, quasi falsò id Christo tribuisset, quod ab Osea Populo Israel dictum erat: *Ex Aegypto uocaui filium meum*) dicẽs, hu-

D.Hieron. in quo reprehẽdit Iulianum Apostatam.
Exod. 4.

iusmodi uerba Prophetiæ, etiam de Christo mysticè, & spiritualiter accipienda esse, Nec facit negocium quòd appellet illum Populum, filiũ suum. Nam etiã Exod. 4. Populus Israel filius Dei appellatur: *dimitte* (inquit) *filiũ meum ut seruiat mihi.*

Huc accedat, quòd ualde impropriè diceret Euangelista, ad factum esse, ut impleretur quòd dictum est per Prophetã: *Ex*

Aegy-

A *Aegypto uocaui filium meum*. Neque.n.casu uel extraneè, sed per se, & ex intentione Spiritus Sancti, ea uerba Prophetę prolata sunt, ut etiam de ipso Christo uerificentur, nec per accommodationem solam, sed per ueram Prophetiam. Exemplum autem quod affert Iansennius, ex Matt.15.dicens: *Hipocritæ. benè prophetauit de uobis Isaias Propheta dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me*; & illud ex ca. 13.*auditu audietis, & nō intelligetis*; & aliud ex c.2.*uox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos, noluit consolari quia non sunt*: hæc inquam & alia, potius aduersus eum pugnant, cùm ipsemet Christus in Euangelio dicat, id ab Isaia de illis fuisse prophetatum, nec arbitio uniuscuiusque illa uerba applicanda esse, sed ita præuisum, & prophetatum fuisse à Propheta. Quod egregiè annotauit Franciscus Ribera in suis commentarijs in ca.11.Oseæ, numero 12. 13.& 14. Itaque prętér Historicum sensum, spiritualem etiam & Symbolicum, in eo tanquam in utero conclusum, ac recōditum, Sacram Scripturam habere, est indubitata fidei assertio. Sicut.n.in nouissimis diebus, uerbum Dei carne uelatum in terris apparuit, in quo nouissimè De⁹ Pater, nobis loqutus est, ita quoque mysteria eiusdem in littera Sacræ Scripturæ reuelata, tanquam in agro abscondita, Christianis conuenien-

Matt.15.

Matth.13.

Matth.2.

Frāciscus Ribera.

B tissimū fuit proponi, ut Optimè Origines dixit, homil.1.in Leuit.cuius uerba sunt hæc. *Sicut verbum Dei ex Mariæ carne vestitum, processit in hunc mūdum, & aliud quidem erat quod uidebatur in eo, alíud quod intelligebatur. Carnis namque aspectus, in eo patebat omnibus, paucis verò & electis dabatur Diuinitatis agnitio: ita et cum per Prophetas, Verbum Dei profertur ad homines, non absq; competentibus profertur indumentis. Nā sicut ibi carnis, ita hic litteræ uelamine tegitur: ut littera quidē aspiciatur tanquàm Caro, latēs uerò intrinsecus sensus, tāquàm Diuinitas sentiatur*. Hoc velamen litteræ poscebat Dauid à se auferri, ut spiritualem scripturarum sensum intelligeret, dum Psal.108.dicebat: *Reuela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua*. Hoc uelamen, quanuis in Christi passione & morte, quando *velum templi scissum est in duas partes à summo, usque deorsum*, à Christi Ecclesia ablatum fuerit, *cum apperuit illis* (id est Apostolis) *sensum vt intelligerent*, ut dicitur Mar. 24. Iudæis tamen adhuc remanet in eorum cordibus, & mentibus inuolutum. Verum hic sensus spiritualis, qui (ut dicemus) habetur nō per uoces, sed per res significatas per uoces, triplex est: Allegoricus, cùm ea quæ gesta sunt in ueteri testamento, significantur gerenda in nouo, Tropologicus, seu moralis,

Origenes.

Psal.108.

Quod uelum est illud, qđ ī Christi morte scisū est.

Mar.24.

Sēsus spūalis, quotuplex sit in scriptura.

ralis, quando gesta in utroque testamēto, indicant ea quæ nos facere debemus. Anagogicum cùm ea quę in Ecclesia militanti in capite nostro qui est Christus, uel in membris eius geruntur, significant ea, quæ in Triumphanti Ecclesia, Cœlo scilicet futura sunt. Vnde est carmen. C

Littera gesta docet, quid credas Allegoria,
Moralis quid agas, quò tendas, Anagogia.

Hæbr.7. D.Dionys. D.Tho. Lyra. Atque hæc doctrina, cùm ex Apostolo, ad Hæb.7. tùm ex sanctis Patribus, ut Dionysio, cap.1. Cælestis Hierach. & ex D. Thoma, prima parte q.1.ar.10. ex Lyra, cæterisque Scriptoribus Ecclesiasticis constat.

Abulen. Abulensis q.18. super cap.13. Matthei, arbitratur, in nouo testamento, non reperiri hos quatuor sensus, & pręsertim Allegoricum: cùm in eo non reperiarur res aliqua gesta, quæ Christum, eiusque Ecclesiam significet. sed allucinatur. Nam D. Augustinus libro de Vera Religione cap.50. ait, In nouo testamēto, esse Allegoriam sacramenti, quæ est Verè Allegoria; sunt enim septem Sacramēta, quę significant aliquid pertinens ad Christum, ut est Matrimoniū (ut docet Paulus) significat.n. cōiunctionem inter Christum & Ecclesiam, & Baptismus, qui significat eius mortem, & Resurectionem, ut ad Collosenses 2. dicitur. *Cōsepulti enim estis in Baptisma per mortem ipsius.* & 1.Cor.11. de Eucharistiæ sacramēto dicitur, quod actio sacramentalis, & manducatio, significant mortem Christi eiusque passionem. & ad Rom.6. docet Paulus, quòd mors Christi significat mortem nostram, quātùm ad peccatum, & Resurrectio eius, uitę nostræ nouitatem, & Resurrectionē. quod profectò non est moralitas, sed Allegoria. quemadmodum (ut notat Clemens Alexandrinus lib.5. Strommatum) quando Dominus dedit Populo quinque panes, & duos pisces, allegoria quædam fuit. Verùm huiusmodi quatuor sensus Sacram Scripturam. habere, est doctrina D. Augustini lib. 1. super Genes. ad litte. c.1. & lib. de Gene. ad litteram imperfecto c.2. & de Incarnatione. Verbi cap.1. & 17. Ciuit. c.3. & D. Hiero. ad Edibiam q.12. & super Ezec. c.16. Eucherij in tracta. de Formulis spiritualis intelligentiæ, Orige. lib.4. Periarchon cap.2. & homil.2. in Gen. & Bedæ in principio Gen. & D. Bern. li.5. de Cōsideratione & D. Tho. quodli.7. art.14. & 15. ad 5. In Sacra autem Pagina, sensum Allegoricum reperiri, patet ex Paulo ad Galat.4. & ad Hæbr.6.7. & 8. moralem item, ex Lucæ capit.17. *Memores estote uxoris Loth.* & 1.Cor.10. & ad Hæb.3. Anagogicum item inueniri, patet ex Epistola ad Galatas; *Hierusalē quæ sursum est mater nostra*, & ad Hæb.9. de illo tabernaculo. D

Margin notes: Coloss.2. 1.Cor.11. Rom.6. Clementis Alexan. pondeeratio. D. August. D. Hierony. Eucherius. Orige. Beda. D. Bernard. D. Tho. Galat.4. Hæbr.7. & 8. Lucæ 17. 1.Cor.10. Hæb.3. Hæbr.9.

Stultum

A Stultum est autem quærere omnes istos sensus in omni sententia, uel loco Sacrarum litterarum, ut doctè D. Augu. 17. de Ciuit. Dei cap. 3. & lib. 13. cap. 19. & D. Greg. super Ezech. Vnde, in ueteri testamento ea quæ sunt Ceremonialia, & Iudicialia, habent huiusmodi quadruplicem sensum; ea uerò quæ sunt Moralia, uel Diuina. i. quę cōtinēt dogmata Fidei, uel Pręcepta Iuris naturalis, ut est Decalogus, non habent nisi sensū litteralem, ut est illud Deutero. 6. *Audi Israel, dominus Deus tuus unus est*; & illud: *Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo*, & hoc rectè animaduertit Cassianus collat. 8. ca. 3. loci uerò qui cōtinent rem aliquam gestam, ferè semper possunt exponi secundùm illos tres sensus spirituales. In nouo autem testamento, illa quæ sunt Allegorica, quadruplicem sensum habere non possunt, ut ait D. Hiero. homil. 8. in Zachariam, & 6. Synodus hoc determinauit contra Origenem. Vnde loci qui sunt de Beatitudine futura, solùm recipient sensum litteralem; qui uerò (ut ait D. Tho. quodlib. 7. ar. 13. ad ultimum) rem gestam in primitiua Ecclesia continent, significare possunt ea quæ sunt gerenda in futura Ecclesia; & quę de Christo (qui est caput Ecclesiæ (tractant, Allegoricè, moraliter, atque Anagogicè exponi possunt.

D. August.
D. Greg.
Non omnia loca scripturæ habēt quadruplicē sensum.
Deut. 6.
D. Hieron.
Sexta Synod. quid determinauit contra Origenem.
D. Tho.

Sed præssius & exactius natura horum sensuum inuestiganda est, & præcipuè de sensu litterali agendum. Quod ut melius intelligatur, aliqua dubia proponemus.

B

Primùm Dubium. Quis nam sit sensus litteralis, an scilicet ille quem uerba immediatè faciunt, & uoces explicant?

Ratiò difficultatis est. Quia si huiusmodi est sensus litteralis, sequeretur, quòd quandoque esset falsus quod, patet in metaphoricis loqutionibus; Apoc. enim 5. dicitur: ***Vicit Leo de tribu Iuda***, & tamen in illa Tribu nullus fuit Leo qui uicerit. Similiter Ioan. 5. dicitur: ***Ego sum uitis uera, & uos palmites***, & tamen in sensu litterali, nec Christus est uitis, nec Apostoli palmites.

Apoc. 5.
Ioan. 5.

Nicolaus de Lyra in tertio Prologo super Biblia, ait, quòd non omnia loca Sacræ Scripturæ, habent sensum litteralem propriè loquendo. & probat ex huiusmodi loqutionibus parabolicis. Iudic. enim 9. dicitur, ***quòd ierunt ligna, ut ungerent sibi Regem.*** & Matt. 5. ***si manus tua scandalizat te, abscinde eam & proyce ex te:*** quæ loca non habere sensum litteralem, manifestum est. Nam si haberēt (ut diximus) talis sensus esset falsus. Neque. n. ligna hæc unquam fecerunt, aut facere potuerunt; nec uoluit similiter Christus, ut homo sibi manum abscinderet ad litteram. ait ergo, huiusmodi loca, tantùm habere sensū

Nicolaus de Lyra.
Iud. 9.
Matth. 5.

mysticum

Per ligna cōsilium inientia, intelligūtur habitatores Vrbis Sichem.

mysticum qui per res significatas intelligitur. per ligna n. in- C
telliguntur habitatores urbis Sichem, qui fecerunt Abimelech super se Regem, per manum verò quæcunque res nobis charissima, ut amicus propinquissimus, cuius familiaritatem (si occasionem ruinæ præbeat) debet homo abscindere.

Addit secundò, quòd cùm aliqui Doctores dicunt, sensum parabolicum, esse litteralem, loquntur non propriè, sed largo modo sumendo litteralem sensum. Cum enim inter omnes sensus, primus sit litteralis, ubi non est sensus litteralis uerus pro uoces significatus, primus est parabolicus. Et ideo talis sensus etiam litteralis dicitur, non tamen propriè, sed largo modo. Quæ sententia, falsa est, vt ex sequentibus patebit. Vnde pro intelligentia,

Nota quis sit sensus litteralis.

Notandum est. illum dici sensum litteralem, quem immediatè, & primò uerba significant. nec requiritur ad huiusmodi sensum, quòd uoces sumãtur in sua propria significatione, sed sufficit, quòd sumantur per metaphorã, & impropriè. quod

D. Tho.

eleganter docet D. Tho. 1. p. q. 1. art. 10. ad tertium, dicẽs: quòd cum in scriptura inuenimus nominari Dei brachium, sensus litteralis non est, quòd membrum illud apud nos brachiũ nominatum, sit in Deo; sed intelligitur in sensu litterali, id quod

Brachium in Deo significat uirtutem eius.

per brachium significatur, scilicet uirtus Dei, quam uerbum D
illud significat: non secundùm propriam significationem, sed secundùm impropriam, & metaphoricam. Idem dicendum erit de alijs loqutionibus metaphoricis, quibus aliquid tanquam gestum significatur, quod tamen reuera non fuit gestũ, refertur nihilominus ita, ad aliquid aliud significandũ. Vt est illud de Agno, & Hyrco caprarũ. Ratio huius est. Quia eundem sensum habent uoces impropriè acceptæ, cum rebus si-

D. August.

gnificatis per eas. Vnde August. 3. de doctrina Christiana admonet, esse cauendum ne figuratam loqutionem ad litteram

Apoc. 5.

accipiamus. Sensus ergo illius loci Apoch. 5. (*Vicit Leo de tribu Iuda, &c.*) est, quòd Christus qui est de tribu Iuda, habens fortitudinẽ Leonis, uicerit. Et similiter Christus dicitur principium uitæ spiritualis, sicut uitis est principium uitæ palmitum.

Nota.
Parabolarũ genera duo sunt.
Matth. 13.

Notandum est secundò, duo esse in sacra scriptura genera parabolarum, seu similitudinum, alterum est, in quo exprimitur ipsamet similitudo unius rei ad aliam, ut Matth. 13. *Simile est regnum cœlorum grano sinapis, fermento, thesauro, &c.* & in ijs, nõ est aliqua metaphora, sed uerba accipiuntur in propria significatione; ita quòd, ille est sensus litteralis, quẽ uerba im-

A mediatè significant. huiusmodi enim nil aliud sunt, quàm similitudines, & comparationes unius rei ad aliam, & habent se ueluti argumenta à simili, in quibus uoces accipiuntur secundùm propriam significationem in sensu litterali, ergo etiam debet sumi in huiusmodi parabolis, & similitudinibus, & in huiusmodi non reperitur communis aliquis sensus spiritualis, quia non assumitur res aliqua ad significãdum aliam rem, sed explicatur inter eas similitudo, in quo cõsistit sensus literalis. Alterum est, quando nõ exprimitur similitudo rei ad rem, sed tacitè & obscurè adhibemus similitudinem, utendo uerbis in significatione impropria. quale est illud Iudicum 9. *Ierunt ligna, &c.* & illud: *Exijt qui seminat seminare semen suum:* & de istis loquitur D. Thom. cùm loco citato ad tertiũ ait, in parabolis uoces accipi impropriè. Huiusmodi multa reperiuntur, tam in Euangelio, ut est illud de Patrefamilias plantante uineam, quàm in Canticis Canticorum, in quibus nec similitudo, nec comparatio explicatur. Iud. 9. D. Thom.

His positis, dico, sensum quem immediatè significant uerba, esse litteralem, siuè res sumantur in significatione própria, siuè impropria, & translatitia, siuè res ipsæ acciderint ita à parte rei, siuè non. & hoc non est nouum in scriptura. Quandoq; enim etiam in alijs idiomatibus accipiuntur in propria significatione, quandoque in impropria. Vt cùm latinè agentes dicimus, Lupum esse in fabula, dum explicare uolumus, quòd adsit is, de quo est sermo. Probatur igitur hoc dictum. Quoniã omnis sensus spiritualis, fundatur in aliquo litterali, ut ait D. Thom. 1. p. q. 1. art. 10. in corpore; sed istæ metaphoræ non habent nisi unicum sensum, ergo ille dicendus est litteralis. Ex quo sequitur, in sacra scriptura, nunquam sensum litteralem esse falsum, sed semper uerum. In quo multi decipiuntur, credentes, uerba debere semper accipi in propria significatione, cùm tamen quandoque non debeant sumi nisi in impropria, & translatitia. & hæc est communis sententia Doctorum, ut patet apud D. Hieron. super Abach. cap. 3. ubi ait, scripturã frequenter metaphoricè texi; significans, non debere semper accipi in significatione propria uerborum. idem habet D. Tho. loco cit. ad tertium, & Driedo lib. 2. de Ecclesiasticis dogmatibus, ubi docet, has parabolas, ad litteram ea nobis significare, quæ in significatione impropria significantur. & tamen hoc est certum apud omnes Doct. tam antiquos, quàm etiam scholasticos, sensum litteralem non semper esse eum quem voces reddunt, secundùm propriam significationem, ut patet cùm Christus dicitur, Leo, Agnus, Lapis, &c. sed quandoque debere sumi

Resolutio.

B (margin)

Omnis sẽsus spũalis, fundatur in aliquo litterali. D Tho.

Sensus litteralis in scriptura, nunquam est falsus.

D. Hieron.

D. Tho. Driedo.

re sumi secundum impropriam. & ideo locus ille Matth. 5. C *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, &c.* Oculus ibi, pro re charissima sumitur, & non pro eo quod uerba sonant propriè.

Matt. 5. Oculus accipitur pro re carissima.

Quòd si quæras, quonam modo poterit cognosci quando loqutio est propria, an figurata, ut possimus sensum literalem uenari? Respondeo cum Augustino lib. 3. de doctrina Christiana per multa capita, quòd quoties ex sensu qui eruitur secundùm propriam significationem uocum, sequitur aliquod absurdum uel falsum, aut contra bonos mores, uel Fidem Catholicam tunc confugiendum nobis est ad significationē impropriam, & figuratam. Sicut ergo cauere debemus, ne figuratam, & impropriam loqutionem, quasi propriam sequamur. Sic etiam cauendum est, ne propriam quasi figuratam accipiamus. Vnde est regula notanda. In inquirendo sensu litterali, ad has figuratas & improprias significationes, solùm esse confugiendum, cùm necessitas urget, idest, quando ex uerbis secundùm propriam significationem sumptis, aliquod (ut diximus) sequitur absurdum. Tunc enim recurrendum est ad impropriam significationem. Qua in re deceptus est Caietanus qui soporem Adæ, & formationem Euæ de costa uiri, & serpentem à quo legimus fuisse Euam deceptam, contra communem, Sanctorum Patrum, ac Doctorum sensum, interpretatus est metaphoricè, & non secundùm historiæ ueritatem, quod exactius inferius demonstrabitur. D

Regula discernēdi propriam loqutionē, ab impropria.

Caietanus deceptus est, dū egit de sopore Adæ, & formatione Euæ.

Insuper notandum est. In scripturis, sæpe reperiri sensus litterales reconditos, ita quòd nec omninò sunt uerba accipienda secundùm propriam significationem, nec omninò secundum impropriam, sed sunt quodammodo sensus mixti; partim enim in eadem sententia, sumi debent uerba propriè, partim impropriè, & metaphoricè. Verbi gratia. Cū legimus in principio Genesis fuisse mulierem à serpente deceptam, serpens, non est omninò intelligendus secundùm propriam significationem, ita ut purum animal sensibile, mulierem alloquendo deceperit; nec omninò secundùm impropriam, ut dicatur cum Caietano, per serpentem intelligi non materiale animal, sed spirituale, scilicet dæmonem. Cùm ergo litteralis sensus mixtus sit, quodammodo ex propria, & impropria uoce, fit, ut illius loci sensus existimandus sit: quòd Eua fuerit decepta per Dæmonem latentem in serpente. Et hac ratione exponendus est locus ille Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in vobis.* Non enim est sensus uerborum, omninò secūdùm propriam

Sæpè in scriptura reperiūtur sensus litterales reconditi.

Quædam in scriptura nō debent intelligi oīno propriè, nec omnino impropriè, sed mixtè.

Ioan. 6. Elegās dictū, & interpretatio.

A priam significationem, scilicet, de manducatione reali sanctissimæ carnis Christi sub propria specie, & figura, nec omninò improprius, & metaphoricus, de manducatione tantùm spirituali per Fidem, & Charitatem; sed uerus sensus litteralis est mixtus, scilicet de manducatione uera & reali corporis Christi, sub specie tamen, non propria, sed panis, & uini. Quod dictum non communiter à Doctoribus notatur.

Dubium secundum, An sensus litteralis, debeat sumi ex intentione loquentis, An potius ex intentione Spiritus Sancti, mouentis hominem ad loquendum?

Ratio difficultatis est. Quia quandoq; & loqués, & Spiritus Sanctus, varij sunt in intentione, ut Ioan. 11. dixit Caiphas: *Expedit uobis, ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat*; intelligens, expedire mortem Christi, ne Romani Iudaicam destruerent Rempublicam. Spiritus Sanctus uerò, suggessit uerba illa, intendens, quòd esset necessaria mors illa Christi, pro redemptione generis humani. & ideo subditur; *Hoc autem à semetipso non dixit, sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit*. Ioan. 11. Spiritus Sanctus, & Caiphas, uaria intenderunt.

Aliqui ex recentioribus dicunt, sensum litteralem eum esse, qui est intentus ab auctore minus principali, uel Euangelista, uel Propheta, uel scriptore Ecclesiastico. Ex quo inferunt B secundò, eundem locum ex diuersis auctoribus relatum, plures habere sensus litterales. Verbi gratia, illud Exo. 12. *Os non comminuetis èx eo*, dicunt, in sensu litterali intelligendum esse de Agno Paschali, quia Moyses qui scriptor fuit illius libri, hoc intendebat. Cùm uerò à Ioanne refertur ca. 19. dicunt habere alium sensum litteralem, scilicet ossa Christi, in morte eius non esse confringenda, quia illud intendebat Ioannes significare. Alij uerò dicunt, illum esse sensum litteralem, qué uoces reddunt, secundùm propriam, uel impropriam significationem, intentum tamen à Spiritu Sancto, ita D. Thom. in præsenti ad tertium insinuat, dicens: *Quod cum Deus sit auctor huius scripturæ, ideò potest accommodare nō modò uoces ad aliquid significandum; sed etiam res ipsas*, innuens, id quod intendit significare Spiritus Sāctus per uoces, aut per res, esse uerum sensum. Idem docet Driedo. lib. 2. c. 2. Castro lib. 5 aduers. hære. cap. 3. & Paulus Burgensis, prologo secundo, quāuis alij impingant ei, quasi dixerit, sensum litteralem esse eum, quem Spiritus Sanctus intendit, & non quem uoces reddunt, cùm hoc reuera non dicat, imò oppositum, ut patet ibidem. Post quam enim cum Lyra consentit, eum esse sensum litteralem quem uerba faciunt, ait, esse addendum, dummodo ille à Spi-

Opinio aliquorum. Exo. 12. Ioan. 19. Opinio quorundam. D. Thom. Driedo. Castro. Paulus Burgen. Lyra.

Nota. ritu Sancto sit intentus. Dixi (secundùm propriam, uel impro- C priam significationem) quia, vt dictum est, sensus litteralis in metaphoris, non est sumendus secundùm significationẽ propriam uocum; sed ille erit, quem reddunt secundùm impropriam, & translatitiam. & ideo ait D. Thom. ubi supra ad tertium, sensum parabolicum sub litterali contineri, quia per voces significatur aliquid propriè, & figuratiuè. & ideo sensus litteralis, non est ipsa figura, sed id quod est figuratum in tali similitudine & figura; & dat exemplũ de brachio quod Deo attribuitur. Dixi (qui est intentus à Spiritu Sancto) ut ibidem notat Burgensis, ad excludendum illum, qui Ecclesiæ auctoritati repugnat, licet uideatur litteræ conformis; talis enim sensus non est à Spiritu Sancto. Vnde Hieronym. in Prologo ait: *Quicunque aliter scripturam intelligit, quàm sensus Spiritus Sancti efflagitat à quo est scripta, hæreticus appellari potest.*

D. Tho.

Paulus Burgen.

D. Hieron.

Corollariũ. Hinc sequitur, quòd neque etiam habendus est pro litterali, qui rectæ rationi repugnat. huiusmodi enim non intenditur etiam à Deo qui est prima ueritas, & à quo omnis alia ueritas deriuatur. Vnde Augustinus super Genesim ad litteram ait: *Cùm scriptura Diuina multipliciter exponi possit, nulli expositioni aliquis ita præcisè inhæserit, qòud si certa ratione constiterit id falsum esse, talem sensum scripturæ esse, asserere ipse præsumat: ex hoc enim scriptura ab Infidelibus derideretur, & cre*- D *dendi via præcluderetur.*

D. August.

Probatur sententia. Primò. His positis, hæc sententia probatur. Primò ex Ioanne qui sententiam illam Caiphæ dixit esse optimam, & eam protulisse non ex se, sed prophetasse, *cùm esset Pontifex anni illius*. Si uerò sumeretur ex intẽtione loquẽtis, esset praua & iniqua. ut Ione 3. *Adhuc quadraginta dies, et Niniue subuertetur*. & Isa. 38. *Dispone domui tuæ, quia morieris, et non uiues*. si hæc enim uerba, sumerentur secundùm intentionem scribẽtium, essent falsa. Patet, quia credebant ita futurum; In cuius signum, Ionas quia non fuit adimpleta eius Prophetia, *Afflictus est afflictione magna*, ut dicitur Ionæ. c. 4. si uerò secundùm intentionem Spiritûs Sancti summantur, qui uolebat illos esse admonitos; sunt uerba comminatoria, & habent uerissimum sensum. Et cõfirmatur. Quia principalis Auctor Sacræ Scripturę, est Deus. utitur autem hominibus, tanquam instrumentis, iuxta illud, Psal. 44. *lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis*. i. Dei mouentis & dictantis, ergo uerba sumenda sunt, ex intentione Spiritus Sancti, & non hominis. Patet, quia sicut cũ quis per seruum mittit litteras ad alium, quas tamen ipse seruus scripsit: uerba illa, debent sumi secundùm intentionem

Ionæ 3.
Isa. 38.

Ionæ 4.

Psal. 44.

Prophetę assimilantur seruis.

Domini

A Domini loquentis, & non serui; ita similiter in Sacra Scriptura dicendum est. loquitur enim Deus per Scriptores Ecclesiasticos, siuè bonos, siue malos, tanquam per seruos. Secundò patet ex Augustino lib. de Doctrina Christiana, ubi ait: *Quoties ex eisdem Scripturæ uerbis, non unum aliquod, sed plura sentiuntur; etiam si lateat quid senserit ille qui scripsit, nihil periculi est, si quodlibet eorum congruere ueritati, ex alijs locis Scripturæ, doceri potest.* Probatur secundò. D. August.

Ex quo colligitur, ad sensum litteralem cognoscendum (de quo tunc Augustinus loquebatur) non semper esse attendendum, quidnam Auctor minus principalis senserit. Confirmatur. Si Sacra Scriptura à Deo esset condita, & per se, idem prorsus esset sensus litteralis, ac ille quem modò habet; sed tunc sensus litteralis, tantùm esset ille qui esset intentus à Spiritus sancto & nõ à minus principali Auctore, cùm nullus sit, ergo & modò, præsertim cùm quandoque lateat ipsos Scriptores Sacros, sensus litterales, ut dixi de Iona, Isaia, & Caypha. Corollariũ. Cõfirmatur.

Vt autẽ hoc clarius intelligatur, notãdũ est cum D. Th. 2. 2. q. 173. art. 4. & Caietano ibidem, ubi quærit utrũ Prophetæ sẽper cognoscãt ea quę Prophetãt, & ait. In reuelatione Prophetica, moueri mentes Prophetarum à Spiritus Sancto, sicut instrumentum defficiens, respectu principalis agentis; ita quòd B eorum mens (licet ueri sint Prophetæ) non semper omnia cognoscit, quæ in eorum uisionibus, uerbis, aut factis Spiritus Sanctus intẽdit. Et ita, quãdoque mouetur ad aliquid apprehẽdendum, loquendum, uel faciendum, ita quòd cognoscit id, quod per talia uerba Spiritus Sanctus intẽdit, & apprehendit illud esse sibi diuinitus reuelatum. quandoque uerò solùm cognoscit, id sibi esse diuinitus, reuelatum; non autem quid Spiritus Sanctus per illud intendat. Nota. D. Tho. Mentes Prophetarũ mouentur à Spiritu Sancto, tanquàm instrumentũ deficiẽs, & quo modo Propheta nõ semper oĩa, quæ prophetat, cognoscit.

Ex quo colligitur. Quòd cũ Auctor minus principalis Scripturæ, intendit aliud quàm Spiritus Sãctus, non est litteralis talis sensus quem intendit, sed potius talis sensus quem Spiritus Sanctus sibi præfigit. quod patet. Quia litteralis semper est uerus; sensus autem quẽ Auctor minus principalis intendit, nõ est semper uerus, immò falsus quandoque, ut patet in Caypha. Corollarium notandum. Sensus litteralis, semper est uerus.

Sunt alij qui distingunt, in huiusmodi locis Scripturæ, esse duos sensus litterales, alterum secundùm intentionem Spiritus Sancti, alterum uerò secundùm intentionem loquentis, uel scribentis. Non tamen sequitur quòd Scriptura fallat. quia Scriptura tãtùm nobis refert illos homines protulisse illa uerba, & hoc est certum & de Fide: nõ tamen ait Scriptura, quòd uerum dixerint. Sicut Dauid cùm dixit, *Dixit insipiens in cor-* Nota.

de suo, non est Deus; Scriptura tantùm refert, insipientem hoc C dixisse, & hoc est certum & de fide, non tamen ait, eum uerum dixisse. Sed prima opinio probabilior uidetur.

Dubium Tertium. An idem locus Sacræ Scripturæ, contineat quandoque plures sensus litterales?

Ratio dubij. Causa dubitandi est. Quia principia in nulla scientia debēt esse ęquiuoca, cũ ergo principia Theologiæ, sumãtur ex Scriptura, illa non debent esse æquiuoca; esset autem si haberet multos sensus litterales: tunc enim non posset nobis cõstare, quisnam esset certus & uerus. Adde, quòd esset maxima amphibologia, & per consequens ammitteret uim suam ad confirmanda dogmata Fidei; posset enim tũc quilibet (ut modò faciunt, hæretici) eam ad suum sensum adducere, & per consequens nulla tunc prorsus esset certitudo de sensu litterali intento à Spiritu Sancto, cùm non constet de intentione Dei; quod tamen falsum est, quia Auctor Scripturæ, est Deus, qui sincerè omnia docet.

D. Tho. sententia. Oppositum docet D. Tho. dictò art. 10. & in q. 4. de potẽtia, ar. 1. in corpore ubi ait, Hoc ad dignitatẽ Sacrę Scripturæ pertinere, ut sub una littera, multos sensus contineat; & loquitur de sensu litterali; cùm (salua ueritate litteræ) multi accommodari possint. eius fundamentum est. Quia ille est sensus litteralis, quem auctor intendit; cùm autem Auctor Sacræ Scripturę D sit Deus, qui omnia suo intellectu comprehendit, ergo unus locus poterit plures sensus habere. Idem docet Augustinus li. 12. Confess. c. 18. & sequen. Vnde D. Tho. ponit hanc Regulã generalem q. 4. de Potentia art. 1. Quòd omnis ueritas, quę salua litteræ circunstantia, potest Diuinæ litteræ aptari, est eius sensus. quia sic potest melius Scriptura Sacra diffendi. Dum enim ex uno sensu falsum aliquid infideles suo iudicio colligunt, possumus ad alium confugere, & hæc est communis opinio Sanctorum, & Scholasticorum. Verum hæc sententia probatur ex ipsamet Scriptura. locus enim ille Psal. 2. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu ego hodie genui te*, plures habet sensus litterales. Paulus enim ad Hæb. 1. intelligit de diuina, & æterna filij generatione. ait enim. *Cui aliquando Angelorum dixit, filius meus es tu, ego hodie genui te?* Petrus uerò act. 13. affert illum locum, ad probandum Christi resurrectionẽ dicens. *Et nos uobis annunciamus eam, quæ ad Patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc Deus impleuit filijs nostris, resuscitans Iesum (sicut scriptum est) filius meus es tu, ego hodie genui te.* Alij uerò intelligunt de generatione temporali secundùm quã exiuit in mundum. Secundus locus habetur Gene. 1.

In

Nota. D. August. Regula generalis. Probatur primò. Psal. 2. Hæb. 1. Act. 13. Aurea interpretatio illi⁹

A *In principio creauit Deus cælum, et terram*, qui (ut eleganter exponit D.Tho.1.p.q.46.art.3.) tres habet sensus litterales, ad excludendos tres errore. loci Genes.1. in principio creauit Deus cœlum & terram D.Tho.

Primus fuit Aristotelis & Gentiles qui censuerunt, mundum fuisse ab æterno, nec habuisse principium. & ad hoc excludendum, ponit illud, *In principio*, id est Temporis. Tres errores confutantur. Error Gentilium.

Alterum fuit Manichæorum dicentium duo esse creationis principia, alterum bonorum, alterum uerò malorum; & ad hoc excludendũ, exponitur, *In principio*, id est in filio. Sicut enim Principium effectiuum appropriatur Patri propter potentiam; ita principium exemplare appropriatur filio propter sapiẽtiam. & ideò dicitur, *omnia in Sapientia fecisti*. & ad Coloss.1. *In ipso*, scilicet filio, *condita sunt uniuersa*. Error Manichæorum. Coloss.1.

Tertius fuit Platonis, & Auicẽnæ, quòd scilicet corporalia essent à Deo creata mediantibus Spiritualibus creaturis, & ad hoc excludendum, exponitur, *In principio*, id est ante omnia, *creauit Deus cælum, et terram*. Vnde quatuor simul creata constituuntur, Cælum Empyreum, Matteria corporalis, quæ nomine terræ intelligitur, Tempus, & Natura Angelica. Ex quo loco, Concilium Lateranen. cap. firmiter de Sum. Tri. & fi. Catho. duas colligit conclusiones, Altera, quòd creatura spiritualis scilicet Angelus, non fuerit creata ante cælum, & terram, B sed simul condidit utramque (quę Conclusio an sit de fide legendus est Caietanus. 1.p.q.62.art.3.) Altera uerò conclusio, Quòd mundus non fuerit ab æterno, sed in tempore. Error Platonis, & Auicẽnæ. Quatuor sũt simul à Deo creata, materia, scilicet, Cœlum Empyreum, tempus, & natura Angelica. Concil. Lateran. Concil. Trid. Caietanus.

Ex his patet solutio ad argumentum. vbi enim est multiplicitas sensuum disiunctiuè, ibi est æquiuocatio, & obscuritas, qualis est, in ista propositione, Omnis canis latrat; habet enim plures sensus disiunctiuè, & in uno est uera, si ad terrestrem, scilicet referatur; in alijs verò falsa ut si ad marinum, vel cęlestem; & ideò potest ex ea falsum argumentum confici, dũ scilicet argumentamur, à disiunctiua ad partem, quod non licet. Cùm autem Propositio habet multiplicem sensum, & copulatiuè, tunc nec parit æqui uocationem, nec obscuritatem, ut si dicas. Omnis canis est substantia. hæc enim habet multiplicem sensum copulatiuè, & verum, siuè referatur ad terrestrem, siuè ad cęlestem, & marinum, & huiusmodi est Sacra Scriptura. habet enim multiplicem sensum litteralem non disiunctiuè, quasi in uno sit uera, in alio falsa, sed copulatiuè. omnes enim sensus ueri sunt, & sic est, longè ab ea æqui uocatio, & Amphibologia. Soluuntur argumenta. Nota.

Secunda Pars argumenti, petit quanam ratione vel regula comprehendi possit legitimus sensus litteralis sacræ scripturæ?

ræ? & licet ad hunc cognoscendum plerique varias regulas tra C
diderint, nos tamen ponimus subsequentes.

Prima regula ad cognoscẽdum quis sit sensus litteralis alicuius loci scripturæ. 1. Cor. 11.

Prima Regula est. Quòd ille est sensus litteralis sacrę scripturæ, quem nobis proponit Ecclesia, summus Pontifex, vel Concilium generale pro tali. v.g. sensus litteralis illius loci, 1. Cor. 11. *Probet autem se ipsum homo & sic de pane illo edat & de calice bibat* (ubi agitur de discussione propriæ cõscientię ante sumptionem Eucharistiæ) est huiusmodi: quòd sit necessarium homini ante sumptionem sacramenti, discutere, animam suam. quòd si in ea letalę aliquod crimen inuenerit, ut illud per Cõfessionem sacramentalem, ante sumptionem expiet. ita Concil. Triden. sess. 13. cap. 7. Inquo deceptus fuit Caietanus in sua summa verbo, Absolutio, dicens, sufficere Contritionem; cùm tamen Ecclesia explicet, talem probationem de quam Apostolus loquitur, debere intelligi de Confessione sacramentalis (si sit in mortali.) Nec ob id tamen hæreticus est censendus Caietanus. quia scripsit ante Concilium. Ex quo sequitur, ut cùm Sũmus Pontifex, aut generale Concilium, proponit aliquod dogma Fidei omnibus credendum, adducitque locum aliquem scripturæ ad illud probandum, tanquam proprium medium, tunc ille sensus in quem talem locum adijcit, est litteralis. uerbi gratia. Cõcilium Ephesinum ad probandam processionem Spiritus Sancti à Patre, & Filio, utitur testimonio illo Io. 14. *Spiritus ueritatis qui à Patre procedit &c.* id est, Spiritus Filij, qui est ueritas procedens à Patre. Similiter Concilium Constantinopoli. probans esse præceptum Diuinum de sumenda Eucharistia ab omnibus fidelibus, adducit illud Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis.* tales ergo sensus sunt litterales illorum locorum. Dixi (tanquam proprium medium) nam loca scripturæ quæ in Concilijs, seu constitutionibus Summorum Pontificum adducuntur, in alicuius dogmatis confirimationem, non sunt tanquàm proprij intellectus illorum locorum censendi nisi Papa, uel Concilium hoc intendat determinare, uel nisi afferantur ut propria media ad probationem præpositæ ueritatis. tunc enim sensus in quem à Concilio, uel Papa adducuntur, proprius & litteralis est.

Concil. Trid. Error Caietani. Caietanus nõ ob id est censendus hæreticus. Corollariũ. Conci. Ephe. quomõ probauit processionem Spiritus Sancti. Ioan. 14. Concil. Constantinopoli. qũo probauit esse pręceptũ Diuinum de sumenda Eucharistia. Ioan. 6. Nota. D

Secunda Regula.

Secunda Regula. Quando scriptor aliquis Canonicus, uel Scriptura Sacra, adducit in uno loco alium locum Scripturæ, uolens in aliquo sensu aliquid concludere; sensus ille in quẽ adducitur, est legitimus sensus illius loci. Vnde cùm Scriptura explicat dogma aliquod Fidei, & adducit alium locum ad illud probandum, sensus inquem talem locum adducit, est litteralis

A ralis uerbi gratia cùm Paulus adduxit locum illum Psal.2. *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, ad probandam Christi Diuinitatem, talis est sensus eius. cùm uerò adducitur à D.Petro ad probandam Christi resurrectionem, sensus eius litteralis, erit de resurrectione. Similiter locus ille Dauid: *non dabis Sanctũ tuum uidere corruptionem*, explicatur ibidem de corpore Christi. Et ideò huiusmodi erit sensus eius litteralis. Vnde optimè Augustinus lib.3.de Doct.Christiana c.13.dixit, *Quòd Sacra Scriptura se ipsam exponit*. est tamen hic ad uertendũ. quòd non semper à Scriptura adducitur locus alius Scripturæ in sẽsum litteralem. quod patet sæpè ex Paulo dicente, fuisse per Allegoriam dicta, uel in figura contigisse. & ideò quando ijdemmet Ecclesiastici Scriptores, uel Scriptura, dicunt impleri aliã Scripturam, scilicet Allegoricè per illum alium locum significari hoc uel illud, talis sensus, erit illius loci allegoricus.

Psal.2.

Act.13.

August. sentẽtia, quòd sacra scriptura se ipsam exponit.

Tertia Regula. Ille sensus est habendus litteralis, quem omnes Sancti Patres unanimiter dicunt esse litteralem. ut optimè D.Greg. in proœmio libri Regum annotauit. Ratio huius est. Quia Spiritus Sanctus in sua Ecclesia cõstituit Pastores, & Doctores, qui explicent Scripturam in proprio sensu intento à Spiritu Sancto iuxta illud ad Eph.4. *Alios dedit Apostolos, alios autem Pastores, & Doctores*. Vnde (ut benè notat Gratia-

Tertia Regula.

D.Gregor.

Ephes.4.

B nus in decretis d.20.can.Decretales) *Sancti Doctores in Sacrarum litterarum expositione, Summis Pontificibus præponuntur*, quòd intellige, quando Pontifices ut Doctores particulares exponunt. Et ideò quando Sancti Patres conueniunt ad probandum dogma aliquod Fidei, & adducunt locum aliquẽ Scripturæ, sensus in quem adducunt, habendus est pro litterali. Verbi gratia. Sancti Patres, ad probandum quòd in Christo sint duæ uoluntates, Diuina scilicet & humana, adducunt locum illum Matt.26. *ueruntamen non sicut ego uolo, sed ut tu*, sensus talis loci est huius modi, ita quòd ex eo, talis distinctio & multiplicitas uoluntatis habetur. Ratio huius est. Quia quando Summus Pont. Concilium, uel Sancti Patres, explicant dogma aliquod Fidei, & Probant ex aliquo alio loco Scripturæ, (cùm tale argumentum sit efficacax & ex proprijs) necessariò sensus in quem talem locum adducunt, erit uerus, & idem pro quo adducunt. Hinc fit, quòd si Sancti inter se dissidẽt, diuersum sentientes circa talem sensum litteralem quisnam sit, tunc non certò constabit. Quemadmodum est uidere in illa quæstione, Vtrum fuerit in instanti creatus mundus (ut uult Augustinus) An uerò per sex dies (ut communiter uolunt Sancti Patres, & quisnam sit sensus litteralis illius loci Genes.1.

Gratianus.

Ex quo loco colligatur à Sanctis Patribus, in Christo esse duas uoluntates.

Matth.26.

Ratio dicti.

Corollarium primum.

Quæstio D. Augustini & Sanctorũ Patrum de creatione mundi.

tum describitur creatio illa per sex dies. utraque igitur opinio probabilis est. Hinc etiam sequitur, quòd qui torrenti Doctorum in explicando, uel tradendo sensu litterali illius loci se opponit, uel qui illum nõ ut talẽ recipit, ualdè audax, & temerarius est indicandus, ut definitur in Concil. Trid. decreto de Canonicis Scripturis. sess. 4. Quia in re lapsus est Caietanus in præfatione commentariorum in Genesim. Nec negandum est, nouum sensum litteralem à moderno Doctore adinueniri posse, ut doctè, Bañes. 1. p. q. 1. arti. 10. dubio. 6. sed sensus iste nouus admittendus erit, dum non sit contra eum sensum quẽ tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de uero sensu & interpretatione Diuinarum Scripturarum, uel etiam contra unanimem Patrum consensum (ut dictum est) sed an huiusmodi sensus legitimus sit, iudicandum etiam erit ex præcedentibus & subsequentibus, & ex phrasi Scripturæ alijsque locis clarioribus. Atque hæc doctrina colligitur ex D. Augustino. li. 3. de Doct. Christiana c. 27. ubi ait, *quòd omnis sensus edificatiuus Charitatis, & non contrarius contextui, fuit præuisus à Spiritus Sancto* atque etiam ex D. Tho. de pœnitentia q. 4. art. 1. ubi ait, *non esse incredibile, ut etiam Scriptori sacro reuelatum fuerit diuinitus, futurum esse, ut talis sensus nouus lectori occurreret. & licet hoc non sit, saltem Spiritus Sanctus intellexit hoc ita futurum.* hæc D. Thomas & aduertè, aliud esse sensum contrarium, aliud sensũ distinctum, & quomodo possint moderni Doctores interpretari Sacras litteras, legendus est Cano. lib. 2. de locis Theologicis, cap. 3.

Corollarium secundum.

Caietan. audax fuit ĩ Cõment. super Genes. Bañes.

Ex antecedẽtibus, & subsequentib. iudicãdum est, quisnam sit sensus litteralis alicuius loci Scripturæ. D. August. D. Tho.

Nota benè.

Quarta Regula, est ipsa ratio, & lumen naturale. Quando sensus aliquis quadrat cum Scriptura, & littera, ita quòd continet pietatem in se, & conducit ad confirmandam Fidem, & bonos mores, ille est habendus pro sensu litterali. Nota tamẽ ex Augustino 3. de Doct. Christian., posse hic inueniri errorem. Si enim talis sensus possit probari per alium locum Scripturæ qui huic loco congruat & instituto Scriptoris, talis sensus est litteralis. Si autem talis sensus quadrat quidem uerbis, non tamen contextui, bonis moribus, uel alijs Fidei dogmatibus, reijciendus est. cùm autem non habemus locum aliquem Scripturæ, quo probemus talem, uel talem esse sensum litteralem Scripturæ, tunc consulenda est ratio, & uidendum; An interpretatio quam reddere uolumus, consonantiam habeat ad mores Christianos, & contextui sit conformis. & hunc modum ait Augustinus esse periculosum, quia facilè quis potest decipi, si proprio ingenio scripturam interpretetur. Quia potest in uarios sensus eam deducere, in ijs ergo seruanda est Regula

Quarta Regula.

Nota ex D. Augustino.

A gula quàm Caietanus. tradit 1. p.q.1.art.10. nihil enim tutius fieri tunc poteſt, quàm reccurrere ad ſacros Doctores, & ad Eccleſiæ expoſitionem, per quam certificari poſſumus, non ſolùm de ſenſu Sacræ Scripturæ; ſed etiam de Scriptura ipſa Sacra, iuxta illud Auguſtini. *Euangelio non crederem, niſi auctoritas Eccleſiæ me moneret*. Hinc ſequitur quòd non eſt cenſendus Hiſtoricus ſenſus qui conuenire poteſt uerbis ſeparatis à contextu ſuo, & ſeorſim acceptis; ſed qui uerbis ipſis correſpõdent ſecundùm antecedentia, & conſequentia, ut dictum eſt, & ſecundùm ueram & legitimam punctuationem cõtextus, cuius uariatio, uel alteratio, alieniſſimos ſenſus à ueritate generet. qua in re ſæpè Caietanus lapſus eſt in expoſitione noui, & ueteris teſtamenti.

Caietani regula ſeruanda.

Auguſtini dictum de Euãgelio.

Corollariũ. Quis ſit cenſendus sẽſus hiſtoricus ſacrę Scripturę.

Error Caietani.

Quinta Regula. Quando Hiſtoria eſt moralis, non eſt quęrendus in ea alius ſenſus moralis, ſed illemet ſenſus hiſtoricus, non moralis, ſed litteralis cenſendus eſt. ita docet D.Gregor. in calce lib. 10. moral. & D.Tho. in art. 15. quodlib. 7. ad 3. *moralis ſenſus* (inquit) *non dicitur omnis ſenſus per quem mores inſtruntur, ſed per quem inſtructio morum ſummitur ex ſimilitudine aliquarum rerum geſtarum*, ſic enim moralis ſenſus ſumptus, eſt pars ſpũalis. ut quando Apoſtolus. dixit ad Titum. *Opportet Epiſcopum eſſe irreprehenſibilẽ*. Quanuis poſſit non-

B nunquam fieri, ut ipſum opus bonum vel malum quod narratur, aliud tropologicè ſignificet. vt ſi quis, dum dicitur, quòd *Ex corde exeunt malæ cogitationes* &c. per cor interpretetur Patrem familias, vel Epiſcopum.

Quinta Regula.

D.Gregor.

D.Tho.

Sexta Regula. Cũ duplex ſit allegoria, una in uocibus, & in vocabulis, altera in rebus ipſis geſtis, illa quæ eſt ex nominibus ſeu etiam ex ſimilitudinibus, & metaphoris fictis ad ſignificandum tantùm ordinatis, facit ſenſum littralem, non allegoricum. hæc eſt expreſsè D.Tho. quodlib. 7. ar. 15. ad primum dicens, *quòd hyrcus, vel alia huiuſmodi per quæ aliæ perſonæ à Chriſto in ſcripturis deſignãtur, non fuerunt res aliquæ, ſed ſimilitudines imaginariæ, ad hoc ſolùm oſtenſæ, vt illæ perſonæ ſignificentur. vnde illa ſignificatio quæ per illas ſimilitudines, perſonæ illæ aut regna ſignantur, nõ pertinent niſi ad hiſtoircum ſenſum.* Idem docet ar. 16. eiuſdem quodl. in corpore. vbi infert, quòd habere ſolùm ſenſum litteralem, eſt proprium humanarum ſcientiarum.

Sexta Regula.

Allegoria duplex.

D.Thom.

Septima Regula. Quando in ſcripturis, in figura dicitur aliquid contegiſſe, vel impletũ eſſe, ibi non ſunt duo ſenſus litterales, ſed vnus eſt litteralis, & alter Allegoricus. Hęc regula ponitur contra Lyranum in cap. 8. Daniiels, & Dionyſium Carthuſia.

Septima Regula, contra Lyranum, & Dionyſium Carthuſia.

thusia.in cap.2.Matt. qui falsò Canonem statuunt, quòd quan C
do in veteri testamento, prædicitur aliquid impletum esse in aliqua persona veteris testamenti, uerius tamen & perfectius in aliqua noui testamenti, tunc est ibi duplex sensus litteralis, vnus minus principalis, & alius principalior, de illo scilicet, in quo perfectius impletur verbũ prædictum. Qui canõ falsus est. quoniam omnis significatio quæ immediatè ex re gesta, & non ex uoce descendit, ad allegoriam pertinet, nõ ad litteram, sicut illud, *Os non comminuetis ex eo*, Religio Phasę, quę habetur Exo.12. comestio Agni Paschalis, &c. quę profectò propriè non significant Christum sed figuratiuè Hæc de natura sensus litteralis dicta sufficiant, fusius hanc rem tractat Castro libro 1. aduersus hæres. c.3. Driedo lib.2.cap.2.tomo primo Augustinus.li.de doct.Christiana, & Nnicolaus de Lyra, ac Paulus Burgen.in Prolo.Bibliæ, quos si placuerit, uideto. nunc paucis naturam sensus spiritualis aperiamus.

Exod.12.

Castro. Driedo. D.August. Nicolaus de Lyra. Paulus Burgen.

DVBIVM QVARTVM.

De sensu spirituali sacræ scripturæ.

NOn constat inter Doctores, quis nã sit dicendus sensus spiritualis in scriptura. Quidã enim volunt sensum spiritualem eum esse, qui oritur ex significatione rerum, siuè res illæ gestę fuerint, siuè non: siuè sint institutæ ad significandum siuè nõ. & ideò aiunt, in fictionibus & somnijs, sensum litteralem esse, quòd contigerint, non quidem realiter, sed in uisione imaginaria; spiritualem uerò esse eum quem significant. Verbi gratia. In uisione illa Danielis Hyrci pugnantis cũ ariete, significatur spiritualiter coflictus Regis Persarum, cum Rege Grecorum. Probabilis est sententia: est tamen expresè contra D.Tho.in dicto.quodlib.7 q.6.ar.15.& 16.& 1.p.q.1.ar.10. vbi ait, in huiusmodi fictionibus & somnijs, cùm reuera res gestę non fuerint, non esse alium sensum præter litteralem, & hunc reconditum. Dicendum igitur, quòd ad sensum spiritualem duo requiruntur. Primò, quòd oriatur ex significatione, rei reuera gestæ, vel gerendæ, & ordinatæ à Spiritu Santo ad aliquid significandum: illud enim quod Spiritus Sãctus in rebus corporaliter aut gestis, aut gerendis, uoluit significare, est sensus mysticus, aut spiritualis. D

Sentẽtia probabilis, sed est contra D. Tho.

Secundò requiritur, ut res illæ sint institutæ ad significandum, non tamen requiritur, talem institutionem debere fieri à prima sui origine; sed sufficit, ut postea ad rem aliam signifi-

A candam instituantur. Verbi gratia. Licet cũ primùm Virga illa Aaron ex stipite pullulauit, non fuit instituta ad significandum partum Virginis; cùm tamen floruit, factum illud ordinatum fuit à Deo, ad talem partum significandum. Similiter cùm nascebatur Agnus, non erat ordinatus ad significandum Christi mortem, poterat enim ille, vel ille reseruari, cùm tamen immolabatur, immò cùm præceptum fuit immolari; totum hoc ad Christi mortem significandam ordinatũ fuit. Sed de hoc uide Driedo. loco cit. De hoc autem sensu querendum est, An sit potior litterali? Et uidetur quod sic. Driedo.

Probatur ex 2. Cor. 3. *Littera occidit, spiritus uiuificat*; sed litteralis fundatur in littera, spiritualis autem super spiritualem cognitionem, ergo: Confirmatur. Dignior est doctrina quæ habetur per sensum spiritualem, quàm ea quæ habetur per litteralem: *Quæcunque enim* (ait Paulus) *scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt*. Per sensum autem Allegoricum habẽtur quæ sunt credenda, & pertinent ad Fidem, per Anagogicũ quæ sunt post hanc uitam speranda, quod pertinet ad spẽ; per moralem uerò, quæ sunt agenda, quod spectat ad Charitatem; in ijs autem uirtutibus consistit omnis Christiana perfectio: per litteralem uerò sola historia continetur, ergo: Probatur primò. 2. Cor. 3.

Secundò. Propter quod unumquodque tale & illud magis;
B sed litteralis sensus est propter spiritualem, habet enim se litteralis sicut fundamentum ædificij, ergo: Confirmatur. Quoniã in sensu litterali secundùm propriam uocum significationem, reperiuntur multa falsa, & inconuenientia, ut patet ex illo Iudicum 9. in sensu uerò spirituali, nihil reperitur huiusmodi, iuxta illud Gregorij in Moral. *Cùm ordo historiæ defficit, sese nobis intellectus mysticus; quasi apertis iam foribus ostenditur*. Significans, quòd si ratio litteræ defficit, ad sensum spiritualem recurramus. Probatur secundò. Iud. 9. D. Gregor.

Tertiò. In scientijs humanis, ab inferioribus, ad superiora procedimus, scilicet ab effectibus ad causas; sed in cognitione, & intelligentia scripturarum, (secundùm omnes Doctores) ordo est iste, vt à sensu litterali communiter exordiamur; quia super eum fundatur spiritualis, ergo &: Confirmatur. Apoc. 5. *Vidi in dextra sedentis, librum scriptum intus & foris*, qui locus communiter à Doctoribus explicatur de Sacra Scriptura, quæ duplicem habet sensum, litteralem scilicet, qui significatur per scripturam exteriorem, & spiritualem, qui per interiorem; sed in omnibus, quæ interiora sunt, potiora sunt, ergo. Probatur tertiò. Apoch. 5.

Quòd autem sensus litteralis sit nobilior, probatur. tũ quia ex eo solo necessarium, & efficax sumitur argumentum, non autem Sẽsus litteralis est nobilior spirituali, & ꝓbatur.

autem ex spirituali; tum quia est fundamentum ipsius spiritualis. Vnde Augustinus in Epistola ad Hierony. ait: *Solis scripturis sacris eum se honorem defferre, ut nullum auctorem earum, aliquid errasse firmissimè credat*. Hic autem honor non tribuitur scripturæ secundùm sensum spiritualem; tunc enim ex eo posset necessarium sumi argumentum, quod est contra eundem Augustinum in epistola contra Vincentium Donatistã, & contra D. Thom. sed secundùm litteram, à quo solo, ut ait Augustinus & D. Tho. necessarium sumi potest argumẽtum. C

D. Augustini sententia de scripturis sacris.

D. Thom.

Pro intelligentia nota, quòd cum sacra Scriptura contineat rationem practicæ, & speculatiuæ scientiæ; ideo tam ut practica, quàm ut speculatiua considerari potest. In speculatiuis autẽ una dicitur altera dignior, ut dicitur in lib. de anima, uel ex dignitate materiæ de qua agitur, uel ex certitudine. Si ergo consideretur uterque iste sensus quoad dignitatem rerum, circa quas uersantur, sic æquales sunt, ut benè notat Paulus Burgẽ. in suo Prologo super Biblia, art. 6. quare secundùm utrumque sensum agitur de iisdem rebus, scilicet de Deo, uel creaturis in ordine ad eum. Si uerò consideretur certitudo, sic litteralis dignior dicitur: tota enim certitudo aliorum sensuum sacræ Scripturæ, ex certitudine sensus litteralis depẽdet; innittitur enim spiritualis huic tanquàm fundamento. Si uerò consideretur ut practica, tunc cùm inter practicas, illa sit dignior, quæ ad ulteriorem finem non ordinatur, qualis est Ciuilis respectu suarum inferiorum; sic cùm finis sacræ Scripturæ, ut est practica, tam secũdùm sensum litteralem, quàm spiritualem, sit ipsemet Deus, seu Beatitudo; æqualis sunt dignitatis. Verũ quoniam in multis Scripturæ locis, sensus spiritualis magis accedit ad ultimum finem, quàm litteralis, ut patet in præceptis ceremonialibus; ideo spiritualis potest dici nobilior (ut Burgensis ubi supra.) D

Notandũ pro solutione dubij.

Scientia una, ex quot capitibus dicatur nobilior altera.

Paulus Burgen.

Hoc posito sit prima Conclusio. Sensus spiritualis, seu mysticus in ueteri testamẽto, qui latebat in historijs illis ceremonialibus, uel præceptis Iudicialibus, est nobilior quàm litteralis. Verbi gratia. In immolatione Agni Paschalis, quæ præcepta erat decimaquarta Lunæ, ad significandam in sensu spirituali Christi immolationem, & in similibus præceptis; sensus spiritualis eo præstantior est litterali, quò præstantior fuit immolatio Christi, immolatione Agni. probatur conclusio.

Prima Conclusio.

Primò. Ceremonialia illa quæ erant ueteris testamenti, erant umbra futurorum, *Omnia enim in figura contingebant illis* (ut ait Paulus) & ordinabantur ad hæc sicut figura ad ueritatem; sed corpus prestantius est vmbra, & veritas figura, ergo

Probatur Cõclusio. Primò. Sensus spiritualis compa

& sensus

A & sensus spiritualis, qui est ueluti corpus, & ueritas, nobilior erit litterali, qui est ueluti umbra & figura. Cõfirmatur. Quia in huiusmodi ceremonialibus, ille est sensus præstantior, qui magis est intentus à Spiritu Sancto. Huiusmodi autẽ est spiritualis. Et ideo Paulus 1. Cor. 9. loquens de præcepto illo dato Deuteron. 25. *Non alligabis os boui trituranti*, explicans spiritualiter de ministris Ecclesiæ laborantibus, ait: *Nunquid de bobus cura est Deo? an propter nos utique scripta sunt? debet enim qui arat, in spe arare*. Dixi (in historiis Cæremonialibus, & Iudicialibus præceptis) quia in moralibus præceptis, rarò reperitur sensus spiritualis. Sensus enim litteralis horum præceptorum, ad mores spectat, nec tamẽ dicitur spiritualis. Quia non omnis sensus, qui ad mores spectat, spiritualis est, ut diximus superius; sed ille qui ex similitudine Christi, Apostolorum, uel Sanctorum, ad mores traducitur nostros.

ratur corpori; litteralis uerò umbræ.

1. Cor. 9.

Nota.

Secunda Conclusio. In nouo testamento, sæpè sensus litteralis est nobilior sẽsu spirituali. Patet. Quia facta in nouo testamento, non sunt gesta principaliter ad aliquid aliud significandum, præter id quod uerba significant. Verbi gratia. Cũ narratur Christi Incarnatio, Passio, Resurrectio, &c. in ijs, potior est sensus litteralis, quàm spiritualis, secũdùm quem inferimus nobis etiam esse moriẽdum uitijs, &c. Et licet spi-
B ritualis, seu moralis, reperiatur in huiusmodi mysterijs intẽtus à Spiritu Sancto; magis tamen sunt intenra illa mysteria propter se, quàm proprer aliquem sensum moralem. Aliquãdo tamen spiritualis sensus, est potior litterali. Vt cùm uerbi gratia, Christus maledixit ficulneæ non ferenti frũctum, & statim aruit; cùm unxit oculos cæci nati, &c. hæc & alia similia, plena sunt sacramẽtis, & mysterijs: in quibus certum est, sensum spiritualem esse potiorem litterali; cùm sit magis intentus per se. Licet ergo in his, non possit certa, & infallibilis regula dari; hoc tamen certum est, illum semper esse sensum potiorem, qui est magis intentus à Spiritu Sancto. Ex quibus patet solutio ad argumenta.

Secunda Cõclusio.

Aliquando sensus spiritualis est præstantior litterali.

Ad Primũ ergo respondetur. Verum esse de scriptura ueteris testamẽti quoad Ceremonialia, Iudicialia, & Historias. In his enim nobilior est spiritualis, quàm litteralis. Nec tamen Paulus in illis uerbis intendit distinguere inter sensum litteralem, & spiritualem; sed inter legem ueterem, & nouam, illa enim data fuit in tabulis lapideis scripta; hęc uerò in spiritu, scripta in cordibus: & ideo illa dicitur litteræ, hæc uerò spiritus. Vel secundò, dicitur littera occidere, quia lex uètus dabat cognitionem peccati, ex qua augebatur concupiscẽ-

Solutio argumentorum.
Ad Primum.
Respondetur primò.

Respondetur secundò.
Nota solutionẽ illius dicti

tia

ad D. Pauli, littera occidit.

tia occasionaliter, ex hominum malitia, quæ semper nititur C in uetitum; nec tamen dabat gratiā, qua adiuuaretur homo; lex uerò noua, dat abundantem gratiam per quam adiuuatur ad implenda præcepta. Ad confirmationem respondetur, per sensum litteralem, non solùm haberi historiam rerū gestarum; sed etiam quæ sunt credenda, speranda, & faciēda. Vnde Deut. 6. dicitur: *Audi Israel, Dominus Deus tuus, vnus est*, & Matth. ultimo. *Baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Vnde in sensu litterali, habetur præceptum de Fide, quid credendum sit. Similiter dantur multa alia præcepta de Charitate, ut patet in Decalogo. Hæc autem pręcepta, non habēt nisi sensum litteralem. Vnde (ut ait D. Thom. 1. p. q. 1. ar. 10. ad primum. Nihil ad fidem necessarium continetur alicubi sub sensu spirituali, quod scriptura per litteralem sensum, alibi non tradat. Ad secundum respondetur, quòd non omnis litteralis sensus, est propter spiritualem. Cōcedo ergo argumentū de litterali, qui est propter spiritualem magis intētum; nego tamen de litterali, qui est per se intentus, (ut dixi in secunda Conclusione. Adde, quòd fundamentum in spiritualibus, sæpè est dignius ędificio. Christus enim fundamentum dicitur. 1. Cor. 3. qui tamen nobilior est toto edifitio Ecclesię. & ideo sicut deficiente fundamento, corruit totum ædifitium; ita deficiente uero sensu litterali, necesse est, ut deficiat spiritualis. D Ad confirmationem respondeo: sensum litteralem intētum à Spiritu Sancto, semper esse uerum, nec requiri ad eius ueritatem, ut uerba sumantur secundùm propriam significationem; sed sufficit, quòd quandoque in impropria, & translatitia. Quòd præcipuè est seruandum in Parabolicis locutionibus, quibus sæpè utitur sacra Scriptura, & hoc sibi vult D. Gregorius. Ad tertium respondeo, quòd potius probat contrarium. Sicut enim in scientijs humanis, principia sunt notiora, & nobiliora, ex quorum cognitione deuenimus in cognitionem cōclusionum; sic in cognitione sacræ Scripturæ, ex intelligentia articulorum, quæ sunt principia Theologiæ (secundùm sensum litteralem) deuenimus in cognitionem conclusionum. Ad confirmationem respondeo, tantùm probari, quòd sensus litteralis, non sit semper nobilior, quod liberè concedimus. Ad aliud uerò argumentum, quatenus probat, sensum litteralem esse simpliciter nobiliorem, Respondeo. sensum spiritualem posse dupliciter considerari, primò in se, supposito & cōstituto iam, hunc uel illum esse sensum spiritualem alicuius loci, & sic ex eo firmum sumitur argumentum, (ut infra dubio sequenti dicetur.) Secundò, ut ignotus,

Margin notes: Ad confirm. Respōdetur. — D. Tho. — Ad secūdum respondetur. Fundamentum in spiritualib', aliqn̄ est prǣstātius ædifitio. — Ad confirmationē respondetur. — Ad tertiū respondetur. In sciētiis humanis, principia sunt nobiliora, & notiora. — Ad cōfirmationē respondetur. Ad quartum respondetur.

A tus,& reconditus,& sic non potest summi firmum argumé-tum. Hoc autem non prouenit ex deffectu scripturæ, sed ex imbecillitate nostra, qui talem sensum non ualemus per nos certa aliqua uia attingere. nec tamen semper fundamentum est nobilius edificio; sed secundùm quid. Qua ratione litteralis sensus, etiam dicitur dignior spirituali, secũdum quod est fundamentum illius, atque hæc de dubio.

DVBIVM QVINTVM.

An ex solo sensu litterali, certum & necessarium summatur argumentum, an verò etiam ex spirituali?

Certum est, Auctoritatem Sacræ Scripturę esse infallibilé, & ex ea necessarium argumentum duci, quod uidere est in Concilijs, quæ ad Fidei dogmata probãda, Sacræ Scripturæ auctoritate, ut plurimum utuntur, tanquam infallibili regula veritatis. Verùm cùm duplex sit sensus in ea, litteralis & spiritualis, discutiendum est, An ex vtroque sumatur necessarium argumentum, an verò ex solo litterali. & videtur quòd etiam ex spirituali. Sacræ scripturæ auctoritas, est infallibilis.

Primò. Spiritualis simpliciter est prestantior litterali, ergo si B ex hoc sumitur, poterit etiam ex illo. Antecedens patet. Tum quia spiritualis comparatur animæ, litteralis, corpori; ille Diuinitati; iste verò humanitati, ut ait Cyrillus in Prologo super Leuit. Tum quia si ex spirituali sensu non sumeretur argumentum necessarium, maximè esset quia fundatur in similitudine, in quo potest facilè deceptio contingere; sed hoc non obstat, quia etiam sensus litteralis metaphoricus, innititur similitudini, & tamen ex eo firmum sumitur argumentum, ergo. Primum argumentum. D. Cyrillus. Sensus spiritualis, comparatur animæ, litteralis corpori.

Secundò. Ex vsu ipsius scripturæ, In qua multa loca sumuntur in sensu spirituali, ad alias veritates probandas, nec tamen est dicendum, argumentum esse infirmum. Antecedens patet. Paulus. enim 1. cor. 9. ad probandum deberi stipendia sustentationis ministris Ecclesiæ, vel Prædicatoribus, adducit illud Deutero. 25. *non alligabis os boui trituranti*, & tamen adducit in sensu spirituali dicens, *Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos hæc dicit?* litteralis enim sensus, est de bobus ipsis. Et ad Hæb. 1. probans Christum esse Deum, vtitur illo testimonio 2. R. 7. *Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in filium*, in sensu spirituali. in litterali. n. intelligitur de Salomone. & patet, quia subditur: quòd si impiè egerit, arguam eum. Quæ tamé verba, nullo modo de Christo intelligi possunt, cùm nunquam Secundũ argumentum. 1. Cor. 9. Deut. 25. Hæb. 1. 2. Reg. 7.

quam

Matt. 2. Ioan. 19.

quam peccare potuerit. Similia sunt loca illa Matt. 2. de reditu Christi ex ægypto, & Ioan: 19. de osse Christi non comminuto. C

Varia opinio Doct. Prima opinio Medinæ.

In hoc dubio diuersimodè Doctores loquti sunt. Medina enim li. 6. de recta in Deum fide, asseruit, argumentum firmũ sumi posse ex sensu spirituali, non quocunque, sed ex eo qui communis est, & ab omnibus receptus. Vnde quia apud Iudæos, notissimum erat omnibus, Messiam figurari in Dauid, & salomone, inde (inquit) argumentari potuisse Paulum argumento efficaci, & ex communi consensu ducto, ex illo loco 2. Reg. 7.

Secunda opinio D. Tho. Fundamentum D. Tho. Leo, quomodo significet Christum, & Diabolum.

D. Tho. oppositũ docet 1. p. q. 1. ar. 10. & quodlib. 7. q. 6. ar. 14. ad 4. & est communis sententia Doctorum, ex sensu spirituali non deduci firmum argumentum, sed tantùm ex litterali. fundamentum D. Tho. est. Quia huiusmodi sensus spiritualis, in similitudine fundatur. Leo enim Christum significat propter similitudinem in fortitudine. Diabolum verò propter similitudinem in voracitate. argumentum autem ductum ex simitudine, fallax esse potest, & ideo necessarium non est. quod patet: Quia vna res potest esse multis similis. Propositio ergo quæ continet talem similitudinem, continet etiam multos sensus disiunctiuos. idest, non omnes veros: & ideo non potest (quando in Scriptura Sacra proponitur) ab illa procedi, ad aliquam D illarum determinatè: esset enim tunc fallacia consequentis.

Nota fallaciam.

Hoc auté non prouenit ex deffectu auctoritatis scripturæ, sed potius ex natura similitudinis, in qua facilè potest deceptio contingere, dum ab uno sensu, ad alium argumentamur. Verbi gratia. In exemplo posito. Si quis arguméta retur: *Leo rugit, & circuit quærens quem deuoret* (ut ait Petrus) sed Christus est Leo, iuxta illud Ioannis: Apoch. 5. *vicit Leo de tribu Iuda*, ergo rugit, & quærit quem deuoret. vel è contra: *vicit Leo de tribu Iuda* Diabolus est Leo, ergo vicit. In his, & similibus, fallatia est consequentis, & æquiuocatio. maior enim propositio in vtroque argumento, habet multos sensus disiunctiuè. In primo enim syllogismo, si intelligatur de Diabolo, vera est propositio; de Christo verò, falsa. è contra verò in secunda, de Christo est vera, de Diabolo autem falsa. eadem sententia est Augustini Epist. 48. contra Vincentium Donatistam, vbi apertè dicit: *Impudentissimum esse cẽsendum eum, qui per aliquid in allegoria positum, quidquam per se interpretari conatur.* & Dionysij in Epist. ad Titum, vbi ait; *Theologiam mysticam, nõ esse symbolicam, id est argumentatiuam*, Idem habent Castro, & Driedo, in argumento secundò. Dicunt ergo in Theologia, argumenta

Apoch. 5.

D. Augu. sententia.

Dionysius.

Driedo.

A menta esse in duplici differentia contra hæreticos, alia necessariæ quæ conuincunt, & hęc non nisi ex sensu litterali summi possunt, alia verò probabilia, & hæc posse etiam depromi ex spirituali.

Tertia sententia est aliorum qui dicunt: quòd cum spiritus sanctus per Apostolos, aut Prophetas, explicat nobis aliquem locum scripturæ, siuè in sensu litterali, siuè in spirituali, sensus ille in quem talem locum adducunt, est litteralis; quia iam talis sensus habetur in scriptura & ideo posse summi ab eo argumentum necessarium.

Tertia opinio.

Pro huius rei intelligentia, dico Primò. quòd ex solo sensu spirituali, non conficitur certum argumentum ex sacris litteris. ita docent Hierony. super caput 15. Matthæi, & Augustinus in Epist.48. contra vincentium Donatistam, & D.Dionysius, in Epist. ad Titum. & hoc communissimum est apud Doctores.

Dictum primum.

Dico Secundò, quòd cùm sensus spiritualis est certus, potest ab eo summi efficax argumētum. Constabit autem de eius certitudine, quando adducitur ab aliquo Apostolo, vel Canonico scriptore, qui talem esse sensum illius loci à Spiritu sancto accepit; siuè ille sensus sit litteralis, siuè spiritualis. Verbi gratia. Volens Paulus 1. Corint. 9. probare deberi stipendia mini-
B stris Ecclesiæ, adducit illud Deut. 25. *non alligabis os boui trituranti*. ait autem, sensum talem verborum, & tale pręceptum, esse datum, non tam pro bobus, quàm pro nobis: *An propter nos* (inquit) *hæc dicit?* ergo iam habemus ex scriptura, scilicet ex Paulo ita loquente, verba illa fuisse dicta pro ministris Ecclesiæ. Cùm autem Paulus mentiri non potuerit, quia loquebatur vt scriptor Ecclesiasticus, ex particulari assistentia Spiritu Sancti, ergo iam cōstat ex scriptura, illum esse sensum; & cùm scriptura mentiri non possit, talis sensus certus est, & verus, & per consequens necessarium argumentum ab eo summi potest. Apostoli enim, immediatè à Spiritu Sancto agebantur in explicatione sacræ scripturæ, & ideo licebat eis vtroque sensu uti, quia vtrumque immediatè à Spiritu sancto accipiebant, qui infallibiliter tales veritates, quæ ad Fidem & mores pertinebant, eos docebat.

Dictum secundum.

Quando constabit nobis de certitudine sensus alicuius loci Scripturæ. 1.Cor.9. Deut.25.

Apostoli mouebantur immediatè à Spiritu Sancto, in explicandis Sacris Scripturis. Nota.

Præterea cùm aliquando vtebantur sensu spirituali, per aliquas figuras, quæ erant receptissimæ in populo Iudęorum, etiam erant argumentum firmum, & ideo potuit Paulus (cùm Salomon esset expressa figura Christi) uti huiusmodi figura, ad probandam Diuinitatem Christi. Vnde malè aliqui inferunt, Epistolam ad Hæbreos, non esse Pauli, quia in ea vsus est figura Salo-

Aliqui dixerunt (sed malè) epistolam

Ad Hæb. non esse D Pauli, & quare.

ra Salomonis in sensu spirituali, ad probandam Diuinitatem C
Christi. Hoc.n.decētissimum fuit, cū Salomon expressa Christi figura extiterit. Neque hoc est nouum & inusitatum in Ecclesia. Solent enim sæpè Concilia, & Romani Pontifices, ad dogmata aliqua Fidei probanda, huiusmodi uti figuris, præsertim si aliàs, res ipsa ex scriptura in sensu litterali constet.

Dictum tertium.

Dico tertio. quòd quando omnes Sancti conueniunt in expositione alicuius loci Scripturę secūdùm sensum mysticum, tunc propter communē Sanctorum illorum Patrum auctoritatē, tam magnum potest ex illo loco argumentum desumi, vt oppositum non sine temeritate maxima dicatur; cùm Patrum torrenti obuersetur.

Dubium.

Sed petes hoc loco: An ex quolibet sensu litterali sacræ scripturæ, firmum, & efficax possit desumi argumentum?

Solutio. Paulus Burgen.

Respondeo cum Burgensi in suo prologo super biblia, art. 5. quòd licet à solo sensu litterali, firmum possit sumi argumētum; non tamē à quolibet. Cùm enim sint multi textus in Sacra Scriptura, qui diuersimodè à Sanctis Patribus exponuntur (vt superius diximus) sequitur, ex nullo illorum sensuum, efficax posse sumi argumentum. Quia sic, argumentaremur à disiunctiua, ad alteram partem determinatè. Verùm, si huiusmodi sensus litterales diuersi, in uno aliquo conueniunt, potest tunc efficax summi argumentum, saltem quoad hoc in- D

Dan. 9. Nota circa tex. Danielis.

quo conueniunt. verbi.gratia. Danielis 9. cap. in computatione septuaginta hebddomadarū, licet Expositores tā Hębrei, quàm Latini diuersimodè se habeant, non solùm in principio à quo hebdomadæ illæ habent initium; sed etiam in progressu computationis; tamen quia secundùm omnes, vltimus terminus earum, iam longè transiuit in præteritum, ideò ex eo loco, argumentum efficax sumi potest, ad comprobādum,

Corollariū.

& concludēdum, Christum iam venisse. Ex quibus sequitur, quòd cùm sensus litteralis non sit idem apud omnes, in multis locis Sacræ Scripturæ, ideò contingit, ut ex aliquo sensu lit-

Qūo possit sumi efficax argumētum cōtra Infideles, seu Catholicos.

terali, efficax sumi possit argumentum contra quosdam, scilicet contra tenētes eundem sensum litteralem; ex quo tamen sensu, non potest sumi argumentum ualidum contra alios, qui illum sensum litteralem nō tenent, nec admittunt. Quod vt plurimùm contingit inter Catholicos, & Infideles. sunt enim aliqua loca Scripturæ, quorum sensus qui est litteralis, & verus apud Catholicos, non sufficit vt ex eo sumatur Efficax argumentum contra Hæreticos, & Infideles; sed ex hoc non tollitur, quin sensus Catholicorum, sit verus & litteralis apud Catholicos cēsendus. Verbi gratia. Litteralis sensus illius loci

Psal.

A Ps. 32. *Verbo Domini cæli firmati sũt, & Spiritu oris eius, omnis virtus eorum*, apud Catholicos est, quòd *verbo Domini*, id est Filio Patris æterni, Cæli sint firmati. Quæ quidem expositio, apud Catholicos, est quasi necessaria, & consona huic quod dicitur Ioannis ca. 1. *Et Verbum erat apud Deum*, &, *Omnia per ipsum* (idest per Verbum) *facta sunt*. Et concordat cum dicto Pauli; *Vniuersa, in ipso* (id est in Filio Dei, *fuisse condita*. Sed ex hoc sensu, non sumitur argumentutum efficax contra Infideles non recipiẽtes Euangelium. illi enim non concedunt, esse aliquam distinctionem realem in Diuinis, nec dari aliquã Processionem ab ęterno in eis, sic, vt sit aliqua Diuina persona, æternaliter procedẽs ab alio, per modum Verbi mentalis. Vnde cùm dicitur: *Verbo Domini, cæli firmati sunt*, ipsi dicunt, quòd hic locus Psalmistæ, more humano intelligitur. Sicut cùm de mandato alicuius Domini aliqua fiunt, dicitur, quòd sunt verbo eius facta. Sumitur tamen ex hac auctoritate, argumentum validum apud Fideles, circa distinctionem Personarũ in Diuinis. Exquo sequitur, quòd Catholicus, exponẽs istã auctoritatem Psalmistæ, debet eam Catholicè exponere; non quærens, an ex ea possit sumi efficax argumentum contra Infideles Trinitatem negantes, an non. Quia non oportet (ut diximus) quòd ex quolibet sensu litterali, argumentum sumatur apud omnes, quod multi malè crediderunt.

Pulchra expositio illius loci Psal. 32. Verbo Domini, &c.

Ioan. 1.

Corollariũ.

B Nota autem hoc loco. Quòd non omnia, quæ secundùm sensum litteralem ex Sacra Scriptura habentur, sunt immediata, ita quòd ex primaria sua significatione, immediatè colligãtur; sed requiritur quandoque additio, seu adiunctio alterius ueritatis. Verbi gratia. Ex illo testimonio Lucæ, cap. 20. *Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob*; concludit Christus Dominus contra Saducæos, esse aliam uitam post hanc præsentem: non quidem absolutè, & sine alio; sed supposita hac altera ueritate: quoniam *Deus, non dicitur respectu mortuorum Deus*, seu eorum qui non sunt, sed tantùm respectu existentium, & uiuorum; sed (infert Christus) Deus dicitur respectu Abraham, Isaac, & Iacob, ergo existunt, & uiuunt. Quandoq; uerò contingit, ut Conclusio litteralis, deducatur ex scriptura per plures præmissas. Sicut contingit in sciẽtijs humanis, quarum Conclusiones, aliquæ quidem sequntur immediatè ex principijs, aliæ uerò per multas consequentias. Sensus ergo litteralis, qui ex primaria significatione cõsurgit, est primus; alij uerò consequentes, dicuntur secundarij, quorum certitudo à primo dependet: est enim omnibus certior, sicuti prima principia notiora sunt conclusionibus, quæ ex eis deducuntur.

Nota.

Lucæ 20.

Argumẽtum Christi Domini contra Saducæos.

Nunc argumentis in principio factis satisfaciamus. C

Solutio argumentorum.

Ad Primum.

Ad primum igitur argumentum negatur consequentia. Licet enim sensus spiritualis in ceremonialibus illis præceptis, & iudicialibus, sit nobilior litterali (ut diximus) ex hoc quòd erant umbra futurorum bonorum; non tamen est potior ad argumentandum, quia spiritualis procedit ex similitudine, quod est argumentum debile, nisi Spiritus Sanctus illum nobis explicuerit. Ad confirmationem dicimus, quòd cũ aliquis locus Scripturæ, habet sensum aliquem litteralem metaphoricum, ex tali sensu, non desumitur efficax, & firmum argumẽtum, donec certò & euidenter nobis constet, illum esse litteralem sensum illius loci, siuè per alium locum Scripturę, siuè ex communi consensu Doctorum, aut ex definitione Ecclesiæ. Tunc enim sumeretur argumentum necessarium ex eo, sicut etiam sumitur ex spirituali, quando constat certò de eo, ut patebit in sequenti solutione.

Ad Secundũ. Prima Solutio.

Medina.

Caietanus.

Argumẽtum efficax apud Iudæos.

Ad secundum, multa dicunt Doctores. Respondeo ergo primò, omnes illas auctoritates ueteris testamẽti in nouo adductas, habere in nouo testamẽto tantùm sensum mysticum, & spiritualem, non autem litteralem. Ita Medina ubi supra, & idem uidetur dicere Caietanus super cap. 2. Matth. quod præsertim dici potest pro locis adductis à D. Paulo. Vnde tunc argumentum est tantùm probabile, contra Iudæos uerò, est valde efficax. Quia ea quæ Dauidi, & Salomoni Deus promiserat, communiter tenebatur esse implenda in Messia: cùm autẽ ea in Christo uiderentur impleta, seu probaret Paulus adimpleta; ideo eum esse uerum Messiam in lege promissum, optimè deducebat. D

Secunda Solutio.

Dico secundò, ꝙ licuit Sacris scriptoribus, ex sensu spirituali argumentari, quia illis per Diuinam reuelationem constabat, illum sensum spiritualem, esse à Spiritu Sãcto intentum. Et ideo tam respectu eorum, qui per reuelationem eum accipiebant, quàm respectu nostri, qui per Fidem iam certi sumus, talem esse legitimum sensum spiritualem illorum locorum, quem Sacri scriptores tradũt in nouo, (cùm hoc habeamus ex Sacra Scriptura, ut superiùs diximus) argumẽtum est necessarium, & efficax. Iudæis uerò, qui non recipiunt testamentum nouum, neque concedunt, ei adfuisse Spiritũ Sanctum, tantùm erit probabile. Nec ideo tamen licebit nobis, sicut licebat Apostolis, aut scriptoribus Ecclesiasticis, ex sensu spirituali, necessarium sumere argumentum, ad colligendum aliquid de Fide infallibiliter. Quia nescimus, an talis sensus sit à Spiritu Sancto intentus. Si tamen cõstaret hoc nobis per Ecclesiam, sicut constabat Apostolis ipsis, possemus tunc ex eo neces-

Non licet nobis ex sensu spirituali, sumere argumentum necessarium sicut licebat Apostolis.

A necessarium sumere argumentum; quia iam constaret, talem sensum esse intentum à Spiritu Sancto. Atque hæc de hoc ultimo dubio primi articuli.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De Metaphoris, & Parabolicis loqutionibus Sacræ Scripturæ.

DIuinam Scripturam condecenter uti metaphoris, luculẽtissimè tradit D. Tho. 1. p. q. 1. art. 9. Et in prologo Primi Senten. art. 1. Et D. August. lib. contra Mendacium ca. 10. & li. 3. de Doctri. Christia. à cap. 5. usque ad 26. & lib. 10. de Ciuit. c. 14. Etenim cùm naturale sit homini, ut per sensibilia ad intelligibilia perueniat, Deus qui suauiter, iuxta id quod naturæ competit, omnibus prouidet, conuenienter in Sacris litteris, sub corporalium rerum metaphoris, spiritualia tradit, ut sic Rationalis creatura, à metaphorica cortice agresti, ad ueritatis internæ, & Spiritualis intelligentiæ dulcissimam medulã gustandam, accederet Hoc autẽ pręstat Theologus, cuius gloria non in alio, quàm in Theologicis ueritatibus & metaphoricis eius loqutionibus intelligendis & enucleandis uersatur; unde Salomon Prouerb. 25. dicebat. *Gloria Dei, est celare uerbum, & gloria Regis,* (idest Theologi) *inuestigare sermonẽ,* B Id est parabolam, aut metaphoram; Similis effectus Aquilæ, (quæ est etiam Regina inter aues) non cuicumque, sed Aquilę illæ grandi magnarum alarum lõgo membrorũ ductu, plenæ plumis, & uarietate, quam uidit Ezechiel uenisse ad Libanũ, & tulisse medullam cedri, ac asportasse eam in terram Canaã, in urbem negociatorum. Siquidem Theologus, ad Libanũ & candidissimum Sacrarum litterarum montem accedens, uarietate plumarum, id est conceptuum Sanctorum Patrum, & uarietate doctrinarum, decorticata cedro, id est, Metaphorarum, Prouerbiorum, ac Parabolarum cortice sublata, dulcissima, ei, reconditæ ueritatis, Dei scilicet ineffabilis cedri medulla gustanda cõceditur. Et quoniam Fidei nostræ mysteria, non debent facilè ab Infidelibus dignosci; iuxta illud Domini uerbũ, *Nolite Sanctũ dare canibus, nec proijciatis margaritas ante porcos*, Ideò uoluit Dominus, ut in Sacra Scriptura Parabolæ, & metaphoræ essent. Vnde dixit Dñs, *Vobis datum est nosse mysterium Regni Dei; cæteris autẽ in parabolis ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant*. Quod signatum fuit in illo Exo. 34. ubi Moyses Populo rudi legem traditurus, *Velamine*

Diuina Scriptura, conueniẽter utitur metaphoris. D. Tho. D. August.

Prouer. 25.

Theologus, dicitur Rex. Theologus, similis est Aquilæ. Nota pro Cõcionatorib⁹. Ezech. 14.

Deus metaphoricè appellatur Cedrus.

Matt. 7.

Lucæ 10.

Exo. 34.

Spiritualia conueniẽter nobis in Scripturis, ꝑ metaphoras rerum corporalium traduntur.

D. Dionys.

lamine faciem suam operuit. Quòd autem spiritualia sub metaphoris corporalium rerum nobis in Scriptura tradãtur, egregiè D. Dionysius lib. de Cęlesti Hierar. cap. 1. & 2. declarat, dicens: *Impossibile est aliter nobis lucere Diuinum radium, nisi uarietate Sacrorum uelaminum circumuelatum*. Et sanè cùm mysteria supernaturalia, capacitatem nostri intellectus excedunt, nequimus Diuina & supernaturalia, prout in se ipsis sunt, & secundùm proprium modum cognoscere, sed tãtùm secundùm nostrum modum, & per ordinem ad materialia, illa quoquomodo referentes, & significantes. Vnde rectè D. Paulus. 1. Corint. 2. de Diuinis mysteriis loqués dixit. *Neque in cor hominis ascendunt quæ præparauit Deus diligentibus se*. Hæc enim Diuina mysteria, ut exponit D. Augustinus tract. 1. in Ioan. cùm ab homine cognoscuntur per similitudines corporales, amittunt propriam perfectionem, quantùm scilicet ad modum intelligendi. Vnde uerius dicuntur descendere in cor hominis, quàm ascendere, quandoquidem propriam eorum perfectionẽ (ut diximus) humanus ille modus intelligendi, minuere uideatur. Adde, quòd Diuina Scriptura, omni creaturæ (id est homini) præposita est: *Sapientibus enim & insipientibus debitorem se Paulus constituit*, Rom. 1. Rudibus autem qui intelligibilium secundùm se capacitatem nõ habẽt, similitudines proponuntur. Sicut etiã imagines. Quid? quòd res Sacræ, sub tropis, & metaphoris traditæ, tenacius, ac firmius in memoria conseruantur. & cùm multoties Diuina (ob eorum grauitatem) repetenda sint; ideò tropicè sub diuersis figuris recensentur, *Ne molestiam, & fastidium generent*, Vt dixit D. Augustinus lib. 2. de Doctri. Christiana cap. 6. Imò in his metaphoris mirabiles sensus ad mores componendos aptissimi, comprehenduntur, atque alij etiam ad Fidem confirmandam (ut scribit idem Augustinus li. 11. de Ciui. Dei. c. 19.) Compertum igitur est, Sacram Scripturã, propter necessitatẽ, & utilitatem nostram, metaphoricis uti loqutionibus, nec ob id cum infimis scientijs, puta cum Poetica & similibus, cõparanda est. Nam Poetæ (ut ait D. Tho. in solutione ad primum lo. cit.) solam & meram delectationem intendunt, dum utuntur metaphoris. Intendunt enim repræsentare: repræsentatio autem naturaliter homini delectabilis est; Finis autem proprius Diuinæ scripturę, dum metaphoras assumit, est aliquam ueritatem Fidei manifestare, nõ autem repręsentare, uel delectationem gignere. Solet autem Scriptura Sacra, mysteria magis tradere sub figuris infirmorum, & uilium corporũ, quàm corporum nobilium, & sublimiorum, ut D. Diony. scribit lib. de

C (right margin, at line "lamine faciem…")

1. Cor. 2.

D. August.

Nota ꝑ Concionatorib⁹.

Diuinæ Scripturæ amplitudo.

Rom. 1.

Diuina sub metaphoris tradita tenacius memoriæ hęrent.

D (right margin, at line "similitudines proponuntur…")

Diuina tradũtur sub tropis, ne pariãt fastidium.

D. August.

Sacra Scriptura licet utatur metaphoris; non ideo tñ comparanda est cum infirmis aliis sciẽtiis, uel cum Poesi.

Poetæ in suis rebus, solam delectationẽ intendunt.

Finis ꝑprius Scripturæ, in utendis metaphoris, q̃s sit.

D. Dionys.

A de Cœlest. Hierar. cap. 2. & hoc ob tres causas, sicut & S. Tho. dicto art. in solut. ad tertium, retulit. Primò, quia dum uilium similitudine Scriptura utitur, liberatur humanus animus ab errore, ne arbitretur huiusmodi dici secundùm proprietatem de Diuinis: quod dubitari posset, si sub nobilium corporũ figuris Diuina describerentur, maximè apud illos, qui nihil aliud à corporibus nobilioribus excogitare nouerunt. Secũdò, quoniam similitudines earum rerum, quæ maximè à Deo elongantur, uerissimam, & certissimam in homine gignunt existimationem, quòd Deus non sit illud quod in figura assumitur; sed quòd sit supra illud, quod de Deo dicimus, & cogitamus. Tertiò, quia per huiusmodi, Diuina magis (ut prius diximus) occultantur indignis. Est autem hic considerandum. Quòd necessarium est in Scriptura intelligere istas figuratas locutiones, cùm ex illarum ignorantia, pleræque hæreses ortæ sint, ut lib. 3. de Doctrina Christiana, cap. 5. & 10. dixit Augustinus. In quibus intelligendis, duo extrema uitanda sunt. Alterum eorum, qui omnia figuratiuè interpretantur, & in omni loco Scripturæ figuram fingunt. in quem errorem incidit Origenes super Genes. ut ait Hieronymus in Epistola ad Pamachium, aduersus errores Ioannis Hierosolymitani tomo 3. quem D. Basilius (tacito tamen eius nomine) reprehen-
B dens, homil. 3. super Genes. hanc sententiam scribit: *Et quidẽ isti (Origenes per aquas supercœlestes, interpretabatur bonos Angelos, per sublunares uerò, malos Spiritus) prætextu anagogici sensus, & sublimioris intelligentiæ, ad Allegorias transferunt omnia: nos uerò hisce interpretationibus, ut, quæ somnijs, & anilibus fabulis similes sunt, relegatis, nomine aquæ, intelligimus ueram aquam, & cæteras res similiter*. Vnde in sexta Synodo dicitur, Origenem in multis errasse. Alterum eorum, qui morẽ Iudaicum sectantes, omnia loca Scripturæ, etiam metaphorica, in propria significatione interpretantur. Quod multorum antiquorum interpretum fuit uitium, ut scribit D. Hierony. super Ezech. cap. 26. & D. August. loco cit. cap. 10. 15, & 16. Est autem regula eiusdem Augustini in dicto 10. cap. quòd quotiescunque sermo Scripturæ, secundùm propriam uocem, & significationem, aliquod absurdum, molle, & carnale significat, tũc est figurata loqutio. Vt est illud, *Petra autem erat Christus: Vicit Leo de tribu Iuda*. quemadmodum etiam multa eorum, quæ in Canticis Canticorum scribuntur.

Sunt autem in libris sacris sex modi tropici, & figuratiuæ loqutiones.

Primò, si aliqua loqutio significet aliquid amplius, quàm

D. Tho. Propter multas causas, Scriptura tradit nobis sua uelata sub figuris corporum ignobiliorũ, quàm ignobiliorũ. Prima causa. Secunda causa. Tertia causa. Ex ignorãtia Sacræ Scripturæ, multæ hæreses ortæ sunt. D. August. In intelligendis Scripturis, duo extrema uitãda sunt. Iudæi omnia ad litterã intelligebant. D. Hierony. D. Basilius. Origenis error. D. Hierony. D. August. regula ad Scripturas intelligendas. 1. Cor. 10. Apoch. 5. In sacris Scripturis, sunt sex modi tropicæ loqutionis. Primus modus est hyperbolicus.

Auctor intendit significare, dicitur Tropus hyperbolicus, id C
D.August. est sermo excessum continens. ita D. Augustinus, capit. 21. lib. 16. de Ciuit. Dei. docet, promissionem illam in Genesi factam Abrahæ, de semine illius multiplicando ut stellas cœli, & arenam maris, hyperbolicam esse. nam ut sonat (ait) falsa est. Significat autem populum magnum esse futurum.
D.Hieron. D. Hiero. super Hieremiam cap. 20. & super Ecclesiast. cap. 10. & Augustinus in quæst. super Deutero. in cap. 9. hyperbolicè exponunt illa uerba: *Vidit muros Ciuitatis pertingentes usque ad cœlum.*

Secũdus modus est Hironicus. Secundò, reperitur in scripturis Hironia, quando contrarium intẽdimus ab eo, quod loqutio significat. quomodo Augustinus lib. 1. contra Aduersarium legis, & Prophetarum dicit illud Genes. *Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis*, esse dictum per Hironiam. & lib. 3. de Doctrina Christiana. ca. 33. *Benedic Deo & morere*, apud Iob. Et Theophilactus in Matt. super illud, *Dormite iam & requiescite*, atque etiam illud, *Ite ad uendentes, emite uobis.*

Adam factus est sicut unus ex nobis, dictum est per Hironiã, ex sententia D. Augustini. Theophilac.

Tertius modus metaphoricus. Tertia figurata loqutio dicitur metaphora. Eadem autem res, seu metaphora, potest transferri ad significandas res contrarias, ex contrarijs proprietatibus, quas res illa metaphorica habet, ut Apochal. 5. dicitur Christus Leo, & 1. Petri 3. dicitur Diabolus Leo, ratione diuersarum proprietatum in Leone re D pertarum, ut superius indicauimus. Omne enim nomen metaphoricum, ex similitudine suæ proprietatis trahit metaphoram. Quocirca ut sensum metaphoricum percipiamus, diligẽter considerãda est, cùm proprietas à qua talis metaphora sumitur, tum etiam litteræ circunstantia, quæ ipsam innuit. Vnde Leo Christum signat ratione fortitudinis, & quia uictoria requirit fortitudinem, ideo dicitur: Vicit Leo de tribu Iuda. Similiter Diabolus qui cum furore, & magna in humanum genus rabie, hominum dãnationem quærat, & curet, ideo Leo rugiens appellatur, quærens quem deuoret. Atque ita, metaphora, ex litteræ circunstantia, in bonam, uel in malam partẽ trahenda est. Quando uerò ex circunstantia litteræ, non innotescit nobis, quid sibi uelit parabola, seu metaphora; tũc & in bonam, & in malam partem exponi potest; dummodo nõ sit contra Fidem, aut aliquem absurdum sensum faciat, ut est illud: *Calix in manu Domini plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc, &c.* Sed hic unum est animaduertẽdum. Quòd locutio metaphorica, si longior & prolixior sit, nomen metaphoræ perdit, & allegoria appellatur. Vt est illud Ioelis primo, sub metaphora uineæ, in quo Iudaici Populi miseriæ describuntur,

Christus dicitur Leo, & similiter Diabolus Leo appellatur, propter diuersa. Apoc. 5. 1. Petri 3. Leo quomodo Christum significat. Leo, quomodo Diabolũ significat.

Psal. Nota quòd metaphora si fit longior debitò, amittit nomen Parabolæ, & dicitur Allegoria. Ioel. 1.

& illud

A & illud: de lignis syluarum in unum congregatis ad Regem eligendum, inquo Abimelech Noui Regis electio designabatur. Iud.9.

Quarta loqutio est, quæ propriè nõ est figurata, sed dicitur parabola. differt aũt tropus à parabola. Quia tropus trãsfertur ad aliquid aliud significãdũ, in parabola uerò retinetur ꝓpria uocis significatio. verum illa significatio propria, cõfertur, & comparatur alteri, Sicut est illud, *fluat ut eos eloquium tuum* verè ros sumitur pro re ipsa, licet aliud innuat. & illud, *Simile & Regnorum Cœlorum sagenæ*, ubi sagena propriè sumitur. Dicitur autem parabola ut nomen eius Græcum sonat ex eo quod continet in se comparationem quandam & collationem, undè sic definitur. *Parabola est Similitudo, in qua res diuersæ comparantur, in eo in quo sunt inter se similes, habens notam similitudinis, uel comparationis*, Et talis, est illa; *simile est Regnum Cœlorum*; uel, *sicut in diebus Noè* &c. D. Chrisost. in Matt. homil. 93. ait, *quòd proprius sensus Parabolæ, debet sumi ex scopo & intentione dicentis, & ex circunstantia litteræ. Nec opportet quod omnia quæ dicuntur in Parabola, reperiantur in re cui applicatur Parabola, sed id tãtùm quod intẽditur*. Theophilactus in c. 16. Lucæ ait. *Omnis parabola obliquè, & figurato modo, naturam quarundam rerum manifestat. non enim per*

B *omnia rebus ipsis assimilatur, propter quas assumpta est.* Vnde Hieronymus Lauretus optimè fert. quòd non opportet, omnes partes parabolæ curiosius inquirere; sed quatenus apparent proposito utiles, reliquæ enim ommittendæ sunt, qua si parabolam contexentes, & nihil ad propositum facientes, ut dixit Augustinus. 16. de Ciui. Dei c. 2. Non sanè omnia quæ gesta narrantur, aliquid etiam significare putãda sunt; sed propter illa quæ aliquid significant, etiam ea quæ nihil significãt, attexuntur. *Solo enim uomere terra, proscinditur, sed ut hoc fieri possit, etiam cætera aratri membra sunt necessaria. nec soli nerui ĩ citharis, atq; huiusmodi uasis musicis, aptãtur ad cãtum: sed ut aptari possint, insunt in compaginibus organorũ quæ non percutiuntur à canentibus; sed ea quæ percussa resonant ijs connectantur. ita in Prophetica historia, dicuntur aliqua quæ nihil significant, sed quibus adhæreant quæ significant, & quodammodo religentur.* hæc Augustinus. In scripturis autem sacris & præcipuè Euangelijs frequentissimè est usus parabolarum, ut per terrenas similitudines, facilius cælestia dignoscamus.

Aliquando autem Parabola fit per locum à similibus aliquãdo à dissimilibus ut in Scripturis facilè est ꝑquirere. Sciẽdum

Quartus modus est Parabolicus.

Tropus à Parabola differt.

Parabola unde dicatur.

Parabola qd sit.

D. Chrysost.

Theophilac.

Hieron. Lauretus.

Aureum dictum D. Augu. de Sacra Scriptura, dũ comparat eã Vomeri, & citharæ.

Parabolarũ usus frequẽs est in Euãgelijs.

Parabola qñque. fit ꝑ locum à simili-

uerò,

bus, quandoque à dissimilibus.

uerò, quod aliquando parabola adhibetur, sine ulla nota simi C
litud inis, & tūc potius habet rationem Allegoriæ, seu sermonis Allegorici, aut etiam ænigmatis, & est obscurior quàm parabola. ut est, sermo ille: *Exijt qui seminat seminare semen suum*. Et illud apud Ezech. *Stillabunt montis dulcedinem*, & alia ijs similia.

Parabola, q̄n que ponitur pro ꝓuerbio 3. Reg. 4.

Ezech. 18.

D. Basilius.

Multæ autem sunt acceptiones huius nominis, Parabola. Aliquando enim ponitur pro prouerbio propriè accepto quod Græcè dicitur Parœmias, unde nominantur parabolę Salomonis, id est prouerbia. & 3. Reg. 4. *Loqutus est Salomon tria millia parabolas, & fuerunt carmina eius quinque millia*. Et est idem quod alio nomine adagium uocamus. Vnde Ezech. 18. dicitur. *Quid est quod parabolam in prouerbium uertitis?* id est, Quid est quod frequenter Prouerbium hoc in ore uersatis? De qua re Basilius explanans initium libri Prouerbiorum Salomonis, sic ait. *Parœmias apud Græcos extra scripturæ usum de sermonibus vulgationibus usurpatur, & de ijs quæ in uijs plerumq; dicuntur: Rœmos enim Græcè, uia dicitur. Vnde Parœmiam definiunt, uerbum in uijs & compitis usu tritum, & quod à paucis ad plura transfertur*. Cyrillus sup. 16. ca. Io. *Prouerbium* (inquit) *est occultus, & adumbratus sermo, non apertus, nec directè sententiam suam aperiens, sed obliquè tantùm accutioribus, & sagacioribus: qui quoniam obscuritate tegi D tur; ideò non facilè ab audientibus capitur*. Aliquando uerò è conuerso prouerbium ponitur pro parabola, ut Ioan. 10. quē locum præ manibus interpretādum habemus. in illis uerbis, *Hoc prouerbium dixit eis Iesus, illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis*. Frequēter enim unum pro altero in scriptura usurpatur, & Parabola pro prouerbio, & Prouerbiū pro parabola. Aliquando res ipsa quæ typum alterius gerit, dicitur Parabola, ut Paulus ad Hæb. 11. dixit. *Abraham accepisse filium in Parabolam*, id est in figuram Christi. Quandoque pro Allegoria ponitur, ut indicauimus, cùm sine ulla similitudinis nota profertur, ut est illud: *Exijt qui seminat seminare semen suum*. Ponitur etiam pro sermone uulgato, qui usurpatur cū irrisione, & subsannatione alicuius, idemq; est quod latinis Scomma. Psal. 68. *Factus sum illis in parabolam*. & 2. Paralip. 7. *Tradam eam in parabolam*. Hier. 24. *dabo hos in uexationem, in opprobrium, & in parabolam, in Prouerbium, & maledictionem*. Interdum pro similitudine, seu comparatione; ut est illud Hæb. 9. *Quæ parabola est temporis instantis*, id est similitudo (ut ibidem exponit Chrisost. homil. 15.) Nonnunquàm pro ænigmate ponit̄, ut Ezech. 17. de duabus aquilis. *Fili ho-*

Prouerbium quid sit ex D. Cyrillo

Prouerbium aliquādo ponitur pro parabola.

Res ipsa, quę typū alterius gerit, multoties dicit̄ parabola.

Abraham accepisse filiū in parabolā, quid significet.

Parabola, q̄n que ponit̄ ꝓ sermone vulgato.

Psal. 68.

2. Paralip. 7.

Hiere. 24.

Parabola, q̄n que ponitur pro comparatione.

Hæb 9.

Parabola aliq̄n sumitur ꝓ ęnigmate.

Ezech. 17.

A *li hominis propone ænigma, & narra parabolam ad domum Israel &c.* Postremò sumitur Parabola pro uaticinio, sed per figuram & similitudinem alicuius rei edito. Nam Num. 23. *Balam assumpta parabola, uaticinatus est de Populo Hæbreo dicens. De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis: ueni inquit, & maledic Iacob: propterea & detestare Israel. Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? qua ratione detester, quem dominus non detestatur? de summis silicibus uidebo eum, & de collibus considerabo illum.* Et illud Problema Iud. 14. *De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* Parabola quoque dici posset, licet uerius ænigma appelletur, propter insignem obscuritatem eius. Est enim ænigma sermo adeò obscurus, ut ferè ab intellectu sit impenetrabilis.

Parabola multoties significat uaticinium. Num. 23.

Iud. 14.

Aenigma qd sit.

Cur autem nomen Parabolæ tam amplè pateat, & tam uariè usurpetur, ortum habuit ex Hębreis, qui uocabulo significante parabolam, ad significandum quemlibet sermonē grauissimum & reconditum (qui apud imperitos indiget explanatione) utuntur.

Sunt aliqui, qui non ab re definitionem Parabolæ tradentes, dicant, requiri in Parabola factū aliquod rationalis creaturæ, id est hominis. definiunt autem ij sic parabolam. *Para-*
B *bola est factum aliquod uerisimile, fictū tamen in rationali creatura, aliud significans præter id quod uerba sonant.* Dicunt (fictum). Quia nō est necessarium ad rationē Parabolæ, ut quod ipsa primum significat, uerum sit, sed satis est quòd potuerit esse uerum, & addunt (in rationali natura) quoniam propriè Parabola est, cùm est factum alicuius hominis, ut de bono Pastore, de seminante, de quærente ouem, & similibus: Cum autem res irrationalis inducitur, similitudo dicitur. ut est illa de gallina congregante pullos, de aquila prouocante pullos suos ad uolandum. Figuram uerò dicunt esse uerum factum, siuè in rationali, siuè in irrationali natura, aliam rem significans ut factam, & similia. Atque hæc in uniuersum de Parabolis & metaphoris dicta sufficiant.

Parabolæ definitio secundū aliquos.

ARTICVLVS TERTIVS.

De sensu quorundam uerborum, quæ in Parabola de bono Pastore, Ioan. 10. ponuntur.

HActenus de scripturæ sensibus in uniuersum, deque metaphoris, ac parabolis in genere diximus; modò, proprium

prius ad Parabolam de bono Pastore accedentes, quædam C
uocabula in ea commemorata quæ præcipuam continent ipsius Parabolę significationē, sigillatim exponenda sunt. autem hæc, Ostium, Ostiarius, Ouile, Ouis, Pastor, Fur, Mercenarius, & Lupus. ac primò de Ostio disputemus.

DE OSTIO.

Euthymius.
Ostium ouilis Chri, sunt Scripturæ Sacræ.

OStium, Euthymius in hunc locum Ioan. & D. Chrysost. homil. 58. in Ioan. Diuinam scripturā quæ legem Prophetas, & Psalmos continet uolunt significari. per hāc enim quasi per Ianuam ad Christum cognoscendum & credendū introducimur, aditusque per eam ad Christi fidē paratur, iuxta illud Ioann. 5. *Scrutamini Scripturas, quia ipsæ testimonium perhibent de* me. & ad Colossens. 4. *Orantes simul pro nobis, ut Deus Aperiat ostium sermonis*. Hoc autem Ostium clausum erat Iudæis qui secundùm litteram, & carnaliter scripturas intelligebant. Ostium (inquit Chrysostomus) scripturas uocauit. hæ enim Dei cognitionem aperiunt, hæ oues custodiunt, & lupos superuenire non permittunt, hæreticis introitum præcludētes. Verùm, hæc Chrysostomi expositio, non est ad litteram, cùm ipsemet Dominus bis semetipsum ostium esse dicat, per quod qui nō intrat, est fur & latro: D
qui uerò intrat, Pastor. Aliàs æquiuocatio, & Amphibologia in eadem parabola concedenda esset. Adijce, Quòd scripturæ potius sunt postes & atrium ostij, quā ostiū, Iuxta illud Prou. 8. *Beatus uir qui audit me, & qui uigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei*. Vnde postes Tabernaculi, legem & Prophetas designant, ut Gregorius 1. R. 1. & 2. & super Ezech. homil. 3. & 15. & lib. 19. Moral. ca. 13. & Beda super Genes. c. 28. dicunt.

Ioan. 5.
Coloss. 4.

D. Chrysost. expositio nō est ad litterā.

Scripturæ Sacræ, potius sunt postes ostij ouilis Christi.
Prou. 8.

Postes tabernaculi, quid designant ex D Gregor. & Beda.

Aliam expositionem affert D. Augustinus trac. 45. & 46. in Ioannē, dicens, Non aliud significare ostiū, quàm ipsum Christum, cùm ipsemet de se testetur, *Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur*. Et D. Basil. lib. de Spiritu Sancto, c. 8. ait, *Ostium Christus dicitur, eò quòd per rectitudinē præceptorum, educit ad pias actiones, & rursus tutò perducit ad caulas, eos qui per fidem in ipsum ad cognitionis bonum cōfugerunt. Vnde per me (inquit) si quis introierit, & ingreditur, et egredietur & Pasqua inueniet*. Et Epiphanius in Anchorato. *Ostium* (ait) *appellatus est Christus, quia per ipsum ingreditur*. & infra. *Ostiū meritò dictus est figuratè, ut fiat nobis introitus & utilitas*. Et Beda in cap. 4. Apocali. *Ostium Christus est, qui illū crediderit natum*

Ostium ouilis est Chrs, secundū August.
Ostium ex D. Basil. dicitur Christus.

Ostium secūdum D. Epiphan. dicitur Christus.

Beda.

A *tum & passum, conscendet Cœlum, id est Ecclesiæ altitudinem.*

Iansennius, & alij plerique interpretes, ostium significare dicunt rectam uiam, & rationem assumendi officium Pastorale, hoc est Iustitiam, uel ipsum Deum, ob cuius seruitium, & obsequium, ritè Pastoris munus est suscipiendum. secundũ quam expositionem, ille dicitur intrare per ostium, qui iusta uia ad oues accedit, hoc est qui à Deo uocatus, & missus; recta intentione, ad Dei gloriam, animarum curam assumit. Et è cõtra, qui ob humana commoda, & ob gloriæ temporalis honorem, nec propter Deum, uel ab eo uocatus accedit; non intrat per ostiũ, sed aliunde, unde fur est, & latro. sunt enim qui per uim, ut Alcimus, (de quo in li. 1. Macha.) & alij qui per largitiones & munera Pontificatum Acquirant. Rupertus; in commentarijs lib. Reg. lib. 3. cap. 10. Putat Ostium esse baptismum; *Vnum inquit est Ostium, unum baptisma, per quod introitur in Dei templum, quò cùm admissus fuerit, tum domum ascẽdere licet, uel à primò in mediũ, uel à medio in tertiũ, prout delectauerit quẽcunque ascensus uirtutum, uel celsitudo meritorũ.* uerũ idẽ in Isaiam, lib. 1. cap. 12. dicit Ostium esse Christum.

Alcimus iniqus. malè in Christi ouile ingrediebatur.
Rupertus.

Modernus quidam, interpretatur, Ostium Ouilis Christi, esse sedem Apostolicam à qua qui non recipit (saltem mediatè) Episcopatus prælaturam, ac dignitatum, sicut scismatici

Ostiũ ouilis Christi, est sedes Apostolica.

B faciunt, fur est, & latro. Et licet hæ tres ultimę expositiones bonæ sint, nobis tamen illa D. Augustini magis arridet.

Verùm in hoc cap. è sex dubiola explicanda sunt.

Primum. Cur Christus dicat se esse Ostium Ouium, et non Ouilis?

Secundum. An hoc nomen Ostij, sit proprium Christi?

Tertium cur Christus dicat se Ostium, cum se Pastorem appellet?

Quartum. Cur se nominet pluries Ostium?

Quintum. Qualenam Ostium sit Christus?

Sextum, & Vltimùm dubium. An conueniat Christo Pastori intrare per Ostium?

Quoad Primum. Caietanus in cap. 10. Ioan. ponderat Christum dicere se esse Ostium Ouium, non Ouilis, seu stabuli, ut intelligamus (inquit) ipsum esse Ostium proprium, Ouium, hoc est Prædestinatorum, & per ipsum tantùm aditum haberi ad Oues, hoc est prædestinatos, nullaque alia uia ingressum patere ad eas. Cæteri qui capita Sectarum fuerunt, pręsumentes duces se exhibere hominum ad ueram beatitudinem, aliũde ascẽderunt, & fures fuere, & latrones. Sed Christum propriè esse Ostium, etiam stabuli, seu Ouilis, nemo est qui dubitare

Christus dicit se ostium ouium, i. prædestinatorũ, non autẽ ouilis.
Caietanus.

Proportio ostij naturalis cũ Christo. Pseudoprophete falsò si bi ostij nomẽ sumpserunt. Hiere.23. Iudas & Theodas fuernnt ostiũ falsum. Act.5. Iudas & Theodas fuerunt ostiũ macelli Xp̃s est ostiũ. Apoch.5. Christus est ostium areæ. Origenes. Arca, significat Ecclesiã. D.Hierony. D.August, D.Gregor. Christus appellat̃ ostiũ tabernaculi. Exo.29. & 35 Leuit.8. Christus per Ecclesiæ portã rep̃sentat̃. D.Hieron. D. August. Christus est porta templi. 3.Reg.6.& 7. Christus est porta cœli. Gen. 28. Xp̃s est ostiũ in quo cæcidit Eli. 1.Reg 4. Matt 21. Iob 5. Geor. Venet. D.Chrysost. D.Gregor. Caro Xp̃i specialiter dr̃ ostiũ, à quo fluxerunt sacrã. Gen.6. Isa.6. Origenes. D.August. 3.Reg.6.

tare possit, cùm per ipsum in ueræ salutis Ouile intretur, dicente Christo: *Ego sum Ostiũ, per me siquis introiret, saluabitur.* sumpta similitudine ab ostio materialis Ouilis. Sicut enim oues per ostium in ouile intrantes, ibi tutæ, & securæ sunt, atque à Lupis sibi insidiantibus conseruantur; sic qui in Ecclesiam (extra quam non est salus) per Christum intrant, uitam habent, & ab hostium potestate eripiuntur. Pseudoprophetæ, & hæresiarchæ omnes, falsò sibi Ostij nomen assumpserunt, & à se ipsis, non missi uenerunt, Hier.23. *Ipsi currebant, & ego non mittebam eos*, Sicuti fuerunt Iudas & Theodas, qui se aliquos esse profitentes, Ostij sibi nomen falsò usurparunt, ut patet actorum.c.5. Sed quoniam non fuerunt Ostium Ouilis, sed macelli; ideò sequaces suos, mactãdos duxerunt; ipsi autẽ fures fuerunt, & latrones. Christus uerò nõ sic est ostiũ, sed est Ostiũ Ouilis. Vnde Apoc.4. dicitur, *Vidi Ostium apertũ in Cælo*; & in Genesi Xp̃s appellatur Ostiũ arcæ, id est Ecclesiæ, omnibus expositum, ut nemini ingrediendi aditus præcludatur. ita Orige. Homil.2. in Genes. & homil.1. super Matt. & super cap.5. ad Rom. Arcam verò Ecclesiã significare, docet Hierony. lib.1. aduersus Iouinianum, & Augustinus lib. de cathechizandis rudibus c.27. & lib.5. de Ciuit. Dei c.26. & lib.12. cõtra Faustum c.14. & Gregorius homi.38. Insuper uocatur Ostium tabernaculi testimonij, Exod.29. & 35. & Leuit.8. idem Christus per Ecclesiæ portam repræsentatur, ut Hieronymus ait super Ezechiel. cap. quadragesimoquarto, & Augustinus super Psal.126. & in Apoch. ho.3. super illud, *uidi ostium apertum in Cœlo*, Ostium apertum Christũ dicit, quia ianua est, Cœlum uerò Ecclesiam nominat, ubi Cœlestia aguntur. In libris itẽ Regũ, appellatur Christus Ianua, seu porta Templi. ut patet 3. Reg.6. & 7. & porta Cæli. Gens.28. Ecclesiam illustrans, atque illuminans, Ostium etiam in quo cecidit Eli, est Christus, in quẽ ceciderunt Iudæi, & contriti sunt. 1. Reg. 4. & Matt.21. & Iob.5. in quo cõfracti sunt Iudęi, qui ante portam florebant, (ut exponit Georgius uenetus cant.1. to.3. cap. 13. & 15. & Chrysost. super Ioan. homil.58. & Grego.6. Mora. c.2. & super 1. Reg. ca.4. & super Ezech. homil.15. & 20. Caro item Christi, specialiter etiam Ostiũ appellatur, designata per Ostiũ illud Arcæ, quatenus ex lateris sui uulnere, fluxerũt Sacramenta, per quę nobis patet aditus ad Regna Cœlorũ. Gen. 6. & Isa.6. Sic Orige. super Isa. homil.4. & Augustinus 5. de Ciuita. Dei. c.26. & li.12. cõtra Faustum c.39. quod sanè Ostium, fuit illud ad meridiem Templi, in dextra eius parte situm, per quod nobis fuit ad cœlestia regna aditus patefactus, 3. Reg. 6.

C

D

(ut

A (ut Rupertus ait super 3.Reg.20. est quoque Ostium illud Eze chielis in dextera tepli parte collocato, unde mundissimæ aquæ, ad meridiem altaris descendebant, Ezech.47. Ex quo fit, ut cùm Christus sit Ostium Ecclesiæ; non solùm Ouium, sed etiam Pastorum Ostium appellatur. Pastor enim per Ostium intrare debet, iuxta illud; *Qui autem intrat per ostiũ, Pastor est Ouiũ*.Ioã.10. Vnde notandum est, quater se Christum in hac parabola Ostium appellare. Primò enim & secundò respectu Pastorũ; tertiò uerò, & quartò respectu Ouium. Et Primò quidem respectu Pastorum, ponendo differentiam inter furem & Pastorem, penes intrare per Ostium, uel non intrare per Ostium. Qui enim intrat per Ostium in Ouile Ouium, Pastor est Ouium; qui uerò aliunde ascendit, fur est & latro. Quocirca, id quod discernit fures à latronibus, seu Pastoribus, Ostiũ est. Fures namque prædam clam, cautè, ac securè uenantes, Ostium fugiunt, ne contra eos ueri Pastores insurgant, & deprehendantur. Latrones item, difficilem ingressum per Ostiũ sperantes, ab eo declinant, & aliunde ut rapiant, & furētur ascedunt. Quod sanè sacra etiam Pagina in Danielis Prophetia testatur. Dan.14. cum enim Rex in Danielem insurgens, eo quod nollet Bel uiuentem (ut aiebat) Deum adorare, uocatisque falsis sacerdotibus, ante aram Bel. opiparas (ut moris erat)
B impensas parasset, Sacerdotes, quia iniqui erant, ad rapiendas escas & cibaria prætiosa Regis, secreta sibi subtus altare ad ingrediendum, & egrediendm ostiola confecerant. Quia enim metuebant, ne iniquitas eorum quoquomodo aliquando deprehenderetur, ac rapiendum, & furandum, non palàm per Templi consuetum ostium ingrediebantur, sed (furium more) ostiola sibi furtiua ad rapiendum conficientes, aliundè (quàm decebat) ad furandum, & rapiendum ingrediebantur. Pastor autem, cùm nihil horum timeat, nec latere quærat, nõ ascendit aliundè; sed per proprium Ouilis aditum, id est per Ostium, ad suas Oues educendas, & reducendas intrat.

Rursus respectu Ouium, bis etiam nomen repetijt. Namque non intelligentibus Iudæis de quo Ostio loqueretur, ait. *Ego sum Ostium Ouium*, & iterũ; *Ego sum Ostium*, per Christum enim solum, eiusq; Fidem (tanquam per Ostium) in Ecclesiam Deique Regnum ingredi opportet. iuxta illud Ioan.6. *Nemo uenit ad Patrem nisi per me*. Et Rom.5. *Per ipsum*, scilicet Christũ *accessum habemus ad Patrẽ*, & Heb.10. *Habentes fiduciam in introitum Sanctorum, per sanguinem Christi*. cur autẽ tocies se Christus Ostium appellet, inferius dubio quarto dicemus. Illud nunc censura dignum est, quod Iansennius asseruit

Rupertus.
Ezech.47.
Christus non solum est ostium ouiũ, sed etiam Pastorum.
Ioan. 10.
Christus, quare se ostiũ in Parabola pastoris, quater nominauit.
Ostiũ discernit fures à latronibus.
Latrones ab ostio declinant.
Dan. 14.
Sacerdotum Baal dolum.
Ioan.10.
Ioan. 6.
Rom. 5.
Hæbr. 10.
Nõ est aliud nomen sub cœlo.
Christus est mediator Dei & hominũ.
Iãsennius reprehenditur.

asseruit in hoc cap. non unicam, sed duplicem hic tradi à Chri C
sto Parabolam de Ostio. Cuius quoque ostij duplicem affert acceptionem. Qua in re, præter quam quod, æquiuocationis uitium in proximis sentẽtijs, & uerbis admittat; ex contextu Euangelico uehemẽter & acriter redarguit, illis pręcipuè uerbis, *Dixit ergo eis iterũ Iesus; Amen Amen dico uobis, quia ego sum ostium Ouiũ*, quæ uerba, non ad nouam Parabolam, sed ad prioris explanationem posita esse, antecedentia non obscurè demonstrant. dum prius ait, *& ipsi non intellexerunt*, atque illa quę sequuntur, *Dixit ergo eis iterũ Iesus*. Nam (Ly) *Ergo*, cõnexionem, & consequtionem ad antecedentia importat, Atque illud etiam uerbum (*Iterum*) repetitionem eiusdem præcedentis sententiæ.

Nota.

Cur Christus uocetur propriè ostium ouium, scilicet Prædestinatorum.

Cæterum, Cur Christus præcisè dixerit se, Ostium Ouiũ, optimè ponderat Caietanus super hunc locum Ioannis dicens; uocari Christum Ostium proprium Ouium, id est Prædestinatorum, ut sciamus, per ipsum tantùm aditum haberi ad Oues, id est Prædestinatos: nullaque alia uia ingressum patere ad eas. Et est sensus. Ego creditus, officium habeo Ostij, respectu Ouiũ, & ideò, quia *Ego sum Ostiũ Ouium*, propterea, *omnes quotquot uenerunt ante me* (ut Chrisostomus Euthimius, & Græci legunt) *Fures fuerunt, & latrones*. Quia à me qui sum Ostiũ declinantes, aliunde ascenderunt. D

D. Tho.
D. August.
Licet Xp̃s cõmunicauerit Apostolis multa nomina q̃ ipsi competebant, nulli tamẽ, ostij nomen communicauit.

Circa secundùm Dubium, an hoc nomen Ostij sit propriũ Christi? respondeo cum D. Thom. 3. par.. quæst. 8. art. 6. ad 3. ex sententia D. Augustini tract. 47. in Ioan. to. 9. affirmatiuè. Quãuis enim multa sint nomina (quorum aliqua, hic enumerabimus) quæ Christus mẽbris suis communicauit; hoc tamen nomen *Ostium*, soli Christo incommunicabiliter conuenit. *Pastorem* (inquit Augustinus) *esse dedit membris suis: Ostium uerò nemo nostrum se dicit, hoc sibi ipse proprium tenuit*. Et sanè Christus uocatur caput, ad Col. 2. *Ipsũ* (.i. Christũ) *dedit caput super oẽm Ecclesiã*. Appellatur lux. Io. 8. *Ego sum lux mũdi*, Et Io. 1. *Erat lux uera quæ illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hũc mundũ*. Pastor Ioan. 10. *Ego sum Pastor bonus:* Doctor Isa. 49. 50. *Testẽ Populis dedi eũ, ducẽ, ac præceptorem gentiũ*. Ioelis 2. *dedit uobis doctore iustitiæ*. Fundamẽtũ. 1. Cor. 3. *Fundamentũ aliud nemo potest ponere, præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus*: Petra 1. Cor. 10. *Petra autem erat Christus* Angelus Zach. 3. *Ecce ego mitto Angelũ meũ*, Et Isa. 9. *magni consilij Angelus*: Sacerdos, ut Psal. 109. *Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinem Melchisedech*. Et tãdem, ut innumera alia omittam, mediator ad Timot. 2. *Vnus est mediator Dei & hominũ, Christus*

Xp̃s est caput Coloss. 2.
Xp̃s dr̃ lux. Ioan. 1. Ioan. 8.
Xp̃s ẽ pastor. Ioan. 10.
Christus est doctor. Isa. 49 50. Ioel 2.
Est fundm̃. 1. Cor. 3.
Christus est petra. 1. Cor. 10.
Christus est Angelus. Zach. 3. Isa. 9.
Christus est Sacerdos. Psal. 109.
Christus est mediator. 1. ad Tim. 2.

A stus Iesus, Et ad Gal. 3. & Apostolus etiam dicitur quæ singula (suo modo) membris suis communicauit, Rectoribus scilicet & Pastoribus in Ecclesia. Vnde Amos 6. *Optimates, capita Populorum* appellantur, licet differenter à Christo. Quamuis enim soli Christo, & nulli alteri qui aliquam capitis rationem participat, competat esse caput ratione interioris influxus, secundùm quem gratiam, uirtutes, & dona Spiritus Sancti mébris suis diffundit per modum meriti, & redemptionis, atque etiam ratione humanitatis, quæ ex hoc quod est Diuinitati coniuncta, uim habet iustificandi; nihilominus secundùm alias capitis functiones. i. secúdùm externam aliorum mébrorum, totiusque corporis gubernationem, nomen capitis rectè alijs à Christo tribuitur, cum duplici tamen discrimine. Primò, quoniam Christus est caput omnium qui ad Ecclesiã pertinent, secundùm omnem locum, tempus, & statum, at cęteri homines, capita appellantur, secundùm quædam loca specialia, ut Episcopi suarum Ecclesiarum, uel secundùm tempus determinatum; Sicut Papa tépore Sui Põtificatus, est caput totius Ecclesiæ. Vel secundùm determinatum statum, prout scilicet sunt in statu uiatorum. Secundò, quoniam Christus, est caput Ecclesiæ propria auctoritate, & uirtute; at cæteri non, sed in quantum Christi uices gerunt, secúdùm illud Pauli 2.

B Cor. 2. *Nam & ego si quid donaui, propter uos donaui in persona Christi.* Et 2. Cor. 5. *Pro Christo legatione fungimur, tanquã Deo exhortante per nos.* Qua in re animaduertendũ est. Quòd quamuis hæc potestas regendi Ecclesiam Dei, communicata ministris, emanet à Christi potestate, & ea sit inferior, in suo tamen genere, est propria, & quasi principali, sicut potestas, aut uirtus secundarum causarum. Vel sicut Regia potestas, quæ licet à Deo deriuetur, iuxta illud, Pauli Rom. 13. *Omnis potestas à Deo est*; suo tamen modo, quoad externum influxũ, est propria & principalis. Ex quo fit, ut per hanc potestatem, uerè Principes, Superiores, & Pastores Ecclesiæ, & ueluti capita in suo genere constituantur. Vnde uolens hoc Christus denotare Petro, iussit ei staterẽ soluere pro duobus. Si enim Petro hæc potestas propria, & quasi principalis communicata non fuisset, nunquam pro Petro, & se Christus staterem soluere iussisset. Quod si obijcias: Sacerdotes etiam internũ influxũ habere, per sacramenta peccata remittendo; Dicimus, hanc potestatem influendi gratiam, & peccatorum remissionem concedendi, quæ Sacerdotibus, communicatur, cùm sit omnino quasi instrumentaria, nullo pacto propriè censenda est exerceri à ministro, ut à capite, sed ut à capitis instrumen-

F to.

Xps est Apostolus. Ad Galat. 3.

Christus nomen capitis multis. i. Rectorib', & Pastoribus communicauit. Amos 6.

Christus diuerso mõ est caput ac nos. nam ipse est per interiorẽ influxum donorũ, & gratię; quę effundit in mẽbra per modum meriti & redemptionis; nõ sic ãt nos sum' capita.

Humanitas Xpi, ex eo qđ est Diuinitati coniũcta, habet uim iustificandi.

Papa est caput Ecclesiæ, tpe sui Ponti ficatus tãtũ. 2. Cor. 2. 2. Cor. 5.

Xps est caput Ecclesiæ propria auctoritate, alij autẽ non.

Potestas regendi Ecclesiam, quæ à Christo ministris est communicata, in suo genere est propria, & quasi generalis. Rom. 13.

Quid denotauit Xps, cum iussit Petro staterã soluere p se, & per ipso.

Ptãs remittẽ

di pctã, quo sit à Sacerdotibus. D.Tho. Ephe.4.

to. Quòd ut benè notat D.Tho. 3.p.q.8.artic.6.ad 2. homo non C
dat gratiam interius influendo, sed exterius persuadendo ad
ea quæ sunt gratiæ, iuxta illud Pauli Eph.4. *Omnis sermo malus, ex ore uestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus*, uel etiam exterius ministrando sensibilia sacramenta.

Xp̃s communicauit Ecclesiæ nomen lucis. Ioan.1. Varia expositio doctorũ, super locum illum. Ioã.1. August.

Nomen Similiter lucis, Ecclesiæ mẽbris communicatur, dicente Christo: *Vos estis lux mundi*. Christus lux appellatur, non quælibet sed *Vera*, Et illa, *Quæ illuminat omnem hominẽ uenientem in hunc mundum*. Ioan.1. Qui locus uariè à Doctoribus, sanctisque Patribus interpretatur, Augustinus enim in Ioan. putat, intelligi de ipso Deo absolutè. Ambrosius lib. de Fide contra Arrianos cap.3. existimat, illa uerba, *Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum*, intelligenda esse de Patre; alia uerò uerba, *Et lux in tenebris lucet*; intelligenda esse de Christo. Sed hæc uarietas, nõ est ad litteram. Athanas. in oratione, Quo Deus ex Deo est uerbum, & Gregorius Nazian. in oratione de fide, & Cyril. lib. 1. in Io; c.8. & Chrysost. homil.6. dicũt, intelligenda esse hæc uerba de Filio seu Verbo. Nazianz. autem alio loco, scilicet oratione 5. inter Theologicas, quę est de Spiritu Sancto, de tribus personis distinctè hæc uerba pronunciat. Et reuera quamuis Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, ad huiusmodi hominis illuminationem tam naturali, quàm supernaturali lumine concurrãt, cùm opera ad extra, sint indiuisa Trinitatis; tamen uerba illa intelligenda esse de uerbo Dei, Euãgelij contextus manifestat. De eo enim dicitur, quòd *Est lux hominum*, *Vita*, *Per quem omnia facta sunt*, & *non erat ille* (id est Ioannes) *Lux, sed eius lucis testimonium perhibebat*, quod Ioannes fecit de Christo. atque ita negari non potest, quin hæc omnia de eodem sint Dei uerbo carne induto prolata. D

D.Athanas. D.Grego.Nazian. D.Cyrillus. D.Chrysost. D.Grego.Nazian.

Nota, quòd uera lux, dupliciter accipitur. Ephe.4. Ioan.1. Ioan.1. Ioan.3.

Aduertendum est insuper, ut intelligamus, quomodo uerbum dicitur lux uera, quòd, Verũ, in Scripturis, tribus opponitur. Aliquando enim opponitur falsò, ut ad Eph.4. *Deponentes mendacium, loquimini ueritatem*, aliquando ei quod est umbratile, & figurale, ut est illud Ioan.1. *Lex per Mosen data est, gratia, & ueritas, per Iesum Christum*. Tertiò ut opponitur ei quod est tale per participationem, ut Ioan. ultimo: *Vt simus in uero Filio eius*, id est naturali, & non per gratiam, seu adoptionem. Et Ioan.1. *Plenum gratiæ & ueritatis*; ubi Ly, *ueritatis*, ad excludendam participationem ponitur, ut exponitur ab ipso Ioanne c.3. *Et de plenitudine eius, recepimus uniuersi gratiam pro gratia*. Et licet hic, posset intelligi de luce uera, prout opponitur

A nitur falsè & figurali, qualis erat lux Philosophorum, & Iudæorum, commodius tamen est, hic accipi lucem ueram, prout opponitur luci participatę, quales erant Apostoli & Sacti. Vnde Christus emphaticè dicitur lux, & lumen, ut Paulus ad Colos. 1. dicit. *qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.* i. in Christo. Apostoli uerò non sic. — Christus emphaticè dicitur lux.

In tribus autem præcipuis differt lux Apostolorum à luce Christi, scilicet Antiquitate, Veritate, & Generalitate. In antiquitate quidē, quoniā lux Verbi semper fuit Deus. *Et Deus, erat Verbum*; in Veritate, quia non ab alio, sed à se ipso lucebat. In Generalitate, quoniam *Illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum* (quantū est ex se, & ex efficatia suæ lucis) atque ita non in Iudæos solùm, sed in totum mundum, lumen Euangelicæ ueritatis diffudit, secundùm illud Io. 11. *Ego lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat* Et Ioan. 3. *Lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem*: Apostoli autem non ita lux sunt, sicut & Ioannes ipse, *Non erat illa lux*, cùm antiquitate & ueritate tum etiā Generalitate, illa uera luce essent inferiores. imò Christo comparati, nō erant lux, nec lucebant; sicut stellæ ad solis præsentiam. Hęc autem lux, à Ioanne dicitur *Vita hominum*. Non quòd non fuerit quoque lux Angelorū (cū

Christi lux ī tribus differt à luce Apostolorum, scilicet in antiquitate, ueritate, & generalitate. Colos. 1. Ioan. 11. Ioan. 3. Apostoli cōparati Christo, nō erant lux.

B per ipsum, illuminationes, scientiam, & multas reuelationes acceperint, licet non gratiam, nec gloriam, non enim redempti sunt per sanguinem eius: sed dicitur hominum, quoniam ab eo redempti sunt, & pro solis ipsis sanguinem fudit, ut sacrarum scripturarum creberrima testimonia manifestant. Ita dicitur Lucæ. 2. *Natus est uobis hodie Saluator*. Et 1. Corin. 1. *Qui factus est nobis à Deo sapiētia, & Iustificatio*, Et Isā. 9. *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis*. Et ad Hæb. 2. *Nusquam Angelos apprehēdit, sed semē Abrahæ apprehēdit*. Vnde Chrysostomus ponderans illud uerbum, *apprehendit*, dicit, esse metaphoram sumptam ab eo qui magno studio aliquem insequitur, & omnia facit, ut occupet, & apprehendat fugientem, insinuans per hoc, Angelos non esse insecutos à Christo, ut in eos salutarem gratiam influeret, sed homines. Nec dicendū est propter Angelos Christum passum, uel mortuū fuisse, qui fuit error Origenis.

Christus, appellatur lux hominū, non autē Angelorum, quia licet ab eo acceperint multas illuminationes, nō tamē sunt per sanguinem eius redēpti. Lucæ 2. 1. Cor. 1. Isa. 9. Hæb. 2. D. Ambrosij pulcherrima pōderatio super uerba D. Pauli.

Et sicut concedēdum est, Christum uniuocè esse caput hominum, & Angelorum, licet non ex æquo influat in omnia membra, & corporis partes; quia in homines, redemptionē, & gratiam, in Angelos uerò (ut dictum est) influit scientiā, & illuminationes, ideò concedendum est, esse etiam lucem Angelo-

Christus, licet uniuocè sit caput omnium hominum, & Angelorū, tamē non ex æquo influit in omnes.

gelorum, licet non eodem modo utrosque illuminet. C

Nō me latet plerosq; alios Doctores tenere cōtrarium, sed hanc doctrinam ueriorem puto cū D.Th.in 2.d.9.q.1.ar.8.ad 2.& super c.1. Epistolæ ad Eph.ubi expressè habet, Christum instaurasse siuè quæ in Cœlis, siuè quæ in terris sunt, non redimendo, uel moriendo pro Angelis, sed reparando Angelorum ruinas. Vnde Apoch.21.dicitur Christus lucerna Celestis, Ciuitatis, *Et lucerna eius est Agnus*. Quod autē & Christus, & uiri Ecclesiastici lux sint, Zach.cap.4.testatur. *Ecce*(inquit)*candelabrum aureū totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud, & septem insusoria lucernis*. Quę uerba, nō de Templo Salomonis, nec de statu synagogę accipienda sunt, (ut Hæbrei & Lyranus interpretantur) sed de Christo, & eius Ecclesia. Est igitur candelabrum à Zacharia uisum, Ecclesia (ut Tychonius falsò sub nomine Augustini, homil. 8. in Apoch.ait, & Cyril.& Hieronymus in hunc Zachariæ locum.) & Apoch.1. candelabra septem in quorum medio erat Filius hominis, septem Ecclesias significabāt. lampas autem quæ erat super caput eius, id est in sumitate candelabri, Christum significabat qui est caput Ecclesię, oēs alios sanctos magnitudine antecedēté (sicut illa) ut Notat Anasthasius Episcopus Nicænus, in Sacram Scripturam, quæst.53. Cyrillus. unde Hieronymus super illum locum Matth.5. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum* &c. Christum lucernam uocari docet. super hoc autem candelabrum; præter maximam illam lucernam, aliæ minores septem ardentes lampades erant, quæ Apostolos, Euāgelistas Prophetas & Ecclesiæ Dei magistros (ut uult Cyrillus) significabant. Vnde ad Philip.2.dicitur, *Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo*. Et Ioan.5.de Baptista dicitur, *Erat ille lucerna ardens & lucens*. Et de Elia dicitur, Ecclesiastici 48. *Surrexit Elias quasi ignis, & uerbū ipsius quasi facula ardebat*. Hæ autem septem lucernæ, sitæ quoque erant in summo hastili cādelabri, subtus tamen summam lucernam, & singulæ sua infusoria habebant, non autem illa summa. Nam (ut benè Cyrillus notauit) *Filius Dei, uerū lumen est, quod foris non mutuatur, sed ipse habet naturaliter lumen*, lucernæ autem habent infusoria, quoniam. *De plenitudine eius recepimus uniuersi gratiam pro gratia*. Ioan.3. D

Nomen quoque fundamenti, seu Petræ, & Christo conuenit & Apostolis: Christo quidem tanquam ex se, firmitatem, & stabilitatem habenti. Vnde 1. Cor.3.ait Apostolus. *Fundamentū aliud nemo potest ponere præter idquod positū est quod est*

Chri-

D.Tho.
Ephe.1.
Christus dicitur lucerna. Apoch.21.
Viri Ecclesiastici sūt lux. Zach.4.
Lyrani, & Hębreorū interpretatio reijcitur.
Ecclesia est cādelabrum illud Zachariæ.
Tychonius, uel D.Augu.
D. Cyrillus.
D.Hierony.
Apoch.1.
D. Athanas.
D.Hieron.
Matt.5.
Septē minores lampadæ candelabri Zach. qd denotent ex D. Cyrillo.
Philip.2.
Ioan.5.
Eccl.48.
Cur summa lucerna hastilis candelabri, non habebat īfusoria. Ex Cyrillo.
Nomen fundamēti, Christus Petro cōmunicauit, et alijs Apostolis.
1.Cor.3.
Ephes.2.
Eccl.26.

A *Christus Iesus*; Apostolis uerò tanquam habentibus firmitaté ex alio, id est Christo, iuxta illud Pauli Ephes. 2. *Superedificati super fundamento Apostolorũ, & Prophetarũ, ipsi summo & angulari lapide Christo Iesu*. Et Ecclesiastici 26. *Fundamenta æterna super solidam Petram*, Quæ est Christus. Quòd autem Apostoli, fundamenta sint, patet Apoch. 21. d. ubi cùm Ioannes sanctam Ciuitatem Hierusalem descendentem de Cœlo, sicut sponsam ornatam uiro suo uidisset, describens fundamenta eius ait: *Et murus Ciuitatis habens fundamenta* 12. *& in ipsis*, 12. *nomina*, 12. *Apostolorum Agni*. Et quòd nomen Petræ Christo cõueniat Patet 1. Cor. 10. *Petra autem erat Christus*, Et Zach. 3. *Super lapidem unum, septem oculi sunt*. Et Ps. 26. *In petra exaltauit me &c*. Quod etiam hoc participatiuè conuenit Petro euidentissimè probatur ex illo Isa. 28. *Ecce ego mittã in fundamentis Syon lapidem probatum angularem, prætiosum, in fundamento fundatum*: Et clarius dicente Domino: *Tu es Petrus, & super hanc Petrã, edificabo Ecclesiã meã*. Mat. 26. ubi per Petram intelligi Petrum, oés Sancti Patris consentiunt; Gregorius Nazian. in oratione de moderatione seruanda in disputationibus, Et Chrysost. homil. 55. in Matt. & Hieronymus. 16. cap. Matth. & Leo serm. 2. in die anniuersarij assumptionis suæ ad Pontificatum. sed elegantius præ cæteris

B Theophil. in cap. 22. Lucæ. *Post me* (ait) *Ecclesiæ Petra es, & Fũdamentũ*. Augustinus lib. 1. retract. ca. 21. in serm. 23. de uerbis Domini, & in tract. ultimo in Ioan. uidetur hanc expositioné uariare, & per Petram, intelligere Christum. Sed etiam si utrãque expositionem ut probabilem afferat (cũ dicat, *harum autẽ duarũ sententiarũ, quæ sit probabilior, eligat lector*) prima tamen est omnino uera; cùm Petrus Io. 1. dicatur *Cephas*, quod Syriaca lingua petram significat, ut docet Hier. in c. 2. ad Gala. Quamuis etiam ex hoc ipso quòd Petrus sit fundamétum, & petra Ecclesiæ, (loco Christi) nõ excludatur ipsi Christus, immò euidentius colligatur, Christum esse primam Petram, & primarium fundamétum. Et ideò dixit Paulus Eph. 2. *Ipso summo, & angulari lapide Christo Iesu*. Pulchrè sanè notauit Ambrosius serm. 69. in huius confirmationem (quod Petrus Apostolus sit Petra & fundamentum) quòd primùm miraculum factum à Petro, fuit in confirmationem pedum, ut ostenderet se fundamentum esse totius Ecclesiæ, atque ita Petro Templũ petente, cùm ab eo pauper ille eleemosinam peteret, respondit Petrus: Argẽtum & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Nazareni, surge & ambula. Nomen pariter mediatoris, si propriè & perfectè summatur,

Apostoli sũt fundamẽtũ. Apoch. 21.

Nomẽ Petræ. Christo conuenit. 1. Cor. 10. Zach. 3. Psal. 26.

Matth. 26.

D. Gregor. D. Chrysost. D. Hierony. D. Leo.

Theophilac. D. Augu. uariè uideť exponere locũ Matth. 26. de Petra.

Ioan. 1. D. Hieron.

Quid sibi uelit, quod D. Petrus primũ miraculũ qđ fecit, fuit in pedum cõfirmationẽ, ex D. Ambro.

Licet nomen mediatoris, si propriè sũ-

matur, Chriſto tantũ cõpetat, tamen Angeli, & Sãcti, dici pñt mediatores.
D. Chryſoſt.
D. Ambro.
D. Tho.
D. Auguſt.
D. Fulgẽtius.
D. Cyrillus.
D. Epipha.
D. Hilar.
D. Dionyſ.
D. Auguſt.
D. Cyrillus.
D. Epipha.
D. Hilarius.
Angeli, Prophetę, & Sancti uiri pñt dici mediatores inter Deũ & homines.
D. Dionyſ.
Hæb. 1.
Matth. 18.
Apoch. 8.
Dan. 10.
Apoch. 5.
1. Cor. 3.
Chriſtus, per ſe ipſum intrat ad Patrẽ, ad interpellãdum pro nobis, reliq autem Sancti, non, niſi per Chriſtum.
Hæb. 5.
Rom. 5.
Auguſt. q̃uo ſit intelligendus, dum ait, nec Paulum, nec Apoſtolos, eſſe mediatores, ſed ſolum Xpm.
2. Cor. 5.
D. Cyrillus.
Nomen Apoſtoli cõmune eſt Chriſto, & Apoſtolis.
Hæb. 3.

ſoli Chriſto competit iuxta illud Pauli 1. ad Timoth. 2. dicentis, Chriſtum eſſe mediatorem unicum. *Vnus eſt mediator Dei, & hominum Christus Ieſus*. Ita Chryſoſt. hom. 7. in 1. ad Timoth. & Ambro. in eandem Epiſtolam, c. 2. & D. Tho. 3. p. q. 26. art. 1. & ad Gal. 5. lect. 7. & Opuſ. 60. c. 18. dicens, *Quòd ſolus Chriſtus eſt perfectus Dei, & hominis mediator, in quantũ per ſuam mortẽ humanũ genus Deo conciliauit*. De qua re, legẽdus eſt Auguſt. lib. 9. de Ciuit. c. 15. & Fulgentius de fide ad Petrum c. 2. & Cyrillus dialogo primo de Trintate, & li. 12. Theſauri. c. 10. Epipha. in Ancorato, & Hilarius li. 9. de Tri. in principio. C

Nihil tamen prohibet Angelos, Apoſtolos, Prophetas, Sanctosque uiros, dici quoque mediatores inter Deum, & homines, prout ſcilicet cooperãtur ad unionem noſtram cum Deo diſpoſitiuè, uel miniſterialiter: ut de Angelis dixit Diony. lib. de Diuinis nomi. c. 4. cùm illi pro nobis orent, noſtrasque orationes ad Deum offerant, & ad noſtram ſint quoque cuſtodiã deputati, ut nos auertant à malo, & ad bonum diſponant, ac moueãt. ut Hæb. 1. Matt. 18. Apo. 8. Dan. 10. & ſimilibus locis patet. Sancti quoq; & Beati, noſtri ſunt mediatores, dum orationes noſtras Deo offerunt; iuxta illud Apoc. 5. *habẽtes Phyalas aureas plenas odoramentorũ, quæ ſunt orationes ſanctorum*. Paſtores quoque & Doctores, eſſe aliquo modo mediatores ad ſalutem hominum, clarè Paulus habet. 1. Cor. 3. cùm illos Dei coadiutores appellat dicens, *Dei enim adiutores ſumus*. Illud tamen intereſt inter Chriſtum, aliosque mediatores: quoniam Chriſtus per ſe ipſum accedit ad Patrem, & ab eo ſine alio medio, noſtram ſalutem optinet, *Exauditus eſt enim pro ſua reuerentia*. Heb. 5. reliqui autem per ipſum, eiusq; meritis innixi ut ad Rom. 5. dicitur. *Pacẽ habemus ad Deũ, per Dominum noſtrũ Ieſum Christũ, per quẽ habemus acceſſum per fidẽ in gratiã iſtã in qua & ſtamus*. Quòd ſi Auguſtinus dixit: quãdoque nec Paulum, nec Apoſtolos eſſe mediatores, ſed ſolùm Chriſtum, ut lib. contra Parme. c. 8. intelligi debet, de perfectò mediatore, nõ enim excludit miniſtros Chriſti, qui dum pro ipſo legatione fungũtur, ut dicitur, 2. Cori. 5. d. mediatores ſecundarij poſſunt appellari, ut diſertè docuit Cyril. lib. 12. Theſauri, loco cit. D

Nomen item Apoſtoli, commune eſt Chriſto, & alijs Apoſtolis. Ad Hæbr. n. 3. Paulus Chriſtum appellat Apoſtolum dicens. *Conſiderate Apoſtolum, & Pontificem Confeſſionis noſtræ Ieſum, qui fidelis eſt ei qui fecit illum*. Et relictis alijs nominibus, quæ alibi fuſius explanabimus, concludendum eſt, per

hanc

hanc nominum communicationem, nullam Christo iniuriã irrogari, imò potius eius gloriam magis magisque augeri, cũ A ex illo, omnis ministrorum uirtus, ac Sanctitas emanet. Vnde ait Paulus: *Per quem accepistis & fidem, in qua & statis*. Sicut nec Deo nota aliqua accidit, dum & homines Dei quoque nomen participant, ut Psal. 81. *Ego dixi Dij estis uos, & filij excelsi omnes*. imò Christi gloria augetur, dum ex cõfessione catholica habetur, quòd ministri Ecclesiæ, non sunt Ecclesiarũ capita cũ Christo, sed sub Christo, sicut nec Apostoli sunt Caput, Lux, Fundamentum, Pastores, aut mediatores cum Christo, sed sub Christo, à quo & esse caput, & lumen, & alia ministeria, & officia recipiunt; in quantum sunt (ut dixit Augustinus. tract. 46. in Ioan. tomo 9. unius capitis & fundamenti mẽbra. Multa uerò, sunt Christi nomina quæ non communicantur cuiquam, nempe Redemptor, Saluator, Pater futuri sæculi, & similia, inter quæ est nomẽ ostij, de quo agimus in præsenti, & in cuius gratiam omnia ista fusius adduximus. Cuius rei optimam D. Thomas reddit rationem in dicto art. 6. q. 8. 3. p. Quoniã in Ostio, importatur principalis auctoritas, inquãtum ostium est, per quod omnes domum ingrediuntur; & ipse solus Christus est, *per quem accessum habemus in gratiam istam, in qua & stamus*: Per alia uerò prædicta nomina, quę cõmunicantur, potest importari non modò auctoritas principalis; sed etiam secundaria.

> Maior gloria accedit Christo, dum sua nomina Apostolis cõmunicantur.
> Psal. 81.
> Ministri Ecclesiæ, nõ sũt capita Ecclesiarum cum Christo, sed sub Christo, sicut nec mediatores cum Christo, sed sub Christo.
> D. August.
> Multa sũt nomina Xpi, q̃ nemini communicauit, & quare, ex D. Tho.

B Circa tertium, Cur Christus se Ostium uocet, cùm se etiam Pastorem appellet?

Et difficultas est. Quoniam cùm ratio ostij, importet quid diuersum à ratione Pastoris; superuacaneum imò inconueniens uidetur, utrumque Christum appellari. Sed non ab re hæc ei prima fronte diuersa nomina conueniunt, secundùm uaria quę ei attribuuntur. Neque est nouum in Scriptura, uni eidemque contraria nomina conuenire. Sic legimus accidisse in partu Rachel, quæ cùm filium mortis suæ causam peperisset, ipsum *Ben-oni, id est filium doloris sui* appellauit; è contra uerò, Pater eius, suæ stirpis, ac generationis sparsã cernẽs propagationem, ipsum reuoluto nomine *Ben-iamin, id est filiũ suæ dexteræ* nominauit. Et tamen duo ista nomina, licet diuersa significarent; uni eidemque puero conuenerunt. sic eidẽ Christo, diuersa nomina, multis in locis Scripturæ passim conuenire comperies, sed præcipuè Isa. 9. ubi cùm de Messia ageret Propheta, eiusque natiuitate dicit: *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis &c.* ad nominis autem ipsius impositionem descendens ait; *Et uocabitur nomen eius, admirabilis.*

> Ratio dubij.
> In Scriptura, multocies uni eidẽque, contraria nomina conueniunt.
> Beniamin filio Rachelis, duo diuersa nomina conuenerunt.
> Isa. 9.
> Nota pro Cõcionatorib⁹.

lis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis. C Et tamen idem met Puer, qui nomẽ habet Principis pacis, prę liatoris quoque, & raptoris nomen obtinuit, quæ sunt prima fronte contraria. Vnde dixit Dominus Prophetæ. *Voca nomen eius accelera, spolia detrahe festina prædare.* Quę cùm contraria sint prælium scilicet, & pax, utique Propheta cùm unũ prius Puero pacis nomen attribuisset, aliud nomen belli à primo longe diuersum non adhibuisset; & tamen hoc secundũ adiecit. Nec ab re. Licet .n. inter se hęc nomina disparia, imò uerò contraria existant; in re tamen non sunt, sed unum aliud includit. Messias enim futuros erat *pax nostra*, qui (ut ait Paulus) *fecit utraque unum:* ad quam pacem obtinendam, passionis suæ prælium requirebatur, in quo prælio mors in uictoria absorberetur. Atque ita, uocatur quidem *Princeps pacis*, quia *pacificauit per sanguinem crucis eius* (ut ait Apostolus) *siuè quæ in terris, siuè quæ in Cœlis sunt*; & *detrahens Spolia* nominatur, quæ enim (peccato mediante) à filiorum Dei hæreditate rapta sunt spolia, pijssimo suo cruore & *liuore quo sanati sumus*, Isa. 9. ab inimicorum manibus sunt detracta. Quapropter rectè & *Princeps pacis*, & *spolia detrahẽs*, debuit nominari. Huius similia multa in scripturis extãt, ut patet de Iacob, & Abraham: quorum primus, quia fratris futurus erat supplantator, *Iacob*, primò nomen habuit. & postea D cùm Angelum in lucta (etsi eneruato fæmore) uicisset, *Israel* (id est præualens Deo) gloriosum nomen obtinuit. Secundus uerò, imminuto litterarum numero, *Abram* uocatus, credẽs Deo, adaucta sibi propter credulitatem littera, in filij immolatione, *Abraham* meruit nominari, *Id est, Pater multarum gentium.* Sic quoque & non aliter in pręsenti. Nam Christus, & Pastor, & ostium dicitur. Vnde Augustinus Tract. 46. in Io. cap. 10. agens de ostiario ait. *Huic ostiarius aperit: cui aperit. Pastori. quid aperit Pastori? ostium. Et quis est ipsum ostium? ipse Pastor. Nunquit si Dominus Christus non exposuisset, non ipse dixisset, ego sum Pastor, et ego sum ostium, auderet quisquã nostrum dicere, quòd ipse Christus sit, & Pastor, & ostium? si enim diceret ego sum Pastor, & non diceret ego sum ostium; quæsituri eramus, quis esset ostium, & fortè aliud putantes, ante ostiũ remansuri, gratia illius & misericordia nobis exposuit pastorẽ, se ipsum dixit, exposuit ostium, se ipsum dixit.* Et infra trac. 47. ait, Christum dici ostium, & ostiarium, eundemque per se ipsum intrare. *Nos (inquit) Christum prædicamus, & ideò intramus per ostium, Christus autem Christum prædicat, quia se ipsum prædicat, & ideò Pastor per se ipsũ intrat. lumẽ cũ alia monstrat*

Messiæ mors necessaria fuit ad obtinendam pacem mundo.

Iacob quare habuit diuersa nomina.

Abrahæ, quare adaucta fuit littera.

D. August.

Pulchræ comparatiões de Christo.

A *strat quæ uidentur in lumine, nunquid aliquo alio indiget, ut mõstretur lumen ergo & alia demonstrat, & se ipsum.* Et post multa exempla, tandem subdit. *Sic & Christus prædicat se. si prædicat se, & prædicando intrat ad te, per se intrat ad te, & ad Patrẽ. ipse est ostium, quia nõ est quà uenitur ad Patrem, nisi per ipsũ: unus enim Deus, & unus mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus.* Et tandem infra concludit dicens. *Tenete ergo, quomodo Dominus Iesus Christus, & ostium sit & Pastor: ostium pandendo se, Pastor intrando per se.* Hæc Augustinus. Christus ergo, & Pastor & ostium dicitur, propter diuersa. Pastor, quia nostri curam gerit, ducens & reducens, iuxta illud Prophetæ: *in pascuis huberrimis pascam eas*; Similiter etiam dicitur ostium, quia omnia nobis reserata sunt, nisi ueniat ipse, & per eum tanquam per ostium ad diuina intelligenda mysteria ingrediamur. unde ipse ait. *Nemo nouit filium nisi Pater, & Patrem quis nouit nisi Filius, & cui uoluerit filius reuelare?* & Ioan. 1. *Deum nemo uidit unquam*, ueruntamen (adaperto ostio, & filio in carne ueniẽte) *Vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse narrauit.* Quoniam per eum, tanquam per apertum ostiũ, abscondita nobis ab origine mũdi arcana, penetrauimus. Est igitur Christus Pastor & ostiũ. Nec mirum, quòd hęc tam diuersa illi conueniant. Multa namque quæ in hominibus dis-
B persa sunt, ea in Christo unita sunt; & quę diuersa, ea Christo, uario modo cõsiderata, conueniunt. Qui enim infinitè distãtia, substantialiter sibi unire potuit, ut sunt Dei hominisq; natura, idem ea nomina quæ prima fronte inter se obuersantur, propter diuersa quæ ei competunt, potuit applicare. Ostiũ igitur Christus est, non quodcunque, sed ostium uerum.

> Christus propter diuersa, Pastor, & Ostium nominatur.

> Ioan. 1.

> Nota.

> Multa quæ in hominib' sũt dispersa, ea unita in Christo reperiuntur.

> Christus est ostium uerũ.

Et sciendum, quatuor ostij speciem falsò habuisse, quæ fælicitatem promittebant, & lætum ad quietem ingressum. Primum quidem ostium fuit Deorum falsorum cultus. Secundũ studium sapientię, seu Philosophiæ. Tertium lex Moysi. Quartum, Hæreticorum dogmata. sed iniqua sanè & praua extitere ostia ista (si tamen ostij nomen quandoque meruerunt Primum enim, ostium non fuit ullo pacto, quippe qui tantùm ab fuit ut ad Fęlicitatem duceret, ut potius, una cum suis cultoribus perpetuo gehennæ carceri addiceretur. Neque secundùm, studium scilicet Sapientiæ, uel Philosophiæ, ullo modo ueri ostij nomen, potuit retinere. Etsi enim, ut formatiuũ honestę uitæ, & comparatiuum ęternæ fælicitatis, Philosophi sapientiæ studium esse uolebant; tamẽ cùm finis hominis sit supernaturalis, ad cuius non modò assecutionem, sed neque etiam cognitionem, Philosophia aspirare potest; ideò nullo pa

> Quatuor habuerunt speciẽ ostij, sed falsò.

> Quale fuerit ostiũ primũ.

> Quale secundum.

cto

Quale fuerit tertiũ ostiũ.

cto ostij nomen assequi meretur. Nec tertium lex. s. Moysi: *Nihil enim ad perfectum perduxit lex*, neque unquam potuit legis ostium quenquam Iustificare, sed neque beatificare. quartum Similiter Hæreticorum ostium, non ostium, sed labyrinthus potius debet appellari: cùm per eum ingrediétes, nec unde ingressi fuerint, aut quà egredi opporteat, cognoscant; sed ambulant in tenebris, quoniam lux (quæ quoque ostium est) non est in eis. Sed de ijs ostijs, pulchrè habet Augustinus tract. 45. in 10. c. Ioan. ubi in principio sic ait. *Dicant ergo Pagani, benè uiuimus. Si per ostium non intrant, quid prodest eis? unde glo riantur? Ad hoc enim debet cuique prodesse uiuere, ut detur illi semper uiuere: nam cui non datur semper uiuere, quid prodest benè uiuere? Quia nec benè uiuere dicendi sunt, qui finem benè uiuendi, uel cæcitate nesciunt, (ut sunt gentiles) uel inflatione contemnunt, (ut Philosophi) non est autem cuiquam spes uera & certa semper uiuendi, nisi agnoscat uitam, quod est Christus, & per ianuam intret in ouile. Quærunt ergo plerumque tales homines, etiam persuadere hominibus ut benè uiuant, et Christiani non sint. per aliam partem uolunt ascendere, rapere, et occidere, non ut bonus Pastor, conseruare, atque Saluare. Fuerunt ergo quidam Philosophi, de uirtutibus et uitijs subtilia multa iactantes, diuidentes, definientes, ratiocinationes acutissimas concludentes, libros implentes, suam sapientiam bucis crepantibus uentilantes, qui etiam dicere, auderent hominibus, nos sequimini, sectam nostram tenete, si uultis beatè uiuere; sed non intrabant per ostium, perdere uolebant, mactare, et occidere. Quid de istis dicam? Ecce ipsi Pharisæi, legebant, et in eo quod legebant, Christum sonabant, uenturum sperabant, et præsentem non agnoscebant. Iactabant se etiam ipsi inter uiuentes, hoc est inter sapientes, et negabant Christum, et non intrabant per ostium. Ergo et ipsi si quos fortè seducerent, mactandos, et occidendos non liberãdos succederent. Et hos dimittamus. Videamus illos, si fortè ipsi intrant per ostium, qui ipsius Christi nomine gloriantur. Innumerabiles enim sunt, qui se uidentes, non solũ iactant; sed à Christo illuminatos uideri uolunt. sunt autem Hæretici. fortè ipsi per ianuam intrauerunt? absit. Sabellius dicit, qui Filius est, ipse est Pater, sed Filius non est Pater. non intrat per ostium qui Filiũ dicit Patrem. Arrius dicit, Aliud est Pater, aliud est Filius; rectè diceret, si diceret, alius, non aliud. Quando enim dicit aliud, ei contradicit à quo audit, ego et Pater unum sumus. Nec ipse ergo per ostium intrat. Prædicat enim Christum qualem sibi fingit, non qualem ueritas dicit. Nomen habes, rem non habes. alicuius rei nomen est Christus; tene ipsam rem, si uis prodesse tibi*

Hereticorum ostium, non ostiũ, sed labyrinthus appellãdus est.

D. Augu. elegans sententia.

Nulli est uera uiuendi spes, nisi Christum agnoscat.

Philosophi quibus nihil profuit sua sapientia.

Hæretici non intrãt per ostium.

Error Arrij, quod Christ[9] filius Dei, nõ sit Patri consubstantialis.

nomen,

A *nomen, alius; Nescio unde sit, sicut Fotinus, Christus homo est (inquit) Deus non est. Nec ipse intrat per ostium, quia Christus et homo, et Deus est. Et quid opus est multa percurrere, et multa uana hæresum enumerare? hoc tenete. Ouile Christi esse catholicam ecclesiam. quicunque uult intrare ad ouile, per ostium intret, Christum uerum prædicet, non solùm Christum uerum prædicet, sed Christi gloriam quærat, non suam.* Hæc Augustinus.

Fotini error, quòd Christ' sit homo, nō autem Deus.

Ex quibus, uaria uidimus, quę cùm ostia non essent, falsò sibi ostij nomen assumpserunt. Christus autem non sic est ostium, sed est hostium uerum, humile, & depressum, per quod qui summissè introierit, saluabitur.

Quicumque ergo illorum, siuè gentilis sit, aut Philosophus, Iudæus, aut hæreticus, dum falsò sibi ostij nomen usurparunt, in Christi ostio offenderunt. Gentilis quidem & Philosophus; dum ueros suos, & uiuentes Deos posuerunt. Vnde Rex ille deceptus apud Daniel. c. 14. Bel uti uiuentem Deũ, paratas, oblatasque sibi impensas comedere putabat, dicens Danieli: *An non uidetur tibi esse Bel uiuens Deus? An non uides quanta comedat, & bibat quotidie?* ij ergo in ostio Christi aberrantes, omnino confringebantur. Similiter etiam & Iudæi in hoc Christi ostio corruerunt, dum Moysi danti legem,

Omnes Hęretici, à uero ostio Christi aberrant.

Dan. 14.

Iniquorum Prophetarũ dolus.

B non Christo fidebant, unde dicebant: *Scimus quia Moysi loqutus est Deus, hunc autem unde sit, nescimus.* Quod sanè pulchrè 1. Reg. 4. præfiguratum fuit in Eli, *qui audito nuncio quòd capta esset Arca Dei, cecidit retrorsum de sella super quam sedebat ante ostium, & fractis ibi ceruicibus, mortuus est.* Hi nāque zelum habentes legis, in Mosis arca, ac lege, omnem suã spem obtinendæ salutis collocauerunt; quo factum est, ut de sella huius uanæ fiduciæ corruentes, in Christi ostio fractis ceruicibus impigerint. Et ideò Paulus de ijs loquens dicebat. *Prædicamus Christum, et hunc crucifixum, Iudæis quidem scãdalum gentibus autem, stultitiam.* Similiter etiam & Hæretici in Christi ostio corruunt, quod (sicut iniqui illi Sodomæ, & Gommorrhæ) iusto Deo Iudicio, interna mentis cæcitate percussi, inuenire non ualent. Hi igitur omnes (licet iniqum) ostium tamen suum habuerunt, per illud ad eorum placita intrauerunt, & fiducialiter domos suas ingressi (ut accidit misero Isboseth Filio Saul) sopitè in eorum uolitis recubuerunt, ac dormierunt, debili puella relicta (id est fragili ratione, ac motiuo) fores, ostiumque seruante. ut inquit D. Gregorius 1. Moral. 36. quo factum est, ut ab inimicis superuenientibus, nō custodito ostio, fuerint interempti. Non sic autem fuit ostium Christi.

Iudæi fidunt Moysi, nō autem Christo. 1. Reg. 4.

Eli, cùm audita captiuitate Arcæ Dei cæcidit retrorsum, quid mysticè significet.

Isboseth dormitio, qd sit, & quid reprę sētet eius ancillula purgās triticum.

Christi. *Sed beatus erit qui non fuerit scandalizatus in eo.* Hoc enim ostium mirabile, *Ostiarius aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit.* Per hoc ostium, seu per hanc portam, intrabunt Iusti dicente propheta: *Iusti intrabunt per eam.* Et fælix ouis, *ingredietur enim & egredietur, & Pasqua inueniet.* C

Nota cur Xp̄s in Euāgelio tocies ostij nomen repetijt.

Pharisęorum superbia.

Quoad quartùm, cur se Christus tocies ostium appellet, Notandum est, quater Christum (ut dictum est supra) ostij nomé hoc Ioánis loco repetijsse. Primis enim duabus uicibus, id fecit contra Iudæos, duabus uerò ultimis, pro cæco, & in fauorem eius. Et quidem putabant Iudæi, ipsos esse ueros Magistros, Prædicatores atque doctores, & præter eos, neminem esse alium, à quo & ueritatis intelligentia, & sana doctrina posset hauriri; quapropter solos eos esse audiendos tanquam ueridicos; alios autem ad ipsos non uenientes neque addiscẽtes, deceptos, allucinatos, tandemque quasi à ueritatis ostio aberrantes, uti cæcos, à Iudæorum consortio, & à Synagoga esse reijciendos: quippe qui essent extra ouile, nec ueros Pastores, & Doctores sequerentur. Atq; ideò quia cæcus non audiuit eos, sed Christum, quem Doctorem non admittebant; propterea tanquam cæcum, & deceptum, ab ouili, id est à Synagoga eiecerunt. Christus ergo uolens redarguere eos, dum se primò bis ostium nominauit, se Pastorem unum à Patre missũ ostendit (iuxta illud, *Suscitabo super eas Pastorum unum seruum meum Dauid* Ezech. 34.) *Ipse pascet eas, & ipse erit eis in Pastorẽ.* eos aut non esse Pastores, sed raptores, nec ouilis ostium, sed macelli. Se igitur ostium dicit doctrinæ. Et quoniã Pharisæi non intrauerunt per ipsum, ideò potius ipsi sunt extra ouile, cùm Christum qui ouilis uerum ostium est, non uiderint, nec per ipsum ad ueritatis cognitionem fuerint ingressi. Cæcum uerò ex hoc iam deffendit dicens, eum non esse cæcum, neque extra Synagogam & ouile esse mittendum: quippe qui Doctorem inuenit Iustitiæ, à Deo promissum, ostium reperit qui est Christus, tandemque per ipsum clarissimis fidei oculis ingressus est, media illa confessione, dum dixit, *Credo Domine.* Propter hæc igitur omnia, toties Christus ostij nomen uoluit iterare, ut & Pastorem se faceret, alios falsos excludens, & cæcum uidentem, ueritatemque agnoscentem, & pariter Iudæos uidentes sibi uidere, allucinatos cæcosque esse ostenderet, & à ueritatis ostio, quod ipse erat, aberrãtes. ut impleretur illud Christi, *In Iudicium ego in mundum ueni, ut qui non uident* (sicut erat cæcus) *uideant, & uidentes* (ut Pharisæi) *cæci fiant.* sed de his inferius latius disseremus.

Cur Cæcus à natiuitate fuit eiectus à Synagoga.

Ezech 34. D

Christus Cæcũ defendit cõtra Iudęos.

Circa Quintum breuiter aliquas ostij (qui Christus est) conditio-

A ditiones exponemus. habet autem ostium hoc multas proprietates. Primò quidem altum est; quoniam non qui terrena, & infima, sed qui alta sapiunt, & quæ sursum sunt (cum Apostolo) quærunt, per ipsum ingrediuntur. Secundò est humile; neque enim admittit quemquam per ipsum transire superbum: *Superbis namque resistit Deus humilibus autem dat gratiam*, Et sanè humile fuit ostium hoc, Deo Patri, dicēte de se eodem Christo. *Ego honorifico Patrem meum*, & alibi; *Quæ placita sunt ei facio semper*: humile terrenis parentibus dicēte de eo Euangelista *Et erat subditus illis*: humile cum discipulis, ipso de se testante, *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde*. Humile Inimicis ipsum percutientibus, Narrante Propheta, *Genas meas dedi uellentibus, faciem autem meam non auerti à conspuentibus*. Tertiò ostium hoc est unicum, Patri Deo, Matri uirgini, & nobis. Deo patri, quoniam de illo dicit, *Filius meus et tu, ego hodie genui te*, & alibi: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui ipsum audite*. Est unicum matri, quia de eo dicit Euangelista *Peperit filium suum primogenitum*. Vnicum tandem nobis, quia *propter nos homines, et propter nostram salutem* (ut dicitur in Symbolo) *Descendit de Cælis, Non enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehēdit* unde benè Isaias dixit, *Puer natus est nobis, et filius*
B *datus est nobis*, Et Angeli Pastoribus cantantes dixerunt, *Annuncio uobis gaudium magnum, quia natus est uobis hodie saluator*. Vnicum sanè nobis fuit ostium quia *Per ipsam* (ut ait Paulus) *Accessum habemus ad Deum*; Vnicum nobis, quia *non est aliud nomen sub Cœlo datum hominibus, in quo opporteat nos saluos fieri*. Quartò hoc ostium, est angustum. Neq; enim per ipsum aditus datur opulentis, & pinguibus huius sæculi, ij nanque nimijs cupiditatibus, ac uoluptatibus terrenis adeò impinguantur & dilatantur, ut nullus ferè ipsum capiat. *Arcta est enim uia quæ ducit ad uitam, et pauci sunt qui intrant per eam*. Angusta sanè porta, & compressum ostium est. debet enim qui uult Cœlum ingredi, ab immodica rerum terrenarum cupiditate animum restringere, & coarctare. Quintò est abiectum, & uile hominum existimatione. ea namque maximè apud Matthæū Christus commendat, quæ prima fronte ualde hominibus aduersatur. Sextò est ostium Vniuersale, & omnibus patens. unde Ioannes dixit, *Vidit ostium apertum in Cœlo*. Apoch. 4. Et Paulus ait, *Vult omnes homines saluos fieri*. Et Christus de se ipso dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego refficiam uos*. Septimò est ostium singulare. Quoniam licet omnibus pateat; electis tamen particulare, ac

Multæ sunt ostij proprietates, q̄ omnes numerantur, & Christo attribuuntur.

Ostium altū est Christus.

Ostiū humile est Christus.

Ostium unicum est Christus multipliciter, Patri scilicet, Matri, & nobis.

Matth. 7.

Isa. 9.

Ostium angustum est Christus, & qūo.

Ostium abiectum prima fronte est Christus.

Ostiū uniuersale est Christus.

Apoch. 4.

Ostiū singulare est Xps, qbus, & quomodo.

Ostium antiquissimũ est Christus per fidem eius.

ac singulare ostium est, quoniam ipsi solùm *Vitam æternam possidebunt*. Octauò, est antiquissimum. Sola enim fides uenturi mediæ, à mundi nascentis exordio, ad salutem obtinendam ualuit. Vnde Ioannes dicitur, *Vidisse agnum occisum ab origine mundi*. Nonò, ostium Christi est discretiuum. In eo enim fures, raptores, seu mercenarij, à ueris Pastoribus dignoscuntur. atque ueluti uadum illud Iordanis per quod solùm iter facturi multi, Euphratæi inimici, à Populo Dei electo Israel scilicet, in loquutione discernebãtur. Decimò, est inexpugnabile, *Contra quem fremuerunt quidem* Vt ait Propheta, *Gẽtes, & populi meditati sunt inania*; sed non præualuerunt: unde idem Propheta ait. *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel, Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi*: Vndecimò. Est ostium seruatiuum. ibi namque oues & à temporum iniurijs, & ab aliarum ferarum ac bestiarum furijs, præseruantur, & liberantur. Duodecimò & ultimò. Ostium est id quod in prima facie, seu prospectu domus uidetur. Atque ita accedentes ad Ecclesiæ domum, ipsamque ingredi cupientes, necesse est habere Christi fidem, per quam ueluti per ostium (& nõ aliter) ad Patrem nobis aditus patefiet, dicente de se eodem Christo: *Nemo uenit ad Patrem nisi per me. & iterum: Per me si quis introierit, saluabitur*. C

Ostiũ discretiuũ est Xp̃s, quoniam discernit ueros Pastores à falsis.

Pulcra Christi comparatio.

Ostium Christi est inexpugnabile.

Ostium Christi est seruatiuum.

Quod primò uidetur in ædifitio Ecclesiæ est Christus, & quomodo.

Christus quõ sit Ostiũ, Ostiarius, se aperiat, & per se ingrediatr.

Vltimo loco uidendum est, quomodo Christus ostium cũ sit, & ostiarius, per ostium ingrediatur? illud dubium facit in hoc, Quoniam ostium uia est, uia autem non per se ipsam intrat, aut pergit, similiter & ostium ab Ostiario clauditur, & aperitur: Si ergo Christus ostium est, dicente eodem (ut uidimus in textu paulo ante) *Ego sum ostium*; utique ostiarius nõ est: sic enim per se ipsum pergeret, seu intraret, & se ipsũ aperiret. Sed nihil horum est inconueniens, ut & idem sit aperiens, & apertum. sicut etiam (ut ait Augustinus tract. 46. in Ioan.) *Solemus uidere Pastores sedere super petram, et inde commissa sibi pecora custodire. Vtique melior est Pastor quàm Petra supra quam sedet Pastor, et tamen Christus et Pastor, et Petra est. totum hoc secundùm similitudinem. et eundem debemus accipere et ostium esse et ostiariũ. Nõ ergo, inquit, pigeat nos fratres eundem accipere ostium, eundem ostiarium. quid enim est ostiũ? quò intramus. Quis est ostiarius? qui aperit: quis ergo se aperit, nisi qui se ipsum exponit? Ecce Dominus dixerat ostium, non intellexerunt; quando non intelleximus clausum erat, qui aperit, ipse est ostiarius. Nulla est ergo necessitas aliquid aliud quærere, nulla necessitas, sed fortasse est uoluntas: si est uoluntas* D

D. August.

tas

A *tas, noli exorbitare, noli à Trinitate discedere, si personã aliquã quæris ostiarij: Spiritus Sanctus occurrat non enim dedignabitur Spiritus Sanctus esse ostiarius, quando ipsum ostium esse dignatus est Filius.* Hæc Augustinus. Sed clarius tract. 46. nõ longè à Principio, Christum Dominum, ostium, & Ostiarium, & Pastorem, & ipsum per se ipsum intrare docet referens uerba Christi ad Petrum. *Cùm iunior* (inquit) *eras cingebas te, & ambulabas ubi uolebas, cùm autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, et ducet quò non uis. Et exposuit* (inquit) *Euãgelista, quod Dominus dixit hoc, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Ad hoc enim pertinet, Pasce oues meas, et animam tuam ponas pro ouibus meis, iam illud quod ait, Sicut nouit me Pater, et ego agnosco Patrem) quis nescit hoc? ipse enim noscit Patrem per se, nos per illum, quia ipse per se cognoscit, nouimus, quia et nos per illum etiam hoc nouimus, quia et hoc per illum nouimus ipse enim dixit: Deum nemo uidit unquam, nisi unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. ergo & nos per ipsum, quibus enarrauit. Itẽ alibi ait. Nemo nouit Filiũ nisi Pater, neque Patrem quis nouit nisi Filius, & cui uoluerit Filius reuelare? sicut ergo ipse per se nouit Patrem, nos autẽ per ipsum nouimus Patrem, sic intrat in ouile per se metipsum, & nos per ipsum. Ostium dicebamus per Christum nos habere ad*

B *uos: quare? quia Christum prædicamus: Nos Christum prædicamus, & ideò intramus per ostium. Christus autem Christum prædicat, quia se ipsum prædicat, & ideò Pastor per se ipsum intrat. Lumen cùm alia mõstrat quæ uidẽtur in lumine, nunquid aliquo alio indiget ut monstretur? lumen ergo, & alia monstrat, & se ipsum. Quæcunque intelligimus intellectu intelligimus, & ipsum intellectũ, unde nisi intellectu intelligimus? Nunquid sic oculo carnis & alia uides & ipsum? Quamuis enim uideant homines oculis suis; non tamen uident oculos suos. Oculus carnis alia uidet, se non potest; intellectus autem, & alia intelligit, & se ipsum: Quomodo ergo intellectus uidet se, sic & Christus prædicat se, si prædicat se, & prædicando intrat ad te, per se intrat ad te & ad Patrem.* Hæc Augu. Ex quibus & ostium Christum, & ostiarium esse cognouimus. Neque per alium ipsum ad Patrem ire, quàm per se, ut nos etiam per ipsum ad Patrem intremus.

Ostiarius ouilis Christi, est Spiritus Sanctus, ex D. Augustino.

Qui prædicat Xpm, ingressum habet p Christum ad eos quibus prædicat. Pulchræ similitudines.

DE OSTIARIO.

QVid per ostiarium Christus significauerit, uaria est inter Chrysostomũ, & Augustinum expositio. Ille.n. quẽ sequi-

Varia expositio inter Sanctos Patres,

quid nomine ostiarij intelligatur. D.Chrysost. D. August. D. Cyrillus.

sequitur Cyrillus lib.7. super Ioannem primo, Moysen arbitratur ostiarium esse ouilis Christi, quia per legem introducimur ad Christum: Iuxta illud Ioãnis 5. *Si crederetis Moysi, crederetis fortè, & mihi.* Hic autẽ, (ut superius tetigimus,) nomine ianitoris, Spiritum Sanctum uult significari, & rectè (meo iudicio) cui subscribit Theophylactus. Est enim ipse Spiritus Sanctus uerè ianitor, custos, & rector Ecclesiæ, est ille qui inducit discipulos in omnem ueritatem.i. Christum: est ille qui Fidei donum fidelium mentibus infundẽdo, ianuam aperit. i. Christi fidem, & cognitionem. Est etiam ille, qui ipsis met Pastoribus ostium aperit, dum in eius uirtute, ac nomine, in uerum ac mysticum Christi corpus, legitimam tradit potestatem.

Spiritus Sanctus, quadrupliciter aperit ostium Pastoribus Ecclesiæ.

Et quidem Spiritus Sanctus quadrupliciter Pastoribus Ecclesię ianuam aperit. Primò per illuminationem interiorem, docendo scilicet illos qualiter Dei oues regere, & gubernare debeant. nihil enim difficilius est Ecclesiastica gubernatione. Vnde à Diuo Gregorio. *Ecclesiarum gubernatio, ars artiũ, & scientia scientiarum* in suo Pastorali, cap. 1. appellatur. Vnde ad docendum oues, opportet Diuinas Pastores omnes, à Spiritu Sancto habere reuelationes, & illuminationes. Vnde D.Bernar.lib. 5. de Cõsideratione ad Eugenium in principio dicit de Pastoribus, *Nobis reuelauit Deus per Spiritum suum, ergo quæ supra sunt, non uerbo docentur, sed spiritu reuelantur.* Et serm.ad Conuer.dicit. *Inspirat Dominus, & dat intelligentiam spiritus Dei, ad ea quæ tum subditos, tum Prælatos facere opporteat, & eorum mentes ad ea quæ sunt Dei clarificat, ut non quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi edoceant, & quærant.* Secundò cõfortando eorum animos, & pectora sic corroborando, ut nulla sit difficultas, nulli incursus uel maximi & aduersi, ut cum Dei fiducia non resistant, & superent. Huc spectant multa Scripturæ testimonia, ut Exod.7. *Constitui te Deum Pharaonis.* Et illud Ezechie. 3. *Ecce dedi faciem tuam ualentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum. Vt adamantem, & ut silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie eorum.* Vnde de hoc Bernardus lib. 3. de Consideratione Prælatorum animos ad malis, resistendum describens ait. *Accingere gladio tuo, et gladio spiritus quod est Verbum Dei. glorifica manum & brachium dextrum, in faciendo uindictam in nationibus increpationes in populis: in alligando Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Sic facis, si hæc facis, honorificas ministerium tuum. Non mediocris iste Principatus: exturbare est hoc malas*

Primò per illuminationẽ docẽdo eos. D.Gregó. Ecclesiæ gubernationem, artem artiũ appellat. D.Bernar.

Secundo cõfortando.

Exod.7.

Ezech.3.

D. Bernard. Bonus Pastor, qualis esse debet, eiusq; proprietates.

A *las bestias à terminis tuis, quo greges tui securi in Pascua educantur. domabis lupos, sed ouibus non dominaberis, pascendas utique non premendas suscepisti.* Et addens proprietates Pastoris Ecclesiæ, ait, *factum superiorem dissimulare nequimus. sed enim ad quod omnimodis attendendum. Non enim ad dominandum inclinor. Nam & Propheta, cùm similiter leuaretur, audiuit: Vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes.* & ideo Paulus 2. Tim. 4. dicebat. *Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tēpus, cū sanam doctrinam non sustinebunt &c.* Tertiò, emolliendo subditorum animos, suauiter eorum corda liquefaciendo, ut facilè in eorum amoré, & reuerentiā, inclinent, eorumq; mandata mox sine intermissione opere compleant. Sic ait Hieron. lib. cont. Pelagia. dicens. *Quia prouidens Deus, Præcipientium nobis conspicit sudores, qui sudare eos voluit, idem ne defatigentur, subditorum animos mandatis eorum emollit, ut lubenti animo ēt ardua quæque sint præcepta, opere adimpleant.* Vnde cùm Populus Israel peccasset peccato magno, Idololatriæ, s iratus est Moses Populo, ipsūq; Dei zelo accēsus, gladijs de medio tollere nō est veritus, & dixit; Exo. 32. *Ponat uir gladium super fæmur suum: ite, & redite de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque*

2. Timo. 4. Tertiò emolliēdo animos subditorum. D. Hieron.

Exod. 32.

B *que fratrem, & amicum, & proximum suum. Feceruntque filij Leui iuxta sermonem Moysi. Ceciderūtque in die illa, quasi trigintatria millia hominum.* Quartò, & ult. Paternū eis affectum erga suos subditos communicando, & infundendo. Quo fit, ut cùm nil aliud quàm subditorū salutem curatam uelint Prelati; sic particulare, ac singulare eis donum ad curandos morbos ouium concedatur. Quod sepissimè accidit. Multos. n. uidere fuit afflictos, turbatos, & in vltimum ferè desperationis discrimen proiectos; qui non aliter quàm Prelatorum suorum consilijs, ipsorum plagis medelam imposuerunt. Propter quas rationes, non abs re Spiritum Sanctum, Christi ouilis ostiarium appellamus.

Quartò Paternum affectū erga subditos eis cōicando.

Multa, Pastoris, seu Prælati præsentia curantur.

Alij (ut Augustinus sicut diximus superius) ipsum Christum, & ostium, & ostiarium esse tradunt.

D. August.

Alij, ipsum Deum Patrem, iuxta illud Ioan. 6. *nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum.*

Aliqui Deū Patrem ostiū faciunt. Io n. 6.

D. Hier. super Marci 13. dicit, ianitoré cui præcepit Deus vigilare, esse Verbi Dei Prædicatorem, ut annuitur Matt 15. & Lucæ 19. vnde Ezech. 3. concionatoribus dicitur. *Quòd si dicente me, ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei; ipse quidem in iniquitate sua morietur; sanguinem autem*

D. Hieron. Matth. 15. Lucę 19. Ezech. 3.

suum de manu tua requiram. C

Alij Summũ Pont. Xp̃i oui. lis ostiaũ faciunt.

Alij tandem, Summum Ecclesiæ Pontificem, Iesu Christi interris Vicarium, ac D. Petri Principis Apostolorum legitimum successorem, ostiarium esse contendunt: cui ad aperiẽdum bonis, iniquisque claudendum, ætherei olympi claues à Domino conceduntur. Vnde Matth. 16. Petro Apostolorum Principi claues à Domino traduntur dum dicitur, *Tibi dabo claues Regni Cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in Cœlis.* Et licet Lutherus lib. suo quẽ condidit de Potestate Papæ, Caluinus lib. 4. institut. cap. 6. §. 4. & sequentibus, & similiter Magdeburgenses, Cent. 1. lib. 1. & 2. & cæteri omnes huius tempestatis Hæretici, hìc, præfactis scilicet Matth. 16. verbis, nihil peculiare Petro filio Ionæ promissum esse velint, quod multis, etsi futilibus inanibusq; rationibus confirment; certum tamen est, has ligandi, atque soluendi claues, Petro, & successoribus suis, verè fuisse concessas. Si enim Petro concessæ non fuissent, quare expressisset Dominus substantiam nominis particularis per illud (*tibi*) & postmodum, cur nomen Petri ipsi in natiuitate inditũ, pariter cum Patris nomine expressisset? Subiũgit enim, *Beatus es Simon filius Ionæ*, & statim vetus, & recens Petri nomen coniungens dixit ei, *Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro, et sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in Cœlis est: & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Et tibi dabo claues regni Cœlorum; et quodcunque solueris super terram erit solutum, & in Cœlis.* Petrus ergo qui Ecclesiæ persona realiter, & non (vt alij volunt,) Parabolicè representat, immediatè, & per se, ligandi, atque soluendi claues verè à Domino accepit.

Matth. 16.

Lutheri, & aliorum hæreticorũ error.

Ligãdi & soluendi claues D. Petro concessæ sunt.

D

Petrus Apost. Ecclesiæ personam realiter representat non autẽ parabolicè.

Quid verò per claues intelligatur, certum est apud Catholicos; soli enim hæretici insultantes veritati repugnant. Putant namque (vt Caluinus lib. 4. institut. cap. 6. §. 3.) per has claues, Ecclesiæ potestatem, ac principatum, non designari; sed solùm officium prædicandi Dei verbum, & colloquijs, homines ad Deum conuertendi.

Quid per claues Petro traditas intelligatur, & confirmatur ex clauium metaphora.

Nos verò & Catholici oẽs, per has claues, summã in oẽm Ecclesiã traditã ptãtem intelligimus. Quod ẽt ex clauiũ metaphora patet. Nam Isa. 22. dum vnius summi Pontificis depositio describitur, & alterius erectio, ac constitutio declaratur, hæc clarissima, ad rem nostram verba facientia legimus. *Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnã Præpositum Templi, & dices ad eum, Quid tu hic?* & infra:

Aptissimus locus scripturæ, ad probandũ Pontificis authoritatem. Isa. 22.

Expel-

A *Expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam te. Et erit in die illa, uocabo ſeruum meũ Eliacim filium Helciæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & poteſtatem tuam dabo in manu eius; & erit quaſi pater habitantibus Ieruſalem, & domui Iuda. Et dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat; & claudet, & non erit qui aperiat*. Quo in loco, per claues, non remiſſio peccatorũ, (quæ nulla ibi exprimitur) nec Verbi Dei miniſterium intelligitur; Sed uerus Eccleſiaſticus Principatus deſignatur. Vnde Iſa. 9. dr̃. *Et factus eſt Principatus ſuper humerum eius*. Cui communis accedit conſuetudo in humanis. Dum enim alicui debellanti Principi, ſubiectæ Ciuitates, curuis poplitibus ſe dedunt, in ſignũ enim ueræ ſuæ obedientiæ ſeu ſubiectionis, & ueri etiam Vincentis, & ſuperantis dominium, claues ipſi offerunt, & tradunt. Per hanc ergo clauium traditionem, Chriſtus Petro Apoſtolo, & legitimis ſuis ſucceſſoribus, ueram in totam Eccleſiam poteſtatem tradidit: cũ ligandi, ideſt præcipiendi (ligat enim & obligat qui præcipit) ſicut Matth. 23. dicitur: *alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt ea ſuper humeros hominum*; tum etiam pœnis alios reprobos afficiendi. Vnde illo Matth. 18. loco, *Quæcunque allegaueris ſuper terram &c.*

Conſuetudo humana, ut ciuitates in obedientiæ ſignum, claues Principi ſuo tradant.

Per clauium traditionem, quid Chriſtus Petro, & ſuis ſucceſſoribus conceſſit.

Matth. 23.

Matth. 18.

B (etiam hæreticis concedentibus (Excommunicationis cenſura intelligitur. Soluit igitur Petrus, & quicunque uerus Romanus Pontifex, dum remittit peccata, liberat per Indulgentias à pœna, diſpenſat in Lege, Votis, Iuramentis, ac ſimilibus obligationibus. Et ſimiliter ligat, dum quos indignos à fidelium conſortio iudicat, per Eccleſiaſticas cenſuras, & Excommunicationis ſentẽtias, à Sanctæ Romanæ Eccleſię gremio deijcit, ac depellit. Sed de his, latius Vide Ecchium, Roffenſem, Valdenſem, Caietanum in Opuſculis de poteſtate Papæ, & Nouiſſimè copioſius Robertum Belarminum pertractantem. 3. par. tom. 1. cap. 12. & 13.

Hæretici concedunt uelint nolint, excõicandi Poteſtatẽm eſſe in Papa.

Summi Pont. ptãs ad quot ſe extendat.

Ecchius.

Roffenſis.

Valdenſis.

Caietanus.

Robertus Belarmi.

D E O V I L I.

OVile, propriè eſt ipſa ouium congregatiò, & multitudo, certo aliquo loco ſub uno Paſtore degẽs. Grecè loco ouilis, habetur αὐλη ſignificatq; atrium, vel ſtabulũ, ſeptum, ſeu caulam, qua tam oues, quàm cętera animalia congregari, & aliquandiu manere conſueſcunt. Alioquin eſſet ταυ-τολογια dicere ouile ouium. Et ſignificat Eccleſiam credentium, & unionem fidelium, ut Hieronymus ſuper Mich.

Quid ſit propriè Ouile.

D. Hierony.

D. August. D. Cyrillus. Theophilac.

Mich. 2.& super Isai.65.& Augustinus super Ioan.tract.44. C & 47.& Cyrillus 7.super Ioa.6 & Theophilactus, cæterique tradunt.

Ouilis proprietates sunt quinque, quę omnes Ecclesię accōmodantur.

Et sanè ꝓprietates ouilis, pulcrè Ecclę accōmodantur. Ouile.n.sit cōmodū, & opportunū, q.nq; ꝓprietates desiderat.

Prima conditio ouilis.

Gen.22. Psal. 2. Psal. 71. Num. 24. Gen. 24. Matth. 28. Lucæ 24. Actor. 1.

Primò ut sit locus amplus, & benè & capax cunctarum ouium in ipso congregandarum. Sic Ecclesia, *a solis ortu usque ad occasum protenditur, extenditque ramos suos usq; ad mare:* & Propheta dicebat, *O Israel quàm magna est domus Domini quàm ingens locus habitationis eius*. & Gen. 22. benedicens Dominus Iacob dixit. *benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut Stellas cœli, & velut arenam quæ est in litore maris.* & Psal.2.*dabo tibi gentes hæreditatem tuā, & possessionem tuam, terminos terræ.* & Ps.71.*Dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine, vsque ad terminos orbis terrarum.* & num.24. dicitur. *Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel: vt Valles nemorosæ, ut horti iuxta fluuios irrigui: vt tabernacula quæ fecit Dominus, quasi cedri prope aquas. Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas* : vel (vt alia littera habet) *in gentes multas*. Et Gen.24.in persona Ecclesiæ, Christo vero Isaac desponsatæ, dictum est Rabeccæ. *Crescas in mille millia, & semen tuum possideat, portas inimicorum suorum.*& Matth.28.& Lucæ 24. D act.1.Discipuli, ad Euangelium omni creaturæ prædicādum mittuntur.

Vera Ecclesia, Catholica appellatur q.a amplect.ē omnia loca, tempora & personas. Isa. 49. Apoch. 5. Ephes.2.

Ex quo fit, ut vera Ecclesia, *Catholica*, id est vniuersalis appelletur, idque ob multas causas. Tum quia complectitur, & comprehendit omnia loca mundi, usque ad extremos terminos terræ, ut patet Isai. 49. Apochalip. 5. & Eph.2.*Ex omni tribu, lingua, & natione quæ sub cœlo est;* Tum etiam, quia ambit, & amplectitur omnia tempora, præterita .s.præsentia, & futura, quotquot in lege Naturæ, Mosis, & Gratiæ, agnouerunt, agnoscunt, & agnituri sunt viam veritatis. Et tertiò quia colligit omnes ordines, status, & sexus Iudęos, Græcos, Mares, & Fęminas; *cùm non sit personarum acceptio apud Deum, gloria enim, & Pax omni operanti bonū.* Rom.2.Tum denique, quia omnes saluandos colligit, vt Arca Noè. Cæteri enim omnes qui in Ecclesia non sunt, extra ouile, & caulam salutis morantes, pereunt. De qua re, luculentissimè scripserunt, Augustinus, in Epistola 78. & 80. ad Hesychium, & Epist. 170. ad Seuerinum, & Epistola 166. ad Donatistas, & contra Epistolam Manichæi, quam vocant fundamenti.cap. 4. & in lib.de vera Religione cap.7. Hieronymus

Rom.2. Ecclesia colligit omnes saluandos, vt Arca Noè. D. August. D. Hierony.

A nymus in Dialogo aduersus Luciferianos,& in cap.24.Matthæi.Theodoretus lib.de legibus,Tertullianus lib.contra Iudęos cap.3.Beda in cap.6.cantici canticorum. Et Vincentius Lyrenensis,in libello contra prophanas omnium hæreseon nouationes.

Theodoretus
Tertullianus.
Beda.
Vincentius
Lyrenen.

Verùm animaduertẽda sunt hìc tria,cũ Driedone,li.4.c.2. parte secũda de Ecclesiasticis dogmati. Primum,q; adhoc vt Ecclesia dicatur Catholica,nõ requiritur, simpliciter & absolutè loquendo, vt simul & semel, atque vno eodemq; tpe in omnibus mundi partibus aliqui fideles existant; sed satis est,ut fiat successiuè, dummodo uenturi, seu futuri fideles, ęandem veritatem creditam habeant, cum fidelibus præcedentibus.Ex quo fit, ut si in vna tantùm Prouincia esset modò fides, vel tempore Antichristi fides tantummodo esset Romæ (quod Aliqui probabiliter dixerunt) non esset illa fides,localis nominanda, sed verè catholica.Quoniam crederent illud idem, quod præcedens Ecclesia quæ erat in alijs partibus mundi credidit, & cum, illa continuaretur.

Nota cũ Driedone.
Non est simpliciter necesse,vt Ecclesia simul & semel sit ĩ oĩb° mundipartib.
Roma nunq̃ à fide cadet ẜm aliquos.
Si Christi fides esset tm̃ in. vno loco nõ iõ esset dicẽda fides localis, & quare.

Secundum.Quòd necessarium sit, esse modò Ecclesiam Catholicam actu in maioribus,ac pluribus mundi partibus. Nã (sicut etiã fatentur hæretici) cùm Ecclesia senuerit,amplius profectò crescere non potest,quantùm ad loca.Atq; ita
B restat,ut quantum ei accretionis fuerat tribuendum, id iam omne habuerit,quæ *extendit ramos suos vsque ad mare.* Sed quæ loca Orbis, Ecclesia occupauerit; non est hic ex professo differendi locus. Certum tamen est, tempore Irenæi, per omnes mundi Prouincias tunc cognitas, Ecclesiam fuisse diffusam. Sed de his lege eundem lib. 1. c.3. & D. Cypria. lib. de Vnitate Ecclesiæ,Tertullia.lib.contra Iudęos cap.3.Athanas. lib. de humanitate Verbi, Augustinum Epistola 78. & 80.ad Hesychium. Chrysost. & Hieronym. in cap. 24. Matthæi. Theodoretum lib. de legibus, Leonem Magnum, Serm.1.de SS.Petro,& Paulo,multosque alios,quos longum esset enumerare.

Ecclesia necessario reperitur actu in plurib. partibus mundi.
Ecclesia iã senuit,& (quãtum ad loca) ampli° crescere nõ potest.
Ecclesia tpe Irenæi. p oẽs Prouincias tunc cognitas erat diffusa.
D. Cypria.
Tertullia.
D.Athana.
D. August.
D.Chrysost.
D. Hierony.
Theodo.
D.Leo.

Notandum Tertiò ex August.lib.de Vnitate Ecclesiæ cap. 3.ad hoc vt Ecclesia *Catholica* dicatur, nulla tempora, loca, aut hominum genera excludere.Ex quo fit,ut vera,& Catholica Ecclesia,à Synagoga differat. Hæc enim uni tãtùm tempori,ad Messiæ scilicet aduentum,erat alligata; vni item loco, Templo scilicet Salomonis, vbi, & non alibi, fas erat Iudęis sacrifficare: Similiter etiam Tertiò,vni ac particulari nationi, familiæ nempe Iacob. Euãgelica verò Ecclesia,omnia loca, omnia tempora,omnesq; nationes amplectitur;Et pro

Nota ex D. Au. quot sint necessaria ut Ecclesia dicatur Catholica
In templo Salomonis, fas tantũ erat Iudęis sacrificare.
Ecclesia oĩa, tpa, loca, & nationes amplectitur.

Sectæ hæreticorum, non posſũt appellari Eccleſia.

pterea hæc eſt *Catholica*, illa aũt non. Neq; ſimiliter ſectæ aliæ, vt Mahumeti, Eutychetis, Neſtorij, & aliorum, Eccleſia Catholica poſſunt appellari. Licet enim per varia mundi loca hæc ſe venena diffuderint; nullo tñ modo Eccleſiæ Catholicæ nomine gaudent. Quoniam inter ſe nõ ſunt unum (ſicut mox infra declarabimus) imò ſibi inuicem aduerſantur. Quod pulchrè docuit Auguſtinus lib. de Paſtoribus cap. 8. dicens: *Eccleſiam eſſe vbique, & hæreſim vbique; ſed Eccleſiam eſſe unam, & eandem ubique; hæreſes uerò non eaſdem eſſe, ſed diuerſiſſimas, quæ ſe inuicem non nouerunt; atque ideo nullam earum eſſe Eccleſiam Catholicam.* Quare deſſicient ſtatim ac corruent, quippe qui non ſupra firmiſſimam Petram vnitatis fidei Chriſti fundatæ ſunt, ſed ſuper tenuem, & inconſtantem opinionum falſarum arenam, quæ mox à uentis hinc inde ſufflatę, & impulſæ, decident, ac corruent. Nec mirũ eſt, q̃ Hæretici, cũ multas amplaſq; Prouincias, ſpatioſa ſimiliter regna, ſuæ prauitatis lolio ſeminata habuerint, & habeant; nullum hactenus generale Concilium cogere, ac congregare potuerint. Cùm enim acephali ſint in Eccleſia, hoc eſt, Chriſti in terris vicarium, ſummumque Pontificem in caput non agnoſcant, ſine capite pergentes, nullum veritatis ſemen poterunt congregare. Quinimo inter ſe varij, & diſſentientes, inſtar uulpium Sãſon, in contraria pergentes (pro capitum varietate, & contrarietate) ſe ipſos concremant, & ſæpè ſæpius noſtras Chriſtianas aptas ſectu meſſes, uoranti igne inflãmant. Illud ẽt accedit; quòd non eſt dogma inter eos alteri ferè conforme. Quiſque *quæ ſua ſunt quærit*, eò cumulat omnia, vt ſuo dogmati valeat cohęrere, licet alijs obuerſentur. Quod idem alij faciũt; & quod primi vnum ſentientes confecerant, hoc ipſi contrarium tenentes, ſubuertunt. Quodq; peius eſt, dum ij aliorum errores reprehendunt, atque confundunt, ſe ſuoſque vident ab aduerſarijs confutari. Non ſic autem Eccleſia Catholica eſt. Namque quia à Spiritu ſancto regitur, per ueritatis uiam ſibi diuinitus demonſtratam incedit, inſtar ſunamitis pulchra & gratioſa Deo; atque ita quod à tempore Apoſtolorum (Deo dictante) accepit, per varia, ac diuerſa Concilia idem ſententia, tenuit, tandemque per Æcumenicũ Tridentinum Concilium, in vnitate fidei, & vera confeſſione conſeruauit.

D. Augu. Pulcra sẽtẽtia de hęreticorum, ſectis.

Sectæ hæreticorum, quia non ſunt fundatę ſuper firmam Petram quæ eſt Chriſtus, ideo corruunt.

Hæretici, nullũ hactenus generale Cõcilium cõgregare potuerũt, & quare.

Vulpes Sanſonis, ſimiles hæreticis, qui in varias partes pergunt.

Hæretici, ſibi ipſis ſunt contrarij, & quod vnus confirmat, alius negat.

Eccleſiæ conſtantia in ſancta doctrina retinenda.

Secunda conditio ouilis.

Secunda ouilis cõditio eſt, ut ſit circumcirca munitũ vallatũ, & benè ſeptũ aduerſus fures, & ferociſſimas beſtias. Sic Eccleſia, murum habet & ſepem firmiſſimam, ac munitiſſimam

A mam, quæ Catholicos, ab hæreticorum rabie, ac furijs tuetur, & protegit. Quamuis autem Ecclesia Apostolica, sepes habeat quæ sunt Dei, & Angelorum custodia, ut dicunt Hilarius super Matth. can. 22. & Hierony. super Isa. 5. est enim Diuina protectio seps, murusque firmissimus, iuxta illud Prophetæ. *Super muros tuos posui custodes tota die nō tacebunt*: nihilomninus hoc loco, per sepem, accomodatius Summorū Pontificum, & Catholicorum Episcoporum circulum perfectum, circumcingentem zonam, seriatam, continuatam, ac nunquā interruptam successionem, ab Apostolis ad hanc usque diem intelligimus. Est enim hæc summorum Pontificum & fidelium Episcoporum à Petro Apostolo usque modò continuata successio, instar firmissimi lapidei ambitus, quo Ecclesiæ ouile cingitur & vallatur. Estque ut alter *æneus murus* munitæ Ciuitatis Hierosalem Hier. 1. Alia insuper seps, est Diuina lex, & Decalogus (ut ait Hierony.) quo Pastor inter septa oues concludit. Licet autem primam & secundam sepem (ad tempus) habuerit Synagoga; non tamen sēper habuit. Quippe qui neglecto, imò persequto Deo, Angelorum sibi assistentiùm spretis uigilijs, sepem legis transiliens confregit, ac dissipauit. Vnde de ea dicebat per Hieremiam Dominus; *A Sæculo confregisti iugum, rupisti uincula*
B *& dixisti, non seruiam.* Et Christus Pharisæis in Synagoga dicebat: *Quare & uos trangredimini mandatum Dei propter traditionem uestram?* Gentilitas autem, nullam legis sepem habuit; sed instar pulli asinarij, sine freno ac iugo legis, hinc inde ab unius Idòli cultu, ad alterius falsi Dei uanā religionem discurrens, uagata est.

> Sepes multę sunt in Ecclesia.
> D. Hilarius.
> D. Hierony.
>
> Seps Ecclesię, est continuata series summorū Pontif. & Catholicorum Episcoporum.
>
> Hiere. 1.
> Seps ouilis Chisti est lex diuina.
> D Hieron.
> Synagoga habuit ad tēpus sepem Dei & legis, non tū semper.
> Hierem. 2.
> Gētilitas nullam habuit legem.
> Gentilitas similis est pullo asinario.

Ecclesia aūt Catholica, & Apostolica, nō sic est. Imò verò, pręter Dei, Angelorū, ac legis Euangelicę firmissimas sepes, quartā quoq; sepem habet summorū. s. Pontificū, & Episcoporū à D. Petro ad nos usq; continuatam, & nunq̄ interruptam successionē. Quæ munitissimæ sepis instar, ipsam in modum coronæ, ac Zonæ (ut diximus) exornāt, & cingunt.

Dicitur autem (præter multa alia) *Apostolica Ecclesia*, tripliciter. Primò, quia post Christum, super Apostolos fundata, ab eisdem originem habens, ad nostra usq; tempora diffusa est. Secundò, quoniam non noua, sed antiqua ac vetusta eorundem Apostolorum, sanctorum Patrum, ac Episcoporū doctrina imbuta est. Et tandē Tertiò, quia eorundem Apostolorum, summorum Pontificum, ac fidelium Prælatorum successione, ac perenni ministerio est roborata. Quam legitimam successionem, ac sepem, non intellexe-

> Ecclesia, dicitur Apostolica tripliciter.
> Primò.
> Secundò.
> Tertiò.

Hæretici non intellexerũt sepem Ecclesiæ, & ideo ipsam spreuerunt.
Driedo.

runt Hæretici, imò verò ipsam euertere eruere, ac destruere conati sunt. Quod eleganter Driedo, lib. 4. de dogmatibus varijs, & li. Apocry. his verbis tradidit. *sunt* (inquit) *hæretici, qui libenter audiunt, Ecclesiam Christi ibi esse, ubi est fides & verbum Christi, sed de legitima Episcoporũ successione, & Ecclesiastica potestate retinendi & remittendi peccatum, quæ à Christo in Apostolos, & ab Apostolis in solos Episcopos, & sacerdotes Secundùm seriem successionis descendit, audire contemnunt. Nescientes Secundùm scripturam, ueram Christi Ecclesiam, non posse esse in societate eorum, apud quos non est vera Christi cathedra, quæ & Petri, & Apostolica cathedra appellatur. Hæc autem non esse apud eos, quorum cathedræ, & Episcopatus, ab Apostolica cathedra non trahunt originem.* Cæterùm ij qui sepem Apostolicæ, & summorum Pont. successionis, in Petri cathedra infringunt, mordebuntur à Dęmone colubri tortuoso: *qui enim dissipat sepem* (ut ait Ecclesiastes, 10.) *mordebit eum coluber.* C

Ecclesi. 10.
Cur in Ecclesia debet esse Pontificũ & Prælatorum cõtinuata series.
Iudicum 17.

Quòd aũt seps ista, & hæc Pontificũ summorũ, ac fideliũ Episcoporum continuata successio, debeat esse in Ecclesia, patet. Debent enim homines edoceri circa illa quæ spectant ad cultũ Dei. Vnde si Michas, ut dicitur Iud. 17. conflato sibi aureo Deo, statim quęsiuit sacerdoté, qui quę ad ipsius honorem spectabant curaret, atque efficeret; multo magis in Ecclesia Apostolica, in qua uerus Deus adoratur, vera summorum Pontificũ, & fidelium Episcoporum successio esse debet, ne cultus Dei defficiat, deficientibus sacerdotibus; cùm Malach. 2. dicatur, *legem requirent de ore eorum.* Aliàs enim, si hæc uera successio Pontificum, & Episcoporum in Ecclesia defficeret, insurgentibus quotidie hæresum sectis, Christiana Fides languesceret. Sunt ergo Pontifices, & Episcopi fideles, ab Apostolis ad nos usqe continuata serie Ecclesiam sepis instar uallantes, sicut custodes illi Salomonis, in modum corronę thronum ipsius circundantes, *En* (inquit) *tronum Salomonis, 60. fortes ambiunt, ex fortissimis Israel. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Vnius cuiusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos* Cãt. 3. Huiusmodi siquidẽ Pontifices summi, & Apostolici Episcopi, & *gladium spiritus, quod est uerbum Dei* (prædicando) & gladium duplicis iudicij, temporalis, ac spiritualis, suo tempore, contra inimicos quietem veri Salomonis in Ecclesia perturbantes, Euaginarunt; & Excommunicationum, censurarumque gladio, putrida Ecclesiæ membra, à uiuificatis Fide, & Charitate pręciderunt. Sed quoniam hic nõ est D

Malach. 2.
Nisi essent in Ecclesia Sancti Pontifices languesceret Christiana fides.
Pontifices, & Episcopi fideles similes sunt custodibus fortissimis Salomonis.
Cant 3.
Gladius Pontificum & Episcoporum Ecclesiæ qualis sit.

scopus

A scopus noster, uideantur Doctores, vt Hierony. aduersus Luciferia. to. 3. & in Psal. 44. & August. et in eundem Psalmum super illud, *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij*. Item in Epistola 165. ad Generosum, vbi enumerat Pontifices à Petro usq; suam diem, & in Psal. contra partem Donati, & in lib. contra Epistolam fundamenti. & Cypria. Epistola 9. lib. 4. & multos alios.

D. Hieron. D. August. D. Cypria.

Tertia conditio ouilis est, ut habeat munitum, & bene opertum tectum, ne imbres, grando, nix, gelu, ac tempestates è cælo cadentes, mactent, & offendant oues. Sic Ecclesia, tectum habet vndequaque contegens, ac operiens. Hoc autem tectum, nil aliud est, quàm sanctitas Doctrinæ. Ecclesia enim (ut in symbolo hr̃) non solũ Catholica, & Apostolica; sed etiam *Sancta* appellatur. Quia nihil cõtinet nisi verum, nihil habet nisi immaculatum. Vnde Propheta dicit, Psal. 18. *lex Domini immaculata, &c.* quod de nullis alijs sectis affirmari potest, cùm omnes manifestissimos contineant errores, luce meridiana clariores.

Tertia conditio ouilis Christi.

Ecclesiæ tectum, est sanctitas doctrinæ.

Psal. 18.

Namque (ut à Iudęorum lege exordiar) quis ignorat, apud eos eorumque falsam Religionem, innumeros errores contineri? voluenti enim Talmud (quod ut ipsi aiũt, est Dei uerbum scriptum) innumerabiles errores occurrẽt. De quibus B legendus est Sixtus Senen. lib. 2. Biblio. sanctæ. Nam Rabbi, Salomon, quem ipsi tanti faciunt, super illud num. 28. *in Kalendis autem offeretis Holocaustum Domino*, Ipse, *Holocaustum Domini* uertit. Et narrat, peccasse dominum, dum Lunę lumen diminuit: atque ita, pro hoc Domini peccato, offerri ipsius holocaustum, ut dimittatur ipsi Deo hoc peccatum. Quam historiam, licet illo loco non narret, narrat tamen eam super Genes. 1. in illa uerba; *fecit Deus duo luminaria &c.* De paganis verò, eorumque falsa doctrina lege Augustinum lib. 7. de Ciuit. per totum, ubi huic rei accommodatissima reperies.

Iudæorũ [lex] multa fal[sa] continet.

Sixtus Senẽs. Rabbi Salomonis error, dũ dixit, Deũ peccasse. Num. 28.

Gen. 1.

Paganorum falsa doctrina.

D. August.

Iam verò ad antiquos Philosophos accedamus, & uidebimus, eorum non modò non sanctam esse sectam, sed etiam impiam extitisse. Quid enim nefandius, & execrabilius Massagetarum legibus, quibus morituri senes, à suis parentibus, & propinquis deuorari præcipiebantur? Quid iniquius institutis Persarũ, ubi incestæ nuptiæ cum Matribus, filiabus, sororibusque laudabantur? Et similiter Tibarenorum, ubi senes, ex altissimis turribus dari præcipites iubebantur? Sed quoniam hæc longum esset enarrare, videatur Theodoretus, lib. de legibus.

Philosophorum doctrina impia.

Massagetarũ leges nefandæ.

Tibarenorũ leges iniquæ.

Theodoret.

Quid

In Alcorano sunt innumera falsa. Mahumetus docuit Deũ & Angelos ꝓ ipso orare.

Quid verò de Mahumetana Secta dicemus? Vertāt Alcoranum, vbi (præter innumera falsa quæ ibi continentur) vnum illud alijs omnibus absurdius reperitur. Deum scilicet, & Angelos, pro Mahumeto orare. Et quis quæso non videt peruersam hanc legem? Quis in ipsâ, absurdissima non videt contineri? C

Montanistarum hereticorum, sacrificium execrādum.

Prætermittamus hæreticos, qui tantum abest vt sanctam aliquam sectam sequantur; ut potius nequissima dogmata fuerint sequuti. Montanistæ enim, teste Augustino, hæresi 27. ex infantis anniculi sanguine sacrifficium faciebant, cuius pueri corpus (æreis aciculis minutissimis illatis vulneribus) immani crudelitate exprimebant.

D. Epipha. Gnosticorũ impia doctrina.

D. August. Theodoret.

Refert Epipha. hæresi 26. Gnosticos hæreticos docuisse: debere homines in omni luxuria exerceri; ita tamen, ut non sequeretur fetus, qué (si fortè sequebatur) ex prægnantiũ vteris extrahebant, mortario tundebant, tandemque melle, & pipere conspersum, deuorabant. De quibus omnibus, & alijs, lege Augustinum, hæresi 26. & 46. & Epistola 50. & Theodoretum, lib. 4. de hæreticis fabulis. Cùm ergo hæ omnes sectæ, aliæque plurimæ, quæ seriò prætermittuntur, infinitos in se contineant errores; sola Ecclesia nullum in se turpe, nullum iniqum continet, nullum in se repugnās dogma habet, etsi multa supra rationem contineat. Sola nostra Ecclesia Apostolica, catholica, & Sancta est, quæ tectum hoc habet Sanctæ doctrinæ, vt docét Felix in Octauio; Tertullianus, in Apolo. c. 36. & sequentibus, Iustinus in vtraque Apologia: Augustinus lib. de Ciuit. Dei, & D. Thō. in lib. contra Gentes. Sola ergo Ecclesia est, quæ tectum hoc, & firmum operculum habet. *nihil* (inquit Augustinus lib. 2. de Ciuit. Dei ca. 28.) *& Christianis Ecclesiis turpe, & flagitiosum spectandum, immitandumque proponitur; vbi veri Dei aut præcepta insinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia postulantur.* Nec solũ operitur Ecclesia sancta sanctitate doctrinæ; sed etiam sanctitate vitæ. Quippe Magistros primò habuit Patriarchas, & Prophetas, deinde Apostolos, Doctores, & Pastores, qui sua doctrina aduersus hæreticos, tanquam contra ferocissimas hydras, dimicarunt, & igne Zeli, ac Diuini amoris, hæresum nascētibus, ac insurgentibus præcisis capitibus, Herculeo more cremarunt. Vnde Augustinus lib. 2. in Iulianum de Catholicis Episcopis ait. *Isti sunt Episcopi, & Pastores, Docti, graues, Sācti, veritatis acerrimi deffensores, qui Catholicam fidem in lacte suxerunt, in cibo sumpserunt, cuius lac, & cibum, paruulis, magnisque ministrarunt.* D

Ecclesia nihil in se turpe continet.

Fœlix. Tertullia. Iustinus Martyr. D. August. D Thom.

Ecclesiæ magistri, qui, & quales fuerint.

D. August.

A *strarunt. Talibus post Apostolos, Sancta Ecclesia Plātatoribus, Tutoribus, rigatoribus, edificatoribus, Pastoribus, nutritoribus creuit.* Hoc quidem est magnum tectum, altum & sublime doctrina & Sanctitate; pressum tamen, & demissum humilitate, quod Infideles, & heretici nunquam habuerunt. Quoniam habuerunt sanè in suis sectis doctores; sed tamen elatos, & superbos.

Et quidem, vt de paucis dicamus, Theobutes (vt refert Egesippus apud Eusebium lib. 4. hist. c. 22.) quia ab Episcopatus assequtione repulsus est, initiò Primus Ecclesiam Dei cępit diuexare. Montanus (vt ait Theodore. lib. 3. de Hæreticis fabu.) ambitione nimia tactus, in tantam dementiam elatus est, ut se Spiritum Sanctum, nominaret. Sabellius (ut ex Epipha. hæresi 57. patet) demens factus, se Mosen; fratrem verò suum, Aaronem vocauit. Superba sanè fuerunt hęc tecta, *et euanuerunt in cogitationibus suis.* Tectum verò ouilis Christi, altum quidem est uitæ integritate, & Sanctitate (vt diximus) sed cliuum, & demissum humilitate; ante oculos semper verbum illud Apostoli habentes, *humiliamini ergo sub potenti manu Dei, vt uos exaltet in die visitationis eius.*

Eusebius. Hęreticorū, quis primò Dei ecclesiā uexare cępit. Theodo. Montanus, se Spiritum Sanctum nominauit. Sabellius nominauit se Mosen, fratrē uerò suū appellauit Aaronem. D. Epipha. Tectum ouilis Christi, est altum, & cliuum.

Quarta ouilis conditio est, ut ceruos habeat ligneos, seu cornuta sustentacula, quibus signa tecti innitantur, & sustententur, ut vniuersa moles ouilis cōsistat. Sic Ecclesia, furcinas habet, ceruos, & ueluti lignea cornua, quæ sunt miracula, fidem ędificij Christi sustinentia, & sustentantia: quibus adeò Religionis Christianæ structura firmiter hæret & innititur; vt ex his, Christi Diuinitas dilucidissimè demonstretur, fidelium sanctitas, quæ ea operantur, elucescat, veritas Euangelicæ doctrinę irrefragabiliter cōprobetur, & mysteria nostræ fidei robur, firmitatem, credibilitatemque apud omnes gentes acquirant: ita ut per illa, *testimonia Domini*, idest Euangelica documēta, *credibilia facta sint nimis.* Vnde Grego. 27. mor. c. 8. dicit. *miracula sunt in deffectum probationis, & sunt auxilium rationis humanæ, ut assentiat alicui veritati.* Nec ab re sanè, Christi miracula, in cornutis furcinulis, seu ligneis ceruis figurantur Christus namque cornua habere dicitur: de eo enim dicit sponsa, *similis est dilectus meus capræ hinnuloque ceruorum super montes aromatum.* & agno etiam *habenti cornua septimo* apoch. 5. In manibus quoque Christus cornua habet; de eo enim Abach 3. dicitur: *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.* Quē locū, licet rectè de passione Domini interpretentur Cyprianus lib. 2. contra Iudæos. c. 21. & in serm. de passione domini

B (margin) Quarta ouilis conditio. D. Greg. Cant. 6. Apoch. 5. Abach. 3. D. Cypria.

ni

D. August. ni: Eusebi. lib. 6. de demonstra. cap. 15. Augustinus 18. de Ciuit. ca. 31. & Hierony. in Habach; nos temen conuenienter per cornua in manibus Christi, eius miracula, & operationes intelligere possumus, quibus in ipsius Christi fortitudinem, Diuinitatem, & perfectam cognitionem deuenimus: & quæ uerbo prędicauit, superuenientibus signis, atque miraculis, amplectimur, & suscipimus. C

Cornua in Christi manibus quid sint.

Miracula Xpi demonstrant ipsũ esse Deũ multipliciter.

Demonstrant autem signa, & miracula Christi, ipsum esse Deum multipliciter. Primò, ex natura, seu substantia operis. Secundò, ex tempore. Tertiò, ex modo. Quartò, ex multitudine, & uarietate miraculorum. Quintò, ex ueritate, & consistentia eorum. Sextò, ex fine & intentione.

Et Primò quidem ex specie operum, quę non nisi uirtute diuina fieri poterant, cùm omnem creatę uirtutis potestatem transcenderẽt, ut D. Tho. 3. p. q. 43. ar. 4. Atq; ita Christi miracula, ipsum Deum esse probarunt. Vnde Christus dicebat: *si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent*. Et alibi: *si mihi non creditis, operibus credite*. Et ipsi Pharisei dicebant, ueluti coacti magnitudine operum Christi, Io. 9. *à sæculo non est auditum, ut aperiat quis oculos cæci nati. Nisi esset hic homo à Deo, non possetfacere quidquã*. Vnde Nicodemus ipse, Io. 3. uisis Christi operibus, exclamauit; *Scimus quia à Deo uenisti Magister, nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo*. Et Io. 5. dixit Christus: *opera quæ dedit mihi Pater vt faciam, ipsa testimonium perhibent de me*. Quæ miraculorum efficatia Et operum magnitudo tanta fuit, ut Iudęis omnibus timorem maximum incusserint, ne cum honore, regnum pariter (Romanis venientibus) amitterent. Atque ita anxij dicebant: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic; omnes credent in eum &c.* Nulla siquidem erat uirtus naturalis creaturarũ, aut herbarum, quæ effectum miraculorum Christi attingere posset: vt de mortui suscitatione. Vnde dixerunt Philosophi, *à priuatione ad habitum, non dari regressũ*. Et similiter de cæci à natiuitate illuminatione, totius mundi conuersione, & tantarum uoluntatum à Deo deuiarum, ad eundem regressu. Quod eleganter probat Augustinus, lib. 22. de Ciuitate c. 5. ubi inter alia Christi miracula, hoc unum maximum enumerat, quòd 12. rudium Apostolorum predicatione, totum mundi orbem suo Imperio Christus subiecerit. Et væ incredulis Iudæis (ut ait Paulus hæb. 2.) quibus timendum maximè est, tot fide Christi miraculis contestata, ne ira Dei descendat super illos, Quod annuit do- D

D. Tho.

Ioan. 9.

Ioan. 3.

Ioan. 5.

Nulla erat naturalis virtus herbarũ, quæ posset attingere effectũ miraculorũ Christi.

D. August.

Maximum miraculum fuit vt 12. Apostolorũ prędicatione, totus mũdus ad Deũ conuerteret?

Hæb. 2.

minus

A minus comminatione illa seuera dicens: *væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida, quia si facta fuissent in Tiro, & Sidone quæ facta sunt in te, pænitentiam egissent, &c.*

Secundò, miracula Christi, probant ipsum esse Deum ex tempore. Christus namque non expectabat tempus ad miracula facienda, sed statim atque data occasione, ad Dei gloriã ipsum faciendum iudicabat; miraculum propria uirtute operabatur, In quo à Magis, & Incantatoribus differt. Nam ij, præstigijs, fictionibus, & illusionibus, miracula operari uidẽtur. Similiter Magi illi Pharaonis, ex Dæmonum pacto, miracula falsa operati sunt, ut ait August. lib. 3. de Trini. c. 8. Ex intimis enim hærbarum uisceribus (cuncta enim naturalia Dęmon cognoscit) succos, uirtutesque Dęmonum ministerio extractas, & allatas, breuissimo tempore miscendo, aliqua spectanda monstrabant; quæ quoniam insueta erant, miracula iudicabantur. Expectant insuper Magi, tempus Cælestium motuum, & Lunæ cursum, quibus non obseruatis, nequaquam operantur. Vnde, quædam Luna crescente, quædam ipsa deficiente conficiunt. Non sic autem Christus, sed nullo seruato tempore, ad Dei gloriam miracula operabatur, unde dicebat: *Ego quæ placita sunt ei* (.i. Deo) *facio semper.* Operabatur insuper Christus miracula in instanti, quod B Dęmon facere nullo modo potest.

Miracula Christi, probabant ipsũ esse Deũ ex tempore.

Magi quomodo miracula operabantur, ex D. Aug.

Magi, tempus cęlestium motuum ad operandum expectant.

Tertiò, miraculorum modus, Christum esse Deum testabatur. Aliquando enim Imperando sanabat, ut de Socru Simonis, *super quam* cùm stetisset, *imperauit febri, & dimisit eam.* Aliquando tangendo, & loquendo, ut de filio Viduæ Nahim patet, cuius prius *loculum tetigit*, deinde eum uocauit dicens: *adolescens, tibi dico surge*, Similiter in liberatione Dęmoniacorũ, uerbo, & imperio Dęmones fugabat. Mat. 8. Aliquando sputo, quandoque digiti in aures immissione, aliquando lachrymis, ut in Lazari suscitatione, quandoque autem oculorum eleuatione, multisque alijs modis, Christus dominus miracula operatus est; non autem deprecababatur sicut alii. Vnde Lucę 6. dicitur, quòd *virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* Per quod (ut Cyrillus ait) ostradebat Christus, se non ab alio uirtutem miraculorum accepisse, sed cùm esset naturaliter Deus, propriam super infirmos uirtutem ostendebat.

Mracula Christi, ostẽdebãt ipsũ esse Deũ ex modo.
Christus miracula operabatur diuersimodè.
Matth. 8.

Lucæ 6.
D. Cyrillus.

Quartò, ex miraculorum multitudine, ipsum Deum esse cognoscimus. Alii enim Sãcti, pauca miracula operati sunt; Christus uerò omnia. Quæ quoniam inenarrabilia sunt, pręmultitudine, unico uerbo ipsa Euangelista conclusit dicens:

ex omni parte ad eum cõfluxisse, & salutem recuperasse. *Qui* C
vexabantur (inquit) *à Spiritibus immundis, curabantur: & omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes* Lucæ 6. Vnde super illud Matth. 8. *Et omnes male habentes curauit*, dicit Chrysost. *Intende, quantam multitudinem curatam transcurrunt Euangelistæ, non vnũquodque curatũ enarrantes, sed vno verbo, pelagus ineffabile miraculorũ inducentes. Ex quo colligimus Christum habere virtutẽ Deo Patri coæqualem secundũ illud Io. 5. quæcunque Pater facit, hæc & filius facit, & ibidẽ, sicut Pater suscitat mortuos, & uiuificat; sic & Filius quos vult viuificat.* Quibus uerbis, is tantùm declaratur suscitare quos uult, qui potestatem, non limitatam, sed generalem habet suscitandi omnes, Patri coęqualem. Quem locum exponens Augustinus, tracta. 21. in Ioan. censuit intelligendum esse de die Iudicij: sed melius (meo iudicio) Toletus in eundem Ioan. locum annotat. 18. intelligit, exponens illum de Christo, etiam quantùm ad humanitatem. Nã in hoc sęculo existens, in carne, & per carnem, aliquos suscitauit quos ipse uoluit, in Diuinitatis suæ argumentum, & significationem. Vnde ponderat in præfata Ioan. sententia, dici tantùm de Patrę, quòd *suscitat, & viuificat*; de Filio uerò, præter uiuificare, & suscitare, addi, *quos uult*, ut significetur, præter eandem Generalem potestatem, quam Christus habet cum Patre suscitandi mortuos (quod erit in die iudicii, iuxta illud 1. Cor. 15. *sicut per Adam omnes moriuntur, sic per Christum omnes uiuificabuntur*) aliam particularem habere potestatem, secundùm carnem, ut uelit non solùm uoluntate Diuina; sed etiã humana, eligere quos suscitet, & uiuificet: quæ omnia ad Diuinitatem Christi manifestandũ euidentissime conducunt. D

Lucæ 6. Matth. 8. D. Chrisost. Ioan. 5. Nota. D. Aug. Toletus. 1. Cor. 15.

Iãsennius existimat, per illud uerbũ, *Sicut Pater uiuificat*, Christi potentiæ æqualitatem cum Patre significari; per illud autem (*quos vult*) libertatem potentiæ in operando. Vt intelligatur, filium in ijs quæ agit, Patri non esse subiectum, uel in potentia inferiorem. Caietanus super eundem locum, notat, per illa uerba, *quos vult*, demonstrari, Filium in utroque Patri ęqualem esse, & in intellectu, & in uoluntate, & in corporum suscitatione, & animarum uiuificatione. Insuper Ioan. 2. dicitur: *Multa quidem, & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.* Namque ut idem Ioannes cap. vlti. ait: *Si opera à Christo factà, essent singula enarranda, abiret opus in infinitum. Et ne ipsum quidem mundum capere possent,*

Iansennius. Caietanus. Ioan. 2. Ian. vlt.

qui

A *qui inscriberentur libri*. Vt uerò non solùm in uno miraculorum genere, ipse Christus se claruisse ostenderet, dixit, discipulis Ioannis; *Ite, renunciate Ioanni quæ uidistis, & audistis, cæci uident, claudi ambulant, surdi audiunt, leprosi mundantur, mortui resurgunt, pauperes Euangelizantur*, ut dum his signis Isaiæ Prophetia implebatur, *tunc oculi cæcorum aperientur, &c.* Verus ipse Messias, & Deus euidenter demonstraretur.

Quintò miraculorum consistentia, Christum Deum, esse probabat. Semper enim Christi miracula diuturna mundo, & uera, atque existentia fuerunt. Vnde Hieronymus ponderans illud de resurrectione Lazari, Ioan. 12. *Lazarus autem vnus erat ex discumbentibus*, ait: *Mira sunt Christi opera, stupenda miracula, quæ quoniam àb ipso sunt; ideò hominibus proponuntur firmitatem habentia, & veritatem, non apparentem, sed persistentem, & Dei virtutem demonstrantem.* Vnde miraculum in Chana Galileæ factum, dum aquam in uinũ Christus sua uirtute conuertit, eius firmitatem, ueritatem, & persistentiam ostendens, uinum Architiclino degustandum ferri præcepit.

D. Hierony. Ioan. 12.

Ioan. 2.

Miracula Christi, erant consistentia.

Sextò tandem & ultimò, finis propter quem hęc Christus miracula faciebat, ipsum esse Deum demonstrabat. Non n.
B propter superbiam, aut sui inanem magnificationẽ ea fecit. Vnde Hærodi miraculum uidere optanti, Christus negauit nec coram eo quidquam effecit, sed propter Dei gloriam, & manifestationem ueritatis suæ doctrinæ, & quoniam ideò illa faciebat, ut ueritatem suæ Diuinitatis comprobaret. Vndè dixit Pharisæis: *Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait Paralytico; surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam*. Matt. 9. Et alibi dicebat: *Ego autem scio, quia semper me audis, hæc autem dixi, ut cognoscant, quia tu me misisti.* Ex hoc igitur capite, primò quia ad Dei gloriam, & Secundò, quia ad ueritatem suæ diuinitatis comprobandam, hæc Christus signa operabatur; ideò miracula ista, ipsum verum esse Deum demonstrabant. Compensatis igitur his omnibus, & operum magnitudine, & modo operandi, ac tandem fine operum Christi, ipsum uerum esse Messiam, & Deum sufficienter demonstrabatur. Vt etiam Caietanus sup. 3. p. 4. 43. art. 4. annotauit.

Matt. 9.

Sciendum tamen est, quòd opera, & miracula Christi, si considerentur quantùm ad speciem ipsorum operum, vel in se præcisè aut secundùm suam naturam (nullo alio considerato) sic Christi Diuinitatẽ efficaciter nõ ostendebant. Multa

Nota. Miracula Christi, secundùm se præcisè, seu secundùm suã na-

stram, nullo alio considerato, sic non probabant efficaciter ipsũ esse Deum. Miracula possunt facere etiam peccatores. D.Tho. Miracula ex se, non arguunt hominis sanctitatem. Matt.7. Ioan.3.

ta enim Christi miracula, potuerunt à Deo per purum hominem, vel Angelum fieri. Imò virtus Diuina faciendi miracula (cùm sit gratia gratis data) etiam peccatoribus communicari potest, ut ait D.Thom.2.ad Thesa.2.lect.2. & 1.p.q. 110.art.4.ad 2. Neque arguunt ex se hominis sanctitatē, aut Diuinitatem. Vnde est illud Euangelij Matth.7. *Domine non ne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus? & dicet illis, amen dico uobis, recepistis mercedem uestram.* Et alibi: *Nolite gaudere in hoc, gaudete autem, quia nomina uestra scripta sunt in cœlis.* Imò Christus de suis discipulis dixit, *Maiora horum facient.* Hæc igitur miracula, concludunt quidem, ipsa uirtute Diuina esse facta; non tamen probant eum qui facit ipsa, esse Deũ. Quod innuit Nicodemus Io.3.dicens. *Nemo põt hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cũ eo.* Et illa Sareptana ad Eliã dixit, 3.Reg.17. *Nunc cognosco, quia uir Dei es tu, & uerbum Domini in ore tuo uerum est.* Si uerò miracula Christi considerentur ut Christi sunt, id est, relata ad finem propter quem Christus miracula faciebat, scilicet ad ostendendã hãc ueritatem, nempe ipsum esse Deum, & filium Dei, ut Matth.6. illis uerbis; *Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem &c.* & Ioan.11. *Vt credant quia tu me misisti*; sic sufficienter Christi miracula, eius Diuinitatem declarabant. Miraculum enim, est ueluti Dei signum, & sigillum, regium, quo id quod prædicatur, uerum, certumque esse ostēditur. Vndè falsum prædicans, in sui erroris confirmationem, miracula facere non potest. ut ait D.Tho. Item Christi opera, ut Christi sunt, ex suppositione, quatenus scilicet Prophetę prędixerũt, uenturum Messiam, talia opera esse facturum; euidenter postea dum ea Christus faciebat (scitis prius, ac uisis miraculis) ipsum esse uerum Messiam, ac Deum demonstrabatur; secũdum illud Isa.35. *Tunc aperientur oculi cæcorũ, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, &c.* Et Io.1. *Dicite quæ uidistis, & audistis; cæci uident, claudi ambulant, surdi audiunt &c.* Sic Iustinus in Dialo. contra Tripho. & Athan. de Verbi Incarna. & corporali eius aduentu, & Ambro. super Lucam 7. & Chrysost. in Matth. hom.37. & Orige. lib.8. con. Celsum, & Lactantius Fir. lib.4. de uera, sapientia c.15. & D.Tho. 1.con. Gen.c.6. & Scotus in Prolo. sente. q.4. Et hanc miraculorum efficatiam, explicauit Dominus in Euangelio Ioan.15. cùm dixit; *Si non uenissem, & opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatũ non haberent, nunc autē* (id est, uisis tot signis, atque miraculis, cum Prophetijs mes-

3.Reg 17. Matth.6. Ioan.11. Miraculum, est ueluti Dei signum, & sigilum Regium. Falsum prædicans, in cõfirmationem suæ doctrinę falsæ, non potest facere miraculum. D.Tho. Quomodo Christi miracula ipsũ esse Deum probabant. Isa.35. Ioan.1. Iustinus Martyr. D. Athanas. D. Ambros. D. Chrysost. Orige. Lacta. Firmi. D.Tho. Scotus.

A Messiam probantibus coniunctis.) *Excusationem non habẽt de peccato suo*. Iudæi siquidem scripturam intelligentes, Prophetarum dicta scientis, & deinde Christi miracula uidentes, fidem ei adhibere tenebantur, & credere ipsum esse Messiam, & uerum Deum. Sic Illustrissimus Toletus in cap. 3. Io. annot. 2. & post illum, Franciscus Suarez, super 3. par. q. 1. ar. 1. disput. 3. sect. 2. & q. 44. artic. 4. disput. 31. sect. 2.

Iudæi qui sciebant scripturas, uidentes Christi opera tenebãtur credere ipsum esse Deum. Toletus. Franciscus Suarez.

Verùm licet hanc Doctorum istorum doctrinam amplectamur; non tamen ita facilè concludendum est, omnia Christi miracula, posse per puram creaturam fieri. Nemo enim potest se ipsum à mortuis suscitare, vt fecit Christus: ipse namque Ioann. 20. ait: *Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam, & iterum sumam eam*. Neque similiter habet quis potestatem se ipsum in cibum tradendi, ut fecit Christus.

Nota, Christi miracula omnia, non posse fieri per puram creaturam. Ioan. 10.

Duo tamen hac in re (meo iudicio) sunt, quæ irrefragabiliter, & sine tergiuersatione, ipsum Messiam, & Deum esse ostendunt. Primum. Testimonia Prophetarum (ut diximus) à quibus miracula, tanquam propria signa ad cognoscẽdum Messiam scribuntur. Secũdum. Quoniam miracula ista, Christus propria uirtute faciebat, quod est solius Dei, ut ait D. Tho. 3. par. q. 44. artic. 4. in fine. Cæteri enim quotquot ab B Abel, ad finem usque mundi miracula operabuntur, Diuina quidẽ uirtute illa efficient; non tamen propria, sed aliena. Et quoniam Christus unumquodque miraculum propria uirtute, & auctoritate fecit; ideò in singulis uerus Messias, ac Deus esse ostenditur, & probatur. Et ideò dicitur Matth. 1. *Quænam doctrina hæc noua, quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?* Atque hæc de micuralis Christi.

Duo euidenter ostendebant Christũ esse Messiam & Deum. Primum. Secundum. D. Tho. Qui operantur miracula, faciunt illa uirtute Diuina. Christus fecit omnia miracula uirtute propria.

Neque solùm Christi miraculis fulcitur, corroboratur, ac ueluti furcinulis sustentatur Ecclesia, & ouile Christi; sed etiam miraculis Sanctorum. Sicut enim non solùm Christi passionibus, sed etiam Martyrum cruciatibus, ac tormentis, inexhaustus meritorum fons in Ecclesia reperitur, ex quibus tanquam ex perenni, ac profluenti flumine, meritorum cumulus accrescit, ornatur Ecclesia, & salutares Fidelibus Indulgentiæ communicantur; Sic non solùm Christi; sed etiã Sanctorum miraculis, Ecclesiæ Fides stabilitur, eorundemque Sanctorum probitas, & uitę sanctitas manifestissimè cõprobatur.

Ecclesia corroboratur miraculis Martyrum. Indulgentiæ in Ecclesia nobis ex Christi Martyrumque meritis ueniunt. Nota.

Vnde notandum est ex D. Tho. 1. p. q. 110. artic. 4. ad 2. & 2. 2. q. 178. artic. 4. ad 3. quòd licet mali, & iniqui homines, mira-

D. Tho. Mali possunt operari miracula in confirmationẽ doctcinæ Christi, in nomine Christi, id est per sacramenta.

cula operari possint, in confirmationem Doctrinæ Christi in nomine eius, vel per Sacramenta, quæ ministrant, & exhibent; non tamen ad approbationem, seu testificationem falsæ doctrinæ; sic enim esset Deus testis falsitatis, in cuius confirmationem miraculum operari permitteret, quod est absurdissimum. Boni autem, & Sancti, & in doctrinæ Sanctæ confirmationum, & in signum, & comprobationem suæ sanctitatis, miracula operantur, & ipsis, ante Deum hominumque conspectum splendent, & coruscant. Et licet miracula sint signa infidelitatis, & propterea Augustinus, li. 4. de consensu Euange. cap. 9. hortatur fideles, ne ut Pharisei signa & miracula desiderent; quia verò (vt ait Chryso. in primam Epist. cap. 1. ad Corinth. homil. 4.) *Fide indigent, quæ rationẽ humanam excedunt*, cuiusmodi sunt res Diuinæ, propterea signa, & miracula fieri opportet, ut & sanctitas operantium illa, cognoscatur, errores pellantur, & Fidei donum in Ecclesia roboretur, & confirmetur. Atque ideo D. Hierony. to. 9. Epistola 7. ad amicum ægrotum, *de viro perfecto* ait, *Propterea tempore D. Ambrosii Mediolani, & in tota Italia facta fuisse miracula, vt vbi hæresis Arriana tanto tempore radices egisset, ibi Christi fides miraculis præclaresceret*. Vnde Augustinus, lib. 12. confess. cap. 21. ait, quòd *miracula sunt introitus ad fidem*. Maxima ergo Dei prouidentia à Sanctis in terra fiunt miracula, ut mentis nostræ debilis oculus, in fide illustratus firmetur, dicente Grego. lib. 27. Moral. *Sanctorum miracula, insensibilitatis nostræ tenebras illustrant*, & ideò (inquit) *Primitiua Ecclesia, tot miraculorum adiutorio indiguit*.

Deus nõ potest esse testis falsitatis.
Sancti in confirmationem Sãctæ doctrinæ, & Sanctitatis ipsorũ, miracula operari possunt.
Miracula sũt signa infidelitatis ex D. Aug.
D. Chrysost.
Cur tempore D. Amb. Mediolani, & in tota Italia facta sunt miracula.
D. Hierony.
D. August.
Sanctorũ miracula insensibilitatis nostræ tenebras illustrant.
D. Greg.

Et sanè miracula, sanctorum gloriam demonstrarunt. Moses enim Israelitici Populi ductor, virga innumera miracula operatus est. Exod. à cap. 8. usque ad 15. Iosue ad uocem suam Solis habenas continuit, Iosue. 10. Ad petitionem Ezechiæ, Sol decem lineis in Horologio Achaz retrocessit. 4. Reg. 20. Elias sua oratione cœlum annis tribus, & mensibus sex obserauit ne plueret. 3. Reg. 18. Mosis lignum, amarissimas aquas dulcorauit. Exod. 15. Elias, tactu pallij, Iordanis aquas diuisit. 4. Reg. 2. Eliseus, proiectione fustis in aquas, grauissimum ferrum securis fecit super aquas natare. 4. Reg. 6. Filius mulieris sunamitis, per Eliseum est à Domino impetratus. 4. Reg. 4. Eliæ verbo, famelicæ, & esurienti Viduæ, farinæ Hydria, & lechitus olei non defecerunt. 3. Reg. 17. Elisei ossa, dum tangunt deffunctum, ipsum à mortis sinu depellunt. 4. Reg. 14.

Miracula, Sãctorum gloriam demonstrant.
Exod. à ca. 8. vsque ad 15.
Iosue 10.
4 Reg. 20.
3. Reg. 18.
Exod. 15.
4. Reg. 2.
4. Reg. 6.
4 Reg. 4.
3. Reg. 17.
4. Reg. 14.

A Ista quidem, & alia multa in antiqua, ac ueteri lege sunt, miracula facta à Sanctis; & in lege gratiæ (Post Cstristum) à Sanctis suis, non fuerunt operata minora. Petrus claudum sanauit, & multos alios infirmos act. 3. & 5. Philippo prædicante, multi ab infirmitatibus suis sanati sunt. act. 8. In Ciuitate Listris, claudum ex matris utero Paulus sanauit, act. 14. & Pauli similiter sudaria, ac uestes languentibus imposita, eos pristinę saluti reddebant act. 19.

Act. 3. & 5.
Act. 8.
Act. 14.
Act. 19.

Neque solùm Apostoli ediderunt miracula, & illis apud Deum & homines claruerunt; sed etiam Sancti alij.

Cirola, enim iniquissimus hæreticus, falsò Episcopus nominatus, (ut refert Grego. Turon. in sua hist. lib. 2. c. 3.) cùm inanis gloriæ cupiditate pulsus, nequiter sibi sanctitatis nomen curaret, datis callidè cuidam homini aureis quinquaginta, ipsum rogauit, ut cæcum se fingeret, ut dum iter faceret, sua opera uisum recuperaret. Cùmque ille accepta pecunia, die quadam Cirolę unà cum Vindemiali, Cugenio, & Longino Dei seruis transienti occurreret, ipsum enixè rogare cępit, ut sibi opem ferret. *Audi* (inquit) *beatissime Cirola, Sancte Dei Sacerdos, respice cæcitatem meam, experiar ego medicamenta quæ leprosi experti sunt, quæ etiam mortui præsenserunt. Adiuro te per ipsam uirtutem, quam habes, vt mihi desideratam lucem restituas, quia graui sum cæcitate percussus*. Cùmque Cirola nequissimus, pietatem erga ipsum fictam ostendens, manum suam cæci oculis admoueret dicens, *per fidem nostram, & rectam quam Deo habemus persuasionem, abscedant, oculorum tuorum tenebræ*, mox: Dei iudicio, & ad sanctorum suorum magnificationem, tantus cæci oculos dolor inuasit, ut miser homo manu quãta ui posset ipsos comprimeret, metuens ne ex foraminibus suis, aut cautis prosilirent. Quod cùm miser cęcus sentiret, exclamare cępit dicens. *Hæi misero mihi, quia Deum per pecuniam irridere uolui, & 50. aureos accepi, ut hoc facinus patrarem*: & ad Cirolã conuersus dicebat; *suscipe aurũ tuum, & redde lumen meum, quod tuo dolo perdidi*. Cùmque ad Dei uiros Cirolam comitantes conuerteretur, eosque oraret ut oculorum sibi restituerent claritatem: mox Eugeniuis Sanctus Dei uir ipsum instruxit, & abiurata prius Arriana heresi, signo crucis super cęci oculos facto, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, pristinam ei claritaté restituit. Sic fecit B. Lauren. qui signo Crucis in domo Narcisi Christiani, cæcũ illuminauit.

B

Hæretici miracula operari uolentes, à Domino confusi sunt. Greg. Turon.

Astutia Cirolæ.

Eugenius seruus Dei uisũ cæco restituit crucis signo.

Sed narremus quæso miraculum illud celebre, quod à Lipomano in uita Sancti Felicis præsbyteri Holani narratur.

Lipomanus.

Cùm enim ab inimicis quæreretur, & ille quandam latebram peteret, statim persequtores ipsum insequuti sunt, ut eàdem qua ipse uia ingressus fuerat, & ipsi ingrederentur. Sed, o, rem miram: non tam citò, latebram illius parietis ingressus est, cùm ecce araneæ, Dei iussu, parauere se, ut Sanctum virum telis tenuissimis suis occultarent. Quod cùm effecissent, venientibus persecutoribus, vbi tot araneas telas deprehenderunt, nullum ibi futurum existimarunt, putantes (delusi) nullo modo (intus manente aliquo) tantam aranearum multitudinem, & telarum compositam textamque seriem posse reperiri. Dei igitur virtute, insensibilia animalia, Sanctum virum à sæuiente Tyranno liberarunt. Sed non mirum est, quòd tantis insensibilia animalia obsequijs prosequantur, cùm & ipsa sæpe sæpius Dei vocem (plus quàm homines faciunt) exaudiant. Vnde de Beato Francisco legitur: quòd cùm maris oram perambularet, maximo prædicandi flagrans amore, se ad aquas conuertit maris: & vocatis piscibus, summam eis, atque immensam Dei bonitatem prædicare incepit. Tunc pisces omnes, ab immò maris saburroso solo, ad superiores partes pernatarunt, & anxiè ipsis concertantibus inter se, vt essent Viro Dei proximiores, Francisco silentium eis indicente, ac prædicante, quieuere. Cùmque concioni finem imposuisset, non prius abire uoluerunt, quàm à Sancto, Crucis signo benedicerentur. Quodque vanè, ac ridiculosè de Horpheo dicitur, ad sonum suæ lyræ, animalia cuncta ad ipsum properasse, auesque (sonante ipso) à volatu destitisse, & ad ipsum aduolasse; id verè de Sanctis, Dei, opere completum uidemus, ut & Christianæ Fidei luceant monimenta, & ipsorum Sanctitas, patratis miraculis, demonstretur. Quid? quòd etiam ferrum ipsum, Dei seruorum prædicat Sanctitatem. Vnde in uita Sancti Alexandri Martyris legimus, quòd sub Maximiano Cæsare, cùm esset miles unus ex legione Thebæorum, & ad Christi Fidem aduolasset, à Maximiano gladio perimi præcipitur. Euaginante autem milite gladium, contremuit totus, gladius hebes factus est, curuatus, & tener, nec posse Martyrem ferire Domini ostendit, qui tanta fiducia pro Domino mori velle prædicabat. Non solùm autem hæc, sed & ipsa ędifitia sanctitatem seruorum Dei, euidentissimè demonstrant.

Araneæ seruum Dei suis minutissimis telis operientes, à persecutoribus liberant.

B. Franciscũ prædicantem iuxta mare, pisces audiũt

Gladij Tyrannorum, ne feriant Sãctos, emollescũt.

Scribit. n. Amphilochius in uita Basilij, quòd orta inter Catholicos, & Arrianos controuersia, super possessione cuiusdam

A iusdam Ecclesiæ, Basilius cum Arrianis pactus est, illius fore Ecclesiam, cuius præcibus ad Deum fusis, obseratę illius Ecclesiæ portæ sua sponte aperirentur: cùmque Arriani id prius suis præcibus tētassent, neque obtinere potuissent; à Basilius vnà cum cæteris fidelibus, præcibus ad Deum humili corde fusis, statim Ecclesiæ fores, quæ prius validissimis repagulis erant firmatæ, è cardinibus vltrò, ac sponte sua, magna vi prosilierunt.

Controuersia inter Catholicos, & Arrianos.

D. Gregorius, lib. 3. Dialog. ca. 29. miraculum suo tempore in Spoletana Ciuitate factum narrat. Cùm enim Catholici, Ecclesiam D. Paulo dicatam, quam Arrianus Episcopus, pro sua secta vsurpare uolebat, ui occlusissent, Episcopus Arrianus, impetu in Ecclesiam facto, mox Ecclesiæ portæ, nullo impellente, patuere. Nec pęnè Episcopus sceleratus ingressus est limen, cùm grauissima fuit cæcitate percussus; quem domum suam tulerunt, non sine magno sequacium rubore.

D. Greg.

Refert Ruffinus, li. 11. suæ hist. c. 4. Monacos quosdā Tempore Licij cuiusdam Episcopi Arriani, plurima miracula operatos fuisse his uerbis, *In nomine Iesu quem lucius persequitur, surge, & ambula.*

Multa miracula in nomine Iesu Christi operata sunt.

Neque solùm ad Sanctorum præsentiam, seu per anctos B miracula facta sunt, sed etiam per imagines. Vnde ad confusionem Hæreticorum Iconoclastarum (quos modò Lutherani sequntur) refert Athanasius, in libello illo quem edidit de Passione imaginis Domini: Nicodemum, imaginē quandam Christi fecisse, quæ vulnerata postea à Iudæis, sanguine plurimò manauit, vt ait D. Thom. 3. par. q. 54. artic. 2. ad 3. Qui libellus, in 2. Synodo Nicęna act. 4. citatur. Dominus similiter, vultus sui speciosissimam effigiem, lineo panno diuina sua virtute impressam, ad Abgarum Edessedorum Regem transmisit, vt refert D. Tho. in 3. d. 9. q. 1. art. 2. q. 2. ad 3. & Damascenus lib. 4. c. 17. & Nicephorus, lib. 2. c. 7. & lib. 17. c. 16. & Euagrius lib. 4. hist. Ecclesiast. c. 27. vt in Nicęna Synodo act. 5. refertur, ꝙ testantur Stephanus, & Adria. Pontifices apud Ibonem. par. 4. sui decreti. ca. 83. & habetur in lib. Adriani de imaginibus, nō longè à prin. to. 3. Conciliorum. Cuius imaginis patrocinio, ait, Edesse Regis Ciuitatem fuisse ab incendio liberatam. Alteram sui imaginem, Christus Dominus impressisse dicitur lineo cuidam panno, quam sanguineo madens sudore (quo tempore ducebatur ad mortem) Veronicæ tradidit: qua admota Tyberio, dicitur Tyberius, ab ægritudine sanatus, & ob id Diuinos Christo honores

Ruffinus.
Imago Xpi quam Nicodemus effinxit, à Iudæis gladio p. rcussa, sanguine manauit.
D. Tho.
Synodus, Nicæna.
D Dion.
D. Damasce.
Nicephorus.
Synod. Nicę.
Stephanus.
Ibon.
Adria.

Imago Christi linteo impressa Vero-

nicæ tradita, Romæ seruatur.

nores tribuisse. Quam imaginem (quæ nunc est Romæ) C dum Vaticanæ Canonicus, & Theologus essem, sæpissimè meis manibus, maiori qua potuī reuerentia pertractaui, ac fideli populo, uidendam, & adorandam ostendī.

Syluester Papa habuit imagines SS. Petri, & Pauli.

Nicępho.

Delineamenta corporis Christi, quando iacuit ī Sepulchro amictus Sindone seruanẗ Taurini.

Emorrhoissa quę a Christo sanata est à sanguinis per fluxu, Christi imaginem depinxit Cæsareæ, quæ est magnæ uirtutis.

Eusebius.
7. Synod.
Nicępho.
Damasce.
D. Tho.
Baptis. Fulgo.

Insuper, Syluester Papa, Sāctorum Petri, & Pauli imagines habuisse fertur, quas cùm Constantino Imperatori ostendisset, cognouit ille easdem esse imagines, quæ sibi in nocte priore apparuerunt. Sic refert Nicepho. lib. 7. histo. cap. 33. in edicto Constantini, in primo tomo Conciliorum. Christus etiam, sui corporis delineamenta in Sindonè in qua in Sepulchro iacuit, reliquit; quæ modò Sindon, Taurini Seruatur, & Populo, numerosis accensis facibus, ostenditur. Mulier autem illa, quæ annis 12. fluxum sanguinis passa est, tanta grata beneficio, Saluatoris imaginem depinxit Cæsareæ, iuxta quam imaginem (ut ait Euseb. lib. 7. histo. cap. 14.) herba quædam nascitur, quæ ubi primùm uestis fimbriam pertingit accedens, similem fluxus sanguinis morbum, & alios multos sanat, ut ait Castro aduersus hæres. lib. 8. uerbo Imago, Hoc factum refertur in 7. Synod. act. 4. in Epistola Germani Patriarchę Constantinopol. cuius meminit Niceph. lib. 6. histo. cap. 15. & Theophil. in Matth. 9. & Damascen. Orat. 3. de Imaginibus. Imago similiter Crucifixi, Neapoli miraculosè loquuta est D. Thomę dicens; *Benè scripsisti de me Thoma*. Quæ sublimi nunc loco, in eadem Parthenope Ciuitate, in Conuentu Fratrum Ordinis Prædicatorum, religiosissimè conseruatur. Tandemque (ut innumera alia prætermittam, quę longum esset enarrare) Imagines Christi, & Virginis, à Beato Luca in Oratorio suo Romæ in Via Lata depictæ sunt, ut refert D. Thom. 3. par. q. 25. artic. 3. & ante ipsum Nicepho. lib. 2. histo. capi. 43. & lib. 6. cap. 16. & lib. 14. cap. 2. & Symeon Metaphras. in uita S. Lucæ. Imperatoribus Othone, 4. & Philippo in bello quod pro Germanico Imperio contra se gesserunt, cùm plurimi se in S. Gauari templum (eò quòd munitus, & securus locus uideretur) recepissent: verneriusque Bolanius (qui dux erat) eò magno impetu uenisset: qui intus erant, veriti ne per Templi fenestram hostes ingrederentur, in fenestra Crucifixi imaginem ligneam posuerunt. Sagitarius autem quidam, spe populationis, sagittam in eum ipsum locum direxit, quæ Crucifixi imaginem transfixit; moxque ueluti à uiuenti corpore, ex illa lignea imagine sanguis manauit, qua re territus Vernerius, Cruce sumpta, ad bellum contra Christi hostes gerendum mare transiecit, imago autem, & sagita sanguine

D. Tho.
Nicępho.
Symeon Metaph.

con-

A conspersę, in hanc vsque diem, Populo demonstranda seruantur. Sic Bapt. Fulgo. & Seuerus sulpi. lib. 1. testantur: vbi multa alia inuenies. Theodosius III. Imperator cùm falsò Ioannem Damascenum monachum odio haberet, ne ad Persas scriberet, (apud quos captiuus tunc tenebatur) abscissa manu ipsum mulctauit. Sed tamen Beatæ Virginis ope, nulla remanente cicatrice, palam ei restituta est, licet per multos dies, in conspectu hominum, eius manus trabi fuerit affixa, vt ait idem Fulgo. lib. 1.

Quòd autem Euangelicæ doctrinæ veritas, per miracula etiam comprobetur, non est opus multis: cùm Dominus discipulos mittens per orbem Euangelizare, assumptus in Cælum, statim illi prædicauerint, *Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis*. Marci vltimò. Et sanè illud maximum miraculum est, vt ait D. Thom. 1. cont. Gen. cap. 6. quòd 12. rudium, & illiteratorum prædicatione, non potentes sermone, totum orbem Euangelica fuisse doctrina repletum. Namque aut Apostoli mundum miraculis ad Deum traxerunt, vel non, si sic, profectò habemus intentum, si verò non; id sanè est maius miraculum, quòd sine vllo miraculo, mundum Crucifixi prædicatione subiecerint. Quam rationem magnificauit Paulus 1. Cor. 1. dicens. B *Videte vocationem vestram fratres. Quoniam non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes, & quæ infirma sunt elegit Deus, vt confundat fortia*, atque ita idem Paulus eodem capite, veluti mundo improperans dixit. *Vbi sapiens? ubi scriba? vbi conquisitor huius sæculi? nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?*

Maximũ miraculum fuit, mundũ conuerti ad Christum per duodecim rudes homines. D. Tho.

1. Cor. 1.

Mysteria item, & sacramẽta Religionis, ac Fidei Christianæ, ex miraculis, robur, ac firmitatem recipiunt, quod nonnullis exemplis hoc loco illustrabimus. Eduardus enim Anglorum Rex, pietate, ac sanctitate vnicus, cùm Missæ sacrificio interesset, (vt ait Marul. lib. 4. Christum in sua vera, ac corporali forma conspexit. Quod cùm multis infidelibus regni sui enarraret, ad fidei lucem ipsos ab infidelitatis tenebris reuocauit.

Mysteria Religionis Christianæ robur accipiunt ex miraculis.

Marulus.

Maria de ægnies cognomento (eodem referente ibidem) cùm una cùm alijs missam deuotè audiret, puerum Iesum in hostia manentem conspexit: quod cùm circumstantibus narraret, propter eius grauitatem, & probatæ vitæ, ac sanctitatis opinionem apud omnes, ab omnibus creditum est.

Christus in hostia apparet.

Et quoniam sacerdos quidam Vulsinijs (qui locus Hetru-

Sacerdos

quidã de vera corporis Christi in hostia existẽtia dubitauit.

riæ in Phaliscis est) cùm missam celebraret, & de uera Corporis Christi in hostia existentia dubitaret, cùm de more, hostiam suo tempore manibus confregisset, cruor inde manare cępit, corporale magna ex parte infecit, neque unquam is sanguis elui aquis potuit, idque modo in Sacrario Vrbeuetanæ Ecclesiæ conseruatum est. Quò cùm Vrbanus IIII. Venisset, pro dignitate miraculi, festum diẽ Corporis Christi primò constituit. C

Festum sanctissimi Sacramenti. Vnde ortum habuerit.

Factum mirabile in Germania.

In Germania. Erchembaldus Burbatius, cùm infirmitate graui detentus, sacrum Christi corpus post confessionem factam exposceret, & interrogatus ab Episcopo, si manifestæ cędis quæ in nepotem perpetrata erat ipsum pœniteret, isque, quia iustissimam existimaret pœnitere negaret; Episcopus, ægro incommunicato, ad Ecclesiam cum Sacramento reuertitur. Cùmque esset in medio itineris, & ab infirmo per nuncium deprecaretur, vt redire vellet, rediji: cùmque ab ægro rogaretur, ut tabernaculum in quo ferebat hostiam recluderet, cùm hostiam ibi Episcopus non inueniret, æger aperto ore, eam ipsi monstrauit. Quo facto ostensum est, aliter Deum, aliter uerò Episcopum de illa cæde iudicasse.

Hostia Sacra diuinitus reperta in ore infirmi.

Cyprianus.

Puella insup, (ut ait Cypri. Ser. de lapsis) cùm de idololothyto comedisset, & ad sacram postea sumendã Synnaxim iuisset, Diaconus (alijs communicatis) tandẽ ad ipsam deuenit. D Tũc Puella, conuersa facie, obtorto ore, & nimium aduerso vultu, sumere recusabat. Persistente tamen Diacono, & reluctãti puellę, cùm de Calicis Sacramẽto infudisset, maximus singultus, & uomitus sequtus est, nec Sacra Eucharistia ullo modo in corpore uiolato uoluit permanere.

Puella ope Sanctissimæ Eucharistiæ à Diabolo libe ratur.

Prosper Aquita.

Puella a Diabolo vexata susceptione Sanctissimæ Eucharistię liberatur.

Prosper Aquitanicus li. 4. c. 6. maximũ miraculũ narrat. Cũ .n. Puella quędã, se in balneo lauaret, ubi erat Veneris statua, cùmq; ei se compararet, eiusq; dicaret fędo seruitio: mox Diabolus ipsam ingressus, in faucibus transuersatus remansit, qui adeò ipsam uexauit, ut per nonaginta ferè dies, totidemque noctes, nil cibi ipsam sumere pateretur. Cùmq; à parentibus, non sine maximo dolore, ad Præpositum Templi puella deferretur; Dominica illucescente die, & Præposito Missam celebrante, tandem Puellæ Eucharistię frustulum deglutiendum tradidit; Cùmque per mediam horam nullatenus ipsam posset traducere, à Diacono admonitus Præpositus, vt salutarem ei calicem adhiberet; mox adapertis faucibus, & Dæmone ad Domini ingressum recedẽte, sanata puella est.

Optatus Mileuita.

Optatus Mileuitanus, lib. 2. in Parmenianum narat, quòd cùm

A cùm Donatistæ Hæretici, canibus Eucharistiam mandu- candam proiecissent, statim (non sine maximo Dei Iudicio) canes accensi rabie, suos dominos quasi latrones, & Christi Corporis reos, dilaniarunt.

Optatus Mileuita. Donatistarũ execrandũ facinus. Canes rabidi effecti, suos dominos laniant.

Gulielmus Abbas sancti Theodorici, qui uitam D.Bernardi scripsit, refert lib.1.cap.10. ab uxore adultera, quendam hominem sic fuisse maleficijs cruciatum, ut consumptis carnibus, miser homo, nec mori posset, nec uiuere sineretur. Cùmque ei uas in quo erat Eucharistia admoueretur, statim pristini saluti restitutus est.

Gulielmus Abbas. Homo uxoris maleficijs ferè consumptus, Eucharistiæ sacramento liberatus est.

Narrat Nazianzenus, in oratione funebri pro Sorore, quòd laborante illa, & (meliori quo potuit modo) ad Templum pergente, instar mulieris sanguinis fluxum patientis, quæ adhæsit Domino, sic ipsa super altare in quo erat corpus Domini, reclinato capite cùm obdormisset, fusis antea maximis lachrymis, & Dominum deprecata; statim compos uoti effecta est. Qui uerò de hac re plura uidere desiderat, legat Alexandrum Alensem.4.par.q.53.memb.1.& in noua editione q.11.memb.2.artic.4.§.3. Et commentaria Surij, anni. M.D.X. & M.D.L.VI. & Vincentium in speculo historiali lib.30.cap.24.

Gregorius Nazian. Alex.Halen. Surius. Vincentius.

Ad sacramentum etiam confirmationis facta fuisse mira- B cula, nullo modo ambigendum est. Namque, ut refert Optatus lib.2.suę historiæ, cùm Sachri Chrismatis ampulla, ab Arrianis hæreticis per fenestram deijceretur, ac incredibili rabie frangenda proijceretur; Angelica tamen sustentata manu, etsi multocies iaceretur, numquã tamen frangi, nec minima quidem parte potuit. Narratur insuper Apud surium tomo primò de Mense Februarij, in uita Sancti Remberti Bremensis Episcopi, eundem sanctum inter confirmandum, cæcum hominum, ipsum illuminasse. Et in uita sancti Malachiæ à D.Bernardo scripta, legimus, à Beato Malcho Episcopo, Præceptore sancti Malachiæ, puerum lunaticum inter confirmandum fuisse sanatum.

S.Chrismatis ampulla ab Hereticis proiecta Angelorum manu sustentata est. Surius.

B.Malchus Episcopus puerum inter confirmandũ sanat.

Quis autem ignorat, per Crucem Domini, multa fuisse miracula operata? Et quidem (ut à verà Christi Cruce incipiamus) cùm ab Hælena Constantini Imperatoris matre, Iudæo reuelante, reperiretur, & cum ea similiter aliæ duorum latronum, vt quæ Christi crux erat, ab alijs dignosceretur; hoc mirabili facto cognouerunt. Cùm enim mortuo quodam, primæ duæ Cruces exanimi fuissent admotæ, nullum ferè motus sẽsum edidit; cùm verò quæ Christi Domini fuerat, mortuũ tetigisset; mox stetit defunctus super pedes suos,

Crux Christi ab Helena reperta qualiter uera Christi crux iudicata est. Mortuus à Christi cruce tactus suscitatur.

Eraclytus Imperator, cur eum cruce Christi ab Hierusalem egredi nō potuerit.

Zacharias Hierusalē Pōtifex, Eraclytum admonet ut humilis incedat.

uiusque abscessit. Eraclytus postea Imperator, cùm diuinos C
ei facere decreuisset honores, & Christi, (ut sibi uidebatur)
secutus vestigia, eandem sibi Crucem baiulans cùm per eandem portam per quam Christus ad Caluarium exiuerat, egredi quoque & ipse tentaret, nullatenus neque tantillum moueri de loco potuit. Cùmque admonitus à Pontifice Zacharia, vt sericas vestes,& auro celata calceamenta relinqueret: sicque nudis pedibus incederet,mox egressus est,ipsamque Crucem, in Templo quod nouiter illi summo studio à fundamentis erexerat,collocauit.

D.Greg. D.Hierony. Theodoretus. Lanctantius Firmia.

D. Gregorius Nysse.

D.Epipha. Crucis signo Dæmones sæpe fugati sūt.

Theodoretus. D Gregorius Nazianzen.

Victor Vticen.

Multa sanè essent miracula Crucis,quæ quoniam opus integrum desiderant;ideò pauca tantùm adijciam. Volens uerò ea perlegere,uoluat D.Gregor.lib.3.Dialogorum,Hieronymum in uita Pauli primi Eremitæ, Theodoretū li.5. Hist. cap.21.Vbi infinita propemodum inueniet, Dæmonesq; ad Crucis signum,sæpissimè fugatos fuisse.Lactantius enim Firmia.lib.4.cap.27.dicit,præsente quodam Christiano,cùm Imperator responsa poposcisset, Diabolum loquacem obmutuisse.Scribit Nyssenus in uita S.Gregorij Thaumaturgi, Inter innumerabilia specta,Diaconum suum noctu signo Crucis munitum, ex balneis exiuisse. Epiphanius hæręsi tertia refert, hominem quendam Iosephum nomine nondū Christianum,Dæmones Crucis signo fugasse,ac deinde Christianum factum, Iudæorum incantationes eodem signo destruxisse.Theodoretus in uita S.Iuliani,& Marciani,testatur,suo tempore, ab utroque, Crucis signo ingentes fuisse dracones peremptos. Nazianz.orat.1.in Iulianum ait,Iulianum ipsū, etsi Ethnicum,& infidelem,cùm horrenda quædam spectra uideret, dum Necromantici mysteria sua operarentur;se ipsum Crucis signo muniuisse,statimque(ut solent nebulæ ad Boreæ flatum)sic spectra omnia abijsse,& euanuisse. Victor Vticensis libr.2.de persequtione vuandalica scribit,ab Eugenio catholico Episcopo,solo signo Crucis,cæcum illuminatum fuisse.Sed vide latius de ijs,etiam Augustinum lib.22.de Ciuit.Dei cap.8.& Sulpitium in vita B.Martini,& D.Hieronym.in vita B.Hilarionis.

(In margin, beside "christianum" line: D)

D.Augu. Sulpitius. D.Hieron. Crux Christi, sæpissimè, multisque in locis apparuit.

D.Gregorius Nazian. Alanus.

Hæc Crux apparuit gloriosa in monte Oliueti tēpore Cōstantini Imperatoris.De quo extat Epistola D.Cyrilli Hierosolymita.ad Constantium. Tēpore Arcadij,apparuit in aere, ut ait B.Prosper in libr.de diuinis promissionibus par.3.c.34. Apparuit & tempore Iuliani Apostatæ,qui illam persequebatur,ut ait Gregorius Nazian.orat.1.con.Iulianum.In Anglia rursus apparuit Crux in quadam arbore,anno 1559.ut ait Alanus

A Ianus Copus. Et hoc sanè signum est, in quo quia Princeps noster Iesus Christus uicit, & nos quoque uincere debemus. Vnde est illud dictum Beati Martini apud Sulpitiū, *Ego* (inquit) *Signo Crucis, non Clipeo protectus, aut galea, hostium cuneos penetrabo securus.* De cruce dictum Aureū.

Per aquam etiam benedictam magna facta esse miracula, patet. Vnde Lollardi Hæretici (quos postea sequutus est in impietate Ioannes de Vuestfalia) Aquam benedictam, non maioris esse uirtutis tenuerunt, quàm aliam aquam, neque quidquam operari Diuinum, eius autem exorcismum (dum benedicitur), nil aliud esse, quàm quandam Dæmonum inuocationem. Ad quorum cōfusionem, Theodoretus in sua historia tripartita, ut refert Castro. lib. 2. aduersus hæreses uerbo aqua, factum narrat pulcherrimum tempore Theodosij pijssimi Imperatoris. Cùm enim Imperator Dei zelo commotus, Idolorū templa destrui, ac subuerti iussisset, Præfectus quidā Ciuitatis Apamiç, Iouis templum uastaturus, cùm id se posse facere diffideret, eò quòd columnæ tres quibus tota machina nitebatur, igne cremari non possent: quippe qui Dæmones Templum illud seruantes, & sub columnis illis manentes, ignem accendi non permittebant; cùm id Marcellus illius Ciuitatis Episcopus sciuisset, humi prostratus cùm si-
B gno crucis aquam benedixisset, Dominum præcatus est, ut tantam Dæmonis tyrannidē pelleret. Tunc misso Equitio ipsius Diacono, sumere iussit aquam; & illa respersis columnis, denuò ignem supponere. Quod cùm effecisset, Dæmonque ad quæ benedictæ aspersionem aufugisset, statim crescētibus flammis, ędificium corruit.

Per aquā benedictam miracula multa operata sunt. Lollardorū error, de aqua benedicta. Theodoretus. Miraculum magnū aquæ benedictæ tēpore Theodosij Imperatoris. Dæmones Iouis templum sustentant. Aquæ benedictæ uirtus atque potentia.

Hæc ad sacramentorum, ac sacramentalium & partim per sanctos miracula facta esse conspeximus; sed non minora ad Virginis inuocationem miracula operata esse, paucis demonstrabimus.

Ex Trapezuntio sub Pont. Pauli. 2. Constantinopoli, cùm Martyr. Christi Andreas grauibus febribus laboraret, uoto Virgini facto perpetui celibatus, è mortis foribus, ad uitæ mox limina redijt, qui postea albis se induit uestibus, ut uoti facti memor semper existeret. Hic postea cùm pro Christo multa tormenta subijsset, flagellisque, pectinibus, ferreis ungulis, ac scorpionibus sic esset dilaniatus, ut pedibus consistere nequiret; cùmque maiora ei tormenta die altera pararentur, ad carcerem ductus, ferreisque cathenis ligatus, Virginis inuocato nomine, mox stupentibus omnibus, sanatus est. Fuit hoc Pontificatu eiusdem Pauli anno 2. die 9. Maij. Et quod

Ad inuocationem Deiparæ uirginis, miracula multa operata sunt. Trapezunti⁹. Andreas Christi martyr. à febribus uirginis ope liberatur.

Miraculum magnum.

quod mirandum est, cùm Carnifex, accensus rabie, die sequenti, ex uno ictu maxillam Martyris carne denudasset, & fideles carné maxillæ è terra in qua iacebat, reuerenter sumsissent, eamque in Templo D. Francisci refertam odoribus conseruassent; cùmque interim martyr rursus maiora passurus, in Tullianum carcerem mitteretur, altera illucescente Die, sanata maxilla, & noua Deiparę ope recenti operta carne, stupentibus omnibus, lætus cunctis apparuit.

Iconoclastæ Ioannem Damascenũ condemnare curant.

Imperante insuper Leone Isauro, Iconoclastarum Patrono, ac defensore, cùm pseudosynodum celebrare iussisset, atque in eo imagines radi, frangi, comminui, destruique publico decreto statuisset: huic rabido leoni, solus Damascenus leo fortis restitit: cùmque pro imaginum cultu, ac defensione, tres integros libros conscripsisset, quibus Iconoclastæ nõ modicum confundebantur, hac de causa Damascenum apud Saracenum in Arabia Principem accusarunt. Propter quod, manus abscisione fuit condemnatus, ut etiam superius uidimus. Tunc ille, pluribus ante uirginis imaginem lachrymis perfusus, ijs uerbis eam rogare cæpit. *Domina & sanctissima mater, quæ Deum meum peperisti, amputata est dextera mea ob sanctas, & Diuinas imagines. Tu, qua de causa Leo sæuiat, non ignoras, proinde quantocius succurre. Dextera enim Altissimi, quæ de te incarnata est, per tuas intercessiones multas fecit uirtutes: sanet oro & hanc meam dexteram tuis precibus, ut tuas, & eius qui ex te incarnatus est laudes, sicut dederis, numeris rythmicis, & melodijs perscribat.* Mox cùm deffessus ex lachrymis, obdormisset, lætam Virginis imaginẽ ipsum respicientem uidit, atque ita dicentem. *Ecce sana facta est manus tua, caue post hac ne segnis fueris, sed calamum eam fac scribæ uelociter scribentis, sicut pollicitus es.* Hoc dicto, etsi per multos dies manus eius amputata, & publicè defixa trabi, omnium spectanda oculis fuisset proposita: Virginis tamen ope ei restituta est.

D. Damascenus manu truncatur.

Oratio D. Damasceni ad uirginem.

Virginis ope, Damasceno manus restituitur.

Virginis ope quidam cum se Diabolo data syngrapha dicasset, liberatus est.

Theophilus, in Oppido Ciciliæ, Adana œconomus, cùm ab emulis accusatus, ab œconomiæ officio esset deiectus, ob id in tantam mentis insaniam, & impietatem deuenit, ut abdicato Christo, totum se Diabolo, eiusque seruitio (data syngrapha) dicaret. Cùmque recuperata postea mente, miserandum suum statum conspiceret, ad Virginem se totum cõuertit, quam enixè precatus est, ut sibi uellet pęnitenti succurrere: cùmque maximis lachrymis, Ieiunijs, atque Orationibus perseueraret, Deiparę opera, syngrapha qua se sathanæ deuouerat recepta, à tanta tyrannide liberatus est.

Lau-

A Laudunensis mulier, circa annum Domini 1094. cùm homicidiũ patratum, sacerdoti etiam in Sacra Exomologesi denegasset, ob id tamen fuisset damnata ad ignem, cùm iter faciens ad mortẽ, per templum Virginis illi esset eundum, ipsum ingressa, coram Populo alta uoce suum scelus aperuit: cùmque se totam Virgini gloriosæ dicasset, atque eius se patrocinio cõmendasset, magna halacritate se in flammas (arrepta fuga) proiecit. In quarum medio sic illęsa permãsit, ut ne unus quidem capitis ipsius capillus ureretur. Quo uiso miraculo, omnes ad Virginis templum currentes, & in genua procumbentes, ingentes Deo, ac Deiparæ gratias reddiderunt.

Aliud miraculum Virginis.

Nec prætermittam singulare illud miraculum Virginis, quo D. Alphonsus, (quem alij Idelphonsum nominant) & in eo tota Hispania exornata est. Erat sanctus hic uir, Episcopus Toletanus, in cultu ac ueneratione Virginis nemini profectò secundus: cùm autem quadam die (de more) ad altare pergens rem sacram esset facturus, Virginem sibi apparentẽ, & dulciter loquentem habuit. Cui Angelorum Regina, in amoris pignus, ad sacrificium peragendum, placido cultu uestem sacram donauit, quæ usque modo in Hispania ueneranda, & adoranda Fideli populo monstratur, ut refert Iulianus
B Pomerius, Diaconus Ecclesiæ Toletanæ, in suo Cronico Hispanico.

B. Idelphonsus à Virgine uestes ad sacrum faciendum recepit.

Iulianus Pomerius.

Vir quidam, in tantum incidit morbum, ut ab omnibus derelictus, per quatuor integros dies animam in agòne efflaret: cùmque Stigmiger gloriosus Franciscus ei semper astitisset (quem infirmus corporeis oculis uidebat) Sanctus ipsum hortabatur, ut uoto se Lauretanæ Virgini daret, eamque inuisere promitteret, cùmque id egisset, statim conualuit. Quodque mirandum est, cùm postea se uiæ comitteret, uotum cõpleturus, neque ullo modo quà iter ageret sciret, toto itinere, eundem sanctum habuit ductorem, & comitem. Cùmq; essent iuxta hanc sanctam Lauretanam domum, digito illi ipsam demonstrans, nubes Dei seruus penetrauit.

Miraculum singulare.

Sed non minus extat miraculum quod usq; ad nostra tempora in omnium conspectu durauit, & nunc quoniam in se uideri non potest, in tabella depicta perdurat. Sacerdos quidã, deuotione ac cultu Virginis impulsus, ab Infidelibus plagis in quibus tunc morabatur aufugiens, almam Lauretanã domum inuisurus petebat: cùmque in medio maris caperetur à Turcis, & quò nam peteret sciscitaretur, se Lauretanæ Virginis templum, & petere, & inuisere uelle respondit. Cũ que

D. Franciscus, hominĩ cuidã, Lauretanam domũ digito demõstrat, & statim euanescit.

Miraculum maximum.

que tam gloriosè nominis inimicis, ipsum ligassent, apertoque cultro pectore, eiusdem præcordia integra extraxissent, eidem in manibus ut feret donum Virgini tradiderunt. Mirandum factum: se Virgini sacerdos comendauit, & quannis sine corde, (inquo hominis uita consistit) non occubuit, imò transfretauit mare, ad sacram Lauretanam Domum uiuus peruenit, factum narrauit, confessus sacram Eucharistiā deuotissimè sumpsit, quo facto, expirauit. Cùmque denudaretur, non sunt inuenta præcordia alia, præter illa quę suis ipse manibus gestabat. Quæ trabi affixa, multo tempore permanserunt: cùmque ab æditui Templi, Vulpinis caudis hinc inde Sacelli puluis excuteretur, casu contigit, ut aliquantulū præcordia illa tangerentur; quæ cùm & à fumo, & à temporis longitudine essent consumpta, statim in puluerem corruerunt. C

Vir quidam qui suo ipse nomini pepercit, cùm aleis luderet, & magnam pecuniæ summam perderet, accensus ira, ac diobolico furore correptus, in Lauretanam Virginem, eiusque filium; cuius tunc imaginem habebat, deseuit: cùmque puero Iesu, supernum labium euaginato, ac stricto ense con fregisset: non multo post, huius uxor filium peperit. Ne uerò miser homo, Deum sui facinoris immemorem cogitaret, uindex Deipara, quæ imaginem filij sui superno labio confractam sciebat, effecit, ut natus puer, inciso etiā labio in Patris peccati uindictam, in omnium oculis appareret. Obstupuit Pater, eumque nō modò uiso miraculo penituit; sed Lauretanæ Virginis ædem petens, apposito miraculo filij sui in tabella, peregrinus abscessit. D

Iniquus homo puerū Iesum percutit ferro, eiq; supernum labiū incidit, sed nō impunis abijt.

Nec minus fuit miraculū quod in Terra Agri anno 1572. accidit: Cùm enim ibi sex viri nobiles, de inuento Thesauro, dolosè, ac falsò à tribus conformiter testibus accusarentur, & tormentorum ui, delictum (& si non patratum) confiterentur, atque ob id suspendio adiudicarentur; cùm ducerentur ad mortem, furcarum scalas conscendentes, dum inde deorsum morituri pellerentur: omnibus contrictis laqueis, Virginis Lauretanę ope liberati sūt. Tres uerò falsi testes qui ibi aderant, uiso miraculo, statim in terram mortui corruerunt.

Falsò de inuento thesauro accusati, & ad suppliciū damnati, virginis ope liberantur.

Falsi testes subitò moriuntur.

Sed quanta pietate uirgo succurrat, non obscurè sanè factum aliud Petri Matthæi senēsis declarat. Hic cùm esset Ducis Castrensis Eques Cursorius, eique (ut pareret Domino) per rupem altissimam esset faciendum iter, ex qua rapidus fluuius in profundissimam uallem se precipitem dabat, equo

ad

A ad bibendum frena laxauit, cumque cõtorto pede, equus unà cum equite ex altissima rupe altitudinis 150. brachiorum laberetur, varijs offensis scopulis, ad præcipitij ima peruenit; cùmque Lauretanam virginem sæpius à principio inuocasset: mirandum, hilari vultu gloriosa ei virgo apparuit, atque porrecta manu, ab imo gurgite in terram traxit, nullo uel leuissimo incommodo accepto. Beata virgo præstò adest inuocanti.

Sed & alio miraculo Virginis patrocinium eluceſſit. De anno 1584. Ioannes quidam Luca, ex Tauernago, (quod est oppidum Medolæ, cùm repentè, superueniente fluuio, per multas horas, & aquis, & saburra obrueretur, Virginis inuocato nomine, nullo pondere pressus, tandem illæsus exiuit.

Nec illud vnum miraculum prætermittã, quod anno Domini 1572. die 19. mensis Ianuarij accidit in Gallia. Cùm enim Illustris Susanna Thoynon fidelissima uxor Illustris Iacobi de Caurtaruel Francorum Regis Equitis Torquati, de numero ei assistentium constituti, à fallaci equo cui insidebat ui maxima deijceretur, tam uiolenter læsa fuit, ut in ea nec aspectus, nec decor, imò neque sensus ullus, ac naturalis tis remansisse putaretur. Ossium enim, alia confracta, alia dislocata, & cuncta alterata patebant. Totum corpus denigra-B tum, & omnia corporis membra naturali priuata calore algebãt. Aderant facto, Medici quatuor inter cæteros doctissimi, aderãt sex chirurgi famosissimi; quorum omnium iudicio, casus insanabilis dicebatur. Aderat sacerdos, qui mortuũ potius quàm viuum Susannæ corpus existimans, Lustrali aqua aspergebat, spiritum ei Domino comendas. Petebant ergo Castrum in quo ipsa iacebat cũcti, uicem suam dolentes, & omnes utriusque sexus, ætatis, ac conditionis non modicis lacrymis ora rigabãt. Inter has angustias, mœstissimus Maritus in terra remedium non inueniens, oculos ad cœlum attollens, ad Castri Sacellum se confert, à Deo auxilium petit, Mariam virginem inuocat, cui uouet, ac iureiurãdo promittit, deuotè se in propria persona, sacra Lauretæ limina inuisiturum, si quam totus mundus uxorem sanare non poterat, uellet ipsa pro sua clementia, pristini saluti restituere. Adhuc erat in votis, neq; sermoné finiuerat, cùm (Ecce) se melius vxor habuit, & breui integrã sanitaté accepit. Cuius beneficij non immemor vir, Lauretanam Domum inuisit, & argentea lamina, miraculum celatum, una cum facti serie reliquit, quod quia non vulgare fuit, ideo hic adijciendum putaui. Factum memorabile, & singulare miraculum.

Hæc

Translatio almæ domus à Nazareth Galileæ usq; ad Recanatẽ sem Ciuitatẽ, est miraculũ miraculorũ.

Hęc quidem, & alia innumera miracula ad Lauretanę Virginis intercessionem, eiusque compellationem sunt facta: Quæ quoniam integrum opus expectarent, dicta sufficiant. Non tamen hoc loco intactum relinquemus miraculorum miraculũ, trãslationis. s. Almæ Domus ex Palestina ubi erat, hucusque. Et sanè vitio nobis esset vertẽdum, si Dei, & Apostolicæ sedis gratia, Lauretanæ Ciuitatis Episcopali dignitate donati, quæ scimus, à multis fide dignis percepimus, uidimus, indiesque uidemus (parcentes calamo) ad fidelium utilitatem, Dei, ac Deiparæ gloriam non scriberemus.

Beata Virgo vbi nata sit, & educata, vbi ab Angelo salutata.

Apostoli Virginis domũ in Ecclesiã cõsacrãt, & ibi primò D. Petrus rẽ sacram facit.

Cosdroa Xpistianos supãte, alma Lauretana dom', uenit in Agarenorum potestatem.

D. Epipha. Beda. Nicepho. Eusebius. Gulielmus Tyrius. Raphael uolaterra. D. Hieron. Iodoch Clitouæ.

Parua fuit in Nazareth Galileæ oppido nec ingloriosa domus, in qua Angelorum Regina Maria Virgo, nata, alita, ac Spiritus sancti virtute Diuino extitit grauidata fætu: ibique post mortem Hærodis, Archelao filio eius pro eo in Iudæa regnãte, ab Ægyptio reditu, ac mortem usque Christi, & post morata est. Hæc domus, post Christi in cœlos mirabilẽ ascensionem, in sacrum orationis sacellum à Diuo Petro, & reliquis Apostolis consecrata est. In qua primò Petrus Apostolus rem sacram peregit. Quam tamdiu coluere fideles in illa regione morãtes, quousque sub Cosdroa immanissimo Persarum Rege, à fidelibus ui ferrea arrepta, ad Agarenorũ potestatem deuenit. Cuius Diuini sacelli, dum ibi sistebat, meminerunt S. Epiphan. Hæres. 29. contra Nazareos, Beda to. 3. de locis sanctis cap. 16. Nicepho. lib. 8. c. 30. & lib. 14. Euseb. 3. de uita Constantini, Paulinus Epistola 11. ad seuerum, Gulielmus Tyrius de Bello sacro, sæpius: Raphael Volaterra. lib. 11. Geographiæ D. Hieronymus lib. episto. tomo. 1. Epistola 17. ad Paulam, & Eustochium, Marcellę, in fine. Et Iodoch Clitouęus, qui ser. 2. de sãcto Ludouico narrat: sub Alexãdro 4. Regem Ludouicum (expugnata terra sancta) unà cũ exercitu suo sanctam hanc Virginis domum in Nazareth existẽtem uisitasse, ibique curuis poplitibus, magnis effusis lachrymis, preces ad Deum fudisse.

S. Ludouicus Rex francorũ, almã Lauretanam domum cùm adhuc esset in Galilea, unà cum suo exercitu uisitauit.

Nicolao IIII. Piceno Asculano sedẽte, Virginis Lauretanæ dom' primò à Nazareth mota, ad Illyricos euolauit.

Quia uerò quæ mater est Dei, quamq; Angelorũ agmina distinctis choris certatim dulcisonis uocibus Empyreo repleto Cœlo collaudant, non amplius eo loco in terris ueneraba tur, Nicolao Quarto Piceno, Asculano, Pont Maximo sedẽte, quo tempore sultanus Turcarũ ferocissimus Imperator, Tripolim Asiæ Ciuitatem inuasit ac, cepit: cælestis hæc domus, suis in Nazareth fundamentis relictis, Angelica per equora trãsuecta manu, Illyricas plagas inuisens, iuxta Adriæ oram in Oppido Tersatto, anno 1291. die nona Maij consedit, ac requicuit. Vbi non uno solùm post quàm ibi uisa est

noua

A noua Virginis domus, sed maximis exornata miraculis, infirmis omnibus ad eam confluentibus persanatis, demumq; Alexandro venerabili S. Georgij Terlatij Priore ab infirmitate, qua tenebatur mirabiliter in somnis curato; vnde domus venerit, cur & ad quid surrexerit, Virgo suo ordine enarrauit. Qua de re Baptista Mantuanus, Carmelitanus, peritissimus Theologus, non sine & ingenij acumine (ut semper solet) & historiæ grauitate, sinceritate, ac ueritate pertractat, cuius carmina libuit hic adijcere, quod & pulcra sint, & pias aures suauissimo sono demulceant, sic ergo lib. 6. Agelariorum suorum habet.

Alexandro venerabili S. Georgij Priori virgo apparet, & ab infirmitate in qua erat eum liberat

Baptista Mantuanus.

Ora leuans, circumq; ferens Antonius altos
Per maria, & montes oculos, in colle supino
Prospicit albentes muros, turrimq; minantem
Piramide in Cœlum, missoq; in sydera Cono.
Atq; ait o Rector quæ nam hæc in collibus altis
Italiæ moles aspectu læta decoro?
Quicquid idest, præclari aliquid promittit imago.
Tum rector quod cernis ait picentia iuxta
B *Littora, Delubrum est illud venerabile magnæ*
Matris, ab Assyrijs quod Dij super equora quondam
Huc manibus vexere suis: visa ire per vndas
Hæc (res mira) domus, visi ire per equora Diui.
Nam Diuum Regina Arabis offensa tyrannis
Qui temerè Assyriam sese effudere per omnem
Fugit, & huc uoluit secum migrare penates.
Quotquot ab Assyrijs hæc vsq; ad littora pontum
Iuxta habitant fecere fidem. Pamphilia iurat
Se uidisse, Cilix, Lycius, Minoia tellus:
Tænarus affirmat: Delphine, & Arione vecto
Tenarus insignis, facti meminisse fatentur
Arcades, Aetoli, scopulis Epirus ab altis
Ad mare tota ruit. Thalamo fuit hospita sancto
Allyris. Illyricos primùm diuertit in agros:
Sed pertesa locos paruo post tempore rursum
Prodigio grandi volitans de littore in vndas
Italiam versus gressum aspirantibus euris

Vertit, & vt tetigit terras, sublimis in auram
Exiliens (vidit picens miracula, & Vmber) C
Hos tenuit Colles, illaq; resedit in arce,
Et quia transuectam mulier Laureta recepit
Virginis ædiculam, præbens vbi sisteret agrum,
Lauretæ delubra vocant. Neu crede superbam
Hanc ædem venisse fretis: superaddidit ista
Templa sacerdotum princeps ingentia Paulus.
At breue sublimi latet hac sub mole sacellum,
Quod fugat infernos manes, quod discutit omne
Morborum genus: extremis venit vnde periclis
Auxilium, seu sors terra, seu sæuiat alto.
Huc Itali, siculiq; ferunt solennia vota
Huc fluit Epirus, fluit Illyris, accola Rheni:
Accola Danubij. Venit vsq; a littore Narbo
Galliæ, & Isthmiace spartanus ab æquore terræ:
Tanta fides nunquam Delphis: & Iupiter Hammon
Et claros, & Delos longe minor, omnia vincit
Quotquot erant olim veterum delubra Deorum,
Hæc vbi dicta manus tendens Antonius ambas,
Surgit: & ad templum verso sic incipit ore. D
Diua Parens magnum partu connixa Tonantem
Virgineo, quæ sceptra tenes fulgentis Olympi
Audieram: nam terrarum fama amplior orbe est,
His tibi sacra locis immania surgere templa
Quæ veneror: quæ si dederis me ad nostra reuerti
Littora cum socijs, multo cum munere visam.
Audieram, voluiq; aliquandò accedere motus
Maiestate loci. Verùm in discrimine rerum
Magno incertarum posito vota irrita fecit
Aspera sors, quæ me in ventos, & in æquora misit.
Salue Sancta Domus, lactenti conscia Christo
Conscia Diuinorum operum, domus hospita Diuum.
Da facilem, da Sancta Parens ad littora cursum
Thracia: da placidos reditus huc ad tua rursum
Limina, & Italiæ fer opem Regina iacenti.

Sed

Sed accuratius quidem, & exactius omnibus tractauit ista Hierony. Angelita, Recanatensis Ciues, & à secretis, (vt olim fuere sui) fidelissimus; Vir sanè cùm Syncerus, tum rerum omnium ad hanc materiam pertinentium exactissimus explorator; Quippe qui post longum tempus (vt statim dicemus) cùm Illyricis relictis plagis, Picenum agrum, & præcipuè Recanatensem, in quo modò est, irrigatura, Virgo uirginum venerit, ipsius partes erant, fidelissima omnia, quæ ab Illyrico, solo vbi prius domus alma quieuerat; huius rei monimenta constabant, & ab antiquis suis Auo, & Abauo, qui ferè eo tempore fuerunt, antiquis scriptis seruabantur; in meliorem historiæ formam redigere, vt redegit. Sed vnde nostra defluxit, eò fidelis narratio reuertatur. Dominabatur Tersatto excellēs vir Nicolaus Francapanus, qui Alexandrum præfatum Priorem, statim à morbo quo tenebatur dum conualuisse cognouisset, & miranda pariter miracula à noua consedente domo in dies magis magisque perciperet, eundem Alexandrum cum quatuor alijs natu maioribus Oppidi, atque eximiæ prudentiæ, & fidelitatis viris transmisit, vt peragrata vniuersa Palestina, & Hierosolyma decursa, maiori quo possent studio, rei factum inquirerent. Tulerant illi funiculum secum, longitudinis, ac latitudinis huius sacræ domus: cùmque ad Nazareth Galileæ Oppidum peruenissent, non sine maximis lachrymis, regiæ domus huius fundamenta uiderunt, vndique spirantia Sanctitatem, & extento funiculo ad amussim, longitudine, ac latitudine dimensa, sic fidelissimè esse compererunt. Tandemque notatis omnibus, in proprias se Illyricas domos, post multos labores, receperunt. Hi cuncta ex ordine narrarunt, & in Virginis ardorem magis magisque accensi Populi, illam esse eandem sacram Virginis domum quæ in Palestina fuerat crediderunt. Verùm, quia Recaneto, o, mirum, donum istud parabatur, non est amplius passa ibi morari Virgo. Orbem lucidissimo Sole illustrat, tumidum mare sedat, lora ventis rabidis cohibet, sicque vnica inter domos domus, Diuinos conspirans odores, *de longe ueniens, ut Nauis institoris portans panem suum*, firmis parietibus, compressis angulis, consistente tecto, nulla vel leuissimè commota trabe, Angelicis innixa pennis, sustentata manu, ac tandem lucidissimis inuoluta nubibus, ad Lauretæ deuotissimæ Recanatensis Matronæ consitum nemus anno 1294. Octauo Sedente Bonifatio, die decimo Decembris, sabbatho ante tertiam, Dominicam

Hierony. Angelita Recanatensis Ciues laudatur.

Nicolai Francapani diligētia in mittendis hominibus, ut facti veritatem inquirerent.

Funiculum mensuræ domus secū nūcij ferunt, & venientes Nazareth, ita esse vniformiter reperiunt.

Virginis Lauretanę domus Recaneto, tā quā eximiū donum serua batur.

Quomodo à Nazareth domus Virginis Lauretanę Primò surrexit.

Prou. 30.

Quo anno, & sub cuius Pōtificatu Recanetum venit.

Aduentus, qui fuit eo anno vigesimaseptima Nouembris, vt ex computo Ecclesiastico patet, & nos multo studio, reuolutis annis, reportatis numeris, ac mathematico pergirato circino sic fidelissimè esse comperimus, peruenit. Sed mirandum perfecto opus hoc fuit, stupendum mysterium, Verbum in carne natum videre Pastores, Domum Verbi, ac Dei matris, in Recanatensi agro apparentem, Pastores conspexere. Illi viderunt stabulum Diuino numine illustratum, ij uiderunt Virginis almum thalamum fulgore micantẽ. Illi natum uidere puerum, fascijs maternis constrictum; ij Virginis immaginem uidere sacram filium vlnis portantem. Illis gaudium ortum est, uiso Domino, & Dei filio, ij, uisa Deipara, summa sunt præfusi lætitia. Illi Angelicos uidere choros cantantes, *gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, ij Aligeros ferre pueros, domum penitus ferentes, pacem nobis, ac gratiarum cumulum, & torrentem, in aduentu sacræ Virginis domus nunciantes. Illi uiso Domino, & adorato Verbo, reuersi sunt, & omnibus cælica nuncia edixerunt, ij verò quæ conspexerant, Recanatensibus omnibus nunciarunt. Quo audito, cuncti egressi sunt, & arrepto cursu, infirmi etiam assumptis uiribus, maiori qua potuerunt celeritate currentes, Regiam aulam ingressi, rhythmicis canticis Virginem salutarunt dicentes, *Non fecit taliter omni nationi, & Iudicia sua non manifestauit eis*. Indies interim, innumera ad fidelium aduentum miracula operabantur, quibus per totum orbem Sacelli huius numinis fama percurrit. Sed quoniam malorum omnium radix cupiditas, cui instar *Sanguisugæ, duæ sunt filiæ, dicentes, affer, affer*, ex fidelium Peregrinorum concursu, multorum cædem moliebatur, Virgo Beata, innoxium non passa cruorem, iterum inde assumpta domo, ad Fratrum collem perrexit. Cumque ij etiam pro nouæ domus habendo dominio dimicarent, & non ad uerba modò; sed ad strictos etiam enses deuenirent; quæ uenerat fœderare cunctos, mox inde etiam Angelica suscepta manu, Virgo abscessit, & in publica uia, ne inter aliquos lis amplius esset, concedit. Vbi vsque modò perseuerat, & toto clarissima mundo, *à Solis ortu vsque ad occasum, laudabile est nomen eius*.

Aureæ allusiones.

Lucæ 2.

Recanatensium hilaritas, & gaudium.

Infirmi vires assumunt.

Peregrini à furib. occisi.

Domus Virginis pergit ad collẽ Fratrũ.

Quia Fratres per habendo nouæ domus Dominio dimicant, inde eleuata sacra domus in medio publici itineris consedit.

Huius Sacelli (postquam Italicas Picenas oras inuisit) meminit Blondo rerum Italicarum, sanè fidelissimus scriptor, libro de Italia illustrata, regione quinta, cuius uerba sunt hæc. *Racanetum inter, & Adriaticum Mare paululum*

Blondo.

Fidelium preces in Lauretana æde exaudiuntur.

a Mu-

A *a Musione recedit, Celeberrimum totius Italiæ, vt in aperto, immunitoq; uico Sacellum Gloriosæ Virginis Mariæ in Laureto appellatum; quo in loco preces supplicãtium à Deo genitricis suæ intercessione exaudiri, illud maximum, certissimumq; est argumentum, quòd eorum, qui, votis emissis, exauditi fuerunt, ex auro, argento, cæra, pannis, veste linea, laneaq́, appensa donaria, magno luenda prætio, Basilicamque omnem panè complentia, Episcopus in Dei, Virginisque gloriam, in tacta conseruat*. Hæc Blondus. Non me latet, impium Petrum Vergerium, duodecim falsis Futilibusque argumentis, Sacrosanctam huius venerandi sacelli translationem, & veritatem infringere conari; sed à Francisco Turriano in suo opusculo egregiè refellitur, & à nobis, Deo fauente, exactius alibi, & uehementius confutabitur. Sed vnico miraculo ex lateribus eiusdem almæ domus facto, huic narrationi finem imponamus. Miraculũ lapidis ablati.

Episcopus Cumbrensis in Lusitania, cũ à Pontifice Maximo frustulum lapidis ex Sacra Virginis Domo assumendum curasset, quod eidem Virgini nouiter sacram vellet domum erigere, & ad id Capellanum suum Franciscum Stella ab Aretino misisset, sollicitus hic, opere imperata persoluit. Cùmque secum Domus Sanctæ frustulum reuerenter, & maiori B qua poterat deuotione asportasset, dici non potest quot eum per viam mala, & incommoda inuasere. Quippe qui, nec equis progredi, sine maximo suo dispendio posset, nec quidquam tentabat, quod suis uotis aliquantulum arrideret. Tandem ventum est Tridentum, ubi eum Episcopus, non sine maxima lætitia expectabat. Sed Ecce non post longum tempus, Episcopus tam graui morbo corripitur, ut nulla in terris (Medicorum omnium consensu) posset medicina præstolari. Rem cum sacris fœminis Monasterij Sancti Francisci confert Capellanus, enixè precatur omnes, ut Domino suo, orationibus, ac ieiunijs, firmam apud Deum impetrent sanitatem. Cùmque post aliquot dies, eò Capellanus idem reuerteretur: Sacra inter fœminas una, quæ cæteras uirtute antecellebat (& si lapidis huius asportati factum, à nullo sciebatur) vnde orta esset Episcopi Domini sui infirmitas, nunciauit. Cùmque ei suasisset, ut lapidem Domus Beatæ Mariæ à Laureto, eò vnde assumpserat, reducere coneretur, id ut Episcopus sciuit, non segnis impleuit; & remisso nuncio cum lapide assumpto, prætiosa arcula concluso, quanta potuit celeritate Lauretum venit. Cùmque magna Sacerdotum multitudine processionaliter reciperetur, & in propriũ Lapis oblatus processionaliter recipi

tur, & Episcopus Cunibrẽsit sanitati pristinæ restituitur.

vnde assumptus erat locũ reponeretur; mox Episcopus pristinæ saluti restitutus est. Sed his omissis, q̃ (fusius fortè quã par erat) enarrauim⁹, ad ꝓpositas Ouilis cõditiones reuertamur. C

Ex superioribus ergo (dum de miraculis agebamus) quatuor insurgunt dubitationes.

Prima. Num mali, miracula operentur?

Secunda. Cur Ioanni Baptistæ non fuerit concessum miracula operari?

Tertia. Quomodò uerum est, quòd Apostoli maiora miracula operati sunt, quàm Christus fuerit operatus?

Quarta. tandem, & vltima Cur Beata Virgo, non fecerit miracula?

PRIMVM DVBIVM.

Num mali miracula operentur?

Ioan. 9. Ratio dubij. D. August. D. Basyl. Lucę 11.

ET quidem circa hoc dubium illud est, quod facit difficultatem. Quoniam Ioan. 9. dicitur, quòd *peccatores Deus non exaudit*, neque mali rogantes, exaudiuntur. Et tamen huius contrarium, videtur dicere Aug. lib. 2. contra Episto. Parmen. c. 8. & probat ex illo Euangelij Lucæ 18. de publicano, & Basyl. idem habet lib. de Constitutio. Monast. c. 2. probatque ex illo Lucæ 11. *Amen dico vobis, & si non dabit illi eò quòd amicus eius sit; propter importunitatem tamen eius surget, & dabit illi, quotquot habet necessarios.* Idem patet ex scripturis: vt in illis infidelibus, à Deo suam liberationem exposcentibus Ionæ 1. Rursus etiam mali miracula faciunt, ut diximus, & patet ex illo Matth. 7. *multi dicent in die illa, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, Dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus?* qui tamen propter eorum nequitiã excludentur à Regno. Quod eleganter tractat Grego. lib. 9. Epistolarum Epist. 58. & lib. 20. Moral. c. 4. Augu. lib. 83. quæst. q. 79. & ideo idem Augu. lib. 2. contra Epist. Parmen. cap. 8. & tract. 44. in Ioan. & Orige. homil. 5. in Isa. dicunt, falsam esse sententiam hanc, & ab infideli, nec dum illustrato homine esse prolatam. D

Ionæ 1. Matth. 7. D. Gregorius. D. Aug. D. August. Orige.

Varia interpretatio doctorum.

Alij verò aliter interpretantur dicentes; Deum nullo modo exaudire peccatores, in miraculis faciendis, ita ut illa sint signa probitatis eorum, in quo sensu si verba illa sumantur, verum dicit cecus, quia Deus peccatores non exaudit. Et profectò, cęcus Christum magnificans, eo sensu verba illa protulit. Constat autem quòd Christus ideo miracula faciebat,

A bat, ut suam doctrinam confirmaret, & se uerum Deum probaret. Sed aliter idem Augustinus lib. 83. quæstionum, quæst. 79. interpretatur dicens, malos non facere miracula ex proprio opere, sed ex virtute Diuina, signo aliquo Iustitię, vel Crucis, uel Christi, vel alterius sacramenti, ut dictum est, quòd probat ex illo Matth. 9. *Magister uidimus quendā in nomine tuo eijcientem Dæmonia, qui non sequitur nos*. Atque in hunc modum, Gregorius, lib. 20. Moral. cap. 9. dicit, quòd etiam hæretici possunt facere miracula. Cæcus autem benè dixit, quòd *Deus peccatores non exaudit*, quia reuera nunquam tale in lege ueteri continebatur aut uisum fuit; atque ideò dixit, *à Sæculo non est auditum, vt aperiat quis oculos cæci nati*. Ex quo (ut ait Toletus super Ioan. cap. 9. annotat. 9. in fine, Donatistarum error detegitur, qui Baptismum ab hæreticis collatum, reiterandum dicebant; ut refert Augustinus, lib. 5. contra Donatistas cap. 20. Quod quidem falsum est: cùm (ut ait idem Augustinus, ibidem) Baptismus, secundùm formam ab Ecclesia consuetam, non sit hæreticorum opus, quia nihil ipsi conferunt ex suo; & propterea ideò Deus illos exaudit, & gratiam ab eis Baptizatis confert, quia Christi baptismum esse uidet, in cuius faciem semper respicit, neque enim offerentis tantùm Deus cernit
B personam; sed principaliter eum, in cuius nomine, aut uirtute confertur.

D. ...gust. Mali non faciunt miracula ex proprio opere, sed signo aliquo Iustitię, vt crucis, vel mediātibus sacramentis.
Matth. 9.
Etiam hæretici possunt facere miracula.
D. Greg.
Donatistarū error detegitur.
Toletus.
Deus ideò dat gratiā baptizato, quia uidet esse Christi baptisma.

DVBIVM SECVNDVM.

Cur non fuerit concessum Ioanni Baptistæ miracula operari?

CIrca hoc. Notandum est. Semper Hæbreum Populum assuetum fuisse deuiare à Deo, & ideo Dominus dixit: *Populus iste duræ ceruicis est, dimitte me, ut irascatur furor meus contra eum*. Atque ideò non tam citò à Mose elongabatur, quàm citò sibi sculptilia, atque idòla confingebat. Vnde ait scriptura. *Videns Populus, quòd moram faceret Moses, congregati ad Aaron dixerunt, fac nobis Deos, &c.* Atque ideò prohibuit eis imagines, figuras, ac statuas; non quidem quasi hæc mala fuissent, (cùm nos modò ipsa habeamus) sed quia ipsi, sic dediti erant idòlorum cultui, ut de facili (spreto Deo) statuas, ut Deum erant adoraturi. Quia igitur Ioannes Baptista, & natiuitate Vnicus, & uita mirabilis, ac Sanctitate futurus erat singularis; tanta a-

Nota.
Hębręū Populū semper fuisse assuetū deuiare à Deo.
Cur Deus prohibuit filijs Israel: ne sibi facerent sculptilia, & imagines.
Cur Ioannes Baptista non fecerit miracula.

pud Iudæos de illo in prædicatione, ac vitæ Sanctitate erat C opinio, tantùmque nomen; vt si miracula fecisset, totus post eum mundus perrexisset. Etenim si (nullo adhuc uiso miraculo, sed in solitudine manente, tantùmque locustis ac melle Syluestro nutrito) *miserunt ad eum nuncios, vt interrogarent eum, tu quis es?* volentes eum in Messiæ locum recipere; proculdubio unico tantùm facto miraculo (etiam illo nolente) ipsum in Messiam erant assumpturi, *tanta e-* *gratia* (vt ait Augustinus, tract. 4. super Ioan.) *tantaque excellentia apud homines Ioannes fuit, vt posset homines fallere, & estimari Christus.* Iuxta illud Lucæ 3. *existimante Populo, & cogitantibus omnibus, nè fortè ipse esset Christus.* Quoniam verò, (vt dixit idem Ioannes loquens de Christo) *illum oportet crescere, me autem minui*; ideò nullum operatus est miraculum, ut sic, cùm esset uox Verbi, nullo edito signo defficeret; *Verbum autem Domini*, miraculis clarum, *maneret in æternum.*

Quantę gratiæ fuerit Ioannes Baptista ex D. August. Lucæ 3.

Vnde Diuus Thomas 3. par. quæst. 38. artic. 2. ad 2. dicit. *Totam Ioannis Baptistæ operationem ad Christum esse relatam, qui multitudine signorum, & suam, & Ioannis doctrinam confirmauit. Si autem Ioannes signa fecisset, ex æquo homines Ioanni, & Christo attendissent. Et ideò, vt homines principaliter Christo intenderent, non est datum Ioanni, vt* D *faceret signum. Iudæis autem quærentibus, quare baptizaret, confirmauit suum officium auctoritate scripturæ Io. 2. ego uox clamantis in deserto, parate viam Domino.*

D. Tho. Ioannis operationes ad Christum referebantur.

Ioan. 2.

DVBIVM TERTIVM.

Quomodo verum sit, quòd Apostoli maiora essent signa facturi quàm Christus?

ILlud in hoc dubio, negocium facessit. Quoniam primò, *non est discipulus super Magistrum* (vt dixit ipse (Christus) *perfectus autem erit discipulus, si sit sicut Magister eius*; si ergo Christus est Magister, dicente eodem; *vos vocatis me Magister, & dominus, & benè dicitis sum etenim*; proculdubio nunquam Apostoli, qui discipuli eius sunt, maiora opera sunt facturi, quàm ipse Christus fecit. Accedit secundò. Quoniam si omnia quæ habent Apostoli ab ipso Christo, & Deo habent, secundum illud Iacobi primò, *omne enim datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum*; quomodo sunt facturi maiora, ijs quæ ipse

Quomodo Apostoli maiora sint facturi opera quàm Christus fecerit.

Ratio difficultatis.

A ipse fecit, si ipse Christus, eadem opera in ipsis fecit?

Augustinus, tract. 71. in Ioan. non de omnibus operibus intelligit, sed tantùm de prædicatione, & mundi conuersione. *De alijs enim & ipse in ipsis opera fabiebat, Christus namque dum sanabat, ex se sanabat, Apostoli autem non, sed in ipsis Christus sanabat. Opera autem quæ tunc Christus faciebat, in eo Pater faciebat, quia à Patre exibat, sed ipse faciebat, quia cum Patre unum erat. Opera igitur quæ Ego facio* (inquit Christus) *Et ipsi facient, & maiora horũ facient. Sed opera quæ tunc faciebat* (ait Augustinus) *Erant uerba quæ loquebatur. Audiebant, & credebant illi, & eorum uerborum fructus, erat fides illorum. Veruntamen euangelizantibus discipulis, non tam pauci quàm illi erant; sed gentes etiam crediderunt. Sed ne solos Apostolos crederemus hæc maiora esse facturos, dixit; qui credit in me, ut de cunctis etiam fidelibus intelligatur.* Sed clarius tract. 72. *Quid* (inquit) *Hoc? qui faciet opera quæ Christus facit non inueniebamus, qui etiam maiora faciet, inuenturi sumus? Sed dixeramus sermone pristino, quia maius fuit, umbra suæ transitu* Act. 5. *quod discipuli fecerunt, quàm suæ fimbriæ tactu* Matth. 14. *quod ipse Dominus fecit, sanari languentes. Et quia plures Apostolis quàm ipso per os proprium prædicãte Domino crediderunt, ut hæc uiderentur opera intelli*B *genda esse maiora; non quod maior esset Magistro discipulus, vel Domino seruus, vel adoptiuus unigenito, vel homo Deo; sed quod per illos ipse dignaretur eadem maiora facere, qui dicit illis alio loco; sine me nihil potestis facere. Ipse quidẽ (ut alia omittam) sine ipsis fecit eos, sine ipsis fecit hunc mundum: & quia homo etiam ipse fieri dignatus est, sine ipsis fecit & se ipsum.* Hæc ille.

De quibus operibus Christus intelligatur secũdum D. Augustinũ cũ dixit, Apostolos eẽ maiora facturos.

Euangelizantibus discipulis plures conuersi sũt quã Christo prædicante.

Matt. 14.

Idem autem Augustinus. In psal. 130. de Petro uerba illa interpretatur; quasi Petrus, qui sola umbra laquẽtes curauit, maius effecerit miraculum, quàm Christus qui fimbriæ tactu Emorroissam à sanguinis profluuio liberauit.

Augustinus.

D. Tho. in capit. 14. Ioan. lect. 4. circa hoc, ponderans unũ, intelligit dictum illud, de verbis, & prædicatione Christi. Et vult dixisse Christum; maiora horũ facturos Apostolos, prædicando. Quoniam multocies dum prædicauit Christus, renuerunt audientes, & indignati sunt, ut patet Matth. 19. in Iuuene illo, cui cùm Christus prædicaret dicens; *Vade & uende omnia quæ habes, & sequere me*, adolescens ille, nõ modò nõ est conuersus, sed *Abijt tristis* (inquit Euangelista) de Petro uerò, & alijs Apostolis legitur act. 4. quòd prædicantibus eis, audientes uendebant possessiones, & omnia quæ habebant,

D. Tho. intelligit dictum Christi de p̃dicatione, & quomodo.

Acto. 4.

bant, & earum prætium ad Apoſtolorum pedes afferebant. C

D.Chryſoſt. intelligit, dictum Chriſti eſſe verũ, ſi intelligatã quoad tempus.

Chryſoſtomus uerò ſuper eundem locū dicit, maiora opera facturos Apoſtolos, quàm fecerit Chriſtus, *Quoad tēpus.* quam expoſitionem colligit ex contextu Euangelij. Non enim abſolutè ait Chriſtus, *Maiora horum facient*, Sed ſubdit cur maiora facient, *Quia* (inquit) *ad Patrem uado.* Quaſi uelit dicere, nō quòd abſolutè ſint maiora facturi, ſed quia *Ego ad Patrem uado* (ait Chriſtus) & uos hic in mundo manebitis; ideò quia ego per tres tantùm annos prædicans, miracula operatus ſum, uos qui longiori tempore, & latioribus Orbis plagis eſtis prædicaturi, in Euangelij corroboratione *Maiora horum facietis, quia ego ad Patrem uadens, per me ipſum prædicādo, amplius non operabor.* Vnde D. Thom. 2.2.q. 174. art. 4. ait ad 2. *Miracula & ſigna aliorum Prophetarum fuiſſe maiora ſecundùm ſubſtantiam facti, ſed tamen miracula Moyſi fuiſſe maiora ſecundùm modum faciendi: quia fuerunt facta toti Populo.* Et pari ratione dicendum eſt, Apoſtolos maiora facturos miracula: ipſi enim fecerūt, ea toti mundo in quem diſperſi ſunt, Chriſtus verò non, cùm in ſola Iudæa prædicauerit. *Maiora* inſuper *facient*, quoniã Iudæos de mendacijs Apoſtoli conuincent. Putant enim (inquit Chriſtus) hæbrei fidem meam eſſe extinctam, ſed falluntur, quoniam Apoſtoli me in cælis manere, & cum Patre regnare prędicabunt, & ideò dxit, quia *ad Patrem uado.* Et tandē dixit Chriſtus ſe ad Patrem abeunte, ſuos Apoſtolos maiora facturos, quia ipſe manens cum Patre, debebat magis glorificari, & propterea debebat etiam maiorem illis uirtutem tribuere maiora faciendi. Quòd autem maiora illis cum Patre in cœlis manens tribuerit, patet. Poſt aſcenſionem enim ſuã Chriſtus diſcipulis ſpiritum ſanctum miſit, quod antea non effecerat. *Spiritus enim* (ut ait Euangeliſta) *nō erat datus, quia nondum erat Ieſus glorificatus.* Quia igitur ſpiritus ſanctus, deſcendens ſuper ſingulos eorum, *Virtute eos induit ex alto:* tunc eis uirtutem tribuit maiora faciendi. Declaratur autem (ut ait Caietanus ſuper Ioã. 14.) modus faciendi hæc, & maiora miracula, longè diſtans à modo quo Chriſtus illa faciebat. Namque ipſe Chriſtus miracula operatus eſt, imperãdo; credentibus autē in eum promittitur, quòd facient hæc, & maiora ſupplicando. Vnde licet quoad materiale, maiora erant Apoſtoli facturi quàm Chriſtus, ſecundùm formale autem, quia Chriſtus ex ſe, & ex propria uirtute, & poteſtate operabatur, illi autem non, niſi per Chriſtum; ideò maiora ſimpliciter Chriſtus faciebat. D

Quomodo quædã miracula ſint maiora, alijs, ex D.Tho.

Caietanus. Apoſtoli, maiora opera erant facturi quã Chriſtus materialiter, nō autem formaliter.

A DVBIVM QVARTVM.

Cur scilicet beata Virgo miraculum ullum non fecit?

SVarez, in 3. par. quæst. 37. disputa. 20. sectione. 3. tenet, B. Virginem etiã in uita fecisse miracula. Quoniã si (ut Damascenus ait sermone decimo de Assumptione Virginis, & Simeon Metaphrastes, de uita & dormitione Deiparæ) post mortem multa est B. Virgo miracula operata; imò etiam & sepulchrũ eius maximis fuit miraculis gloriosum; profectò dicendum est, etiam in uita, ipsam miraculis claruisse. Citat autem Suarez in suã sententiam Albertum in suo mariali, qui generaliter de laudibus Virginis cap. 69. 70. & 72. tanta dicit; ut nil amplius de ipsa posse dicere uideatur. Et licet Suarez uerba eius non citet; nobis tamen, qui etiam eundem Albertum uoluimus, eius uerba hic apponere uisũ est. Inquit ergo, *Quòd Maria est ueluti uas quoddam plenum, in quo nihil sit vacuum, quoque plus liquoris recipere nequeat posse censeri.* Et pleraque alia de plenitudine gratiæ Christi, & Mariæ, copiosissimè, ac refertissimè dicit. Additque memorabilem quãdam regulam, quam principium per se notum appellat; *Non esse* (inquit) *dubitandum, quin Mariæ tribui conueniat, quidquid boni pura quæuis Creatura fecerit, uel receperit, cùm Virgo à nullo illustrium virorum (ut ait Damascenus) superetur.* Affert quoque in suam sententiam Rupertum, li. 3. in Cantica, cap. 4. ubi generaliter de Maria loquens sic ait. *Malum quippe punicum; in medio tintinnabulorum, religiosum, atq; operosum est silentiũ, maximè sexus fœminei, in societate fidei, & Prædicatorũ, qualis tu præcipuè fuisti Virgo virginum, in adiutorio, vel etiam regimine prædicantium Apostolorum: cuius & si uerba non legũtur, vel audiuntur vbi prædicauerunt; opera tamen, uel merita non ignorantur, non minora, imò maiora tinnitu prædicãtium.* Nec non adducit D. Anton. 4. par. tit. 15. cap. 19. §. 6. tanquam id affirmantem.

B

Opinio Suarez tenentis B. Virginem etiam in uita fecisse miracula.
Damasce.

Suarez in suã sententiam citat Albertũ.

Pulcra sentẽtia de Maria Virgine.

Virgo Maria, à nemine illustrium uirorum superatur.
Damascenus.
Rupertus, dulcia de Maria dicit.
Nota.
Suarez reprẽditur.
B Virgo in uita nullũ edidit miraculũ & quare ex D. Tho.

Sed reuera modernus hic autor, sua pace, uel tunc non uidit Antoninum, vel visum est ei (decurrẽtibus oculis) sic Antoninum asserere. Quoniam reuera, Antoninus totum oppositum clarè dicit. Agens enim de gratia sanitatum, dicit, *Hac gratia B. Virginem fuisse repletam; sed tamen in vita sua nullum edidisse miraculum comperiri.* Vnde tenenda est sentẽtia D. Tho. 3. par. q. 27. artic. 5. ad 3. ubi negat, B. Virginem habuisse in uita huius gratiæ vsum. Et ratio eius est. *Quoniam mira*

culo-

culorum usus ei non competebat dum uiueret, Eo enim tempore confirmanda erat Christi doctrina miraculis, & soli Christo eiusque discipulis qui erat doctrinæ Christi baiuli, miracula operari conueniebat. Quam sententiam refert, & sequitur Canisius in suo Mariali, lib. 3. ca. 6. Vnde dictũ Alberti superius allatum, & omnia quæ de Virgine dicit, regulanda sunt secundùm dictum D. Tho. scilicet iuxta usum donorum, secũdùm quòd ratio personæ, & sexus patitur. Vnde in hoc relinquendus sanè est Suarez, cùm recedat à uera D. Thomæ doctrina.

Apostoli fuerũt baiuli doctrinæ Christi. Canisius.

Et in aliquibus (meo Iudicio) uidetur aliquantulũ Suarez pungendus. Primò. Quoniã malè citat Caietanum dum ait, ipsum inniti alio fundamento ad probandum Virginem miracula non edidisse, eò quòd in scriptura id expressum nõ inueniatur; cùm tamen Caietanus non ad hoc propositum dictum illud afferat; sed ad probandum B. Virginem doctrinæ exercitium non habuisse, in quo benè dicit.

Suarez ĩ multis suis dictis pungitur. Primò.

Secundò. Quia Suarez distinctiones nõ me multùm hoc loco delectant, dum ait: ante verbi Dei Incarnationem, nullum esse B. Virginem miraculum operatam, neque similiter dum Christus vixit, addẽs tertiò, quòd fecerit miracula post quàm Christus in Cœlum ascendit. Nam quæro ego à Suarez, & dico (quod ille iam in suo dubio concedit) per fundamentum D. Thomæ & suum, ideò Apostoli miracula faciebant; quoniam erant fidei baiuli, & magistri; sed in suo argumento quod Suarez facit contra D. Th. concedit, B. Virginẽ fuisse fidei magistram, ergo cùm talis fuerit uiuente filio, nec minor Apostolis; proculdubio si Apostoli tunc miracula faciebant, etiam Christo uiuente, Virgo etiam erit miracula tunc operata, quod tamen ipse negat.

Secundò. Tertiò. Argumentũ ualidum contra Suarez.

Impertinens quoque uidetur, in vita filij Virginem non fecisse miracula; postea verò sic, cùm Christi præsentia non prohibuerit ei, sicut nec Apostolis prohibuit virtutum operationem. Sed de ijs hactenus edixerimus.

Aliud argumentum.

Rupertus quidem Abbas, in Cõment. super Cantica libr. 1. capit. 1. paulò ante medium, Mariæ laudes extollens, non modò ipsam Apostolorum magistram uocat, sed omnium dubiorum enucleatricem, ac solutricem: quam primo Apostolorum Concilio Hierosolymis habito adfuisse testatur, & perdifficilem illam Iudaicarum cæremoniarum quæstionẽ, suo verbo dissoluisse, cuius verba sunt hæc. *Horum discernẽdorum utique magistram te esse oportebat ò, B. Virgo, & magistrã Magistrorum, idest Apostolorum, iuxta illud: fons hortorum,*

Rupert⁹ ait, B. Virginem adfuisse primo Concilio facto Hierosolymis, sed errat.

A rum, puteus aquarum uiuētium, quæ fluunt impetu de Libano. *An quia spiritus sanctus illos docuit, idcirco tuæ uocis magisterio non illis opus fuit? imò vox tua, uox illis fuit Spiritus Sancti; quidquid supplementi opus erat eisdem mortalibus; uel testimonij ad confirmandos singulorum sensus, quos acceperant ab eodem spiritu, diuidente singulis, prout vult, ex religioso ore tuo perceperunt, instructo ad loquendum, benè composito ad tacendum, prout tempus erat opportunum. An quia loco supra memorato de Actibus Apostolorum, ubi facta seditione propter cæremonias Iudaicas Act. 15. conuenerunt Apostoli, & seniores uidere de hoc uerbo, nullam tui mentionem scriptura fecit, idcirco putandum est, quòd conuentus ille te omiserit, & sanctū de tuo pectore, & de tuo ore spiritum non consulueritimò & illic, & in cæteris agendis, tu princeps, omnem soluisti quæstionem: ita tamen ut non clamares, neque contenderes, neque audiretur uox tua foris: quia (sicut ante nos dictum est) tu sola es Virgo quæ uniuersam hæreticam prauitatem interemisti.* Hęc Rupertus. quem citat Canisi. li. 5. sui Maria. c. 1. sequens sentētiā eius & addit, Rupertū dicere, B. Virginem, in eo primò Concil. præfuisse ut caput; cùm tamen hoc ultimū Rupertus non dicat. Actor. 15.

Sed reuera in ijs suis dictis, omnes isti Doctores decipiuntur. Licet enim B. Virginem Spiritu Sancto plenam, magi-B stramque Apostolorum esse doceamus, & maximam illam difficultatem cæremoniarum dissoluisse fateamur; nullo tamen modo concedendum est, corpore eam ibi in medio Cōcilij adfuisse; cùm, ibi assistere, aut publicè ueluti decidens quæstionem præesse, nullo pacto ei conueniret: & si clàm ab Apostolis super hoc (ut in alijs grauissimis faciebant) sciscitata, Quid super decernendum esset, Diuino repleta spiritu eis nunciauerit. Sed ad alias ouilis proprietates accedamus.

Nullo modo dicendum est Virginē primo Concilio Hierosolymis ab Apostolis habito præfuisse, licet clā quid super illa graui quęst. legalium tenēdū esset, Apostolos docuerit.

Quinta ouilis cōditio est, pabulum aliquod intus retinere, quo oues (seclusis externis pascuis, quod brumali niuium tēpore accidere solet) sustentari, manuteneri, ac refocillari queant. Hoc ipsum etiam egregiè Ecclesiæ Catholicæ conuenit. Habent oues Christi ampla creaturarum pascua, à quibus egredientes, proprietates, affectiones, motus, earumque accidentia degustantes, ad summi motoris, Deique optimi maximi adumbratam, obscuramque cognitionē perueniūt, iuxta illud Pauli: *Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.* Habent præterea innatum naturale lumē, quo illustratæ, uerum à falso cognoscunt. Retinent insuper sapientiæ, & humanæ Philosophiæ studium, quo bonum à malo discernentes, studiosam, ac morigeratam animorum infor-

Quinta ouilis conditio. Oues Christi habent duo pabula, externa creaturarū, vel luminis naturalis, & interna, scilicet sacras scripturas.

informationem adipiscantur. Sed hæc externa Christiano C pascua sunt, & *Infirma, & egena elementa* (ut ait Apostolus ad Galat. 4.) hominum mentes eorumque uoluntates, haud plenè facientia, & implentia. *Quid enim prodest* (ut ait Isido. lib. 3. de summo bono) *In mundanis proficere doctrinis, & inanescere in Diuinis? caduca sequi figmenta, & cœlestia fastidire mysteria?* Vnde pabulum quod propriè Christiano competit, est legis Euangelicæ, ac Sacrarum litterarum studium, & contemplatio. *Quæ sacra scriptura* (ut inquit D. Gregorius in moralibus) *Aliquando nobis cibus, aliquando potus est. Sacra* (inquit) *Scriptura, aliquando nobis cibus est, aliquando potus, cibus est in locis obscurioribus, quia quasi exponendo frangitur, & manducando glutitur; potus uerò est in locis apertioribus, quia ita sorbetur, sicut inuenitur. Hæc, uerba uitæ æternæ habēt, hæc Deum proximè, non iam in radice montis, sed in sūmitate eius, & in medio ardentis rubi uidet, & contemplatur. Hæc spiritum animæ uiuificat, & ut alter Ezechieli, & Ioanni ad deuorandum traditus liber, os mentis cœlesti nectare recreat, ac pænitentis stomachum, media compunctione, amaricat, & cōtorquet. Hæc scientia* (inquit Augustinus lib. 3. de doct. Christiana) *Nihil præcipit nisi charitatem, nihil culpat nisi cupiditatem.* D *Quidquid ergo ad hoc pertinet, proprium eius est; quidquid autem ad hoc non pertinet, fictum esse cognoscas.* De qua idem Augustinus 2. super Genes. c. 19. sic ait. *Scriptura sic loquitur, ut altitudine superbos irrideat, profunditate attentos terreat, virtute magnos pascat, affabilitate paruulos nutriat.* Hæc ille. Denique sicut in corde cibus in sanguinem versus, perficitur: & in uiuentis substantiam commutandus totam ibi suam, mediante cordis calore, acquirit perfectionē; sic Diuina Scriptura, dum intimo corde suscipitur, ibi perficitur, ubi qui eam possidet mutatus in virum alterum inflāmatur. Vnde Apostoli Diuinis illuminati scripturis Emaus petentes, postea non sine magna halacritate dicebant: *Nonne cor nostrum ardens erat in uia, cùm loqueretur nobis, & aperiret scripturas?*

Galat. 4.
D. Isidor.
Pabulū Christiani ppriū.
Sacra scriptura aliquando est cibus aliquando pot⁹, & quomō ex D. Gregor.
Ezech. 3.
Apoch. 10.
Augustini dictum de sacra scriptura.
Augustinus.
Similitudo pulcra.
Sacræ scripturæ quid efficiant.
Matt 24.
Lucæ 24.

Et sanè Diuinarum Scripturarum hæc singularis proprietas est, ut legentium corda magis magisque in Dei amorem inflamment. *Ad hoc enim sunt Scriptura, & creatura* (ut dicit Augustinus in 2. de Trinit.) *ut ipse quæratur, ipse diligatur, & qui ipsam creauit, & illam inspirauit.* Hugo libr. 3. de anima, ingeniosè in refectorio Sacræ Scripturæ (sic enim loquitur) tres mensas præparari demonstrat, historialem uidelicet, mysticam, & moralem, de quibus nos fusius supra egimus.

Augustini dictum de sacra scriptura.
Hugo tres in scriptura mēsas parari docet.

Amus. *Prima* (inquit) *mensa, simplicibus paratur, secunda Doctoribus, tertia communis est utrisq; In prima cibus est grossior, in secunda subtilior, in tertia dulcior. Prima continet saporem exemplorum, secunda vim mysteriorum, tertia dulcedinem morum. Prima pascit miraculis, secunda figuris, tertia verbis.* Hæc Hugo.

Verùm, quãtùm diuinum hoc pabulum, cæteris humanarum scientiarum graminibus prestet, paucis demonstremus. Et sanè hæc Diuina scriptura, humanas doctrinas veritate, uetustate, dignitate, sanctitate, fæcunditate; vtilitate, & suauitate longè antecellit; de quibus sigillatim agendo, pauca breuiter perstringemus.

Scriptura diuina, alias humanas scientias in multis vincit.

Et de ueritate quidem, nulla unquam potest esse dubitatio. Auctor enim eius Deus est, qui nec mentiri potest (cùm sit ipsa veritas) nec decipere uelit, aut mendaces aliquando patiatur esse Prophetas suos; *Eò quòd loqutus sit per os sanctorum qui à sæculo sunt Prophetarum eius.* Vnde Diuino afflatos spiritu, Sãctos Dei homines loqutos esse, testatus est Apostolorum Princeps. Atq; hinc est, quòd vocatus Balaam à Balac Rege Moab (ut patet Numer. cap. 23.) ut malediceret Israeli, cui prius benedixerat Dominus, tamentsi multis esset à Balac (per suos nuncios) honorificis verbis salutatus, maxima ei prius argenti, aurique copia oblata; tamen ut ueritas uerborum Domini permaneret, nil se addere posse Domini responso affirmauit. *Si* (inquit Balaam) *dederit mihi Balac plenam domũ suam argenti, & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut uel plus, uel minus loquar.* Cùm enim per os eius Spiritus Sanctus, sicut per alios, loqueretur; ideò nec tantillum quidem à veritatis tramite ipsum errare passus est Dominus, *Cuius iudicia*, (ut ait Propheta) *uera, iustificata in semetipsis*. Vnde idem Propheta dicebat, *Principium verborum tuorum ueritas*. De cuius veritate scripturæ, Hugo libr. 3. de anima sic habet. *In scriptura quidquid docetur ueritas, quidquid præcipitur bonitas, quidquid promittitur, Fœlicitas est. Nam Deus veritas est sine fallacia, bonitas sine malitia, Fœlicitas sine miseria.*

Sacra scriptura uerior est omni alia doctrina, ex parte auctoris.

Lucæ. 2.

Num. 23.

Cur Balaam non maledixit Israeli populo.

B

Hugonis sententia de sacra scriptura.

Antiquitas sacræ scripturæ.

Antiquitas item sacræ scripturæ (quæ ab auctoris vetustate petenda est) non laboriosè demonstrabitur. Moyses enim omnium quotquot scripserunt (etiam inter gentiles quorum scripta apud nos extant) Theologorum, Philosophorum, Poetarum, & Historicorum primus fuit. Nam

Moses primum fuit omniũ Theologorum, Philosophorum, Poetarum, & Historicorum.

que

Eusebius. Moses sapiẽtum primus Iudæis litteras tradidit. Fœnices à Iudęis litteras acceperunt; Græci uerò à Fœnicibus.

que (ut refert Eusebius lib. 6. de demonstratione Euāgē. c. 4.) C Eupolemus Mosen sapientissimum hominem esse dicebat, ipsumque prius Iudæis litteras tradidisse, easq; à Iudæis Fœnices accepisse, Græcos uerò à Fœnicibus.

Nepotes Seth in duabus colūnis suā scientiā scripserunt, & quare. Iosephus. D. Augustin.

Quod si dicat aliquis, Nepotes Seth, sapientes extitisse, & in duabus columnis altera lapidea, altera lateritia (meminerant enim præteritorum) cœlestium rerum scientiam quam callebant, ne quo fortè tempore iterum alluuie maxima, aut aliquo alio superuenienti casu periret, defossis, scalptisq; litteris (ut narrat Ioseph lib. 1. Iudaicarum originum) posteritati tradidisse: afferatq; illud Augustini li. 18. de Ciuit. Dei. c. 37. & 39. scilicet: ante ipsum Mosen in barbaris gẽtibus, sicut & in Ægyptijs, & postea in Græcis, doctrinam aliquam verbo & scripto extitisse: (licet ad nostrorum Patrum, & Prophetarum doctrinam non peruenerint, ut vult idem Augustinus loco cit.) aliàs enim non diceret Scriptura, Mosen fuisse eruditum, & plenum omni sapientia Ægyptiorum) respondemus. Negari nō posse (ut etiam idem Augustinus vult) inter sacros Canonicos scriptores, primum omnium extitisse Mosen. Nam licet Enoch, post Adam, primus fuerit Prophetarū; & multa uaticinatus fuerit, ac scripserit: (ut Origenes homi. ultima, & homil. 28. in numeros, & tomo 6. commentariorum in Euangeli. Ioan. Hierony. in lib. de Ecclesiasticis Scrip D toribus tomo 9. Augustinus libr. 15. de Ciuit. Dei capit. 23. & lib. 18. capit. 38. & Tertulianus lib. de habitu mulierum, testantur) cuius prophetia præcipuè citatur à sancto Iuda Apostolo in sua Canonica; quia tamen multa illius libri quem Enoch composuit, sunt apocrypha; ideò Canonicis scripturis non connumeratur. Restat igitur, inter Canonicos scriptores, primum extitisse Mosen. Cuius in scribendo antiquitas, uel ex eo maximè spectari licet, quòd cùm magna scientiarū mater Græcia, nihil in se Homeri carmine uetustius, & antiquius retineat; ante Homerum tamen, Mosen per quingentos annos extitisse, quisque vel leuiter antiqua legens uolumina reperiet. Vnde rectè Hugo lib. de Arca Noe, scripturā sacram librum vitæ appellat. *Cuius* (inquit) *origo æternus, cuius incorporalis essentia, cuius cognitio uita, cuius scriptura indelebilis, cuius aspectus desiderabilis, cuius doctrina facilis, cuius scientia dulcis, cuius profunditas inscrutabilis, cuius uerba innumerabilia, & unum tantùm uerbum omnia.*

Enoch post Adā fuit primus prophetarum. Orige. D. Hieron. D. Augusti. Tertullian⁹.

Multa composita ab Enoch sūt apocrypha, & ideò non connumerāt inter scriptores Ecclesiasticos.

Primus omnium scriptorum Canonicorum fuit Moses. Hugo. Dignitas sacrę scripturę.

Sed quid de eius dignitate dicemus? Idem Deus, eius materia,

A teria, finis, & auctor est, quo nihil potest reperiri sublimius. Vnde Augustinus, Episto. 2. ad Volusianum de sacra scriptura loquens, omnia in ipsa contineri demonstrat ijs uerbis. *Hic Philosophia, quoniam omnium creaturarum causæ, in Deo creatore sunt. Hic Ethica, quoniam bona uitæ, & honesta, non aliunde formantur, quàm cùm ea quæ diligenda sunt, & quemadmodum diligenda sunt, diliguntur: hoc est Deus, & Proximus. Hic logica, quoniam ueritas, lumenque animæ rationalis, non nisi Deus est. Hic etiam laudabilis Reipublicæ salus: Neque enim optimè custoditur Ciuitas, nisi fundamento, & vinculo fidei, firmaque concordiæ, cùm bonum commune diligitur, summum, atque verissimum Deus est.*

magna: cum eius auctor materia, & finis, Deus sit.

In sacra scriptura omnia continentur. Philosophia, Ethica, & logica.

D. August.

Cœlestis verò huius doctrinæ sanctitatem, multis sanè sententijs ampliaremus, nisi hic ea congerere, quæ sunt luce meridiana clariora, superuacaneum putaremus. *Lex Domini* (inquit Dauid Psal. 18.) *immaculata, conuertens animas; testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.* Vbi antonomasticè legem Domini immaculatam vocat, in qua non nisi pium, iustum, ac sanctum reperitur. Cuius san-
B ctitatis tanta est uis, & potentia, vt sicut magnes ferrum, eletrumque paleas atrahunt; sic lex Domini, cùm ex se sit immaculata, cunctorum ad se contemplantium animas ducat, atque conuertat. Et ideò idem Regius Propheta Psal. 11. ignem purgatissimum legem hanc appellauit dicens. *Eloquia Domini, eloquia casta: argentum purgatum terræ, probatum septuplum.* Qua potissimum comparatione, uisus est sibi Dauid legis Domini sanctitatem edicere. Neque enim contentus est, ipsam uocare aurum quodcunque, sed multò sudore, & industria, multo ignis calore, & fusione, ab artifice septuplum purgatum, & emundatum.

Sacræ scripturæ Sanctitas.

Psal. 18.

Antonomasticè lex Domini immaculata appellatur.

Vis, & potentia legis Dñi, similis magneti.

Lex Domini est aurũ purgatum.

Psal. 11.

Atque in hoc potissimum ab alijs sectis, hæc sacra scriptura differt. In hac enim nihil est, quod inficiari possit, quia est omni sorde, & labe mundissima. Aliæ uerò sectæ (ut latius superius uidimus) nequissimæ sunt, & innumera in se continent, non obscęna modò, sed nequissima etiam, & falsissima. Namque Paganorum sine lege lex, multos Deos admittebat: in Mahumeti insuper Alcorano, innumera falsa continentur: Talmud quoque Iudęorum, falsissima continere certum est. Sola ergo Dei lex Sancta, sola purgata, & in omnibus immaculata inuenta. Huius legis, & scripturæ sanctitatem, exponit Hieronym. ad Virginem Demetriadem ijs verbis. *Diuinas scripturas sæpè lege, imò nunquam*

In scriptura sacra nihil est, quod inficiari possit.

Oẽs Sectę in se continent falsissima.

Sanctitas scripturæ exponitur à D. Hierony.

de manibus tuis sacra lectio deponatur, in scripturis Diuinis, per quas sola potes, Dei planè intelligere voluntatem: prohiberi quædam, præcipi quædam, concedi aliqua, suaderi nonnulla, prohibentur mala, præcipiuntur bona, conceduntur media, suadentur perfecta. C

Fœcunditas Sacræ scripturæ qualis.

Iam verò de eius fœcunditate dicamus. Hæc enim est, quę non geminos modò fætus, ut Rachel, ex uno cum Deo cubitu producit; sed cùm infinitos in se contineat sensus, innumerabiles, quoque fructus germinat, & celata mysteria manifestat. Vnde Gregorius in suis homilijs, scripturæ fęcunditatem manifestans dicit; *Tanta, ac talis est Diuinæ scripturæ sublimitas, vt non solùm verba, quæ à Sanctis, vel ab ipso Domino dicta referuntur; sed etiam circunstantiæ rerum, quæ simpliciter positæ videntur, spiritualibus sunt plenæ mysterijs*. hæc ille. Vnde rectè scriptura sacra comparari potest ligno uitæ, ostenso Ioanni, Apoch. 22. ferenti fructus duodecim, quod per singulos menses reddebat fructum suum. Nec incongruè sanè de singulis scripturæ uerbis, atque sententijs, possemus illud Canticorum dicere. *Quasi grex tonsarum, quæ ascendunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas*. Omnes enim in scriptura reperiunt fructus, & suauitates quas desiderant. Vnde Chrysostomus super cap. 22. Matth. in illa verba: *Omnia parata sunt*; sic de scriptura ait. *In scripturis enim, ignorans inuenit, quid discat, contumax quid timeat, laborans præmia; pusillanimis mediocris iustitiæ cibos, qui etsi pinguem non faciunt animam, mori tamen non permittunt. Qui autem magni animi est, inuenit ibi spirituales escas, quæ perducant eum prope ad Angelorum naturam, qui verò est vulneratus à Diabolo, inuenit cibos medicinales, & salutem per pœnitentiam*. & Augustinus de vera Religione, eius fœcunditatem exponens, sic inquit. *Ad dignitatem Scripturæ pertinet, vt sub vna littera multos sensus contineat: vt sic diuersis intellectibus hominum conueniens, vnusquisque miretur, se in Diuina Scriptura posse inuenire veritatem quam mente conceperit: ac per hoc facilius contra Infideles defenditur, dum si aliquid, quod quisque in sacra Scriptura velit intelligere, falsum apparuerit, ad alium sensum recursum possit habere*: vnde Hieronymus super Matth. 10. in illa verba; *cùm persequti uos fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam*, dicit: *Spiritualiter autem possumus dicere: Cùm persequuti uos fuerint in vna Ciuitate, hoc est in vno scripturarum libro, vel testimonio, nos fugiamus ad alias Ciuitates, idest, ad alia volumina.*

Sacra scriptura rectè comparatur ligno vitæ. Apoch. 22.

In scriptura nihil sterile, & superfluũ reperitur.

In scriptura omnia reperiũtur ex D. Chrisost. D

Dignitas sacræ scripturæ exponitur à D. Aug.

Quis

A Quis verò Diuinæ scripturæ fructus, & utilitates ignoret? *Omnis enim scriptura* (vt inquit Paulus 2. ad Tim. 3.) *Diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad corrigendum, ad erudiendum in Iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus*. Vnde Isydorus lib. 3. de summo bono, scripturæ sacræ vtilitates enarrans, dicit. *Geminum confert donum lectio sacrarum scripturarum, siue quia mentis intellectum erudit, seu quòd à mundi vanitatibus abstractum hominem, ad amorem Dei perducit*, & Cassiodoro, super Psal. in Prologo: *Verè* (inquit) *coruscus liber Psalmorum, sermo lampadis, cura sauciati cordis, fauus interioris hominis, occulta lingua virtutum, quæ superbos humilitati inclinat, Reges Pauperibus subdit, affabilitate paruulos nutrit*. Hæc ille. Vnde rectè scriptura sacra comparatur fago, cuius fructus exterius trianguli sunt, leni cortice conclusi, quibus homines antiquitus vescebantur. Sacra Namque scriptura, in fide nos Trinitatis erudit, & de tribus Theologicis virtutibus informat. Vel quia sub agresti litterali cortice, triplicem fructum mysticum, Anagogicum scilicet, Allegoricum, & Tropologicum, seu moralem amplectitur, concludit. Estque in fago, rectè significata scriptura, ex cuius cineribus (coniunctis alijs) artifices uitrum faciunt. Ispa namq; in cineris, & mortis nos cognitionem inducit, ex quá cognitione, puritatis uitrum in mentibus nostris conficitur.

B

Dulcedinem uerò ipsius, & suauitatem, est nullus qui nesciat. Vnde Dauid dicebat Psal. 118. *quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo*. Et Psal. 33. *gustate, & videte quàm suauis est Dominus*. Sed audi Hugonē de hoc, lib. 3. de anima loquentē. *Nihil* (inquit) *in hac vita dulcius sentitur, nihil auidius sumitur, nihil ita mentem ab amore mundi separat, nihil sic animum contra tentationes roborat, nihil ita hominem excitat, & adiuuat ad omne opus, & ad omnem laborem, sicut studium Sacræ Scripturæ*. & D. Hieronymus super illud Psal. 147. *Et adipe frumenti saciat te*, dicit: *Pinguissimus sermo Diuinus est, omnes in se habens delicias. Quidquid volueris, ex sermone Diuino nascitur, sicut tradunt Iudæi, Quoniam manna quando comedebant, secundùm voluntatem vniuscuiusque, sic sapiebat in ore*. Quòd si quidam, ex lectione librorum gentilium (quæ per se quidem laudabilis, & per utilis est, cùm licuerit Hæbræis, ægyptiorum auro, gemmisque exornari, eò quòd etiam Paulus in suis Epistolis, gentilium Poetarum auctoritatibus v-

Fructus & vtilitates sacræ scripturæ

D. Isydorus.

Sacra scriptura confert geminū fructū.

Laus sacræ scripturę ex Cassiodoro.

Sacra scriptura cōparat̄ fago, & quare.

Ex cineribus fagi vitrum cōficit, & ex scripturę consideratione, deuenimus in cognitionem cineris, & mortis.

Sacræ scripturæ dulcedo maxima.

Psal. 118.

Psal. 33.

Hugonis sententia de sacra scriptura

D. Hierony. quid de sacra Scriptura, sentit,

Psal. 147.

Lectio librorum gentiliū vtilis est.

 sus

ſus ſit, & in illis pleraque uera offendantur, ad Fidei noſtræ C confirmationem, & hæreticorum redargutionem) tantam animo capiunt voluptatem, vt ferè nunquam e manibus libros illos deponant; quanto magis Christianus vir ſcripturas ſacras reuoluet, cùm ex eius uolutatione, nectare dulcius poculum ſit degustaturus?

Sed cùm Sacra ſcriptura pabulum ſit ouium Christi; Pastori autem conueniat intra caulam ſuam, & ouile, pabula manibus tundere, & ouium utilitati conſeruare, cur cùm Christus paſtor ſit, & Paſtor bonus (ut ſtatim paulo inferius dicemus) non ſcripſit quidquam, neque ulla ſcripturarum gramina Proprijs manibus ſcripta, quibus veſci poſſent, ouibus ſuis reliquit?

Christus nihil nobis ſua manu ſcriptũ reliquit, propter tria.

D. Tho.

Et quidem D. Thomas hoc tractans 3.par. quæſt.42.art.4. conueniens non fuiſſe dicit, Chriſtum doctrinam ſuam ſcripſiſſe, propter multa.

Primò.

Primò quidem, propter ipſius dignitatem. Excellentiori enim Doctori, excellentior doſtrinæ modus debetur: atque ideò Chriſto Domino, tanquam excellentiſſimo Doctori, iſte docendi modus competebat, vt doctrinam ſuam auditorum cordibus imprimeret. Vnde etiam apud Gentiles Pytagoras, & Socrates, qui fuerunt excellentiſſimi doctores, nihil ſcribere voluerunt.

Pythagoras, & ſocrates nihil ſcripſerunt.

Secundò.

Ioan. vltimo.

Secundò, propter Excellentiam doctrinæ Chriſti, quæ litteris comprehendi non poteſt, ſecundùm illud: Ioan. vltimo: ſunt & alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt libri. Quos (ſicut Auguſtinus ait, tract. vltimo ſuper Ioannem, non longe à fine) non ſpatio locorum credendum eſt, mundum capere non poſſe, ſed capacitate legentium comprehendi fortaſſe non poſſe. D

D. August.

Tertiò.

Tertiò tandem, & vltimo, vt ordine quondam ab ipſo doctrina ad omnes perueniret, dum ipſe ſcilicet, diſcipulos ſuos immediatè docuit, qui poſtmodum alios, verbo, & ſcripto docuerunt.

Hæc de ouili eiuſque proprietatibus dicta ſufficiant, multa enim alia ad ipſum ſpectantia, quoniam negotium non faceſſunt, ſeriò relinquntur. Illud unum certum eſt: Chriſti Eccleſiam, ex omnium gentium hominibus coaltam, unum eſſe ouile: cùm unum habeat caput, & Paſtorem Chriſtum, eiuſque Vicarium unum in terris, ſcilicet Summum Ponficem: eadem item ſcripturæ, ac Sacramentorum guſtanda pabula proponantur; & quia unica Euangelica communi

Eccleſia Chriſti cur ſit vnum ouile.

ni

A ni lege (ueluti quadam sepe) cunctæ fideles oues concludantur.

Competat autem propriè Triumphanti Ecclesiæ, ouilis nomen, nec ne, dubium est. Sed melius sanè dicetur, id ei propriè non competere, propter multa. Primò, quia in ouili non semper est copia pabuli, & potus. Secundò, quia ibi non est perpetua ouium mansio. Tertiò, quoniam libentius extra ouile oues uagantur. Et tandem quartò, quoniam oues in ouili, latronum, ac ferarum metui subiacent. Quæ omnia, Ecclesię triumphanti non competunt.

Triumphanti Ecclesię nõ competit nomen ouilis, propter quatuor. Primò. Secundò. Tertiò. Quartò.

Non quidem primum. Quia Ps. 35. dicitur, *inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, à torrente uoluptatis tuæ potabis eos*, & Ps. 147. *& adipe frumenti saciat te*. Ecclesiastici ca. 45. *panem ipsius in primis parauit in sacietatem*. Neq; conuenit Secundum; cùm Dominus per Ezech. 34. dicat, *In pascuis huberrimis pascam eas, in montibus Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terræ. In pascuis huberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earũ: ibi requiescent in herbis uirẽtibus, & in pascuis pinguibus pascentur super mõtes Israel.* Neq; etiam Tertium potest triumphanti Ecclesiæ conuenire. Ibi enim est summa animorum concordia, & una uoce astantes Domino concinunt illud prophetæ dicentes: *Ecce* B *quàm bonum, & quã iucundum habitare Fratres in vnũ.* Nec tandem quartum. Quia nullus est ibi timor, aut pauor, *Amantissimus enim Domini* (ut dicitur Deut. 33.) *habitabit confidẽter in eo, quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet.* In cęlo siquidem est tuta pax, æternaq; fælicitas: quod Dauid lætus cecinit dicens, Ps. 147. *Lauda Hierusalem Dominũ, lauda Deum tuum Sion. Quoniã* (ne ueniant latrones ad furandum) *confortauit seras portarũ tuarum, benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem, &c.* Sed ad ouium proprietates breuiter explicandas, ueniamus.

Psal. 35. Psal. 147. Eccl. 45. Ezech. 34. In cœlo est summa concordia. In cęlo nullus timor. Deut. 33. Psal. 147.

DE OVIBVS.

OVis, animal simplex est, & infirmum, Pastoris cura indigens, neq; sufficit sibi ad quærẽdum pabula, nisi à solerte, diligentiq; Pastore, ab uno in alium uirentiorem locum ducatur. Neq; uerò arma ulla habet quibus se protegat, & à latronũ bestiarumq; insidijs custodiat, atque defendat. Quæ omnes proprietates, fidelibus Deiq; electis, per metaphorã conueniunt. Licet enim (si generaliter loquamur, & Eccle-

Ouis, quid sit, & q̃ eius ꝓprietates. Oues, Dei electos desigñãt licèt multocies mali oues ẽt dicanẽ.

siam in sua amplitudine capiamus) inter oues, etiam mali, & C
iniqui (dummodo fidem habeant) connumerantur; iuxta il
Psal 73. Ezech. 34. lud Ps. 73. *iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ*: & inter
oues Dei, ut potest Ezech. 34. non solùm, quę sanæ sunt, oues
Dei sunt; sed illæ etiã quę sunt infirmæ, & ægrotę, oues eius
appellantur. Si tamen nomen ouis pressius accipiatur, ij
tantùm censendi sunt esse Christi oues, qui ad uitam ęternã
electi, & prædestinati sunt. Ij enim sunt, quos absolutè Dominus oues suas nominat in Euangelio dum ait: *oues meæ
Zach. 9. Matth. 25. uocem meam audiunt, & sequuntur me, & ego uitam æternã
do eis.* Et Zach. 9. dicitur: *Saluabit eas quasi gregem Populi sui*;
De quibus Matt. 25. dicitur: *& statuet oues quidem à dextris,
Dubium August. Actorum 13. hædos autem à sinixtris, &c.* Sed difficultas est. Quoniam si
per oues propriè, electi intelliguntur (ut etiam uult August.
tract. 48. in Ioan.) de quibus dicitur act. 13. *crediderunt quotquot prædestinati erant ad uitam æternam*; non uidetur adęquata ratio Christi dum ait Ioannis 10. quòd ideo Pharisæi uocem eius non audiunt, quia non sunt ex ouibus suis.
Multi audierunt vocem Christi, qui tamẽ vltimatè non fuerũt verè ex ouibus Christi, D. Aug. Constat enim multos non futuros ex ouibus Christi vltimatè; qui tamen dum Christus prædicauit, audierunt. Et e contra, multi audierunt, & in eum crediderunt (ut fuit Iudas, & multi alij) qui tamen non fuerunt ex ouibus, sicut etiam Augustinus ait, tracta. 92. Et præterea, quoniam si ideò non credunt, quia non sunt ex ouibus, uidetur non esse in eorum D
Ratio difficultatis. potestate credere; atque ita meritò excusarentur dicentes; ideò se uerbis Christi non credidisse, quia non erant ex ouibus eius, & electis: quòd si eos elegisset Dominus, credidissent.

Toleti expositio. Toletus, Augustinum sequens, uult, Christi uerba non esse generaliter intelligenda, nec sic sumenda, quasi extendantur ad omnes tunc non credentes; sed tantùm ad Pharisæos
Nota. obstinatos, & abcæcatos, & sic soluit primum dubium. Vt uerò secundum soluat, dicit. Verbum illud: *Vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis*, non solam incredulitatẽ quamcunque denotare; sed incredulitatem culpabilem. Quia cùm habuissent (inquit) efficacissima media quibus conuerti potuissent, cùm non fuerint conuersi, nec conuertantur, ideò non sunt ex ouibus suis, nunquam enim oues Domini in tantam prolapsę sunt cæcitatem. Atque ita soluit secundam difficultatem.

Fideles Christi, debent esse Oues vari Oues igitur istæ fideles, & electę Christi, lana, pelle, lacte & carne omnibus seruiunt, cunctos enim iuuant, *omnia* cu Paulo *arbitrantes vt stercora, vt Christum lucrifaciant.*

Sunt-

A Suntq; oues uariorum colorum, ad riuos exemplorum Sanctorum concipientes, variosque virtutum fructus producentes: cedentes in sortem Iacob. Neque enim fidelium oues, vnius coloris, id est vnius tantùm virtutis patitur esse, Christus, sed multarum. Pergunt namq; electi *de virtute in virtutem, vt videant Deum Deorum in Sion.*

colores, scilicet variarum virtutum, similes ouibus Iacob.

Sed cùm egerimus de ouibus, tractandum nobis breuiter est de Pastore, cùm sint correlatiua, & vnum sine alio rectè cognosci non possit. Qui plura de ouibus cognoscere voluerit, legat opusculum Augustini cuius titulus est, De ouibus, in tomo 9.

D. August.

DE PASTORE.

HOc in loco, non erit nobis immorandum in Pastoris propria tractatione, cùm de illo, eiusq; natura, & proprietatibus, inferius suo loco simus tractaturi; dum verba Ioannis, quorum gratia hæc omnia superiora allata sunt, exponemus. Sed de Pastoris nomine, & Ethymologia, dumtaxat agemus, atque etiam de quibusdam alijs nominibus, quæ Pastoribus, & præcipuè summo Christi Vicario in terris conueniunt.

Agitur tantũ in hoc capite de Pastoris Ethymologia.

B Pastoris nomen, à pascendo ductum est; quasi ille sit, qui regat, ille qui ducat oues, & ille tandem, qui eas pascat, atq; custodiat. Vnde in Ecclesia, Rectores Animarum, & illi, qui eas pascendi curam habent, Pastores rite nominantur, Iuxta illud Ioan. 20. *Pasce oues meas*, & 1. Petri 5. *Pascite, qui in vobis est gregem Domini.* Hinc est, quòd Pastoribus Ecclesiarum, & præsertim Papæ, multa nomina Communicentur, & tribuantur, quæ varios actus pascendi exprimunt, & designant. Quorum, & si nonnulla superius exposuerimus; multa tamen supersunt, quæ, quoniam hic proprius locus est, (etsi breuiter) connumerabuntur.

Pastoris nomen, à pascẽdo dictũ est.

Rectores animarũ, Pastores appellantur.

Ioan. 20.

1. Petri 5.

Pastoribus animarum, & præcipuè Papæ; multa nomina cõmunicantur.

Et primò quidem Pastor, seu Episcopus dicitur *Paterfamilias*, quòd primus sit, imperiumq; habeat in familiam Christi, cui in tempore suo cibaria doctrinarum ministret, & distribuat. Ita D. Hieronymus in ca. 24. Matth. super illa uerba, *Vt det illis cibum in tempore suo*, & Hilarius super Mattheum Can. 20.

Episcopus dicitur Paterfamilias, & quare.

D. Hierony.

D. Hilarius.

Similiter etiam dicitur *Oeconomus domus Dei, & fidelis dispensator*, vt patet Lucæ 12. *Quis est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiã suã?* Vbi nomine œconomi, & dispẽsatoris, primarios sacerdotes, id est,

Episcopus dicitur œconomus Dei, & dispensator.

Lucæ 12.

D. Ambro.

Episcopos intelligi exponit Ambrosius super dictum locum Lucæ, his verbis: *series sequentis exempli, dispensatoribus, hoc est sacerdotibus, videtur esse proposita, quò sciant, sibi grauem in futurum pœnam esse subeundam, si sæcularibus intenti delicijs, familiam Domini, plebemq; commissam sibi, gubernare neglexerint.* C

Matth. 10.13. 20. & 21. Lucæ 13. & 14

Christus quoque Paterfamilias in domo, & familia sua, quæ est Ecclesia, rectè appellatur. Matthæi 10.13.20. & 21. & Lucæ 13. & 14. ac alibi sæpissimè. Quod notauit Origenes, homil. 10. & 19. in Matthæum. Quæ etiam nomina, summo Pontifici primariò conuenire, nemo est, qui dubitare possit. Sicut enim particulares Episcopi, sunt primi, & summi œconomi in suis Ecclesijs, quibus ipsi præficiuntur; sic summus Pontifex est œconomus, & paterfamilias vniuersalis in tota Ecclesia. Vnde Ambrosius super Epistolam primam ad Timoth. 3. explicans illa verba; *Vt scias quomodo Ecclesiam ordines, quæ est domus Dei viui*, dicit: *Cùm totus mundus Dei sit; Ecclesia tamen domus Dei dicitur, cuius hodie Rector, est Damasus.*

Summus Pontifex, est œconomus, & Paterfamilias vniuersalis.

D. Ambro.

Secundum nomen, est nomen serui, seu Ministri. Sic Christus de se dixit: *Non veni ministrari, sed ministrare: &, qui maior est inter vos, sit tanquam seruus etiam, & minister*, Matth. 20. Dicitur autem Christus seruus ratione humanæ naturæ, secundùm quam formam serui accepit, & nobis exemplum dedit. Vnde rectè Episcopi dicuntur serui plebium suarum, & summus Pontifex seruus seruorum Dei. D

Matth. 20. Christus dicitur seruus ratione humanitatis.

Episcopi dicũtur serui plebium suarũ.

Papa appellatur seruus seruorũ, & quomodo.

Nec enim ea ratione seruire dicuntur, quòd præceptis eorum, quibus seruiunt, obsequantur: (hoc enim esset ab illis dependere, & iudicari, quod esset contra naturæ ordinem) sed seruire dicuntur, hoc est ministrare. Conditio enim illa seruitutis, quæ hominem homini subdit, à peccato Chaim cœpit, & peccatum causam habuit.

A peccato, Chaim, cœpit seruitus.

Sicut etiam à peccato Adæ, mors habuit originem. Nam si cõsideremus seruitutem ex se, quatenus vnus alteri subijcitur politicè; sic ante peccatum fuit: quoniam à natura est. Nullo enim etiam existente peccato, pro diuersitate hominum, & ingeniorum, diuersitas etiam præessendi, & subiacẽdi fuisset. Vñ pulchrè de peccato Chaim sic ait Chryso. hom. 29. in Gen. *Ecce Fratrem eodem natum Patre, eodemq; egressum utero, peccatum fecit seruum, & ablata libertate, iugũ illi uilissimæ seruitutis imposuit, unde postea seruitus sumpsit originem. Neque enim antea solebant ita molliter uiuere, & deliciari,*

A peccato, Adæ mors originẽ habuit.

Etiam nullo existente peccato, fuisset quædam seruitus polita, ꝑ ratione diuersorum hominum ingeniosiorum, & rudiorum.

A *liciari, ut aliorum ministerio, & seruitijs uterentur. Sed quisq; sibi quod opus erat ministrabat, eratq; par omnium honos, sublata è medio honorum diuersitate. Peccatū autē ubi intrauit, libertatem perdidit, & corrupit dignitatem naturæ datam, seruitutemq; introduxit*. Hæc Chrysost. Quam seruitutis originem, explanans Augustinus lib. 19. de Ciuit. c. 15. sic ait. *Rationalem hominem, factum ad imaginē, & similitudinem suā, noluit Deus nisi irrationalibus dominari. Non hominem homini, sed hominē pecori. Vnde primi iusti, pastorus pecorū magis, quā Reges hominum constituti sunt, ut & sic insinuaret Deus quid postularet ordo creaturarum, & quid exigat meritū peccatorum*. Et idem Augustinus cap. 14. eiusdem libri ait. *Quòd in politico principatu, (qui proculdubio in statu etiā innocentiæ fuisset,) magis propriè, qui præest, debet seruus appellari, quàm qui subiectus est*. Vnde serui, qui mittuntur ad uocandos inuitatos ad nuptias, Matt. 21. Et Lucę 14. Apostolos, & episcopos significant, ut D. Hilarius super Matth. Can. 20. 21. & 22. Et Augustinus sermone 33. de verbis Domini, & Gregorius. Hom. 36. & Rupertus super Regū 20. & in Isa. li. 1. c. 16. exponunt.

Augustini pulchra sententia de seruitute filiorū Adæ propter peccatum.

Primi iusti, magis pastores pecorum, quàm Reges hominum appellati sunt.

Matt. 21.

Serui qui mittunt vocare inuitatos ad nuptias, Apostolos, & Episcopos significant.

D Hilari.

D. Augustin.

D. Gregor.

Rupertus.

Tertiò. Episcopus uocatur Architectus, Ædificator, & præcipuus artifex Ecclesiæ Dei. Debet enim uerbo, & exemplo B Ecclesiam ædificare. Sic Paulus 1. Cor. 3. Architectum Ecclesiæ Dei se nominat: *Quasi* (inquit) *sapiens Architectus fundamentum posui*. Vnde & Dominus ipse, structor maceriarum appellatur Isa. 50. & in Euangelio dicitur filius fabri qui uniuersa condiderat. Vnusquisque igitur Ecclesię Pastor, eius Architectus est, *qui* (ut ait Salomon Ecclesiastici. 38.) *noctem tanquā diem transigit, qui sculpit signaculo sculptilia, & assiduitas eius uariat picturam. Cor suum dabit in similitudinem picturæ, & uigilia sua perficiet opus*. Quibus uerbis, boni Pastoris sapientia uiuissimis coloribus depingitur, eiusque studiosa sollicitudo demonstratur. Is enim pro grege Domini noctem ut diem transigit, dum *laborat ut bonus miles Christi* 1. ad Timoth. 5. & 2. ad Timoth. 2. dicens cum Paulo 2. ad Thes. 2. & 3. *In labore & fatigatione nostra, die ac nocte laborantes*. Et ad Tim. 4. *Tu uerò uigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple. Sculpit signaculo sculptilia*, secundùm pręceptum Apostoli, non uno, sed uarijs modis, sibi à Christo commissas oues informat. Vt patet 1. ad Timot. 2. ubi exponens Paulus, quàm esset Timotheus uarium cibum secundùm diuersos status quibus traditurus, ait. *Tu loquere sanam doctrinam. Senes, ut sobrij sint, pudici, prudentes,*

Episcopus appellatur architectus.

D. Paulus fuit Ecclesiæ Dei Architectus.

1. Cor. 3.

Isa. 50.

Ecclesi. 38.

Officium Episcopi aurea similitudine narratur.

1. Timoth. 5.

2 Timoth 2 1

Thess. 2 & 3.

Timoth 4.

1. ad Timo. 2.

Episcopus, seu animarū Pastor uarijs modis debet subditos hortari.

res, sani in fide, in dilectione, in patiẽtia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices &c. adolescentulas, ut uiros suos ament, filios suos diligant. Iuuenes similiter, ut sobrij sint: seruos, Dominis suis subditos esse, &c. Hi insuper Pastores, Episcopi, seu Architecti, *Cor suum dant in similitudinem picturæ* Animarum, implentes illud Apostoli. 2. Corint. 11. *Instantia mea quotidiana omnium Ecclesiarum.* Quibus uigilijs, opus Euangelium perficiunt, & explent. C

2. Cor 11.

Isa. 3. Nota benè. Varia lectio, & interpretatio. D Hieron. Beseleel magnus architectus. Exo 15. Iudęis perdẽtibus architectos, omnis ædificãdi gratia ad Ecclesiam translata est. 1. Cor. 3. Nota. Quare Architecti in scriptura dicũtur habitare in valle. 1. Paralip 4.

Isaias capit. 3. deffectum boni Pastoris describens dicit, ablaturum Dominum à Hierusalem (inter alia) *Sapientẽ Architectũ.* Quem locum exponens D. Hierony. dicit, Aquilam, sapientissimum artificum hoc loco transtulisse. Vt ostẽderet, in synagoga plures quondam extitisse artifices, qualis fuit ille *Beseleel filius Vri, filij Hur de tribu Iuda, quẽ Dominus impleuit spiritu sapientiæ, & disciplinæ, ut in omni opere*, ut dicitur Exo. 15. *Esset sapientissimus faber*; non solùm in auro & argento, sed & in ære, & cæteris quæ Moses enumerat: qui ædificauit tabernaculum Dei. & addit Hieronymus. *Quòd Iudæis perdentibus Architectos, omnis ædificandi gratia translata est ad Ecclesiã.* Vnde dicit Apostolus 1. Corint. 3. *Dei agricultura, Dei ædificatio estis.* Ij autem Artifices, & Architecti, non sine mysterio 1. Parali. 4. dicuntur habitare *in ualle.* Quoniam Dei Architectos non inflat sapientia, sed humiles, & abiecti in oculis suis, Christum humilem sequntur, dicentes cum Apostolo. *Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus uocari Apostolus.* D

Episcopus dicitur prudẽs eloquij mystici. Varia interpretũ versio. Theodotion. Aquila. Simachus. D. Hieron. In Populo hębreo erant sacerdotales gradus constituti. Qui ueros prophetas à falsis discernerent.

Quartò, appellatur *prudens eloquij mystici.* Sic Isai. loco citato. Vbi Septuaginta interpres exponunt, *prudentem Auditorem:* Theodotion, *prudentem incantatorem:* Aquila, *Prudentem susurratorem.*

Simachus (quem D. Hieronymus sequitur) *Prudentem Eloquij mystici.* Et quidem (ut ait idem Hieronym.) si 70. interpretes sequamur, prudens auditor, in Ecclesia necessarius est: cùm *alijs detur Prophetia* (ut ait Paulus) *alijs discretio spirituum.* Vnde in Populo Hæbreo sacerdotales gradus constituti erant, qui Prophetas à Pseudoprophetis discernerent, hoc est intelligerent, qui de Dei spiritu loquebantur, qui verò de contrario. Quod munus in Ecclesia Dei, est præcipuum Episcopi, cuius est discernere inter ueram, & falsam doctrinam.

Si verò Theodotion sequamur; Incantator, in Ecclesia, est vir eruditus, & exercitatus, tam in lege & prophetis, quàm in Euangelio, & Apostolis, qui possit singulas animarum per

turba-

A turbationes, suâ sanare doctrina, & ad mentis statum unum quemque reducere; dum & scortator recipit castitatem, & Cagneo frugalitatem, & quondam Auarus dat Eleemosynã. Quod munus Ecclesiæ Dei, non Synagogæ fuit concessum. Vnde subdit idem Hieronymus. *Euentila omnes Iudæorum synagogas, & nullum poteris inuenire Doctorem, qui sancta præcipiat, & contemptis diuitijs, sectandam doceat paupertatem.* In synagoga nullus reperitur doctor q sancta præcipiat. D. Hierony.

Et sanè sunt Episcopi incantatores contra serpentes, & aspides, id est cõtra Peccatores, qui Dei Iustitiã reliquerunt. De quibus Dauid Psal. 57. dicit: *Furor eorum iuxta similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, ut non exaudiat uocem incantantis, & uenefici, incantantis sapienter.* Vnde concludit Hieronymus ijs verbis. *Omnis sermo Apostoli* (seu Episcopi) *contra serpentes & aspides, incantatio est, quam non exaudiunt Peccatores & hæretici, quoniam claudunt aures suas, ne audiant ueritatem.* Psal. 57. D. Hierony.

Quintò, Episcopus dicitur *Sponsus Ecclesiæ suæ.* Ita Calixtus Papa in capit. sicut alterius uxor. 7. q. 1. in cuius signũ, Episcopus annulum portat, ad spirituale matrimonium inter ipsum, suamque Ecclesiam significandum. Sic etiam Papa dicitur propriè sponsus vniuersalis Ecclesiæ, ut habetur in cap. B Ecclesiæ meæ dist. 37. & in cap. quoniam, extra de immunitate Ecclesiæ dicit Papa: *Nos iustitiã nostrã, & Ecclesiæ sponsæ nostræ, nolentes negligere:* Et in cap. Vbi periculum de electione in sexto dicitur. *Acceleret utilis, & pernecessaria totius mundi prouisio, idoneo celeriter eidẽ Ecclesiæ sponso dato.* Glosa super sexagesimũ primũ caput Isaiæ dicit, Christum etiã nomen sponsi alijs communicasse, declarans illa uerba, *Dedit me quasi sponsum decoratum corona, & sponsam ornatã monilibus suis.* Verba glosæ sunt hæc. *Christus Ecclesiæ sponsus, sed tamen perfectos in Ecclesia eodẽ nomine dignatur; iuxta illud Apostoli 1. Cor. 3. tanquam paruulis in Chrysto lac uobis potũ dedi, non escam. Ipse ergo sponsus Christus, sponsos suos facit & sponsas: tamen una est in capite, & in membris Ecclesia.* Hæc glosa. Turrecremata lib. 2. summæ de Ecclesia, capit. 27. 28. 29. 30. & 31. diffusè satis disputat, quomodo Papa possit dici spõsus uniuersalis Ecclesiæ: sed legat qui uoluerit apud illum, nobis enim illa sufficiunt. Episcopus appellatur spõsus Ecclesiæ suæ. Papa dicitur sponsus uniuersalis Ecclesiæ. Turrecremata.

Sed quoniã summo Pontifici, aliqua peculiariter nomina tribuuntur, tanquã summo Pastori; ideò hæc breuiter hic cõnumerabimus, quæ partim ex Turrecremata li. 2. sũmæ de Ecclesia, partim ex veteribus Patribus, & Concilijs adducemus.

Ap-

Sũmus Pont. appellatur Papa.
Homerus.
Marianus Victorius.
Omnes Episcopi, prius Papæ appellabatur sed mō Excellētiæ cā tantùm summus Pōtifex Papa nominatur.
D. Hierony.
6. Syno. Concil. Agathen.

Appellatus igitur summus Pontifex primò uetustissimo C uocabulo *Papa* à græco nomine papas qua uoce Homerus Odiss.lib.6.sæpè utitur,& à Syracusanis inuentam pimò esse, refert Marianus Victorius,in suis annotationibus in opera D.Hieronymi. Hoc nomen olim erat omnibus Episcopis cōmune, qui Papæ uocabantur, ut patet ex D.Hieronymo in Epist.43.ad Chromantium,& Epist.98.ad Augustinum. Hodie tamen excellentiæ causa, solùm Christi viccarium, summumque in Ecclesia Pontificem, Papam vocamus. Est enim omniũ Pater uniuersalis,& in Ecclesia Dei admirabilis. Sic appellatur Leo in Concilio Chalcedonensi Act.16. ijs uerbis: *Beatissimus,& Apostolus uir Papa.* & iterum ibidem, *Vniuersalis Ecclesiæ Papa.* Et in 6.Synodo Act.18. in acclamatorio sermone, totum Concil. Agathonem summum Papā appellat. Et Gottofridus Viterbiensis uniuersalis historiæ suæ libros, Vrbano tertiò (sub quo floruit, in hæc uerba dicauit. *Summo,& uniuersali Papæ Vrbano tertiò, Domino & Patri suo Reuerendissimo: Gottofridus Viterbiensis, sacerdos indignus.*

Est autem hic unum non leui dignum animaduersione; Romanum Episcopum,ab omnibus totius orbis episcopis & æcumenicis Concilijs,atque à toto mundo Papam uel Patrē appellari;ipsum verò,in rescribendo,neminem Papam appel D lare,sed filios dilectos,uel fratres. Vt patet apud Theodoretũ, libr.5.capit. 10. in Epist.ad Concilium secundum, & ex Epistola Concilij Chalcedonen.ad Leonem. D.Thomas 1.ad Timoth.4.benè annotat, quòd quando Papa mulieribus scribit dicit, *Dilectis in Christo*; quando uerò uiris,dicit, *dilectis filijs.*

Theodoretus
D.Thom.

Papa appellatur Vicarius, Christi
Cōci.Lugdu.
Concil Trid.
D. Bern.
D. Cyrillus.

Secundò appellatur *Viccarius Christi.* Ita in Concilio Lugdu.sub Grego.decimo,& habetur in 6.titulo de electio.capit. ubi periculum:& Innocentius 3.in cap. Inter corporalia,extra de translatione Episcoporum,& Innocentius 4. in capit. Pro humani,extra de homicidio lib.6. Et in Concil. Triden. sess.6.capit.1.de reformatione, & sess.decima:& apud Bern. lib.5.de Consideratione. Similiter dicitur *locum tenens Christi.* Ita B.Cyrillus Alexandri.in lib.thesaurorum,ubi ait, *quòd Apostoli in Euangelijs,& epistolis affirmarunt,in omni doctrina Petrum esse loco Domini in eius Ecclesia,dantes ei locum in omni capitulo,in omni electione,& confirmatione.*

Doctor Græcus.
Papa appellatur Vicegerens.

Doctor Græcus, super illud Lucæ 22. *facta est contentio inter discipulos, qui eorum uideretur esse maior*, appellat Papam *uicem gerentem Domini.* Ex quo fit,quòd idem sit Consistorium

A sistorium & tribunal Christi, & Papæ, vt in c.2.& 3.vbi Hostiensis, & Ioan. Andr. de translatione Episcoporum, & Cardinalis Palleotus in lib. suo aureo de sacri Consistorij consultationibus, in ea parte quæ operis conclusio describitur, membro 5.& Origenes in glosa super illud Matth. *Quæcunque ligaueris, &c.* Benè autem notat Turrecremata lib. 2.de Ecclesia. cap. 37. omnes Episcopos posse aliquo modo dici Christi Vicarios, iuxta illud Pauli 2.Corint.6. *Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.* & 1.Cor. 4. *Sic nos existimet homo, quasi ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei.* Quod de Apostolis, eorumq; successoribus qui sunt Episcopi (vt in cap. in nouo, d.21. dicit S. Anacletus) Nihilominus Papam præcipuè, & absolutè Christi Vicarium appellari. Vnde glosa super illud Matth. 16. *Tu es Petrus, &c.* ait: *Ideo eum Principem Apostolorum constituit, vt Ecclesia vnum Principalem Christi Vicarium haberet, ad quem diuersa membra recurrerent, si fortè inter se dissentirent.* Hæc Glo. Concilium Constantien. damnauit Ioannem Vuicleph inter cætera dicentem: Papam non esse immediatum, & proximum Christi Vicarium.

rens Christi. Idem est consistoriũ Christi, & Papæ. Hostiensis. Ioanns Andre. Cardinalis palleo. Orige. Nota. Turrecremata. Omnes Episcopi possũt dici Vicarij Christi aliquo modo. 2. Cor. 6. 1. Cor. 4. Matth. 16. Sũmus Pont. ꝓpriè appellatur Vicari⁹ Christi. Error Ioan. Vuicleph.

Tertiò, appellatur *summus Sacerdos*, vt patet apud D. Hierony. in Præfatione ad Damasum, vbi timens susceptum à B se laborẽ, ne ab aliquo in uertendo sacrilegij nota vreretur, sic ait. *Aduersus quam inuidiam, duplex causa me consolatur; quòd & tu qui summus sacerdos es fieri iubes, & verum non esse quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur.* Vnde rectè sacerdotij Principatus ei tribuitur, ut habetur in Epist. Valẽtiniani ad Theodosium, quæ habetur in tomo primo Conciliorum, ante Concil. Chalcedonense, & apud D. Prosperum lib.2. de vocatione gentium cap.6. Vnde rectè etiam dicitur *Princeps sacerdotum, summus, omnium præsulum Pontifex.* Quo epitheto D. Grego. vtitur lib.1. Dial. ca.4. & D. Ansel. in præfatione libri de Incarnatione verbi, ad Vrbanum Papam, & passim à D. Bernar. in Epistolis ad summos Pontifices.

Papa Appellatur sũmus Sacerdos. D. Hierony. D. Prosper. Papa dicitur summus omnium præsulum Põtifex. D. Greg. D. Ansel. D. Bernar.

Quòd si Caluinus li.4. institutionum cap.7.§.3. ad Pontificis Romani summam dignitatem opprimendam, citet verba Carthaginensis Concilij tertij, cap.23. & Concil. Africa. cap.6. in quo uetatur, ne quis appelletur summus Sacerdos, aut Princeps sacerdotum, sed solùm primæ sedis Episcopus, quod habetur in cap. primæ sedis, dist. 99. Respondemus, illud Concilium Carthaginense Prouinciale fuisse, vt superius diximus, vnde talem legem statuere non potuit contra Ro-

Caluini argumentum ponitur, & soluitur. Concil. Carthaginen. & Africa Pro-

uincialia fuerunt.

Romanum Pontificem, aut Episcopos aliarum Prouinciarum, sed tãtùm de Episcopis Africæ id decreuisse, inter quos cùm multi essent primates æquales, statuit ne vllus illorum, aut Princeps, aut summus Sacerdos diceretur.

Papa appellatur Pater, & Pastor fidelium omniũ.

Quartò, appellatur *Pater, & Doctor fidelium omnium*. Ita habetur in Concilio Florent. sess. vlt. ex quo fit, ut Romana Ecclesia, omnium aliarum Ecclesiarũ mater, & magistra appelletur, ut habetur in Concil. Lateranen. sub Innocentio 3. cap. 5. & apud Anacletum Papam, Epist. 3. & Lucium Papam huius nominis primum, & Calixtum primum, in Epist. 1. & Fælicem primum, Epist. 3. ad Benignum, & Zepherinum Papam Epist. 1. & Marcellum Primũ, in Epist. ad Episcopos Antioch. Prouin. & Iulium primum, in prima Epist. ad Orientales Episcopos: & Damasum in Epist. ad Stephanum. Quo etiam nomine utitur Concil. Calcedonen. act. 1. & 16 & Romanum sub Syluestro cap. 20. & Sardicense 3. & 4. Quod elegantissimè prosequntur Episcopi Aegypti ad Fælicem Papam secundum.

Concil. Flor. Ecclesia Romana mater omnium Ecclesiarum appellatur. Concil. Lateranen. Concilium Chalcedon.

Quintò, dicitur Papa, *Rector domus Dei.* Sic illum appellat Ambr. in 1. ad Timoth. 3. *Domus* (inquit) *Dei est Ecclesia, cuius hodie Rector est Damasus.* & Turrecremata lib. 1. summæ de Ecclesia, cap. 17.

Papa dicitur Rector domus Dei. D. Ambro. Turrecrema.

Sextò dicitur *custos Vineæ Dei*, ut patet in Concil. Chalcedonen. in Epist. ad Leonem.

Conci. Chal. Papa dicitur vniuersalis, Patriarcha. Syno Chalc. D. Tho.

Septimò dicitur *Vniuersalis Patriarcha.* Vnde tota Synodus Chalcedonensis acclamauit Leoni Papæ in hunc modũ. *Sanctissimus Apostolicus, & æcumenicus.* i. *Vniuersalis Patriarcha, per multos annos uiuat.* Quod refert D. Tho. in opusculo contra errores Græcorum, & habetur in cap. Cleros dist. 21. & cap. difinimus d. 22. in actione quoque 3. eiusdem Synodi Chalcedonensis ijs uerbis. *Sanctissimo, ac Beatissimo, Vniuersali Patriarchæ magnæ Romæ Leoni.* & in Epist. trecentorum Archimãdritarum, ac Monachorum secundæ Syriæ, ad Hormisdam Papam sic scribitur. *Sanctissimo, ac Beatissimo orbis terræ Patriarchæ Hormisdæ, continentis sedẽ Principis Apostolorum Petri; deprecatio, ac supplicatio minimorũ Archimandritarum, & cæterorum Monachorum secũdæ Syriæ.* Nec obstat textus in cap. primæ sedis, & cap. Nullus, & cap. Ecce, dist. 99. Vbi expressè habetur, quòd *nemo etiã Romanus Pont. appelletur vniuersalis*. Nam Gregorius Eulogio Patriarchę Alexandrino scribens, lib. 7. Epist. 30. in ditione 1. humilitatis gratia id recusauit. Quod ipse plenius exponit lib. 4. Epist. 32. Tum etiam quia non præficitur cuilibet

Cõtradictio tex. soluitur Grego. Papa humilitatis cã recusauit nomen vniuersalis patriarchæ.

parti-

A particulari Ecclesiæ, ut proprius, & specialis eius Rector: sic enim cessarent omnium aliorum Pontificum potestates. Quamuis verè dicatur vniuersalis, quia sub se continet Ecclesias vniuersas, quarũ, Romana est caput. Octauò Dr̃ *Archiepiscopus*, vt in cap. statuimus, dist. 4. & cap. in tantum, dist. 21. quod etiam habetur in Concil. Chalcedonen. act. 5. Est autem hic aduertendum cum Turrecremata in apparatu super decreto vnionis Græcorum, quòd Papa, Episcopum se magis nominat, quàm Patriarcham, aut Archiepiscopum: Quoniam Christus cuius Vicarius ipse est, & uices gerit ĩ terris, nomine Episcopi magis, quã aliarum dignitatum nominibus in sacra scriptura exprimitur nominatus, iuxta illud 1. Petri 2. *Nunc autem conuersi estis ad Pastorem, & Episcopũ animarum vestrarum.*

Papa dicitur Archiepiscopus.

Conci. Chalcedo.

Nota ex Turrecremata Papa magis, se Episcopũ, quã Patriarcham nominat.

1. Petri 2.

Nonò dicitur, *Pastor ouilis Christi*. Sic Ambro. Epist. 81. ad Syricium Papam ijs verbis. *Recognouimus litteris Sanctitatis tuæ, boni Pastoris excubias, quàm fideliter tibi commissam Ianuam serues, & pia sollicitudine Christi ouile custodias.*

Papa dicitur Pastor oulis Christi.

Decimò, Summus Pontifex, *Rex Ecclesiæ*, ritè potest appellari. Quoniam si (vt ait Isidorus) *Regis nomen à regendo dicitur*; cùm illi totius Ecclesiæ Dei regimen competat, iure optimo Rex appellari potest. Præterea, quia non videtur magis inconueniens, quod Papa nominetur Rex, quàm quod Princeps; cùm autem à Christo Princeps fuerit nominatus cùm ei dixit: *Simon Petre, antequã de naui vocarẽ te, noui te, & super Plebẽ meã Principẽ te constitui*; poterit ẽt, & Rex appellari. Tùm maximè, quia Apostoli à Spiritu Sancto per Prophetam Ps. 44. reges nominantur, illis verbis: *Delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.* Quod verbum exponens Augustinus, sic ait. *Omnes Ecclesiæ, quæ Apostolis euangelizantibus, & prædicantibus, natæ sunt, filiæ Regũ sunt, & Ecclesiæ filiæ Apostolorum; filiæ Regũ sunt. Ille enim Rex Regum; illi autẽ Reges, de quibus dictũ est: Sedebitis super sedes duodecim iudicantium, duodecim filiorum Israel.* Hæc Augustinus.

Papa põt dici rex Ecclesiæ, propter duas causas. Primà. Secundà.

B

Psal. 44.

D. Aug.

Apostoli sũt Reges, & Ecclesiæ ab illis fundatæ, sunt filiæ Regum.

Non vult autem Papa, *Rex* appellari, vt ait Aluarus, lib. de potestate Ecclesiastica, Primò ad euitandam superbiam, quę nomine Regis importatur, secundùm illud 1. Petri 2. *siue Regi quasi præexcellenti*. Christus autem fuit Magister humilitatis Matth. 11. *discite à me; quia mitis sum, & humilis corde.*

Cur Papa nõ vult appellari rex.

Aluarus.

1. Petri 2.

Matth. 11.

Secundò, Quoniam sicut inter spirituales, & Temporales.

les Principes, est discretio potestatis; ita etiam in nominibus est maxima differentia. Temporales igitur Principes, assumpto, sibi nomine Regis, quòd est expressiuum mundanæ gloriæ, spiritualibus, nomen humilius reliquerunt. C

Papa appella tur Prępositus Ecclesię. D. Chrysost. Theophilac. D. Leo.

Postremò appellatur Papa, *Præpositus Ecclesiæ*. Ita Chrysosto. lib. 2. de sacerdotio. Et Theophilact. in cap. vltimū Ioan. qui officium pascendi oues Petro commissum, præfecturam ouium totius mundi appellant. & D. Leo Serm. 3. de assumptione sua ad Pontificatum. *de toto mundo* (inquit) *vnus Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiæ Patribus præponatur.*

Epistola, quā mater Ricardi Regis Anglię misit ad Cęlestinum Papam.

Multa ex his nominibus Romani Pontificis, in Epistola, quæ est 144. quam Mater Ricardi Regis Angliæ, misit ad Celestinum Papam (quam dictauit Petrus Blesensis, Bathoniensis Ecclesiæ Archidiaconus) continentur. Huius enim filius, post regressum à Hierosolimitana expeditione, cùm primùm ab Austriæ Ducæ, deinde ab Imperatore in custodia teneretur, Ipsa Populi sui cernens miserum statum, & afflictionem, sic Pontifici scripsit. *Gentes diuulsæ, Populi lacerati, Prouinciæ desolatæ, & generaliter tota Occidentalis Ecclesia confecta lamentis, in spiritu contrito, & humiliato supplicant vobis, quem constituit Deus super gentes, & regna in omni plenitudine potestatis. Afflictorum quæso clamor introeat in aures vestras: calamitates enim nostræ, multiplicatæ sunt super numerum, nec ista dissimulare potestis citra criminis, & infamiæ notam: cùm sitis Vicarius Crucifixi, successor Petri, Sacerdos Christi, Christus Domini, Deus etiam Pharaonis.* D

POSSET HOC LOCO QVÆRI.

Cur in assumptione Romani Pontificis nomen eius mutatur

Cur in assumptione Romani Pontificis, nomen eius mutetur?

Ioan. 1. Opinio quorundam. Refellitur ab Alberto. Turrecrema. Vera ratio cur Romano Pontifici nomē mutetur. Albertus.

Dicunt Aliqui, hunc morem à Christo Ecclesiam accepisse, qui in assumptione, & promotione Petri, nomen ei mutasse dicitur Ioan. 1. *Tu es Symon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Sed hæc ratio, Non placet Alberto Magno in postilla super Ioan. (ut refert Turrecremata in apparatu super decreto unionis Græcorum, in in principio) Quoniam nulli unquam post Petrum Pontifici nomen per multum temporis mutatum esse legitur.

Dicitur ergo, causam rationabilem huius nominis mutationis hanc fuisse. Quoniam, ut referunt idem Albertus, &

Pla-

A Platina, cùm quidam nomen turpe habens (*os scilicet, porci*) ad Pontificatus apicem fuisset assumptus, neque esset conueniens, tam obscæno nomine appellari; neque etiam a Pontificatus honore propter hoc nomen esset reijciendus, Sergius secundus, vt historiæ referunt, nominatus est, qui à D. Petro centesimus septimus extitit. Et ex tunc, in Sancta Ecclesia hæc laudabilis consuetudo inoleuit, vt in summum Pontificem quis electus, nomen proprium mutet. Quod Profectò eò laudabilius est, quo est facto Christi erga Petrum conformius, dum ei Symonis mutato nomine, cephæ, & Petræ firmissimæ cognomen attribuit.

Platina.

Sergius Secūdus, fuit primus Papa cui nomen mutatum est.

D. Augustinus in Ioan. super illa verba *tu vocaberis Cephas*, censet, non esse magnum, quòd Christus dixit, cuius filius esset Petrus; *omnia enim Sanctorū suorum sciebat, quos ante constitutionem mundi prædestinauit*; *illud autem* (ait) *esse magnum, quia ei nomen mutauit, & fecit de Symone, Petrum*. & infra: *Intentum autem* (inquit) *te fecit Deus. Nam si antea vocaretur Petrus, non ita videret mysterium Petræ, & putaret casu eum sic nominari, non prouidentia Dei. Ideò voluit Deus, eum aliud vocari, vt, ex ipsa commutatione nominis, Sacramenti viuacitas commendaretur*. hæc Augustinus.

D. Augu. de mutatione nominis Petri aurea sententia.

B D. Chrysostomus in eundem locum Ioan. obseruat, nunquam Deum imponere noua nomina, nisi grauissimis de causis, & ad significandas prærogatiuas, & priuilegia concessa illis, quibus nomina mutantur. Sic Abraham, primò vocatus est *Abram*, deinde verò *Abraham* (mutato nomine) *idest patrem multarum gentium* meruit appellari. Gene. 17. Vnde Beda super Lucam (inquit) *Singularis meriti iudicium datur, quoties homini, iubente Deo, imponitur nomen vel mutatur*. Sic legimus de Iacob, qui cùm Iacob prius vocaretur, eò quod esset Fratris supplantator, postea cùm in lucta Angelum aurora surgente uicisset, nomen ei mutatum est. *Nequaquam* (inquit Angelus) *vocaberis Iocob, sed Israel, id est præualens Deo, erit nomen tuum*. Similiter videmus etiam Baptistæ accidisse. Cùm enim in die circuncisionis ipsius, Vicini, & cognati, eum Zachariam nominari vellent, mater ab Angelo edocta, Ioannis ei nomen indidit, vt ad quātum Euangelicæ prædicationis munus à Deo puer eligebatur, ex ipso nomine dignosceretur.

D. Chrysostomi Ponderatio de mutatione nominis.

Gen. 17.

Bedæ aureū dictum.

Vnum illud est hic animaduertendum, nulli Apostolorum, nisi Petro, nomen à Christo fuisse mutatum. Licet enim Marci tertiò, Filij Zebedei à Christo nominati sint *Boanerges*,

Nulli Apostolorū præter D. Petro, à Christo nomē mutatum est.

D. Hierony. *nerges*, Vel *Benergen*, vt emendatius legit D. Hierony. super Danielem, id est, *filij tonitrui*, hoc tamen potius cognomen, quàm nomen fuit proprium; cùm illud, quisque ipsorum, haberet commune. Quod ex eo etiam patet, quia nusquam ab Euāgelistis postea *Boanerges*, nominati sunt, sed antiquis suis nominibus, Ioannes scilicet, & Iacobus: Petrus autem, & Simon Petrus, & Petrus appellatus est.

Romano Pōtifici nomen mutatur multis de causis. Mutatur autem nomen Romano Pontifici, propter multa.

Primò. Primò vt misticè designetur, in ipso carnalem affectum in diuinum esse commutandum. Sic dicit glo(s)a interlinealis super illud Gen. 17. sed appellaberis Abraham, Quod mutato affectu, mutatur & nomen. Vnde primò Reg. 2. reprehenditur Eli summus Sacerdos de carnali affectu inordinato erga filios, cum ei Dominus ait: Magis honorasti filios, quàm me. (1. Reg. 2.)

Secundò. Secundò, vt in eo noua gerendæ vitæ Sanctitas designetur. Vnde Magister sent. in principio super Epistolam ad Romanos, opinionem Augustini, sequens super mutatione nominis in Apostolo, qui prius est dictus Saulus, & postea Paulus, ita dicit: *Porro ex more Sanctorum Apostolorum id fecisse perhibetur, qui in virtutibus proficientes, mutato nomine sunt vocati, vt essent etiam ipso nomine noui, vt Cephas, & filij tonitrui, & huiusmodi. Paulus similiter cùm prius Saulus i. superbus nominaretur, postea ad Christum conuersus, Paulus. i. paruus, & humilis appellatus est, ut ait Augustinus in Psal. 72. tomo 8. Vnde Sancta Ecclesia, iam in consuetudinem duxit; vt quos in Cathedra Sancti Petri sublimet, nomina eis mutet*. Hæc Magister. Hæc de nominibus Pastoris, & præcipuè Papæ, qui vniuersalis Pastor Ecclesiæ post Christum est, dicta sufficiant. Iam ad alia tractanda accedamus. (D. August.)

DE FVRE, MERCENARIO, ET LVPO.

Fur vnde dicatur. DVplicem Ethymologiam habet nomen furis. Vel enim à ferendo, seu ab auferendo dicitur, vel etiam à furuo, hoc est nigro, illumque significat, qui clam vt plurimum nocte, rem alienam capit. Differtq; à latrone, qui illum significat, qui vias obsidet, & audacter viatores per uim, vita, ac pecunia spoliat.

Furis, & latronis differētia ex D. Hieron. qd ille clam, hic verò palā furatur. Diuus Hieronymus super Oseæ 7. eam ponit differentiam inter furem, & latronem, quod ille insidijs, & occul-

A tis fraudibus decipiat, hic verò palam, & audacter aliena diripiat: ille arte; hic verò potentia noceat.

Verùm quantum ad scripturarum allegoriam parùm inter se differunt, vt notat in sua Sylua Hieronymus de Laureto. Et quamuis Diabolus nomine furis possit intelligi, *cùm virtutes omnes, & Dei dona, clam à nobis semper eripere conetur*, vt ait Tertullianus aduersus Marcionem, libro quartò post medium, & Orige. super Matth. 6. & 13. & homil. 34. in Lucam, & Ambrosius, in cap. 10. Lucæ. Atque etiam Iudæus, vt ait Augustinus tracta. 45. in Ioannem, quia negat aduentum Christi, eiusque præsentiam in toto mundo: & Iudæorum Sacerdotes sint etiam fures, *cùm in ignorantiæ nocte fidem populi furati sint*, vt dicit Rupertus, super Abdiam, & cap. 5. Zachariæ. & Hieronymus, super Isa. 1. in illa verba, *Principes tui inobedientes, Socij furum*. inter quos fuit Iudas proditor; Nomine tamen furis in hac parabola de Pastore, propriè hæreticus intelligitur, cùm nos fide spoliare nitatur, fm Hierony. super Oseæ 7. & in Abdiam, ubi sic ait de hæreticis loquendo. *Fures, & latrones, qui ingrediuntur nocte (quia filij sunt noctis, & tenebrarum) hæreticos puto, contraria ueritati dogmata prædicantes; qui furantur sufficientia sibi, & quotidie de Ec-*
B *clesiæ gregibus rapere festinant: isti ingredientes uineam Domini nostri, quam de ægypto huius sæculi transtulit, & de cuius genimine, vinum se esse bibiturum in regno Patris pollicetur, ita cupiunt vniuersa populari; vt vix racemum relinquant in ea. Vnde super Oseæ septimo, significanter*, ait, quòd *fur ingressus clam sit, & latrunculus expoliet foris: Non enim hæretici possunt Christi veste expoliare quos docuerunt, nisi eos de Ecclesia foris eduxerint, & in peruersa doctrinarum suarum via fecerint ambulare. Nomine autem furis, & latronis, non Mosen, & Prophetas accipere debemus, qui semper Saluatoris ore laudantur; sed Pseudoprophetas, & postea hæreticos, qui non sunt missi à Domino, sed sua voluntate venerunt*. Hæc ille.

Hierony. Lauretus.
Diabolus pōt dici fur, cum virtutes, & dona Spiritus Sancti ab animabus fidelibus rapiat.
Tertullia.
Orige.
D. Ambro.
Iudæus pōt dici fur, & quare.
D. August.
Rupertus.
D. Hierony.
Isa 1.
Hæretici propriè hoc loco fures à Christo appellantur.
D. Hieron.

Chrysostomus, & Augustinus, super Ioan. cap. 10. omnes seductores, & sectarum inuentores, furis, & latronis nomine intelligunt. Fur autem ouium, à Christo perbellè in hac Parabola de Pastore, & ostio, multis proprietatibus adumbratur, atque describitur.

Omnes seductores, & sectarū inuentores, fures nominantur.
D. Chrisost.
D. August.

Primà enim furis proprietas est. Quòd per ostium non intrat, sed aliunde per fenestram, vel tectum, vel rupta maceria; neque ei ostiarius aperit. Sic etiam hæreticus vestem

Conditiones furis sunt.
Primà, quia non intrat p ostium.

Christi inconsutilem scindens, à vero & Germano sacrarum scripturarum sensu declinando, nouum dogmatis ostium sibi fingens, Dei ouile subuertit. C

Secundà: quia non intrat, ut quiescat in ouili, sed vt mactet oues

Secunda, Quia non intrat, vt quiescat in ouili; sed vt ouium sanguini inhiat, easque mactet & perdat, hac illacque dispergendo. Quod etiam habet hæreticus. Nam ingressus in ouile Christi, non quiescit, sed aufert vitam ouium; & Fidelium animas Catholica depastas veritate, suo uiro venenat, & occidit, iuxta illud Apostoli, *subuertentes domos, & docentes, quæ non oportent.*

Manichæi malè Christi verba intellexerunt.
D. August.
D. Chrysost.

Manichæi malè intelligentes verba illa Domini, *quotquot venerunt ante me, fures fuerunt, & latrones*; Prophetas Dei, latrones & fures extitisse voluerunt (ut refert Augustinus, libro quinto, contra Aduersarium legis, & Prophetarum capit. 4.) sed decipiuntur profectò, & allucinantur: cùm ex subsequentibus Christi uerbis, vt rectè annotauit Chrysostomus homil. 58. conuincantur. Dicit enim Dominus, oues furum, ac latronum uocem non audiuisse. Quod nullo modo de Prophetis potest intelligi: cùm eos oues audiuerint, eorumque vocem auscultauerint. Sed qui sint Prophetæ illi, qui furis sibi nomen vindicauerint, & superius tactum est, & inferius etiam dicetur.

Ruperti subtilis ponderatio, quòd Christus fur; aliquando appelletur, nunquàm autem latro.
Apoch. 3.
Furis nomen in bonã partẽ accipitur, latronis autẽ nõ, sed in malam.

Rupertus in Abdiam Prophetam in principio, adnotat, latronis nomen à nomine furis in hoc differre: quòd illud, nusquam in scripturis similitudinem gerit alicuius boni, hoc autem in bonam sæpe partem accipitur. Et hinc est (inquit), *quòd nunquam Dominus se latroni assimilauerit, cùm sit nomen crudelitatis, furi autem sic. Vnde Apoch. 3. dicitur: veniam ad te cito, tanquam fur. Et sic dicitur non in reprehentionem venientis, sed in subsannationem dormientis. Quemadmodum, & Iacob, & Gentilis Populus, rectè in scripturis fures dicuntur, non pro suo uitio, sed pro illorum improperio, quibus in mortifera negligentia dormientibus, primitiua sublata sunt.* D

Mercenarius quid sit.
D. Aug.
Philip. 2
Scribę, & Pharisæi, mercenarij appellati sunt, quia pro temporalibus seruiebant.
D. Hieronymo

DE MERCENARIO.

Mercenarius, (ut ait August. tract. 46. in Ioannem) *est qui mercedis gratia operam suam alicui præstat, & suo tantũ commodo, non ouium saluti inuigilat*. Secundum illud Apost. Philip. 2. *quærentes, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi.*

Vnde per metaphoram Iudæi, & præcipuè scribę, ac Pharisæi, mercenarij appellati sunt. Quoniã vt ait D. Hiero. super

Isa. 28.

A Isa.28. *Deo pro temporalibus seruiebant*. Secundùm illud Isa. 1. *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis*. — Isa. 1.

Mercenarius quoq; dicitur Hæreticus, ut ait idem Hiero. ubi supra. — Hereticus dicitur mercenarius.

Sunt etiam Mercenarijs Prælati, qui non pro Domini amore, nec pro salute ouium, sed propter temporalem mercedem eas pascunt, quæ merces si non esset, non eas utiq; pascerent, sed in pastas, & dispersas abire sinerent. — Mercenarij quoque sunt Prælati mali.

D. Ambros. super 15. cap. Lucæ, mercenarios in bonam partem accipit dum ait. *Bonus mercenarius Petrus, Ioannes, & Iacobus, quibus dicitur: Venite, & faciam vos fieri piscatores hominum. Isti non siliquis, sed panibus abundant: Nam & collegerunt fragmentorum, cophinos duodecim* — Mercenarij in bonā partem quādoq; sumuntur. D. Ambro.

Sed dubium insurgit hoc loco, ex proprietate Mercenarij; quam Christus, dicit in sua parabola, quòd *eius non sunt oues propriæ*: sequeretur enim omnes Ecclesiæ Prælatos esse Mercenarios, & etiam Papam, cùm Ioan. 20. dictum sit Petro, *pasce oues meas*, non tuas, & Matth. 16. *ædificabo Ecclesiam meam*, non tuam; atq; sic solus Christus, cuius propriè est Ecclesia, eius pastor esset. — Dubium. Ioan 20. Matth. 16.

B Sed respondeo, Verum esse, Ecclesiam propriè, esse Ecclesiam Christi, & fideles omnes, esse proprias oues Christi: Verum quoque esse, Ecclesiam militantem esse propriam Summi Pontificis, & Ecclesias particulares, esse etiam proprias suorum Episcoporum, sed cum ordine tamen, & subordinatione. Ita enim Ecclesia est propria Papæ, & fideles sunt eius propriæ oues, ut sub Christo primo capite, ipse quoque caput eas habeat, sibi à Christo commissas, ad eas regendum, & pascendum. Cæteri uerò Episcopi, proprias quidem habent priuatas oues suarum diecæsum, sed sub Papa. Neque enim Episcopi merum, & purum ministerium in spirituali regimine habēt, sed potestatem atq; ius sibi traditum à Christo in regimine, ad ducendum, & pascendum populum Dei, iuxta illud act. 20. *attendite vniuerso gregi, in quo uos Spiritus Sanctus, posuit Pastores, & Doctores*. Licet igitur Papa, & Episcopi, Pastores sint, & respectu officij, seu potestatis, Mercenarij nomine defficiant; cùm tamen in tantā ueniunt incuriam, ut neglecta ouium cura, quasi oues suæ non sint, proprio nō ouium, sed eorum cōmodo inuigilant, tunc Mercenarij appellantur. Atq; ita (dū mali, & iniqui sunt) sunt quidem Pastores in re, ratione potestatis, & obligationis quam habent; non sunt tamen Pastores, ratione amoris, & charitatis, quam erga suas oues erant habituri. Atq; ita pastores ue- — Ecclesia propriè, est Ecclesia Christi, & est quoq; sūmi Pontificis. Fideles, oues sunt propriè Papæ, sed sub Christo. Episcopi non habēt merū, & purum ministerium in spirituali regimine suorum subditorum sed eorum ius, & potestate sibi à Christo traditam. Act. 20. Qui sint veri Pastores, & qui fures.

ræ cùm sint, pessimi mercenarij appellantur. Vult ergo Christus dicere, mercenarium fugere, quia cùm suæ non sint propriç oues, nec tanquã suas sibi commissas reputet, parum curat de eis. Ideò autem fugit, quia illas non diligit: & ab effectu, ipsummet non diligere oues, neque eas curare, est signum se esse mercenarium. Atq; ita Pastores multi Ecclesiastici, mercenarij dicuntur. Quoniam etiam si, in reipsa, ueri pastores sint, eorumq; propriæ sint oues, quia uerò diligentis ac soliciti pastoris curam, solicitudinem, & amorem erga oues non ostendunt, quærentes tantùm, quæ sua sunt, & nõ quæ Iesu Christi, ideò inter quęstuosos mercenarios connumerantur. In quibus autem Mercenarius à uero Pastore differat, fusius paulò inferius disputabitur.

D. E. L. V. P. O.

Lupus, quid sit, & quæ ei⁹ proprietates. Aristo.

LVpus, ut ait Arist. 1. de histo. ani. cap. 1. & lib. 9. cap. 6. færum est animal, nec aliquando mitescit, est autem similis cani, ouibus perpetuò insidiatur, quas canes deffendunt: circa pastorum casas ac tabernacula uersatur: Canum latratum, ac baubatum metuit, absentiam Pastoris explorat, ouium guttur ingruens stringit, & immaniter strangulat. Natura sua rigidus est, neque se potest facilè flectere. Nocturnus si fuerit, crudelior est, & uoracior, ignem timet, ensisq; splendorem.

Lupi nocturni farociores

Lupi hæreticos significãt

Lupi auté hæreticos significant, qui feroces sunt, & fidelibus semper insidiantur. Hi canum, ac Doctorum Ecclesiæ baubatum timent, eorumq; latratum Sanctum metuunt. Nec de facili accedunt ubi sunt Sancti Doctores, ipsorum enim doctrina confunduntur. Et hinc est, quòd Pastorum absentiam peroptent, & expetant. His enim discedentibus, facillimus eis aditus patet ad oues. Nunquàm autem hæreticorum lupi curuantur submissione, neque humilitate flectuntur. Ij sunt lupi illi uespertini de quibus Sopho. 3. dicitur *Iudices eius lupi vespera, non relinquebant in mane.* Vespertini sanè lupi, *qui* (ut ait D. Hieronym.) *sæuiore esse dicuntur nocte uicina, & tota die fame ad rabiem concitati, velocius festinant ad prædam.* Et dicuntur uespertini lupi hæretici, quoniam in uespere, & obscuritatis caligine morantur, per eas discurrunt, & huc illucque, ut fidelium animas capiant, peruagantur. De ijs dicitur Psal. 103. *posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ Syluæ. Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi. Ortus*

Hæretici nunquàm humiliantur. Soph. 3.

D. Hierony.

Psal. 103.

est

A *est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur.* Quoniam veri solis (qui Christus est) splendorem, atque doctrinam igneam non amant hæretici, quinimò, tanto offuscati splẽdore, cęcutiũt. Quoniam vt dicitur Iob. 5. *per diem incurrunt tenebras, & quasi in nocte, sic palpant in meridie,* veritatis. Vnde sicuti noctuæ, luminis splendore offuscatæ, in cauernis concluduntur; sic hæretici, fidei summam veritatẽ ferre non valentes, in errorum suorum vastissimis tetrissimisq; cauernis delitescunt. Vnam Aug. inter lupum, & leonem ponit differentiam, Psal. 93. *quòd lupus, quanuis tantum velit nocere vt Leo, dissimiliter tamen nocet; neq; tamen dissimiliter nocere cupit, Leo enim* (inquit) *non solùm contemnit canem latrantem; sed etiam fugat, & venit ad ouile; & obmutescentibus canibus, rapit quod potest. Lupus non audet inter latratus canum. Nunquid propterea, quia non potuit auferre à canibus territus, innocentior remeauit? Docet ergo Deus innocentiam, vt quisquis innocens sit, non timore pœnæ, sed timore Iustitiæ: tunc enim liber est innocens, & verus est innocens Qui autem timore innocens est, non est innocens, quanuis non noceat, cùm vult nocere. Non enim nocet alteri per effectum malum, sed sibi plurimùm, per cupiditatem malam.* Hæc Augustinus.

Iob. 5.

Simile.

Differentiæ pulchra inter lupũ, & Leonem ex Augustino.

B Quæ omnia, verè de hæreticis dicuntur; qui cùm nõ semper noceant, quia non possunt; à nocendi tamen peccato nõ sunt immunes. Ab igne tandem fugiunt, quia ignitam Dei legem recipere nolunt, sed ab ea diuertunt, & à splendore ensis *gladijq; ancipitis, quod est verbum Dei,* contremiscunt. Significat etiam lupus alias personas: de quibus quoniam fusius inferius dicemus; ideò nunc hæc dicta sufficiant.

Hæretici ab igne legis diuinæ fugiũt.

ARTICVLVS QVARTVS.

De sensu litterali Verborum Ioannis 10. Ego sum Pastor bonus, bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis.

DEuentum tandem est, Deo duce, ad illud cuius gratia tot à nobis superius allata sunt. In quo, quoniam multa erant videnda, quæ ad horum verborum Ioannis intelligentiam conducebant, ideò tam longam, & uerborum, & rerum seriem apposuimus. Nunc iam ad litteralem verborum Ioannis sensum, & ad vltimam de Pastore tractationem accedamus.

Et Primò quidem, illud certissimum est, futurorum om-

Deus est omnium futurorū prescius.
2.Paralip.6.
Actorum 1.
Hiere 17.
Eccles.23.

nium in aliqua temporum differentia præscium esse Dominum, solumq; eum, omnium corda dignoscere. vt habetur 2.Parali.6.& Actorum 1.*ipse enim est* (vt ait Propheta) *scrutans corda,& probans renes*.Hiere.17.*Vocans ea quæ non sunt tāquam ea quæ sunt, & nuda sunt omnia,ac aperta oculis eius*. vnde Ecclesiastici 23. dicit Salomon: *Omnia videt oculus illius*, & infra: *Oculi Domini multò plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi,& hominum corda intuentes in absconditas partes. Domino enim Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita*. C

Christus opportuno remedio omnibus malis occurrere voluit.

Quia verò multa euentura erant Ecclesiæ Christi, cuius ipse sponsus,& Pastor est; *immaculatam sibi eam exhibens, non habentem maculam neq; rugam*; ideo sciens ab æterno omnia, *vbi venit plenitudo temporis*, mortali humana assumpta carne, cunctis malis opportuno voluit Christus remedio occurrere. Et Quoniam Pastores multi futuri erant, qui eam exemplo,& doctrina erant pascituri, & nacti occasionem se ipsos vitæ discrimini erant tradituri: Ideo Christus boni Pastoris officium proposuit,ut multos à Pastoris officio deuiantes, errantesque reprehenderet, multosq; alios ad id munus explendum totis uiribus anhelantes, suo exemplo inflammaret.

Christus se omnibus Ecclesię Pastoribus in exemplum posuit.

Pastores multi fuerunt in Ecclesia iniqui.
Zach.11.
D. Basylius.
D August.
Ezech. 34.

Nec pauci sanè extitere in Ecclesia,qui (Pastoris officio assumpto) haud quaquam susceptum munus, ea qua decebat fidelitate expleuere; imò uerò, se ipsos pascentes, gregem Domini non pauerunt, derelictum non uisitarunt, nec dispersum (ut dicitur Zach.11.quæsierunt.De quibus Basilius in Oratione pro Sancto Mamante sic ait.*Sunt aliqui,qui non ouibus, sed sibi prodesse cupiunt*. Et Augustinus,tractatu 46. in Ioan. dicit, *Quòd ad honorem, & lucrum temporale alijs præsunt*. Quos reprehendit Dominus per Ezechielem c. 34. dicens:*Væ pastoribus Israel qui pascebant se metipsos*, De quorum numero fuerē Pastores multi, qui ouium suarum lanis operti, oues ipsas non curauerunt,sed lupis potius deuorandas reliquerunt. D

Pauertinus garunnensis Episcopus suas oues relinquit.

Talis fuit Bauertinus Episcopus Garunnensis,qui à Cambrisio hæretico;.Vrbe septus, atq; conclusus, vbi se armatorum multitudine vallatum,& in eadem cum suis ouibus periculi naue manentem conspexit, postposito officio, neglecto Pastorali munere, ouibus relictis,& manifestissimæ hæresis periculo expositis, media nocte, mutata ueste, suffossa terra, subtus (quoniam alius euadendi locus non erat) aufugijt.

Sic

A Sic Ambrosius, ille gamelanus effecit: qui non iam hostem ipsum præsentem, sed serum aduentum eius pertimescens, relicto grege, ad Amani montis fauces, & varicatas latebras pergens, solus ibi coniunctus feris, per annum delituit, gregemq; suum in hæreticorum manibus deprædandum reliquit.

Ambrosius gamelanus suas oues nō curat.

Neque pauci extitere, qui non unica modò uice, sed multis, cùm pro fugiendo hoste, tum etiam pro euitando Tyranno: mortisque periculo in contagioso morbo fugiendo, relicto grege, non sine magno Pastoralis nomine dedecore, fuga uitæ consuluerunt. Inter quos fuit, aliquando magnus ille alter Rutilius, qui ob Pestilentem aërem vrbem suam sæpe sæpius inuadente fugam arreptus, non modicum suæ dignitatis splendorem, & pastoralis, officij dignitatem obfuscauit: & si postea viriliter pro fide dimicans, gloriosa martyrij palma resplenduit.

Rutilius alter Martyr, primò suas oues reliqt, etsi postea Martir j gloriosā palmam suscepe rit.

Ospirius etiam magnus uir, & sanguine, & litteris clarus, pro fugienda aëris contagione, diuitiarum cum affluentia cogente, & stimulante, fugijt, & Pedanam ingressus, modico ibi tempore commoratus est. Cùmq; ibi, non satis sibi tutus esse putaret, (quòd locus is proximus esset infectioni,) ad internas, remotasq; Hispaniæ oras recessit, totumq; (inde abscedens) orbem peragrauit.

Ospirius aeris cōtagium fugiēs, totā Hispaniam pera grauit.

Sed longè dissimiles Pastores in Dei etiam Ecclesia extitere, qui pro tuenda Religione, & suo pascendo grege, sępissimè, non modò ui depulsi, patria exularunt; sed etiam se ipsos euidentissimo mortis periculo tradiderunt.

B

Pastores Sancti fuerunt in Ecclesia Dei.

De horum numero fuit Lucifer Præsul Callaritanus in Sardinia, qui à Liberio Pontifice maximo ad Imperatorem Constantinum missus, pro suis tuendis ouibus, ab eodem Palestinam relegatus est.

Lucifer Càlaritanus Presul in Sardinia, à Cōstantino Imperatore pro Religione Christiana Palestinā rilegatus est.

Eusebius similiter Vercellensis Præsul, ob religionem, & doctrinam, & quia grex Domini non poterat eo præsente ad insanam hereticorum mentem diuerti: vt abeunte Pastore, rapaces hæreticorū lupi grege Domini potirentur, à Constantino Principe in exilium Cappadociam missus est, eo uiriliter in omnibus resistente.

Eusebius Vercellensis Præsul à Constantino Capadōtiam relegat̄.

In horum numerum connumerandus venit summus Ecclesiæ Pontifex Benedictus quintus, qui nullo concussus metu, intrepido corde, Summi Dei Pastoris officium non sine maxima laude gerens, & pro Domini grege uigilans, Otthoni hæretico silicea resistens fronte, ab eodem (suffecto Leone Octauo) in exilium pulsus est. Ijs igitur omnibus, Christus

Benedictus qntus Otthoni resistēs, in exilium pellitur suffecto (loco sui) Leone VIII.

stus Dominus se exemplum præbuit, propositum cunctis, vt faciant (instar Mosis, *Secundùm exemplar, quòd omnibus in monte monstratum est.* C

Mula pastorũ genera.

Sunt autem multa Pastorum genera, quibus Christus Dominus exemplar proponitur.

Primùm, genus.

Primum, Pastorum genus, est eorum, qui potestatem legitimam non habent, sed eam sibi supra alios vsurpant. De quibus per Zach. cap. 11. dicitur. *Ecce ego suscitabo Pastorem, qui derelicta, non visitabit, nec dispersum quæret.* contra quos clamauit Paulus, Hæb. 5. dicens: *Nec quisquam sibi sumat honorem, sed qui uocatur à Deo tanquam Aaron.*

Zach. 11.

Hæb.

Secũdùm ganus.

Secundum Pastorum genus, est illorum, qui legitimam, quidem habent potestatem; eam tamen legitimè, & vt debent, non administrant. Quos D. Basilius (ut superius uidimus) in oratione, pro Sancto Mamante reprehendit, quòd non ouibus, sed sibi prodesse cupiant, his autem Dominus per Ezech. cap. 38. comminatur dicens. *Væ Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos.*

D. Basylius.

Ezech. 38.

Tertiùm genus.

Tertium Pastorum genus, est eorum, qui legitimam habent potestatẽ, & ipsam legitimè (ut par est) administrant, & ij sunt, qui non sibi, sed gregi prodesse cupiunt; de quibus dicebat Dominus per Iere. cap. 3. *dabo uobis Pastores secundùm cor meum.* Ex ijs igitur notatis Pastoribus, primos Christus Dominus fures appellat, & latrones, qui sunt falsi Pastores, per ostium ouilis non ingredientes. Secundos autem uocat Mercenarios. Quia licet veri; non tamen sunt boni Pastores. Quoniam *cùm non quærant, nisi quæ sua sunt, non autem quæ Iesu Christi*, aut ouium eius; hinc est, quòd *vident lupum venientem, & dimittunt oues, ac fugiunt.* Tertios autem appellat bonos Pastores. Quia ultra hoc, quòd sunt veri Pastores; sunt etiam boni. Quorum bonitatis, illud manifestissimum signum est, quia *animam suam ponuut pro ouibus suis.* D

Hiere. 3.

Nota pro intelligẽtia tex.

His igitur prænotatis, pro uera textus intelligentia aduertendum est. Christum, uerum se, & bonum Pastorem nominare, vt sic (in exemplum omnibus propositus) quisque quod in se mendosum agnosceret, castigaret; & in quo deficit, Christi uiso exemplo, perficeretur. Christus ergo se bonum pastorem nominat, non solùm, vt à furibus, & latronibus se ipsum discernat; sed etiam ut se à bonis pastoribus distinguat.

Christus omnibus in exẽplum proponit, vt quisq; id in quo à vero Pastore deficeret castigaret

Et quidem in primis. Ostendit se esse bonum pastorem, non quemcunque, sed illum vnicum, à Populis expectatum,

& in

A & in lege promissum, nempe Christum: quem (inter alia nomina) Pastoris nomen habiturum prædixerat Propheta Ezechiel 34. dicens. *Suscitabo super eos Pastorem vnum, qui pascet eas, seruum meum Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in Pastorem*. Quæ sanè uerba, nec intelliguntur, nec intelligi possunt de persona Dauidis Regis. Quia tempore Captiuitatis Babylonicæ, quo fuit uisio Ezechielis, Dauid mortuus iam erat. Reliqum igitur est, ut intelligantur de Christo, qui (ut ait Paulus) *factus est ei, ex semine Dauid secundùm carnem*. Et ideò Christus alludens uerbis illis, ait de se; *ego sum Pastor bonus*. id est Ego sum unicus ille Princeps Pastorum omnium, de quo 1. Petri 5. dicitur: *cùm apparuerit Princeps Pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam*. & Paulus Hæb. 13. *Deus* (inquit) *pacis, qui eduxit de mortuis Pastorem magnum, Dominum nostrum Iesum Christum*. De quo Pastore loquebatur Zacha. 13. dum dicebat: *Percute pastorem, & dispergentur oues gregis*. Verus igitur, & litteralis sensus uerborum illorum, scilicet, *Ego sum pastor bonus*, est de Christo, quibus nil aliud ipse significare uoluit, quàm se esse uerum Messiam, & Christum.

Ezech. 34. Nota contra Hæbreos.

Tẽpore Ezechielis, Dauid iam erat mortuus.

1. Petri 5.

Hæb. 13.

Zach. 13.

Et quidem, Rupertus super Ioan. ad litteram de Christo, uerba illa intelligit, quod probat ex occasione propter quam B Dominus hæc uerba protulit. Namq; cùm Iudæi cæcum à Natiuitate iam Christi uirtute sanatum, extra Synagogam eiecissent, eò quòd Christum Dominum, Messiam confiteretur, existimantes Christum esse Pseudoprophetam, cęcum verò ab ipso esse deceptum; ideò Christus cęcum defendens, contra Iudęos insurgit, probatq; potius eos esse extra ueram Ecclesiam (ut superius dum de ostio ageremus, diffusè tractauimus) Confirmat autem hoc Christus, dum se ostium facit, & nominat. Cæcum enim à templo Iudæi eiecerunt, tanquam à ueritatis ianua, & ostio deuiantem. Quos mendatio reprehendit, conuincit, & confundit Dominus, dum se ostium nominat, per quod cæcus à natiuitate, media illa cõfessione de Christo, quod esset filius Dei dum dixit: *credo Domine*, ingressus est. Pastorem autem se Christus nominat, cuius cùm sit suas oues sanare, non mirum si cæcum etiam à natiuitate curauerit. Pharisæos autem reprehendit Christus, & cæcum laudat: nam hic, Domini & ueri pastoris audita uoce, sequtus est eum; illi autem non, sed fuerunt ut aspides surdæ obturantes aures cordium suorum ad uocem incantantis. Duobus uerò præceptis Charitatis in se ipso complendis, se Christus uerum esse Pastorem demonstrat,

Ruperti expositio.

Christus quomodo ĩsurgit contra Hæbreos.

Christus vocat se pastorẽ, & ideo officiũ boni pastoris facit sanãdo cęcum.

Iudei fuerunt aspides surdę.

Christus ostẽdit se esse bonum Pastorẽ, dupliciter, Primò, ex dilectione q̃ ponit animã suam pro ouibus, Secundò ex tẽpore in quo eam posuit.

Theophylacti expositio.

strat, sine quibus nunquam Pastor bonus aliquis erit, neque C huius magni, ac boni Pastoris discipulus. Dominus namque ex dilectione se bonum Pastorem nominauit, quia animam suam ponit pro ouibus suis. Rursus probat ex tempore dilectionis. Namq; (vt ait Paulus) cum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, Iustus pro iniustis.

Theophylactus in cap. 10. Ioannis, de Christo similiter uerba illa intelligit. Quem & ostium, & Pastorem se nominari dicit, ostium quidem, *per quod qui introierit, saluabitur*, Pastorem autem, à quo cui ducitur erit securus, quem qui fuerit secutus, non peribit, *est enim via, veritas, & vita, viã* per quam ambulet, dicente Propheta, *Ambulabunt gentes in lumine tuo*; est *veritas*, ne fraudentur; est tandem *vita*, Quoniam *uiuificabit corpora nostra, & omnis qui in ipsum credit* D *non peribit, sed habebit uitam æternam.*

D. Chryso. expositio.

Cur Christus ostium se, & Pastorem nominauit.

D. Chrysostomus in ca. 9. Ioan. tomo 3. homil. 58. de Christo etiam ad litteram uerba Ioannis intelligit. Nec mirum autem est (inquit ipse) Christum se & ostium, & Pastorem nominare. Pastorem enim se, & ostium dicit, vt variè suam prædicet dispẽsationem, quando. n. se Patri offert ostiũ, cùm nostri curam gerit, Postorem se profitetur. Vocat autem se Pastorem e cęlo descendentem, vt quæ hinc inde erant dispersæ oues, bono Pastore congregarentur in vnum. Quoniam vt dicitur: Ezech. 34. Pascebant semetipsos Pastores Israel, nec quod abiectum erat reducebant, quod perierat nõ quærebant, neq; infirmum sanabant; Quoniam non gregẽ, sed semetipsos pascebant, dicente Paulo Philip. 2. omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, à quibus omnibus Christus differt, qui cùm sit Pastor bonus, venit vt vitam habeant, & abundantius habeant: relictisq; 99. ouibus in celesti diuitiarum deserto, venit in terram, quęrere & saluum facere quod perierat.

Ezech. 34.

Philip. 2.

Quòd autem verba Ioannis de Christo intelligantur, patet ex multis.

Ex Græco cõtextu patet verba Ioannis ad litterã esse de Christo intelligẽda.

Primò, ex contextu Græco ubi habetur dupplicato articulo ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. id est. *Ego sum ille Pastor, ille bonus, ille Pastor ille bonus, animam suam supponit, seu dat pro ouibus suis:*

Secundò, patet ex illis uerbis; *& alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas opportet me adducere*: quæ de nullo alio quàm de Christo peculiariter intelligi possunt.

Tertiò, etiam probatur ex illis verbis: *cognosco oues meas,*

& co-

A *& cognoſcunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem, & animam meam pono pro ouibus meis.* Quod nemo poteſt dicere niſi Christus Dominus. Hoc autem proportionaliter intelligi debet. Nam ſicut Pater cognouit filium primò ut Deus eſt, & intelligendo ac cognoſcendo ipſum, totam ei ſubſtantiam communicauit & uitã, dicente Chriſto; *Sicut Pater habet uitam in ſe metipſo, ſic dedit & filio uitam habere in ſemetipſo:* Sic etiam Chriſtus à Patre cognitus eſt, ut homo; ita ut cognitio illa fuerit (ut ait D. Tho.) *Affectiua, & factiua.* Quia humanitatẽ illam ſummis donis, & perfectionibus, ac tandem ſpirituali uita affecit. Atque ſic proportionaliter Chriſtus nouit ſuos, non tantùm ſpeculatiua cognitione, qua etiam inimicos nouit; ſed etiã affectu, & efficientia, quia plurimis beneficijs, virtutibus ac donis ſuos affecit, proprio eos ſanguine uiuificando.

Pater eo modo quo filiũ nouit, ſic etiã filius proportionaliter nouit nos.

Cognitio Dei patris qua cognouit Chriſtum, ſecundum humanitatem fuit affectiua, & factiua. D. Tho.

Bonus ergo Paſtor eſt Chriſtus, quia *animam ſuam ponit, ac dat pro ouibus ſuis.* In quo ab alijs paſtoribus ualdè differt. Si enim illi mortui ſunt, non animas poſuerunt, quoniam erãt neceſſariò morituri; Chriſtus autem non ſic, ſed in eo eſt maximè Paſtor bonus, quia cùm non eſſet animam de B neceſſitate poſiturus, eam uoluntariè pro nobis poſuit, dicẽte Iſaia: *Oblatus eſt quia ipſe uoluit,* & Chriſtus ipſe de ſe ait: *Ego pono animam meam.* Ex unione enim humanitatis cum perſona Verbi, humanitati illi, immortalitas, & impaſſibilitas debebatur; ſed pro ſuarum ouium ſalute, paſſibilem ſe, ac mortalem fecit Dominus, diſpenſatiuè impediendo, ne eius gloria, ad carnem ſeu inferiorem partem, impaſſibilitatis, & immortalitatis dono deſcenderet. Nihil ergo fuit opportunum, proficuumque nobis, quod Paſtor iſte bonus nõ efficeret. Vnde hoc ipſum mente reuoluens Apoſtolus 2. Corinth. 8. dicebat: *Propter uos egenus factus eſt cùm eſſet diues,* Chriſtus inſuper *animam ſuam dedit pro ouibus ſuis,* quod nullus fecit, ſed neque facere poterit. Homines enim potius pro ſe quàm pro alijs moriuntur; quia plus ſibi proſunt moriendo, quàm alijs. Mors enim Martyrum, quæ (tot præcedentibus tormentis atque flagellis) magnum eis gratiæ, ac gloriæ pondus contulit, & nobis ad exemplum, & ſatisfactionem pro temporalibus pœnis profuit, maius fuit bonum quod ſibi, quàm quod nobis ſua morte conciliarunt. Chriſtus autem non ſic. Nam mors eius plus nobis profuit quàm ſibi: nobis enim remiſſionem peccatorum, & gratiæ conſequutionem attulit; ſibi uerò non, ſed tantùm corporis, ac nominis ſui exaltationem. Gloria enim unà cum gratię,

Nota benè.

Chriſtus pro ouibus ſuis animam ponit; alij autem paſtores non, quia neceſſariò debent mori.

Chriſtus diſpẽſatiuè impediuit, ne eius gloria ad carnem, ſeu inferiorẽ partem immortalitatis dono deſcenderet.

2. Cor. 8.

Homines potius pro ſe, q̃ pro alijs moriuntur.

Sãcti ſua morte maius bonum compararunt ſibi, q̃ nobis; Chriſt⁹ uerò è contra maius bonũ cõtulit nobis ſua morte quàm ſibi, & quomodo.

ex unione humanitatis cum persona Verbi, ipsi debebatur. C
1. Petri. 2. Neque pro se mori erat Christo necesse, cùm 1. Petri. 2. dicatur. *Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.* & Isa. 9. *Paruulus natus est nobis*, & filius datus est nobis.

Notat Turrecremata, Christũ propriè ponere animam suã in prætiũ pro nobis, alios autẽ Sanctos ponere aĩam in exemplũ, ut fecit Diuꝰ Petrus.

Notat autem Ioannes de Turrecremata in suis Euangelicis quæstionibus, in Dominicam primam post Octauam Pachæ, proprium fuisse Christo ponere animam suam. *Quoniam alij* (inquit) *in exemplum uitam posuerunt; Christus autem in prætium*, ut, ait etiam Albertus. Vnde cùm Petrus dixit: *Et animam meam pro te ponam*, obtulit se positurum animam suam in exemplum, & non in pretium (ut fecit Christus.) *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris, in sanguine suo*. Apoch. 1. Atque hæc de intelligentia illius propositionis: *Ego sum Pastor bonus* dicta sufficiant. Examinanda nunc restat altera propositio: *Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis*.

Apoch. 1.

ARTICVLVS QVINTVS.

An ex illis verbis Ioannis, Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis, efficax trahatur argumentum ad probandum, debere Pastorem ex præcepto, pro ouibus suis propriam vitam exponere? D

EX conditionibus, & proprietatibus boni Pastoris, quæ à Christo in hac parabola de Pastore exprimũtur, liquidò patebit, quantopere Episcopus, seu Pastor, teneatur animam suam dare pro ouibus suis.

Insignia boni pastoris sunt quinq;.

Sunt autem hæc insignia boni Pastoris. Primo amor ouium. Secundo singularis cura, & exquisita diligentia eas pascendi, ac tuendi. Tertio industria comparandi ouibus grata, commoda, & vtilia. Quarto fortitudo animi ad pericula quæ suis ouibus accidunt propulsãnda. Quinto uocare oues nominatim, id est distinctè, & sigillatim ouium ingenia, uitia, propensiones, atque Virtutes cognoscere, atque etiam familiariter, & amicè cum eis conuersari: id enim est aliquem propriè, & ex nomine cognoscere. Vt patet Exod.
Exod. 33. 33. vbi loquens Dominus Mosi, cum quo familiariter loquebatur, dixit illi: *Cognoui te nomine tuo*.

Ad hoc ut Pastor uocet suas oues nominatim, debet habere multa.

Ad hoc igitur vt Pastor suas oues nominatim uocet, multa in se debet habere. Primum distinctam singularum ouium notitiam. Secundum amorem. Tertium curam,

&

A & solicitudinem; Quartum, scilicet quandam conuersationem, & familiaritatem cum ouibus. Quinta proprietas est, educere oues, nempe ad solis calorem, ad opacum frigus, ad lotionem, ad potum, & pastum; nocte claudendo, easque ad uirentia gramina die educendo. Sexta proprietas est, antecedere ipsas, non autem sequi, (quidquid dixerit Chrysost. homil. 58.) quod ubique locorum fit; cùm Pastores pregrediantur, uel propter ouium ignorantiam, uel asperitatem, uel pericula itineris. Et licet quandoque Pastores subsequantur, hoc tamen est claudicantibus, deficientibus, vel à via diuertentibus ouibus, quod raro accidit. Proprium auté ipsius est præire, sicut & famulorum sequi. Dirigere enim est proprium eorum qui ex familiaritate & sensatione noti sunt ouibus: & de his Dominus ait, quòd ante eas vadit. Vltima proprietas est, Quoniã *Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis.* quo loco nomine animæ, vita corporalis intelligitur, sicut patet ex Matth. 2. *Defuncti sunt qui quærebant animam Pueri.* & Ioan. 13. *animam meam pro te ponam.*

Proprium est Pastorũ præire, sicut & famulorum sequi oues.

Nomine animæ in parabola Pastoris uita corporalis intelligitur.

Matth 2.

Ioan. 13.

Dupliciter autem potest Pastor *animam suam ponere pro ouibus suis*, vel apertè pro earum defensione mortem oppetens, ut si pro earum salute fortiter propugnans, à latroni-
B bus, aut færis occidatur; vel quia, propter perpessos innumeros in grege pascendo labores, debilitatur, & mors eius maturatur.

Dupliciter Pastor aĩam suam pro ouibus ponit.

Ex his prænarratis proprietatibus boni Pastoris, euidentissimè colligitur, Pastorem, tempore necessitatis teneri animam suam pro ouibus suis ponere, nec licitè posse (ueniente lupo) fugere; sed ipsum ingruere, prosequi, & interficere: imitando Dauidem, qui lupum ouem rapientem, per mentũ apprehensum interficiebat. Ideò enim Pastor bonus dicitur, non solùm quòd benè & rectè secundùm virtutem sibi ipsi uiuat; sed quia quod officij sui est, nempe saluti ouium benè consulere, accuratè perficiat. In quo si defficiat, utique à forma boni Pastoris declinabit.

Pastor tempore necessitatis, tenetur animam suã dare pro ouibus suis.

Adde, quòd aliàs uis rationis Christi qua concludit se bonum esse Pastorem, ex proprietate Pastoris dessumpta, ineffi cax esset, si Pastor non teneretur animam suam dare pro ouibus suis. Ait enim sic: *Ego sum Pastor bonus, & animam meam pono pro ouibus meis.* Quod probat ex eo, quia *bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis.*

Argumẽtum Christi efficax.

Verùm circa hæc uerba obijceret aliquis, Metaphoram hanc Pastoris, in hac proprietate, quòd animam ponat pro ouibus

Obiectio.

ouibus suis, non esse ueram, nec conuenienter accomodari C
Prælatis. Materialis enim Pastor, nequaquam exponit uitã suam morti pro ouibus, pluris enim facit homo uitam suã temporalem quàm oues omnes mũdi, secundùm illud Iob. 2. *pellem pro pelle dabit homo, & cuncta quæ habet, dabit pro anima sua*: & cum uita temporalis præstantius bonum sit quàm bona temporalia; non uidetur ex ordine virtutis fieri, si quis uitam suam ponat pro ouibus, cùm pro minori bono, maius bonum exponeretur. Quocirca sicut pro fama, uel honore alijsq; temporalibus, uitiosum esset uitam exponere; ita quoque si pro materialibus ouibus daret animam suam Pastor, bonus non esset.

Iob. 2.

Aliqui (ut refert Toletus in annotatione 9. super præfatũ cap. Ioan.) hac difficultate præssi, existimarunt, huiusmodi Ioannis sententiam de solis spiritualibus pastoribus, qui metaphoricè Pastores dicuntur, intelligendam esse; sed horum expositio non est consona textui, cùm omnia quæ spirituali Pastori applicantur à Christo, ex metaphora materialis Pastoris clarissimè desumantur.

Aliquorum solutio refellitur.

Et obiectioni quidem dupliciter respondetur. Primò, partes Pastoris esse taliter uitam exponere, etsi huiusmodi expositio, uitiosa & minus laudabilis esset. Nec enim bonus dicitur, quòd uirtuosè operetur, sed quòd ritè expleat officium D suum. Quemadmodum Lucæ 16. accuratus & prudens dicitur uillicus iniquitatis, quanuis perperam sit operatus, quæ Domini erant donando. Sed hæc solutio non est reuera ad litteram. Vnde respondemus secundò, aliquando bonum, et laudabile esse exponere uitam temporalem pro ouibus, & rebus temporalibus defendendis. Licet enim temporalia bona expetere, conquirere, conseruare, & pro eorum tutela, se uitæ periculo offerre, quando hæc ad honestum finem ordinantur, & diriguntur. Neque hoc est maius pro minori, sed minus pro maiori exponere. Temporalia enim ad honestũ finem ordinata, honesti boni induunt rationem: de qua re superius egimus.

Solutio Prima.

Solutio secũda.

Temporalia bona ad finẽ honestũ ordinata, induũt rationẽ honesti, & ita potest homo exponere uitam suam pro illis.

Notandum autem est. Quòd animam ponere in scripturis, non semper significat, mori actualiter, sed interdum significat, offerre se uitæ periculo. Sic act. 15. de Paulo, & Barnaba ad huc uiuentibus dicitur. *Qui animas suas tradiderunt pro nomine Domini nostri*. Atque hæc de hoc articulo.

Acto. 15.

ARTI-

A ARTICVLVS SEXTVS.

Quid nomine lupi sit intelligendum, ad cuius aduentum Pastor fugere non tenetur, & quotuplices sint isti lupi?

DIuus Thomas lectione 3. in ca. 10. Ioan. super illa verba: *vidit lupum venientem; & dimittit oues* (vt in calce primæ quæst. diximus) triplex luporum genus enumerat, quod ex Patribus desumitur. Luporum genus triplex est, ex D. Th.

Primùm est Diabolus tentans, vt patet Ezech. 34. *Sed si communicabit aliquando lupus cum agno?* Sic Augustinus sermone 49. de verbis Domini, tomo 10. *Lupus autem* (inquit) *Diabolus est, insidiatur vt decipiat, & qui illum sequntur. Nā dictum est; quòd sint induti quidem pellibus ouium, intus autem sunt lupi rapaces.* & tract. 46. in Ioannem. *Ecce* (inquit) *lupus oui guttur apprehendit, Diabolus Fideli adulterium persuasit, tu taces, non increpas, o, mercenariè? lupum venientem vidisti, & fugisti. Respondet fortè, & dicit: Ecce hic sum, non fugi: fugisti quia tacuisti, tacuisti quia timuisti: fuga animi timor est, corpore stetisti, spiritu fugisti.* Hæc ille. Primum, Diabolus. Ezech. 34. August.

Glosa ordinaria super dictum locum Ioannis dicit. *Lupus est, vel uiolentus qui corporaliter vastat, vel Diabolus qui spiritualiter dissipat. Cui qui non animas ouium, sed sua quærit, nō* B *occurrit resistendo, vel mala arguendo, quod est fugere: quia timor est fuga animi.* Glosa.

Secundum genus luporum, est sæuiens Tyrannus. ita D. Greg. homil. 14. in Euangelia, inter medium, & principium, vbi sic ait. *Lupus super oues venit, cum quilibet iniustus, & raptor, Fideles quoque atque humiles opprimit.* Secundùm luporum genus est Tyrānus. ex D. Greg.

Nicolaus de Lyra, in eundem locum dicit; Tyrannum subditos ad peccandum inducentem, & ad malum pertrahentē, lupum esse. Atque in hunc sensum intelliguntur verba illa Exech. 32. *Principes eius in medio eius, quasi lupi.* Nicolaus de Lyra, dicit quod Tyrāni subditos ad paccandū inducētes sunt lupi. Ezech. 32.

Tertium genus luporum, sunt hæretici, iuxta illud Mat. 7. *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium.* & Actorum 20. *Ego scio, quòd intrabunt post discessionem meam lupi rapaces non parcentes gregi.* Ita Cyprianus contra Nouatia. Augustinus quoque eodem tractatu 46. & Ambrosius in cap. 10. Lucæ in illa verba: *Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.* egregiè de huiusmodi lupis pertractat dicens: *Bonus Pastor lupos gregi suo timere non nouit: ideoque isti discipuli non in prædam, sed ad gratiam diriguntur. Sollicitudo enim boni pastoris efficit, vt lupi in agnos audere non possint. Mittit ergo agnos inter lupos, vt compleretur illud: tunc* Tertium luporū genus, sunt hęretici Matth 7. Actorum 20. D. Cypria. D. Ambro. Aurea lupi descriptio ex D. Ambro.

lupi, & agni simul pascentur. Et quoniam proximè de vulpe nobis non ingratus tractatus euasit, si iudicium vestrum in figura minusculi animantis expertus sum, præsumo quòd profunda mysteria velantur, studiorum vestrorum possim aperire suffragio. In specie vulpium hæreticos significari supra expressimus, qui promittunt nomine, quòd Christum sequantur, sed studio fraudis abiurant. Hos non suscipit Dominus, sed à suo nido arcet, & prohibet. Lupi quid significare videantur, debemus aduertere. Bestiæ nempe sunt quæ insidiantur ouilibus, circa pastorales versantur casas, habitacula domorum intrare non audent, somnum canum, absentiam aut desidiam Pastoris explorant, ouiũ guttur inuadunt, vt cito strangulent, feri, rapaces, ijdemq; natura corporis rigidiores, vt se facile non possint inflectere. Impetu quodam suo feruntur, & ideò sæpè luduntur. Tum præterea, si quem priores hominẽ uiderint, vocem ei quadam naturæ feruntur ui eripere: si autem homo prius eos viderit, exagitari memorantur. Et ideò cauendum mihi est, ne si in hodierno tractatu, spiritualium mysteriorum gratia non potuerit refulgere, lupi me prius vidisse credantur, & solemne vocis extorsisse suffragium. Nonne lupis istis hæretici comparandi sunt, qui insidiantur ouibus Christi, fremunt circa caulas nocturno magis tempore quàm diurno? semper enim perfidis nox est, qui lucem Christi scæuæ nebulis interpretationis obducere, & quantum in ipsis est fuscare conantur. Versantur ergo circa caulas, stabula tamen Christi intrare non audent. Et ideò non sanantur, quia in stabulum suum non vult eos Christus inducere, in quo curatus est ille qui de Hierusalem descendens incidit in latrones: quem vulneribus alligatis, infuso oleo & vino, imponens in iumentũ suum, Samaritanus ille duxit in stabulum, & sanandum stabulario dereliquit. Nõ accipiunt ergo medicinã, qui medicum non requirunt. Si enim requirent, non derogarent. Explorant Pastoris absentiam, & ideò Pastores Ecclesiarum, vel necare, vel in exilium agere contendunt, quia præsentibus Pastoribus, oues Christi incursare non possunt. Spoliare gregem Domini, & diripere conantur, qui corporea quadã mentis intentione duri ac rigidi, nequaquam solent à suo errore deflectere. Et ideò Apostolus ait, ad Tit. 3. Hæreticum hominem post vnã correptionẽ deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est. Hos scripturæ verus interpres illudit, vt inanes suos in vanum effundant impetus, & nocere non possint. Qui si quem versuta disputationis suæ circumscriptione præuenerint, faciunt obmutescere. Mutus est enim qui verbum Dei, non eadem qua est gloria confitetur. Caue ergo ne tibi uocem tollat hæreticus,

Hæretici nõ recipiunt medicinã, quia medicũ non requirunt.

Hæretici curant animarum Pastores in exiliũ mittere.

ad Tit. 3.

Versutia hæreticorum in disputando.

C

D

A *reticus, si prior eum non ipse deprehenderis: serpit enim dum latet eius perfidia. Si autem commenta eius impietatis agnoueris, iacturam piæ vocis timere non poteris. Caue igitur versutæ disputationis venena; animam petunt, guttur inuadunt, vitalibus vulnus affligunt. Graues sunt morsus hæreticorum, qui ipsis grauiores, & rapaciores bestijs, nullum auaritiæ finem, impietatisq; nouerunt. Nec vos moueat quòd formam prætendere videntur humanam; quoniam & si foris homo cernitur, intus bestia fremit. Et ideo eos lupos esse non dubium est, iuxta Domini sñiam, qui ait: Attēdite uobis à falsis Prophetis, qui ueniūt ad vos in uestitu ouiū, intus aūt sunt lupi rapaces, ex fructibus eorū cognoscetis eos.* Hactenus Ambrosius. Ex cuius sñia, quæ paulo superius de lupo scripsimus desumpta fuere.

Hæreticus in star lupi quomodo uocē adimit Christiano.
Hæreticorū morsus sunt graues.

Et licet in multis locis, à Sanctis Patribus varijs modis hęretici nominentur, vt *Adulterinæ gemmæ* splendorem ac ualorem quem non habent demōstrantes: *Simiæ* homines immitantes Sanctos exterius, interius autem immunditia plenos: vt ait Philo. super 3. Reg. 10. Nominatur *Camaleones* qui in quemcumq; colorem commutantur, præterquam in album: *Hydræ* quoque uenenosa semper capita pullulantes: *Adulteri*, tot tantisq; sectarum scortis, Dei scripturas adulterantes, ut ait Origenes super Rom. 2. & Ambr. in eundem B locum. *Araneæ* insuper minutissimas telas debilibus texentes. Appellantur quoq; *putrida membra, præcisi rami, Idololatræ, AntiChristi, Monetarum adulteratores, Serpentes, Basilisci, Aspides*, vt ait Orige. in Leuit. hom. 16. & in Lucam homil. 31. & super Ro. 3. *Dracones, Viperæ*, vt ait Basil. in Examc. hom. 10. & D. Hiero. in Isa. 30. & in Ezech. 8. *Leopardi*, vt ait Rupertus super Iudi. 15. *Vulpes Sansonis*, vt uult D. Ambro. super Ps. 118. Ser. 2. & super Lucā, c. 9. *Leprosi*, ut uult Greg. 11. Moraliū. *Pestilentes*, ut aiūt Orig sup. Mat. ho. 28. & Hier. sup. c. 24. Mat. & Isyc. sup Leu. 26. & tandē *Latrones*. Licet igitur & alijs nominibus nūcupent; propriùs tñ *Lupi* nominātur. Vñ Orig. lib. 4. contra Celsum, hæreticos, lupis uult assimilari, quæ sunt animalia immunda; & qm̄ sicut ad hominū flagellum, lupi immittuntur; sic propter nostra demerita immittuntur hæreses: & sicuti ingrediētibus lupis aliquā regionem, illā depopulantur; sic hęresibus uenientibus, ac Ciuitatem aliquam peruagantibus, illā deuastant, ut sanguineis lachrymis cū Hieremia planctū assumere liceat dicētes: *Quomodo sedet sola Ciuitas plena populo? facta est quasi uidua domina gentiū, Princeps Prouinciarū facta est sub tributo.* Quod patet in Germania, alijsq; innumeris locis, qui hoc uiro cru-

Hæretici varijs nominibus nominātur: dicuntur enim.
Adulterinæ gemmæ.
Simiæ.
Camaleones.
Hydræ.
Adulteri.
Araneæ.
Membra putrida.
Præcisi rami.
Idololatræ.
AntiChristi.
Monetarum adulteratores.
Serpentes.
Basilisci.
Aspides.
Dracones.
Viperæ.
Leopardi.
Vulpes Sansonis.
Leprosi.
Pestilentes.
Latrones.
Philo.
Orige.
D. Ambro.
D. Amb.
D. Greg.
D. Basyl.
D. Hierony.
Rupertus.
Orige.
D. Hierony.
Tren. 2.
D. Chrysost.

delissimo repletò, omnem gratiæ splendorem amiserunt. C

His positis, vt proposito dubio satisfaciamus, dicimus.

Primò, quòd tempore persequtionis, tam lupi, idest Diaboli, quàm lupi, idest hæretici, non est licitum Pastori, suum gregem relinquere. Cùm enim salus subditorum (qui finis obligationis Episcopalis est) exigit præsentiam Pastoris; tunc profectò personaliter gregem suum deserere non debet, propter quodcunq; commodum temporale, nec propter quodcunque personale periculum imminens; sed debet animam suam dare pro ouibus suis, & resistere prædictis lupis, non quidem corporaliter, sed magis spiritualiter, per deuotam orationem, & sanctam prędicationem, ac doctrinam; ne diabolica tentatione, puta desperatione, finali impęnitentia, atque aliis grauissimis malis, quæ sine Pastoris auxilio euitari non possunt, atque etiam hæretica deceptione, pereant. Atq; ita tunc nō licet fugere cū p̄sentia illius omnimodè sit gregi necessaria, maximè hæretico persequēte, Nā (vt inquit Chry. li.4. de sacerdotio prope mediū) *& Ciuitas quādiu muro vndiq; cincta est, eos irridet à quib⁹ obsidetur p̄sidio illo tutissima. Vbi verò quis murū diruerit, ad portulæ tantū magnitudinē, tū longè illi abest septi præsidiū, ēt si firmū alioqui, ac tutū illud maneat. Haud aliter igitur, & Dei Ciuitas, dum ipsam vndiq; pro muro Pastoris solertia atq; prudētia cingit, aduersarij suæ oēs machinæ, artesq; in opprobriū risumq; cedūt, euaduntq; qui eā incolūt indēnes atq; illæsi; si aūt eā parte aliqua demoliri, q̄s possit, vt vniuersū nō diuertit à parte totū, ut sic dicā labefactatur.* D

Dicimus Secūdò, quòd si sermo sit de tertio lupo, idest Tyranno persequente uel hæretico potenti, tres in hoc sunt Patrum sententiæ; duæ extremæ, & altera media.

Sententia D. Athanasij fugæ multū indulget.

Prima quidam est Athanasij, in Apologia ad Constantiū, qui in laxiorem partem inclinans; nimium fugæ indulget. Vult enim fugam esse licitam, & laudabilem, quod multis varijsque exemplis ostendit, ac probat. Imò ait, in fuga magnam fortitudinis vim reperiri, dum non ideò à periculo mortis fugit homo, vt fugere velit à morte; sed ideò fugit, quia fuga illa se ad maiora, & grauiora pericula pro Christo, & suis ouibus subeunda præseruat. Qui dum mirabili modo in fugam damnantem inuehitur, proprios hic Athanasij uisum est nobis afferre sermones: sunt autem qui sequntur. *Age, iam quid sacræ scripturæ de huiusmodi re loquantur incipiamus. Inde enim patebit eos potissimum cum Sacris litteris pugnare, & Sanctorum virtutes, calumniari: Nam si vituperant eos, qui sese dum ad ne-*

Varia exempla fugientium proponuntur ex sacra scriptura.

A *cem quæruntur, occultant, & calumniantur, eos qui vitant persequtores, quid (quæso) facient, cùm viderint Iacob à Fratre suo Esau fugientem? Mosenq; ad Madianitas metu Pharaonis secedere? aut quid isti, qui huiusmodi garriunt, respõdebunt Dauidi, è suis ædibus Saulem ob persecussores summissos fugienti &, occultanti se in spelunca, faciemq; immutanti, quoad euaderet Abimelechum, & insidias declinaret? Aut quid dicent isti, qui vbique temerè sublaterant, si videant magnum Eliam, Deum nominatum, & mortuos excitantem, sese abdere propter Achab, & profugere ob minas Iesabel, quo tempore filij etiam Prophetarum, quæsiti ad necem, sese in speluncis apud Abdiam recluserunt? Forsitan nec de istis, ut nimis priscis quicquam legerunt, neq; quæ in Euangelijs sunt, meminerunt. Sed quid? num hoc ignorant, & discipulos propter metum Iudæorum, latebras, & recessus quæsiuisse? & Paulum Damasci in sporta è manibus demissum esse, dum à gentis Præfecto quæreretur? Quo animo quæso ista de Sanctis legunt? aut quem ibi prætextum suæ temeritatis reperire possunt? Si enim illis timiditatem exprobrent, furiunt: sin contra Dei voluntatem fecisse arguant, prorsus scripturas sacras calumniantur. Nam & in lege Ciuitates refugiorum erant, pro ijs, qui ad cædem quærebantur, vt aliquo modo persequtorem euaderent. In consu-*
B *matione porro sæculorum, cùm aduenisset illud ipsum verbum Patris, quod Mosi antea loqutum fuerat, rursus præceptum fugiendi condidit; Cùm vos (inquiens) persequti fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam, pauloq; post subijcit: Cùm videritis illam abominationem desolationis, quæ dicta est per Danielem Prophetam, consistentem in loco Sancto, qui legit, intelligat. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes; & qui in tecto est, non descendat, vt aliquid tollat ex ædibus suis, & qui in agro est, ne retrorsum se conuertat ad vestimenta. Hoc cùm scirent Sancti, ad eam normam uitam suam temperauerunt. Quæ autem præsentiarum præcipit Dominus, ea quoque ante suam in carne conuersationem loqutus est in Sanctis, & hoc genus formæ, institutique, hominibus perfectitudinem conciliat. Nam quod Deus iniunxit, faciendum est.* Hactenus Athanasius. Qui plurimis alijs locis exemplo Domini, fugam laudat, atque magnificat. Sed quoniam ea hic adducere, esset totam ipsius Apologiam describere (quod non est uisum nobis) ideò ex illis plurimis, ad pauca suam sententiam demonstrandam, & corroborandam adiecimus, lectorem ad Proprium Athanasij fontem remittentes?

Secũda sñia est, Tertullia. in libello quem de fuga in perse- quutione, Sentẽtia Tertulliani ni-

mium arcta contra fugā.

qutione, contra Fauctum composuit, qui ex aduerso, nimis rigidus, & asper uidetur. Vbi non modò fugam damnat; sed totis etiam viribus, plurimis conuicijs fugientes insequitur. Tenet autem, præceptum illud Domini, vt scilicet, Apostoli *persequti in vna Ciuitate, fugerent in aliam,* esse temporale, & datum Apostolis eo tempore quo Christus viuebat, neq; eos semper obligasse, vt toto scilicet vitę eorum tempore, hoc fugiendi pręcepto tenerentur. Ex quo infert, multò minus nos esse præcepto illo adstrictos: imò verò tenet, nullo modo Pastores fugere debere. Innititur autem vnica ratione, ad hoc probandum. Quoniam (inquit) omnis persequtio est à Deo, quam nos fugere non debemus. Verba eius sunt hæc. *Igitur cùm etiam sub Apostolis ipsis temporale fuerit fugæ præceptum, sicut etiam reliquorum præscriptorū, non potest apud nos perseuerare, quod apud Doctores nostros concessauit; & si non propriè ad illos fuisset emissum. Aut si perseuerare illud Dominus voluit, deliquerunt Apostoli, qui non vsq; ad finē fugere curauerunt. Videamus nunc, an & cætera Domini ędicta, fugæ perpetuò congruant præcepto. Primò quidem, si à Deo persequtio est, quale est vt idem fugiendam eam mandet, qui & infert? quam si euadi vellet, melius non immitteret. Ne voluntatem suam, alia voluntate præuaricari videretur, aut pati enim nos voluit persequtionem, aut fugere; si fugere, quomodo pati? si autē pati, quomodo fugere? Iam verò quanta inæqualitas sentētiarū iubētis fugere, & inuitantis ad passionē contrariū fugæ. Qui cōfessus fuerit me, & ego confitebor illum coram Patre meo. Quomodo confitebitur fugiens? quomodo fugiet confitens? Qui mei confusus fuerit, & ego confundar eius coram Patre; si deuito passionem, confundo confessionem. Fœlices, qui persequtionem passi fuerint causa nominis mei, Infœlices ergo qui fugiendo, ex præcepto non erunt passi. Qui sustinuerit in finem, iste saluabitur. Quid ergo me iubens fugere, vis in finem sustinere? Tanta diuersitas sententiarum si non congruit Diuinæ grauitati, apparet quoq; præceptum fugæ, suam habuisse rationem quā ostendimus.*

Ratio Tertulliani contra fugam.

Hæc Tertullianus; Qui multis alijs rationibus, suam astruit opinionem.

D. Hierony: Tertullianu, & huius suū librū de fuga condemnat. Tertullianus, Montanū hęreticū sequutus est.

Et licet D. Hieronymus in libro scriptorum Ecclesiasticorum, in tomo 1. Epistolarum, damnet Tertullianum, eiusque librum de persequtione (quem nuper citauimus) nominatim contra Ecclesiam factum esse dicat: cum propter inuidiam, & Clericorū Romanæ Ecclesiæ contumelias, a Montani hæretici dogma delapsus, ad illos conscribendos libros

se

A se totum conuerterit (sicut modò hæretici faciunt) nihilominus ipse Hieronymus in hoc ipsum sequitur, quòd tenet, *præceptũ illud fugiendi, ad tempus à Domino fuisse traditũ Apostolis, seruandum tantũ ab ipsis in illa prima sua legatione.* Quod probat ex Antecedẽtibus, dum dixit Dominus; *In viã gentium, ne abieritis, &* ex subsequentibus: *Non consumabitis Ciuitates Israel, donec veniat filius hominis.* Ob quas rationes, etiam D. Chrysostomus, præceptum hoc, tantùm referendum esse vult ad illud tempus, quo tunc ad prædicationẽ Apostoli mittebantur. Præceptũ fugiẽdi ex sententia D. Hierony. temporale fuit. Apostolis. D. Chrysost. cũ Hieronymo concordat, quoad pceptũ fugæ.

Sed hoc sanè præceptum Domini, non tantùm ad tempus primæ legationis Apostolorum extendi patet ex eò, quòd etiam post ascensionem Domini, leguntur Apostoli ex vna in aliam Ciuitatem fugisse. Deinde patet ex eo, quòd hoc præceptum, ponitur inter ea quæ potius ad futuram legationem pertinent. Vnde rectè D. Aug. & alij, ad omnes saltem quodammodo hoc præceptum, vel permissionem pertinere arbitrantur, sicut & quod sequitur: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & post hæc nã habent amplius quid faciant, &c.* Opinio auctoris. Probatur. Primo. Probatur Secundo. D. August.

Tertia sententia media, est Augustini Epistola 180. ad Honoratum, cui subscribunt D. Tho. loco citato, & Turrecremata, in Dominicam primam post 8. paschæ. q. 3. superius citata; quos nos sequentes distinguimus. Quoniam aut persequtio, est personalis .i. contra personam solius Pastoris, aut contra totum populum: Si personalis, tunc vel excitatur ab Infidelibus, vel à suis subditis: Si ab infidelibus, tunc, aut quæritur vita tantùm Pastoris, seu Prælati, aut etiam totius Populi: si ipsius Pastoris tantùm, amplius inquirendum est. Quoniã aut quæritur ob causam ad fidem spectantem, aut non. Si verò est cõtra Populum, & ob fidei causam, tunc aut populus vult morari in Ciuitate, aut inde fugere. Rursus ex alio capite. si persequtio contra Pastorem excitetur à suis subditis, tunc videndum etiam est, si omnes subditi sint praui, aut partim praui, & partim boni. Et tandem si omnes iniqui sint, & peruersi, videndum est, si est spes correptionis, & emendationis eorum, aut non. Tertia sentẽtia de fuga media est D. Aug. D. Tho. & Turrecre. Aurea quæstionis dilucidatio.

B

Dicimus ergo resolutè pro determinatione. Quòd quãdo Lupus, i. Tyrannus, aut Hæreticus potens; Pastoris tantùm personam, non propter Fidei causam, sed ob particulares inimicitias, & priuata odia insequitur, tunc licitè absq; dubio Pastor fugere potest, imò & debet, ut ait Lyra. super Matt. c. 10. in hoc idem: *Si vos persecuti fuerint, &c.* Atq; ita laudabiliter fecit Athanasius, dum Arrianorum impetum, qui eius vi- Resolutio eius. Lyra. Athanasij fuga laudabilis.

ram expetebant, fuga euasit, & Paulus, qui ne à Damasci Præside caperetur, fuga (*per murum in sporta dimissus*) vitæ consuluit: quem immitatus est D. Tho. Cāthuariensis, qui in Anglia ad mortem persequtus, non aliter quàm terga vertendo inimicos delusit. Quam fugam consuluit Aug. in Epist. 180. præcitata ad Honoratum ijs Verbis. *Fugiant serui Christi de Ciuitate in Ciuitatem, quando eorum quisq; specialiter à persequtoribus quæritur; Vt ab alijs, qui non ita quæruntur, nō deseratur Ecclesia.* Quoniam vt inquit Athanasius in citata Apologia, *Fugere Deus iniunxit, & Sancti factitarunt. Persequi enim Diaboli inuentum est, qui omnibus infestus, vbique persequendi votum concipit.* Hæc illæ. Quòd si persequtio in Prælatum solùm fuerit excitata; ob Fidei causam, & non ob liuorem, aut alia priuata odia; tunc si ex fuga Prælati, scandalum aliquod in fide in ipsis subditis sequatur; tenetur Prælatus non fugere, sed remanere cum grege, *& ponere* (iuxta domini verbum) *animam suam pro ouibus suis.* Maiorem enim tunc pusillus grex ex Pastoris absentia in fide iacturam; maiusq; detrimentum percipiet, quàm si Pastoris uita, morte superueniente, deficeret; cùm hoc esset damnum corporale, illud autem spirituale. Vnde ut ait Egesippus lib. 3. suæ historiæ c. 2. & D. Ambro. in oratione ad Auxentium de Basilicis tradendis, cùm Petrus Apost. ob causam fidei, Neronis persequtionem fugiens Roma discederet, Christus ei obuiam factus est: cùmq; Petrus ab eo sciscitaretur dicens; *Domine quo vadis*, Christus obuerso vultu improperans ei respondit. *Vado Romam iterum crucifigi.* Quibus verbis Petrum reprehendit, dum illo tempore, quo ei erat in fide propugnandum & aduersario resistendum; timidus & formidolosus, (relictis suis ouibus, quod facere nō debebat) à Persequente fugiebat.

D. Tho. Canthuariēsis fuga, laudabilis.

D. Aug.

Persequi, diaboli inuentū est.

Si persequtio fuerit contra Prælatum cā fidei. & ex fuga sequitur scandalū, tenetur Prælatus non fugere.

Egesippus.

D. Ambro.

Cur Petrus Apostolus tēpore Neronis persequentis à Christo reprehēsus est.

Si verò nullum omnino timeatur scandalū in grege, tunc licet Pastori fugere; cùm ex ipsius fuga, gregi nihil mali adueniat. Quòd si persequtio fuerit in causa Fidei, contra gregem, & Pastorem; tunc nullo modo licet Pastori gregem suum dimittere; sed si grex voluerit fugere, potest, imò debet cum eo ire. Si autem grex in duas partes diuidatur, quarum vna fugere velit, altera verò permanere; tunc relicto Vicario idoneo parti remanenti, potest & debet cum alijs fugere. Quòd si persequtio à proprijs subditis in Pastorem oriatur; tunc si subditi partim sint boni, partim verò mali, si de malorum salute spes fuerit frustratoria, non debet bonos relinquere; si verò fuerit spes de conuersione eorum, eo tempore, debet Christi exemplo, nonagin-

A ta nouē bonas oues in virtutū secuso deserto relinquere, & quęrere pereuntē. Quòd si totus grex fuerit puersus, & nihilominus eius salus speretur; debet remanere Pastor. Sin uerò eorum salus fuerit omninò desperata, tunc sine peccato licebit Prælato fugam arripere, ut ait D. Gregorius li. 2. Dialogorum.

D. Gregor.

Vt uerò Tertulliano respondeamus, eiusque dictum examinemus, dicimus, D. Hilariū tenere oppositū illius quod ipse tenet. Vult enim Hilarius, præceptum illud, uel potius consilium illud Domini, ut Apostoli persequti in vna Ciuitate pergant ad aliam, non esse tantùm extendendum ad primam legationem Apostolorum; sed etiam ad secundā, quando scilicet dimissa, ac relicta Iudæa, ad gentes uocandas se conuerterunt; iuxta illud actorum 13. *Vobis oportebat primū loqui verbū Dei, sed quia repulistis illud, & indignos nos Iudicastis æternæ vitæ, ecce cōuertimur ad gentes*: Atq; ita non esse temporale, sed ad nos usque extendi, ita ut tunc fugere possimus, & debeamus, quando id ratio à Spiritu sancto edocta, commonuerit.

Ad Tertullianum respondetur.

D: Hilarius.

Præceptum, uel consiliū illud Domini de fuga, extendit se usque ad secundā Apostolorum legationem, imò usque ad nos. Acto. 13.

Vnde sciendum est, quòd non ideò Dominus persequtionem mittit, ut ab ea fugere non debeamus, sicut ait Tertullianus, sed potius, ut ueniente persequtore, per patientiam gloriæ coronam mereamur: & in ea (Charitatis officijs erga Proximum expletis) Domini opus impleamus. Quoniā B verò est dare maius, ac minus opus, in his quæ homo operatur; ideò cùm duo horum concurrunt, quorum unum altero maius est; potius debet homo maius, quàm minus implere. Sancti ergo; quoniam necessarij erant ad Euangelium disseminandum, & Christi fidem media prædicatione, per uniuersum orbem propagandum; ideò in suis persequtionibus dum quærebantur, fuga multocies uitæ suæ consulebant: nō tam mortem timentes, quàm se ad maiora subeunda tormēta pro Christo, & suis ouibus reseruantes, ac præparantes. Quoniam uidebant tunc, ex eorum uita, maius Ecclesiæ Christi bonum, atque emolumentum euenturum, quàm si Tyrannis se, & persequtoribus ultrò offerentes, euaginato gladio ocumberent.

Non ideò Dominus persequtionē mittit ut ab ea nō fugiamus, ut uoluit Tertullianus.

Cur sancti dū à Tyrānis ad mortem quærebantur sæpè fuga vitæ consulebant.

Vnde ut benè notat D. Thom. 2. 2. q. 64. artic. 4. & Opus. 58. fugere potest Iustus propter tria, scilicet, aut ut Persequtor quiescat, quod fit dum propter particularia, & priuata odia persona tantùm Prælati quæritur, ut diximus, aut ut præceptum Domini opus perficiat, & ut gloriosiorem sibi coronam acquirat. Vnde multocies illud fugere martyrum; & Ec-

Iustus benè potest fugere ꝑpter tria, ex doctrina D. Thomæ.

Lucrum fugę quod, & quā tum sit.

Ecclesiæ Pastorum, non est fugere (ut uult Tertullianus) sed C persistere, & permanere: atque illud ipsum fugere, est pati, & perseuerare in fine, ac Dominum confiteri: dum non ideò fugit ut fugiat; sed ut alij (se tuto) liberentur, & maiores expectans labores, à Tyranno uel potenti aliquo, post multas ad Deum conuersas animas, maiori patientiæ, aut Martyrij palma decoretur. Quomodo autem hæc omnia regulanda sint, satis superque declarauimus præcedenti quæstione, vbi ex regulis ibi assignatis, quid in persequtionibus faciendum sit dignoscitur. His omnibus expositis, cùm quæstioni secundæ ultimum calamum adhibuerimus; ad tertiam nos breuiter enucleandam præparemus.

D

QVAE-

A

QVAESTIO TERTIA.

An Rex, uel Princeps iusta lege impedire possit Curatum, & alios à ministerio Infectorum.

HOC dubium, mouetur propter Doctorẽ quemdam subtilem, qui eo argumento contendit probare, Curatum non obligari ad ministrandum sacramenta Infectis. Quòd Principes sęculares pro status incolumitate, leges faciunt inuiolabiliter obseruandas de non conuersando: quocirca Curatum hac quoque lege ligari, & affici. Vt igitur appareat quanti roboris sit hoc argumentum, uidendum est breuiter, An talis lex, si promulgetur, sit iusta? Et uidetur, quod sic.

B Primo ex generali consuetudine; quia tales leges in locis infectis passim feruntur, nec ab Episcopis, uel Papa reprehẽduntur: ut dum fit Quarantina, quæ singulare remedium ab omnibus peritis iudicatur. Primum argumentum.

Secundò. Quia opera Curati, ut superiori quæstione probatum est, non est simpliciter necessaria ad salutem animæ; Vndè propter bonum commune incolumitatis iustè potest impediri, cùm non teneatur Princeps subditos inducere ad omne melius, ut ait D. Thom. quodlib. 1. articu. 15. ad ultimum. Secũdum argumentum.

Tertiò ob experientiam, contagij, cùm sit morti ferum, uariosq; indistinctè enecet, tanto malo succurrendum erit, non alio sanè remedio quàm simili Principis prohibitione. In oppositum est scriptura. Quia bonum animæ, & bonum spirituale, etiam minimum præstat saluti corporali totius mundi: *Nonne Anima plus est, quàm corpus, &c.* Matthe. 6. Tertium argumentum.

Pro decisione huius quæstionis ponentur tres Conclusiones; & deinde satisfiet argumentis. Videat autem, qui uoluerit D. Thom. super hoc agentem, in quodli. 12. quæst. 18. artic. 30. Vbi Quærit, utrum quis prohibitus à Principe sæculari D.Thom.

culari dimittere debeat prædicationem? sit igitur. C

Prima Conclusio.

Prima Conclusio. Curati, & alij ministrantes, seu ministrare uolentes infectis, non possunt iusta lege impediri. Vnde impedienti possunt non obedire. Hæc Conclusio uera ostenditur,

Probatur primò. Isid. D.Tho. Vt aliqua lex sit bona, dēt esse religioni congrua. Lex humana ut sit iusta, debet pportionari legi diuinæ.

Primò ex natura legis. Nam, ut Isid. lib. 5. Ethimolo. cap. 3. & 21. & S. Thom. 1.2. quæst. 95. artic. 3. aiunt, *Prima conditio humanæ legis est, ut sit Religioni congrua.* Quælibet enim res recta, & mensurata, oportet, quòd habeat formam proportionatam suæ Regulæ, & mensuræ. Lex igitur hamana, debet esse proportionata legi Diuinæ, ut sit iusta; cùm ab illa, deriuetur. Esset autem contra bonum Religionis, si talia ministeria ad salutem animarum spectantia, in periculo mortis impediantur. D

Probatur secundò. Minus bonū debet postponi maiori bono.

Secundò. Id quod melius est secundùm optimam rationē, debet anteponi minori bono; atqui finis legis præfatæ, sicut & cuiuslibet humanæ, est corporalis hominum utilitas leg. nulla. ff. de leg. Hanc autem cædere unius solùm animæ saluti, & ratio, & ordo charitatis exposcit, ergo.

Probatur tertiò. Omnia consilia sūt in præcepto in casu necessitatis. D.Thom. Gabri.

Tertio opera misericordiæ tam corporalia, quàm spiritualia, eo tempore sunt in præcepto, propter euidentem necessitatem indigentium: omnia enim consilia sunt in præcepto, in casu necessitatis, ut ait S. Thom. quodli. 4. arti. 20. & 1.2. quæst. 108. artic 4. ad 4. & 2.2. quæst. 73. artic. 3. Et alibi Gabri. dicto serm. de fuga pestis; & communiter omnes. Ergo hæc impedire esset peccatum mortale. Vnde lex talis ex se est iniusta.

Probatur quartò. Duplex est in Ecclesia potestas spiritualis, & temporalis. Gladius temporalis debet ad nutū sub esse spirituali. D.Bernar.

Quartò. Duplex est in Ecclesia potestas, sicut & duplex gladius, spiritualis, & temporalis, iuxta illud uerbum Euangelij, *Ecce gladij duo hic*; inter quos gladios hic ordo describitur in extrauaganti, Vnam sanctam, de maioritate, & obedientia; ut gladius temporalis, subsit spirituali; nec illi debeat aduersari, sed ad nutū eius moueri, & in eius auxilium, quod est dictum D. Bernardi in libro de Conside. ad Eugen. igitur gladius temporalis, spiritualem impedire non debet.

Probatur quintò.

Quintò. Quia facere talem legem, est magis Deum ad furorem, & iracundiam prouocare; Etenim tunc multi in necessitate spirituali moriētes, sine auxilio damnabūtur. Quo circa Deus intensius tendet arcum, & sagittas uibrabit. Si enim propter unum peccatum Dauid, numerando populum, pestilentiam in Israel immisit; quantò magis &c.

Nota. Claudius Espencæus.

Aduerte hic cùm Claudio Espinceo, ubi supra, pestem in scripturis sanctis, Dei plagam, uirgam, & manum nominari

A ri Exod.9.Leuit.26.Deuter.28.2.Reg.24. Primò Paralip.21. Ezech.6.14.33.& tanquam ultionem meritam, immitti. Ad hæc plagam esse certam, certoq; numero percutientem, non incertam, uel fortuitam, non Nichomachiæ, id est nocturnæ pugnæ similem, in qua non est certa plagæ directio; non temerè ferri solos, ut uel præsentes feriat, uel fugientes non tãgat; sed Diuina scientia, & moderatione inferri non minus, quàm bellum; in quo si gladius hominum, licet manibus administretur, non temerè fertur, Iuxta illud Esaiæ 65. *Numerabo uos in gladio*, quid hic? Vbi omnia Diuitus absq; mortalium quem perficiuntur? Hinc obseruare est, multos, licet non fugiant, peste tamen non corripi; multos contra fugientes, non effugere. Sic Ezech.9. præsignantur ab Angelo, quibus, quave ratione parcendum sit, quiui (cadentibus reliquis) illæsi permaneant; & Ezech.14. Noe, Iob. Danieli datur, grassante pestè saluare animas suas pro Iustitia. Vnde capit.6. comminatur ita Dominus; *qui longè est, peste morietur*, ne quis cogitet ad indictum peste contagium tantùm respiciens, uel hunc ideò percuti, quia non fugerit, uel illum, quia fugerit euasisse; cùm contra Domini nobis uox affir-B met, *omnes capitis nostri capillos patri esse nostro numeratos*, Matth.10.Luc.12. Hæc iste.

Pestilẽtiæ Plaga, certò & nõ temere hominibus infertur.
Isa.65.
Ezech.9.
Ezech.14.
Ezech.6.
Matt.10.
Lucæ.12.

Accedit huc, quòd Ecclesia sancta, pestem perpetuo uocabulo, Dei flagellum appellat. Vnde omnes Canonistæ definiunt, *esse bellum Dei contra homines*. Ita Euseb. loco infra imediatè citando, Ripa, & Abulen. ubi supra. Placandus est itaq; Deus, non irritandus; quod per huiusmodi legẽ fieret.

Quid sit Pestis.
Eusebi.
Ripa.
Abulen.

Sextò. Quoniam Pontifices summi, Indulgentias concedere consueuere ijs, qui tempore pestilentiæ Infectis ministrant, ut Clemens 6. Gregorius 13. Et alij.

Probatur sextò conclusio.
Tempore pestis conceduntur indulgentiæ.

Adde, quòd in quibusdam Prouincijs, Rectores iuramẽto explicito ad hoc se adstringunt, ut beneficium accipiant. Multæ item erectę sunt societates, & in dies ad hunc effectũ eriguntur. Quid? quod optimè posset hodie ad obsequium Infectorum Religio institui, iuxta S.Tho.2.2.quæst.188.art.2.& artic.4.in argumento, sed contra. Vnde in collationibus Patrum, collat.14.c.4.in fin. Abb. Nestorius, distinguens diuersa Religionum studia, & genera dicit. Quidam summũ intentionis suæ erga institutionem fratrum, & Cœnobiorum curam, quosdam Xenodochij id est hospitalitatis delectat obsequium. Quidam eligentes ægrotantium curam; alij intercessionem, quæ pro miseris, atq; oppressis impenditur, exequentes &c.

Multæ societates erectæ sunt pro tempore pestis.
D.Tho.
Varia Religiosorum studia, & exercitia.

Et

Nota. Et nota, quòd sicut opportunum fuit, ut præter ordinarios & Prælatos, alij assumerentur ad officia predicandi, & confessiones audiendi propter multitudinem fidelis populi, & difficultates inueniendi sufficientes personas distribuendas singulis plebibus; sic etiam Religiones ad militandum necesse fuit institui, propter defectum sæcularium principum, ad resistendum Infidelibus in aliquibus terris; ita quoq; opportunum esset institui ad obsequia prestanda infectis in pestilentiæ tempestate, ob morientium multitudinem, ob Curatorum tarditatem, raritatem, & impotentiam ad supplendũ singulis. Si enim licet ad militandum, ut in artic. 3. ubi supra scribit D. Thom. multò magis ad alia misericordiæ opera; ut ad peregrinos suscipiendos, ad uisitandos, & redimendos captiuos &c.

Oportunũ esset institui religionẽ ad ministrandũ infectis tempore pestis.

D. Thom.

Accedit etiam, quòd posset etiam alicui pœnitentia imponi, ut ministret infectis, quemadmodum, ut militet in subsidium Terræ Sanctæ, ut ait S. Tho. dicta quæstione, art. 3. ad ultimum.

Potest alicui imponi pænitentia ut ministret infectis, ex D. Th.

Septimò, & ultimò. Quia condere talem legem, est impedire spiritũ sãctum Dei. Vt aũt hæc ratio radicitus percipiatur, recitanda sunt egregia Piorum gesta erga Infectos.

Probatur septimò Conclusio.

Egregia Piorum gesta erga infectos.

Eused. Cœsa. li. 7. histo. Eccle. c. 17. & Nicep. li. 6. c. 19. & 20. Christianorum pietatem in infectos, ex Dionysij Alexandrini epist. ad Hieracem Ægipti Episcopum sic declarant. *Pace Christi Ecclesiis sub Galieno Cæsare data, pestifer, ac letalis morbus, bellum continuò insequutus est. Res planè illis ad terrendum omni metu formidolosior, ad excruciandum quauis calamitate miserior, acerbiorq;, &, ut proprius illorum scriptor memorat, ad cogitandum solùm omnium opinione maior. In hac quam plurimi è fratribus nostris adeò immenso quodam charitatis, & fraternæ beneuolentiæ ardore erant inflammati, ut minimè suæ parcentes uitæ; sed ipsi sibi inter se firmi adhærescentes, eos qui morbo opprimebantur, nulla sui cura, aut cautione ad hibita, sedulò inuiserent, illis inseruirent assiduè, pro uiribus ob Christi amorem curarent, unà cum illis decederent è uita libentissimè contagione aliorum infecti, etiam morbum à proximis quodammodo ad se attraherent, suaq; spontè aliorum mærores beneuolè mitigarent. Multi item, dum alijs ægrotantibus curam adhibent, illisq; uires restituunt; ipsi aliorum mortem in se deriuantes uitam amittunt. Et uerbum illud, quod uulgo sẽper dicitur, quodq; ueræ beneuolentiæ solùm uidetur conuenire, nimirum, ut singuli pro amicis abeant è uita, seq; eorum causa, ut ita dicam, reiectamentum efficiant, re ipsa expleuerunt.*

Euseb.
Nicepho.
Diony. Alex.

Feruor charitatis multorũ in seruiendis infirmis.

Ex

A *Ex fratribus igitur, qui uirtute facilè erant præstantissimi, ad hunc modum mortem appetiuerunt; Quorum nonnulli erant Præsbyteri, alij Diaconi, quidam & Populo uirtutis ergo, multũ laudati, adeò, ut istud mortis genus, quod propter incredibilem pietatem, & robustam fidem suscipiebatur, nihil à martyrij splẽdore abesse uideretur; quin etiam sanctorum corpora manibus erectis, supinisq; excipere, gremio suo reponere, obcludere oculos, ora obturare, gestare humeris cadauera, decenter ornare, illis adhærescere, amicè complecti, lauare accuratè, & linteo funebri inuoluere non sunt grauati. Itaq; qui supererant, paulò post similia officia in se collata propterea adepti, quòd eandem mortis uiam instarent, quam qui præiuerant instituissent: Gentiles autem ijs omnia fecere contraria. Eos enim, qui ægrotare incipiebant, ab ædibus extrudere, deserere amicissimos, in plateas semiuiuos proijcere, cadauera insepulta, canibus exponere dilanianda, mortis participationem, & quasi communionem auertere, quam planè, uel infinita diuerticula quærentes, nullo modo poterant euitare:* Hæc Dionysius.

Gentiliũ immanitas erga ægrotus, & mortuos.

Perspicis ex his, quantopere Gentilium moribus, & immanitati lex huiusmodi propius accederet. Verùm Christianorum in paganos, nedum in suos officia refero, Ex Euseb. lib. 1. cap. 7. & Nicephoro lib. 7. cap. 28. *Hæc, igitur sunt mala,*
B *quæ pariter in eumdem temporis articulum incidebant. Quo quidem tempore* (ait Euseb.) *clara singularis Christianorum erga quemq; & studij, & pij animi inditia apud omnes increbuerunt. Nam ij soli in tanto malorum cumulo, suis rectè factis, & pijs officijs misericordiam declarabant, & benignitatem; quorum alij in dies singulas mortuorum funeribus, & sepulturæ: (infiniti enim erant; quibus sepeliendis nemo curam adhibuit) diligentem nauarunt operã. Alij multitudine eorum, qui per totam Ciuitatem fame urgebantur in unum coacta, omnibus panes dispertierunt usq; adeò, ut hoc præclarum facinus, per omnes homines constanti fama, et magna celebritate peruaderet; et singuli, Christianorum Deum gloria, et laude prædicarẽt, eosque solos, et ueros Dei cultores re, et factis comprobatos, faterentur.* Hæc ille.

Christianorũ officia in paganos. Euseb. Nicepho.

Infiniti ferè mortui sepeliuntur.

Famelici, piorum ope pane refocillantur ne pereant.

Blondo lib. 2. Roma triumphantis, illustre Ethnicorum factum refert tempore pestis, quæ tenuit Romam, antequàm à Gallis caperetur, hoc est, ferè tempore Esdræ, & Platonis. Habes item B. Bernardini senensis exemplum, concinnè à Reuerendo P. Possauino societatis Iesu recitatum in suo uulgari libello, ędito sub hoc titulo, *Cause, & remedij della Peste;* Lege item uitam B. Columbini, B. Rocchi, & aliorum, in qui-

Illustre factũ Ethnicorum tempore Romanæ pestis.

Blondo. P. Possauinus.

quibus præclara exempla inuenies. C

Postremò accedit ratio. Quoniam pari etiam ratione, impediendæ essent publicæ processiones, & obsecrationes ad Deum, pro tanti mali expulsione, ac liberatione; quod tamen alienum esse à Patrum institutis, declarant, cum factum sancti Maccharij Patriarchę Antiocheni; qui cùm in Gante Ciuitate Flandriæ tantopere Pestis sæuiret, ut nullus ferè remansisset, qui cadauera sepulchro mādare posset, per triduū, etiam infantibus, & bestijs uniuersali indicto ieiunio, publicam processionem cum sanctorum reliquijs celebrarunt: ad quorum Dominus lachrymas, & pœnitentiam respiciens, plagam cohibuit; tum etiam facti D. Gregor. Magni, qui Pelagio peste extincto succedens, ad huiusmodi plagam, quæ Romanā Vrbem adeò laniauerat, ut etiam corporali uisu sagittæ cælitus descendere, & singulos quosq; percutere uiderentur sanandam, septiformem litaniam instituit, iuxta hanc distributionem:

Pestis in Flandria, ieiunijs, & publicis orationibus sedatur.

Ad pestē Romæ sedandā D. Gregorius magnus litanias instituit.

Litaniæ ordo ex præcepto D. Gregorij.

Litania Clericorum, exeat ab Ecclesia sancti Ioannis Baptistæ.

Litania virorum, ab Ecclesia sancti Martyris Marcelli.

Litania monachorum, ab Ecclesia sancti Ioannis, & Pauli.

Litania Ancillarum Dei, ab Ecclesia BB. Martyrum Cosmæ, & Damiani. D

Litania fæminarum coniugatarum, ab Ecclesia sancti Prothomartyris Stephani.

Litania Viduarum, ab Ecclesia B. Martyris Vitalis.

Litania pauperum, & infantium, ab Ecclesia B. Martyris Ceciliæ.

Hi omnes, ex diuersis locis ad unam, & ad eandem Ecclesiam sanctæ Genetricis Domini conuenientes, ut qui simul omnes, inquit, peccauimus, simul omnes mala quæ fecimus, deploremus. Accidit autem, ut ea die, in tantùm lues ipsa iudicio Diuino desæuierit, ut intra horam, dum voces Plebs ad Dominum supplicationis emitteret, octoginta homines, in terram corruētes, spiritum exhalarent; nec ob id à supplicationibus, & concione cessatum fuit, donec miseratione Diuina pestis ipsa quiesceret. Lege eius vitam à capit. 37. usque ad 44.

D. Gregorio prędicāte Romæ tempore pestis, 80. homines ceciderunt mortui.

Lipomanus Eustatius.

D. Gregorius cum Eustatio quæstionem de resurrectione habuit.

Refert Lipomanus Episcopus, tom. 7. ex Eustatio, B. Euthichium Constantinopolitanum Patriarcham, (is ille est, cùm quo quæstionem D. Gregorius de resurrectione habuit; ut habe-

A habetur 14.Moral.cap.31.& 32.) supplicationibus, quas ipse cum Christi studioso populo adhibuit, à santissima magna Ecclesia incipiens, vsque ad ædem semper Virginis; Mariæ, quæ in Blachernis colitur, pestilentiam diuturnam à Bisantio fugasse. Atque hæc de septima ratione.

Octauò accedat argumentum ex veteri testamento. Leui. 14. tempore lepræ, morbi sanè contagiosi, sacerdos ingrediebatur domum leprosi ad mundandum, uel iudicandum, nec expellebatur; ergo multò minus impediendus est noui testamenti sacerdos, ab obsequio infectorum. His igitur rationibus allatis, sit nostra prima conclusio probata.

Probatur Octauò, Conclusio.

Quòd autem in ea dictum est; posse scilicet, Curatum impedienti non obedire, est D.Tho.1.2.quæst.96.artic.4. ad secundum, & 2.2.q.60.articu.5. ad primum. Ex quo sequitur, quòd curatus, in casu, tenetur talem legem non obseruare, puta in extrema, vel graui necessitate spirituali proximorũ. *Oportet enim obedire magis Deo, quàm hominibus. Act.4.*

Curatus põt non obedire præcipiẽti, ne tempore pestis ministret ex D.Tho.

Act.4.

Secunda Conclusio. Princeps, iusta lege potest impedire curatum, & alios ministrantes infectis, à sanorum commercio. Hæc Conclusio, est conformis iuri naturali, & scripto. Naturali quidem, quoniam membrum putridum, aut putri-
B do vicinum, ac probabiliter suspectum, ne alios contaminet, optimo iure abscinditur, & à toto separatur. Neque enim iustum est, ut propter vnum, vel alterum communitas uniuersa lædatur, iuxta illud.

Secunda Cõclusio.

Princeps iusta lege põt tẽpore pestis impedire Curatũ à cõmertio sanorum.

Probatur Cõclusio ex iure naturali.

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile; & iterum, *Modicum fermentum, totam massam corrumpit.* Iuri etiam scripto contradicit; Quia Leuit.13. & 14.& Num.5.& habetur. 33.quæst.3.can.hoc ipsum; traditur lex de separatione leprosi à Castris, ne contaminet ea, & Leui.14.domus leprosi claudebatur septem diebus, quo tempore omnia efferebantur de domo radebantur lapides, & parietes, ratura in locum immundum extra Ciuitatem proijciebatur; & denique si quispiam domum introisset, quamdiù immunda erat, immundus erat vsque ad uesperam, & qui dormiebat in ea, vel comedebat, lauabat uestimenta sua. Hæc autem lex, vt ibidem notauit Antonius Fonseca, in postillis super Comment. Caieta. est iustissima, & habet connexionem cum charitate; cùm propter horrorem, tum etiam propter contagionem. Vnde in Concilio Vormatiensi cap.31. ita habetur. *Leprosis si fideles fuerint, Dominici corporis, & sanguinis participatio tribuatur; cum sanis autem eis conuiuia celebrare non permittatur.* Atque id seruat consuetudo Ge-

Probatur Cõclusio ex iure scripto.

Leuit. 13.& 14.Nume 5.

Leuit.14.

Leprosi domus septem diebus claudebatur.

Ritus circa leprosi domum.

Antoni.Fonseca.

Concil. Vormatiẽ. pcepit ut Xpiani leprosi, possent ad cõione ad mitti, nõ aũt cum sanis cõuiuare.

Leprosus separandus est à côuersatione sanorum.

neralis sacris approbata Canonibus, ut est. Tex. & Gl. c. 1. de C coniug. lepro. & Panor. ibid. nu. 1. separandus est autem non solùm à conuersatione leprosus: imò & à Cœmeterio sanorum propter horrorem. Panorm. ca. 2. de Ecclesi. ædificandis.

Panormit.
Leproso iure interdicitur ingressus Ecclesiæ.
Panormit.

Adde, quòd leproso iure interdicitur ingressus Ecclesiæ, propter scandalum sanorum Text. & Panormitanus, in cap. de Rectoribus, de Cleri. ægro. num. 3. & quarto. Cùm igitur etiam in pestilentia, contagium maximè præualeat, non solùm ipsimet infecti; uerùm etiam, & qui cum eis conuersantur, cautè, & prudenter erunt sequestrandi.

Filij leprosorum separantur à parentibus.
Syluest.
Côiux sana, non tenetur habitare ĩ eadẽ domo, vel lecto cũ uiro leproso.
D. Tho.
Paluda.
Ricar.
Bonauen.
Archidia.
Syluest.
Mulier nõ tenetur reddere debitũ viro leproso si esset periculum de contagione.
Duran.
Paluda.
Caieta.
Syluest.
D. Tho.
Ricar.
Angelus.
Gosferdus.
Probatur Cõclusio.

Confirmatur. Quia filij leprosorum separantur à parentibus, & debent manere cum sanis, ne inficiantur (sm oẽs Doctores, vt inquit Syluest. verb. lepra nu. 3. in fin.) ergo à fortiori. Rursus Coniux sana non tenet cohabitare in eadem domo, uel lecto, cum coniuge leproso, si inde immineat sibi periculum probabile mortis, vel similis infectionis, vt ait S. Tho. in 4. d. 25. q. 2. arti. 3. ad 3. & d. 32. q. 1. & d. 36. q. 1. Palud. in 4. d. 32. q. 1. art. 2. Concl. 1. Ric. & Bonau. in 4. Vt ait etiam Archid. quẽ citat, & probat Syluest. verb. debitũ §. 1. & verb. lepra, nu. 3. Imò nec reddere debitũ tenetur, etiãsi separatim à leprosi côuẽtu uiuat: si moraliter ex tali redditione debiti, periculum mortis, vel similis infectionis immineat, ut optimè Duran. Palud. & Caiet. in sum. ca. de vsu Matrimo. & Syl D uest. docent. Vnde venit limitandus tex. in c. 2. de coniug. lepro. & S. Thom. & Riccard. in quarto, qui sine limitatione dixerunt, teneri ad debiti redditionem. Nec audiendus est Angelus, & Gosferdus dum aiunt, quòd tenentur indistinctè habitare. De qua re legendus est Sot. in 4. d. 32. q. 1. ar. 1.

Probatur quoque Conclusio ratione. Quia tenemur impedimenta ad sanitatem corporalem remouere. *Nemo enim carnem suam odio habet, sed nutrit, & fouet eam.*

Rector, leprosus factus, ab administratione sui officij remouetur.
D. Tho.

Ex hac conclusione, sequitur vnũ Corollarium videlicet, quòd Curato exposito infectorum obsequio, necessariò dandus est coadiutor. Iura enim decernunt, vt Rector factus leprosus, propter scandalum sanorum, & eorum, qui Ecclesiam ingrediuntur, & ob abominationem, & horrorem Populi, remoueatur ab administratione officij, & Ecclesiæ, dandusvè sit ei Coadiutor cap. tua nos, cap. de Rectoribus, de Clerico ægrotante, & habet Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 108. articu. 4. ad secundum, & 3. par. quæst. 82. artic. 10. ad tertium, & in 4. distinc. 9. artic. 4. quæst. 3. ad tertium, ergo, & in casu pestis, si sit infectus, uel cum infectis conuersetur, propter eandem rationem, Coadiutorem recipiat necesse est. Huc

facit

A facit dictum Panormi. dictò cap. Tua nos, numero tertio, quòd *Propter bonum publicum, potest quis remoueri ab Ecclesia sua.* Coadiutor aût assignabitur per inferiorem à Papa, nisi sit Episcopus, iuxta Panor. dicto ca. de Rectoribus, nu. 1.

Propter bonum publicũ pōt, quis remoueri ab Ecclesia sua. Panormit.

Adde, quòd leprosi, proprium sacerdotem, qui cum alijs non se immisseat habere debent. cap. primo de Ecclesi. ædificandis: ergo, & infecti. Ex his concluditur, q̃ sicut non esset iusta lex, qua prohiberetur Parochus à ministerio infectorum, ita iusta esset lex, qua ipsum prohiberet à commercio sanorũ, quibus alius Vicarius in supplemẽtũ traderetur.

Leprosi debent habere propriũ sacerdotem, qui se cum alijs nõ misceat.

Tertia Conclusio. Impium, & crudele est, Christianæque pietati contrarium, hominem etiam pestilentissimum, de domo propriæ suæ habitationis eijcere, aut in eadem concludere, si per hoc, periculo salutis animæ, vel corporis exponatur. Hæc Conclusio est Gabr. in dicta quæst. conclusione quinta, & Probatur. Quia in proximis, certa salutis pericula, omnibus sunt modis cauẽda, & misericorditer subleuanda. Impium itẽ est, & contra regulã Apostoli, nõ cõdolere miseriæ proximi, & crudelius addere afflictionem afflicto. Hinc sequitur, q̃ iniustum est, timore incerti euentus mortis, loci ingressum prohibere, si ex hoc pauperes illius ad extremam necessitatem contigerit peruenire. Sic sentit Gabr. B ead. q. concl. 6. & de se patet. Id namq; est occasionem præbere morti. Dicit enim Aug. *Si non pauisti occidisti.*

Tertia Conclusio. Impiũ est hominẽ ẽt pestilentissimum de domo suæ propriæ habitationis excludere, si p hoc periculo animæ, vel corporis exponatur. Gabri. Probatur Cõclusio Primo. Probatur Secundo. Notandũ Corollarium. Gabri.

Solet ãt hoc pestis tpe, fames, ac ingens alimẽti penuria plebem torquere, cui aliquando à Cælo alimento misso, non aliter atq; manna olim Israelitis delapso, diuina prouidẽtia subuentum est. Lege Euagr. lib. 2. Histori. Ecclesi. c. 6. Cuius uerba sunt hæc. *Iisdẽ tẽporibus tãta fuit imbriũ paucitas in utraq; Frigia, Galatia, Capadocia, & Cilicia, ut hoĩes rerũ necessariarum penuria coacti, alimentũ pestiferũ, & exitiale caperẽt. Vnde ẽt pestis nata est, & ob uictus mutationẽ, ægrotare cæperũt, ac corporibus intumescẽtibus, propter nimiã inflãmationẽ, lumina amiserunt; ac tussi simul afflictati, tertio die migrarunt è vita. Cui quidẽ pesti, quãquã nullũ potuit omninò remediũ inueniri, fames tamẽ ijs, quibus uita suppetebat, per salutarẽ Dei omniũ moderatoris prouidentiam leuata est; Quippe anno illo sterili, & effeto, alimentum ex aere non aliter, atque manna olim Israelitis delapsum dicitur; & in sequenti anno, fructus maturos sua sponte terram produxisse.* Hæc iste. Nunc autem rationibus iam à principio quæstionis adductis, satisfaciamus.

Euagrius.

Magna ciborum penuria.

Ad Primam respõdeo, quòd si eo tempore ferantur leges de non conuersando, intelliguntur exceptis ministris necessarijs

Ad Primum argumentũ. Lex de non conuersando

tempore pestis, quomodo intelligatur.

ſarijs cum ad temporalia, tum etiam, maximè ad ſpiritualia, C aliàs eſſent iniquæ, & animæ, & corpori.

Ad Secũdum argumẽtum. Opera Curati eſt neceſſaria in caſu.

Ad Secundum dico, quòd opera Curati, licet non ſit ſimpliciter neceſſaria ſemper ad ſalutem; eſt tamen in caſu. Vnde tunc debet eſſe paratus, & non impeditus. Ex hoc autem conuincitur, quòd nullo pacto poteſt recludi, nec ſub ulla pœna Curato inhiberi, ne accedat ad infectos. Si .n. occurreret caſus neceſſitatis, illo obcluſo, quid quæſo eſſet agendũ? vel Animæ .n. ſalus, totius mũdi lucro, & ſaluti anteponẽda eſt.

Ad Tertium argumentũ. Peſtis multoties propter familiaritatẽ contrahitur. Euagrius. Peſtis per orbem 52. annis vagata eſt.

Ad Tertium patet ſolutio ex ſecunda Concluſione. Aduertendum eſt tamen hoc loco, quòd ratio contrahendi, vt plurimùm peſtilentem morbum, eſt familiaritas, & conuerſatio, quamuis non ſemper. Narrat Euagrius, lib. 4. Hiſto. Eccleſi. cap. 28. peſtiferum illum morbum deſcribens, qui in Æthiopia initium cœpit, & 52. annorum ſpatio vniuerſum terrarum orbem peragrauit; nec fuit mortalium quiſquam, qui eius contagionem effugeret; narrat, inquam, vnum, quod maximè miradum eſt. *Si qui fortè* (inquit) *Vrbes infectas incolentes, ad alia loca, quæ morbus minimè inuaſerat, demigrarent, illi ſoli morbo opprimebantur, licet ex Ciuitatibus infectis ad alias integras, ſe, quo vitæ conſulerent, tranſtuliſſent.* Et infra: *Quòd autem ad rationem morbi contrahendi attinet, ea ſanè tam varia fuit, vt nulla poſſit oratione* D *explicari. Nam alij, ſolùm vnà conuerſando, pariterque vitam degendo fuere infecti, alij tangendo dumtaxat, & in eandem domum ingrediendo; alij in foro, non pauci, qui ex Vrbibus contagione infectis fugiebant, integri manebant, ſanis, & valentibus morbum impartierunt: Alij, qui cum ægrotantibus uerſabantur, & non modò ægros, ſed etiam mortuos attingebant, non omnino in morbum inciderunt. Alij, quibus tametſi propter liberorum, aut neceſſariorum interitum in optatis fuit morte occumbere, & maximè ob hanc cauſam ſe ægrotantibus immiſcuere; Tamen perinde, ac ſi morbus eorum aduerſaretur voluntati, neutiquam eò occupati ſunt. Euenit etiam interdum, vt, qui ſemel, atque iterum hoc morbo correpti euaſiſſent, rurſus eodem oppreſſi interirent.*

Varius modus cõtrahendi peſtem.

Philoſtratus admirat⁹ eſt duratione peſtis, quæ fuit ſuo tẽpore.

Hæc Euagrius. Exiſtimans hunc morbum, omnes, qui vnquam extitiſſent, longè ſuperaſſe; deridetque Philoſtratum tantopere demiratum fuiſſe peſtem, quæ ſua ætate viguit, ad quindecim annos perduraſſe. Verùm hic diù ante hunc morbum uixit, & ei propterea fuit incognitus; ſed de his longius Hiſtoriographos conſulas. Nos verò ad quartam quæſtionem diſcutiendam accedamus.

QVÆ-

A

QVAESTIO IIII.

An metus mortis, vel periculum, vitæ excuset ab obseruantia præcepti, & legis humanæ.

HÆc quæstio uarijs nominibus, & titulis proponi solet. Est enim id quęrere, atq; illud, An lex obliget ad sui obseruationem cùm periculo uitæ, hoc est, num lex humana, & præceptum superioris sit tantæ obligationis, ut pro eius obseruantia debeat quis subire mortem corporis. Et uidetur, quòd non. Titulus quæstionis.

Primò. Lex humana, seu præceptum Prælati, non potest ligare hoīem, ut ministret tẽporalia alicui ẽt extremè egenti, cũ periculo uitæ suæ; ergo neq; spiritualia; & si metus mortis excusat ab obedientia in temporalibus, ergo & in spiritua-
B libus. Probatur Primò.

Secundò. Nemo nisi Deus est dominus uitæ hominis, & humani corporis; ergo nulla lex humana poterit illud in discrimẽ, & exitium, seu mortem exponere: metus igitur mortis excusabit ab illius obseruantia. Probatur Secundo.

Tertiò. Christiani captiui in triremibus Turcarum, & remigantes contra Christianos excusantur, à peccato ob periculum vitæ à non remigando, ad quod tenentur Iure Diuino; ergo multò magis metus mortis excusabit ab obedientia iuris humani. Probatur Tertio.

Quartò. Christianis licet vti habitu, & insignijs Infideliũ Turcarum, & Hebræorum ad vitam saluandam; ergo metus mortis excusat. Probatur Quarto.

Quintò. Leges Ecclesiasticæ puta Ieiunij, Festorum, audiẽdi sacrũ, non participandi cùm excommunicato, celebrandi Missam cum uestibus sacris, non contrahendi matrimoniũ in gradibus prohibitis, non deponendi habitum personis Religiosis professis, deferendi tonsuram clericis, & obseruandi votum, non obligant cum metu, seu periculo mortis: Probatur. Quintò.

tis: ergo videtur, quòd metus mortis excuset vniuersaliter à C
legum, seu præceptorum obedientia. Omnes enim huiusmodi leges intelligendæ sunt, salua subiecti subsistentia. In oppositum sunt argumenta Caietani.

Cōtraria sententia Caietani.

Probatur. Primo.

Primò. Omnis lex humana, obligat ad sui obseruationem sub pœna peccati mortalis, vel venialis; sed magis homo debet subire mortem, & in vitę discrimen se dare, quàm peccare mortaliter, seu venialiter, ergo periculum, seu timor mortis non excusat à legis obseruantia.

Probatur Secundò.

Secundò. Ex cap. sacris, de his quæ vi, me. c. fi. Vbi Papa expressè definit, quòd potius sacerdos debet mori, quàm communicare cum Ecommunicatis: at Commercium cùm excommunicato, mero iure humano prohibetur, ergo.

Probatur Tertio.

Tertiò. Nec sacerdos sine lumine, vel uestibus sacris, nec D
Clericus à diuinis suspensus, ob quamcumq; causam, etiam euitandæ mortis celebrare debet, ergo lex humana etiam cum mortis periculo obligat ad sui obseruationem.

Probatur Quarto.

Quartò. Princeps legitimè prohibet frumentum non extrahendum à Regno, vel Ciuitate sub pœna mortis; arma quædam non portanda, sub pœna capitis, militem certo loco stare, sub pœna vitæ, & similia; ergo, & Prælatus, seu lex Ecclesiastica actum precipere potest, cuius executioni coniunctum sit periculum vitæ.

In hac quæstio, triplex est Theologorū sententia.

In hac quæstione triplex est sententia Thelogorum.

Prima sententia Caietani.

Prima est Caiet. 12. q. 96. art. 4. & 2. 2. q. 147. articu. 3. & in opusc. To. 3. Tract. 9. asserentis legem positiuam, & humanā, quando obligat ad mortale, obligare ad obseruantiam sui, etiam cum periculo mortis, nisi ex benignitate legis aliquis casus excipiatur.

Secunda sententia Soti.

Secunda sententia est Soti in 1. de Iust. & Iur. q. 6. ar. 4. dub. vlti. & 4. dist. 22. q. 1. ar. 4. dubio de metu mortis, qui tria dicit.

Probatur sententia.

Primum argumentum.

Primum. Quòd quando lex Ciuilis, aliquid sub pœna capitis iubet, obligatur homo ad illam custodiendam, & obseruandam, etiam cum discrimine vitæ.

Secundum argumentum.

Secundum. Quòd leges Ecclesiasticæ, nunquam obligant cum vitæ discrimine, nisi adsit contemptus legis, uel iniuria Fidei.

Tertium argumentum.

Tertium. Quòd quando lex continet materiam necessariā bono communi; ex cuius in obseruantia, periculū sequitur graue Reip. & communi bono, potius est mors subdito subeunda, quàm transgressio legis facienda.

Tertia snīa est Medinæ.

Tertia sētētia est Medinæ, in suis Cōmen. 1. 2. dicta q. 96. art. 4. dub. 2. & q. 6. art. 6. quam nos sequimur, dicentis, ꝙ sepè

tam

A tam humanæ, quam Ecclesiasticę leges, obligant cum discrimine vitæ, vt in sequentibus conclusionibus declarabitur. Ad quarum intelligentiam prænotanda sunt tria.

Primum. Quòd vitæ discrimen, aliquando consequitur ad obseruationem legis ab intrinseco operationis, & ex ui operis ita, quòd etiam à legislatore illud sit præcognitum, & intentum. Aliquãdo verò per accidens, & ab extrinseco; quod etiam dupliciter accidere potest, tum in iniuriam, & contemptum legum, tum verò in periculum, & odium personæ.

Nota Primũ. Vitæ discrimen aliquando sequtur ad obseruãtiam legis intrinsecè, aliqñ extrinsecè, & per accidens.

Secundum. Quòd aliqua sunt prohibita, quia præcepta, aliqua præcepta, quia prohibita, ut communiter à Doctoribus traditur.

Nota Secundum. Aliqua sunt prohibita quia pręcepta, alia verò pręcepta, quia prohibita.

Tertium. Quòd hic loquimur de metu cadente in constantem virum. His præiactis sit.

Nota Tertiũ.

Prima Conclusio. Humana potestas, siue Ciuilis, siue Ecclesiastica, potest obligare subditos ad sui obediẽtiam, etiam cum periculo vitæ.

Prima Cõcl. Humana potestas põt obligare subditos ad sui obedientiã ẽt cum periculo vitæ.

Probatur. Quoniam humana potestas, seu Princeps, habet se vt totũ, inferiores verò, vt partes; atqui ex iure naturę constat, totum posse partem exponere periculo pro bono totius, quando necessarium iudicatur: non enim homo, quantùm ad bona, & ea quæ possidet, est solùm pars Reipublicę, sed e-
B tiam quantùm ad se ipsum, & personam propriam. Quocirca Princeps, seu superior, quando iudicat, legem, seu pręceptum aliquod obseruandum necessariò esse, pro uniuersali bono, potest præcipere etiam cum detrimento partis: neq; in hoc est ulla Doctorum discrepatio.

Probatur Cõclusio. Homo nõ solum quãtum ad sua bona, sed ẽt q̃tum ad seipsum, est pars Reipublicę.

Secunda Conclusio. Quando periculũ mortis sequitur intrinsecè ex actu præcepto, quod à legislatore pręcognosci potuit, tunc lex humana, seu præceptũ superioris, obligat ad sui obseruationem cum discrimine vitæ, nec vllus metus excusat. Est Concl. Medinæ, quam probat, & exemplis illustrat; Vt si Episcopus, tẽpore pestis præcipiat Parochis, ut in parochia permaneant, & administrent sacramenta, tenentur obedire, non obstante periculo vitæ; quod deficientibus Parochis, alijs sacerdotibus præcipere potest, vt dictum est. Item, quando præcipit Episcopus Visitatoribus, ut suum officium exerceant, quando Hæretici grassantur, uel quando Canones, & Concilia non obseruantur, tenentur obseruare præceptum cum discrimine vitæ. Item, Papa potest præcipere alicui, vt prædicet Fidem, & defendat eam, etiam cum periculo vitæ, vt subeat peregrinationem, pro bono fidei, etiam cum periculo vitæ. Similiter Imperator, seu Generalis exercitus, quã-

Secunda Cõclusio.

Papa põt præcipere alicui, vt defundat fidem, & p̃dicet eã ẽt cum piculo vitæ.

Miles tenet̃ obedire p̃cipienti Generali, vel Duci ne mutet locũ in exercitu, vel ut det signũ ad prę liandum.

do obligat Militem, ne mutet locum, dat suis signum aggre- C diendi bellum contra hostes, tunc tenentur ei obedire, non obstante periculo uitæ.

Tertia Cõcl. Faciens malũ ĩtrinsecè, q̃d. s. ideo ꝓhibitũ est, qa malũ nõ excusat̃ à mortali ẽt quocũque metu illud fiat, faciẽs vero malũ quia ꝓhibitũ, si nõ ad sit cõtẽptus, timor vitę eũ excusat à peccato mortali, si non obseruet quod. pręcipitur. Sotus. Medina.

Tertia Concl. In reliquis casibus, lex humana nunquàm obligat ad sui obseruationem, cum uitæ periculo, nisi quando pro fine, uel materia habent defensionem fidei, & uirtutum. Explico conclusionem. Ea quæ sunt mala intrinsecè, & prohibita quia mala, debet domo euitare etiam cum periculo mortis, ut adulterium, mendacium & similia. Hæc. n. quocumq; metu fiant, sunt peccata: cũ ea quę fiunt ex metu simpliciter sint uoluntaria. Quæ uerò sunt mala quia prohibita, circũscripto, seu remoto cõtẽptu, & odio fidei, uel uirtutũ, non obligant ad sui obseruationem cum discrimine uitæ; ut est ieiunare, audire sacrum, celebrare cum uestibus sacris, & huiusmodi Sot. & Medin. optimè hanc rem explicant locis citatis.

Quarta Conclusio. Lex Diuina positiua non obligat cum mortis periculo, q̃n adest metus cadẽs in virum constantem. Casus. Benignus est Deus, & noluit homines obligare ad suæ legis obseruantiã cũ tanto rigore.

Quarta Concl. Lex Diuina positiua, non obligat cũ mortis periculo, q̃n adest metus cadens in uirum constantẽ. Explico. Q̃n quis ex tali metu, non obseruat legem Diuinã positiuam, non peccat, licet uoluntariè id agat. Vt si quis ob nimiam paupertatem, in die Dominico opus seruile faciat, nõ erit transgressor legis, nec dignus est uituperatione. Qm̃ lex Diuina positiua, non obligat homines, q̃n huiusmodi casus D accidit. Et quamuis Deus potuisset uniuersos homines obligare, ut suam legem seruarent, etiam cũ periculo mortis: uerùm tamen quia benignus, & misericors est, & filij hominũ sunt eius deliciæ, noluit eos obligare cum tanto discrimine.

1 Reg. 21. Dauid comedens panẽ ꝓpositionis nõ peccauit. Matth. 12. 1. Macha. 2.

Sic Dauid 1. Reg. 21. ob famis necessitatem crimen non commisit, dum panes propositionis comedit, qui sacerdotibus dumtaxat concedebantur. Quod factum comprobauit Dominus Matt. 12. & 1. Mach. 2. Mattathias in die Sabbatho necessitate compulsus, pugnauit, & 2. Mat. 7. Iudæis propter extremã famem licuit suillis carnibus uesci; & Iosuæ 5. Filij Israel fuerunt per ann. 40. incircumcisi, non obstante lege circumcisionis in octauo die, Gene. 17. & radix huius ueritatis est. Qm̃ cùm lex diuina naturalis, obliget unumquemq; ad uitam cõseruandam, & eam defendendã; non est credendũ, Deum uelle nos obligare cũ mortis periculo in sua lege positiua, nisi quando id ipse expresserit. Atq; hæc apud Doctores certissima sunt.

Quinta Concl. Transgressio legis humanę, ob mortẽ corporalem euitandã, nõ semper est peccatũ mortale; vñ metus mortis sępè excusat. Explico conclusionẽ. Humana potestas, si sim-

A si simpliciter consideretur, & præcisè, ut humana potestas est, non potest ita obligare, neque de facto suos subditos obligat, ut teneātur obedire, etiam cum mortis periculo, nisi accedat humanæ potestati necessitas boni communis ex illa obedientia, quòd profectò est clauis intelligentiæ huius quęstionis. Et probatur,

Primò. Lex ieiunij non obligat cum notabili detrimento sanitatis, immò inconueniens esset lex, si obligaret cum detrimento quocunque sanitatis; ergo multò minus obligat cum periculo mortis. Amplius. Non tenetur quis audire sacrum, ut seruiat infirmo, quādo eius absentia obest infirmo, ergo multo minus tenetur audire, quando vitæ suæ noceat.

Secundò. Fortior est lex Diuina, & naturalis, quàm omnis lex humana; sed illæ non semper obligant cum vitæ discrimine, ut quarta conclusione diximus; ergo nec humana. Antecedens patet. Nam restituere non tenetur quis aliena cum periculo mortis, imò nec cum periculo famæ, secundū Caieta. Lex autem restitutionis, & diuina, & naturalis est. Item. Præceptum Baptismi, non obligat Adultum, (ut superius dictum est) cum periculo mortis, ergo &c. Item. Præceptum Confessionis integræ, est præceptum Diuinum, & tamen ob periculum vitæ, non tenetur quis confiteri tale pec-

B catum, per quod probabiliter à sacerdote occideretur.

Tertiò. Causa rationabilis excusat ab obseruātia legis humanæ, ut dicitur in ca. si quando, de rescript. & docet Panor. in Rubrica de obseruantia Ieiunij. At nulla rationabilior causa esse potest, quàm conseruatio propriæ vitæ, Metus igitur cadens in constantem virum, legitimè excusabit.

Similiter, qui fecit votū Religionis, obligatur ex iure Diuino illud adimplere; at si iudicio Medici, status ille aduersetur probabiliter vitæ suæ, tale votum non obligat, & facillimè à Papa dispensatur.

Quartò. Potestas humanæ, non est in destrutionem sed in ædificationem Ciuium, & Reipublicæ ergo non potest cum mortis periculo, obligare respectu cuiuscunque finis legislator, nec in omni sua lege. Consequentia probatur. Nam sæpissimè medium maius esset, quàm finis; cùm vita hominis aliquando in maiori reputatione, & existimatione sit habenda, quàm id, quod ex obseruantia huiusmodi legis prætenditur. Ex hac conclusione, optima regula cōstituitur ad cognoscendum, quando obseruantia legis, uel præceptum, obliget hominem, etiam cum periculo vitæ ad sui obedientiam, nec metus mortis ullo pacto excusat.

Quan-

Nota benè. Probatur cōclusio. Primò.

Lex ieiunij absolute non obligat ad sui obseruantiam cum notabili detrimento sanitatis.

Non tenetur quis audire sacrum quando eius absētia obest infirmo.

Probatur secundò.

Non tenetur quis restituere aliena cū periculo mortis, imo nec cum periculo famę secūdum Caietanum.

Lex restitutionis est Diuina, & naturalis.

Lex baptismi non obligat adultum ad sui susceptionem cum periculo mortus.

Pręceptū cōfessionis integrę non obligat quēquā si sit cū periculo uitę suę.

Probatur tertio.

Causa rationabilis excusat ab obseruantia legis humanę. Panormi.

Votum religionis nō obligāt quen-

quam si medicorum iuditio talis status saluti suę probabiliter aduersetur, & facillime à Papa dispēsabitur.

Probatur quartò. Potestas humana nō est indestructionē, sed in ędificationē Ciuium & Reipublicę.

Quando enim maius est detrimentum, quod ex non obseruantia legis nascitur, quàm sit vita hominis; tunc lex obligat etiam cum periculo vitæ. Amplius, quando materia legis non est iusta, & lex iniqua est, tunc nullo pacto obligat. C

Regula certa quādo obseruantia legis obligat hominē ad sui obseruantiā.

Nota.

Sexta conclusio.

Regula soti non est semper vera.

Sexta Conclusio. Regula illa Soti de pœna mortis, uidelicet, quòd lex cui apponitur pœna mortis, semper obliget cū periculo vitæ, non est semper uera, etiamsi finis legis sit maius bonum, quàm uita hominis. Ad hoc enim, ut legi apponatur pœna mortis, sufficit quòd finis intentus à lege sit excellentior, (ut diximus) quàm vita hominis, & è contra, eius detrimentum sit maius quàm mors ipsius. Quando uerò ita in particulari accidat, ut ex eo quòd iste particularis deficit, nō sequitur totum illud detrimentum, quod intenditur à lege; profectò ille particularis non obligabitur cum mortis periculo in foro conscientiæ ad illius obseruantiam.

Nota.

Regula sancti Tho. quādo trangressio legis non obligat aliquem sub mortali.

Casus ubi trāsgressor legis non peccat mortaliter.

Est enim Regula S. Tho. 2. 2. q. 147. artic. 3. ad secundum. Quòd quando ex causa rationabili, quis legem, uel præceptū non seruat, & talis transgressio non est impeditiua finis legislatoris; non peccat mortaliter, qui legem non obseruat. Vnde si promulgetur lex, ne quis triticum extrahat à Ciuitate sub pœna vitæ amittendæ, tunc si quis particularis salmā frumenti extrahat, non mortaliter peccat, quando id non pluribus vicibus faceret, quo alijs malum exemplum præberet; D quoniam tunc ratione scandali, & quia aperiret alijs vitam ad fraudes patrandas, peccaret mortaliter. Et ratio est, quoniam finis legislatoris est, ne pereat populus ob penuriam; & quia certum est, propter salmæ unius extractionem non periclitari populum; ideò si quis modo prædicto salmam unā extraheret, non peccaret. Reliquum est, ut argumentis ex utraque parte factis respondeamus.

Nota benè.

Respōdetur ad argumēta

Ad Primum.

Vita spiritualis proximi est maius bonum, quàm uita corporalis cuiusque, excepta uita corporali Christi.

Soto

D. August.

Ad primum respondeo, quòd vita spiritualis proximi est maius bonum, quàm vita corporalis cuiuscunq; excepta vita corporali Christi, cùm sit vita Dei; & ideò potest obligare præceptum de spiritualia ministrando etiam cum periculo vitæ corporalis, & tale præceptum iustum est. Subuenire uerò temporali uitæ alicuius, non est excellentius bonum, quā vita corporalis alterius, nisi in casu, quo ille Reip. magis necessarius esset; unde non est par ratio. Et quamuis licitum, & uirtuosum sit, vitam temporalem pro salute corporali proximi, & eius honore, fama, & bonis temporalibus ponere, ut benè Soto, libro 5. de iust. & Iur. q. 1. artic. 6. con. 3. & D. Aug. libro de Amicitia capi. 10. id tamen, quia opus perfectionis est, non cadit sub præcepto.

A Ad secundum Respondetur, quòd in his, quæ sunt naturæ, nemo alteri subditur per se, & directè, sed propter aliud, uidelicet ob bonum cõmune, & indirectè, benè potest. Sot. lib. 4. de Iust. & Iur. q. 2. artic. 3. & lib. 5. q. 1. art. 5. docet, neque hominem sui ipsius, nec Remp. uel Principem, absolutum habere dominium uitæ subditorum. Neque enim ad libitũ homo potest se occidere, & Princeps innocentem morti tradere, sed esse Custodes defensores, & propugnatores iusti, & publici boni. Quo fit, ut in ordine ad totum, possint partem exponere, quemadmodum quis, dum putrescit membrum, pro totius incolumitate, & defensione, illud amputare potest. Vnde inquit Philosoph. lib. 5. Ethic. cap 11. quòd, *qui se, uel alterum necauerit, iniuriam facit Reipublicæ* Et D. Thom. 2. 2. quæst. 64. artic. 5. ait, quòd *occidens se ipsum, non solùm facit contra charitatem; sed contra iustitiam respectu Reip. cuius est pars*. Et licet Innocens non sit, (iuxta Sot. & Syluestr. verb. homicidium primò) tradendus in manu hostis, aut Tyranni uolentis Ciuitatem perdere, nisi illum apud se habeat; cùm mors innocentis, non sit per se medium ad talem finem. Potest tamen ad repugnandum, & resistendum hosti, & Remp. defendendam illam exponere.

Ad secundũ. In ijs quæ sũt naturę, nemo alteri subditur per se, & directè sed propter aliud, & indirectè. Sotus. Pars põt exponi periculo p bono totius. Arist. D. Tho. Occidens se ipsum, facit contra charitatem, & contra iustitiam. Sotus. Syluest. Casus.

Ad tertium. Nauar. in illa difficultate, quæ in argumento B tangitur, concedit primò, huiusmodi remigantes, non esse excommunicatos, nec in Bullam cœnæ Domini incidere. Ita scribit in commet. super caput. ita quorundã de Iudæ. not. 11. num. 18. & in manua. cap. 27. num. 63. §. 7. Cuius dicti rationem assignat. Quòd intentio sacrosanctorũ Conciliorũ non fuit excommunicare eos, qui mortis necessitate adducti, contra suam uoluntatem remigant contra Christianos; & in hoc puncto, omnes consentiunt.

Ad tertium. Nauar. Primũ dictũ. Ratio Nauarri.

Asserit secundò, huiusmodi remigantes peccare mortaliter, nec ullo pacto posse eos excusari. Verùm hæc sententia, nimis rigida est: unde cùm Cordub. qui exactè hanc materiã tractat in sua summa quæst. 173. cùm distintione est procedendum. Nam cùm Christiani remigant contra Christianos metu mortis, tempore quo bellum non fit contra Christianos, nec commune damnum Ciuitati, uel classi Christianorum infertur, sine dubio non peccant mortaliter remigando; cùm nullus teneatur vitam suam corporalem, exponere euidenti periculo, ut saluet particularem vitam aliorum: quod quidem periculum imminet euidenter ijs, qui sunt in classe Turcarum. Item nec peccant mortaliter remigando aliqui, quando etiam si à remigando desisterent, se-

Secundũ dictum. Nauarri opinio nimis rigida. Corduben. Nullus tenetur exponere suam uitã, ut saluet particularem uitam, aliquorum. Casus.

que-

quæretur idem malum, uel damnum à Turcis illatum, uel in C
ferendum Christianis, cùm illorum remigatio, non sit causa completiua illius damni; quemadmodum, ut benè inquit
Caietanus. Casus. Caiet. in summa in materia de electione: quòd quando per unum, uel duo suffragia electio non irritatur; quoniam illis non obstantibus cœteri concurrunt ad electionem, non pec
Nota. cant illi, eligendo &c. Si uerò remigantes scirent, quòd si omitterent remigationem, inducerent alios socios Christianos ad non remigãdum; & sic impediretur malum commune, quod Christianorum classi, uel arci inferretur; tunc tenerentur non remigare, etiam cum periculo vitæ. Quoniã cũ damno suo particulari, damnum commune tenentur impe-
D. Tho. dire, iuxta doctrinam S. Tho. 2. 2. quæst. 25. artic. 4. Ex quibus patet argumenti solutio, quòd metus mortis non excusat, quando ex illo sequitur læsio, seu iactura uniuersalis boni.

Ad Quartũ. Caietanus. Ad quartum. Caietanus in comment. 2. 2. quæst. 3. artic. 1. dicit, quòd quando signum est determinatum his, qui habẽt
Nota benè. alienam fidem ex lege aliqua, uel ex communi consuetudine, & obseruantia, tunc Christiano illicitum est, & peccatũ mortale illo uti propter quemcunque finem, etiam, ad sal- D uandam vitam propriam; imò etiam ad conuertendum omnes infideles. Quòd si signum indeterminatum, & indistinctum sit, quod tam fideles, quàm infideles consueuerunt deportare, licitè possit eo uti. Occultare uerò fidem propriam, auferendo signum propriæ fidei; quando signum est institu-
Casus. tum ad fidem profitendam: puta, si à Turca lex promulgaretur, quòd omnes Christiani deferrent crucem in pileo; tunc peccatum mortale committeret, auferẽdo tale signũ. Si uerò signum sit institutum ad pœnam, ut biretum iudæorum, nõ peccaret mortaliter quis, illud signum, aut uestem auferendo, atque hæc Caietanus.

Verùm nos dicimus, quòd uti signis, & uestibus infidelium, etiam proprijs, quæ non concernunt Religionem ob bonum finem, non est peccatum mortale. Quod intelligo extra casum necessitatis confitendi fidem. Nec enim sunt cõdemnandi Christiani multi, qui in triremibus utuntur signis Turcarum, uel ut fugiant, uel ut non capiantur à Turcis, existimantibus illos esse Turcas propter vestes, uel insignia. Imò insidiatores Christiani licitè accedunt ad copias Turcarum, habitu Turcarum, loquunturque eorum lingua, ut speculentur, & referant.

Adde, quòd ista signa sunt æquiuoca ex natura rei; nec in

A stituta sunt ad significādum, iuxta Philos.in Perihermenias, quia hoc est proprium uocū. Imo ipsimet Turcæ, benè sciunt non esse certa illorum signa: cùm uideant Christianos in nauibus uti illis; Et postremò, pari ratione Clerico peccatum esset uti restibus laicis, quod aliquando nec ueniale est.

Aristo.

Ad quintum Respondeo. Quòd remoto contemptu, nec lex ieiunij, nec obseruantia festorum, nec auditio Missæ, obligant, quando metus mortis excusat.

Ad Quintum

Remoto contemptu nec præceptū ieiunij, nec festorum obligāt ad sui obseruantiam, stante metu mortis.

Participare uerò cum excommunicato quocunque ad fugiendum mortis periculum, non est letale crimen; neque etiam celebrare Missam coràm Excommunicato ob similem metum, peccatum esset, nisi in odium Ecclesiæ fieret, quidquid dicat Adria. in quæst. 3. de clauibus, & Antonin. 3. par. titul. 25. capit. 2. Aduersus quos optimè facit Sot. & Med. loc. cit. Matrimonium uerò nullo metu licet contrahere in gradu prohibito. Non quia lex Ecclesiastica, qua prohibitio matrimonij inter consanguineos introducta est, ob id lædatur; sed quia, illa supposita, sine dispensatione matrimoniū nullum esset, & fornicationem, quæ Diuino iure prohibita est, committeret, qui cum consanguinea contraheret.

Participare cum excommunicato, aut facere sacrum coram eo ad euitandam mortē, si non fiat ex contēptu, nō est peccatum mortale.

Adria.

D. Antoni.

Sotus.

Medina.

Matrimoniū in gradu prohibito, nullo metu contrahere licet.

Ratio dicti.

Ad primam rationem in oppositum respondeo. Quòd superueniēte periculo, & iusto metu mortis, cessat omnis obligatio humanæ legis: Quocirca nullum peccatum, uel ueniale committitur.

Ad primam.

B

Ad secundam in cuius solutione laborant Doctores, Respondemus.

Ad secundā Respondetur primò.

Primò cum Innocentio ibidem quòd Clemens tertius loquitur de communicatione cum Excommunicato in eodem crimine propter quod est excommunicatus. Quo casu participans, (ut dicitur) in crimine criminoso, non solū non liberatur propter quemcunque metum à mortali; sed neque ab excommunicatione. Ita exponit sylues. Verb. excommunicatio §. 6. in fi.

Nota intelligentiam textus.

Secundò dicimus, quòd illud cap. sacris, omnes intelligūt de communicatione in sacris, seu in diuinis, & interuenien te scandalo, id est, si sacerdos celebrat Missam coràm nominatim excommunicatis, cum totius Plebis scandalo, putantis uel præsbyterum esse inobedientē, uel leges Ecclesiasticas nullius esse momēti: tunc enim metus mortis nō excusat; & est solutio Sot. dicto artic. 4. Tertiam idem Sot. affert responsionem in dicta quæst. 22. quòd legitima mens Papæ fuerit, quando metus mortis incutitur in odium fidei, & contemptum legis. Panorm. in eo. capit. sacris, alias affert expo-

Respondetur secondò.

Soti Solutio.

Respondetur tertio.

Panormit.

posi-

positiones, quas data opera prætermittimus. C

Ad tertiam. Ad tertiam rationem, patet responsio ex dictis; & similiter ad quartam. Sicut enim Princeps sæcularis, ad euitandum uniuersale damnum Regni, siue Prouinciæ, potest obligare cum periculo mortis; Ita Prælatus Ecclesiasticus in casu necessitatis spiritualis, Et hæc de hac quæstione satis.

A # QVAESTIO QVINTA.

An scripto posit quis confiteri?

QVia existimant aliqui opportunum fore remedium, licet non uniuersale, Confessionem infectorum securius faciendam esse epistola, uel scriptura; Ideò examinanda questio est, An talis Confessio sit sacramétalis? Et uidetur quòd non. — Nota pro Intelligentia quæstionis.

Primò. Quoniam accusatio, est de essentia, imo tota essentia, & natura Confessionis. *Dixi* (inquit Dauid) *Confitebor aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti impietatem peccati mei*; sed hæc fit propriè ore, & non scripto, ergo &c. — Primum argumentum. Psal. 31. b.

Secũdò. Confessio debet esse verecũda, lachrymabilis, &c. atqui scriptura non erubescit, nec per eam ratio erubescentiæ ullo modo saluatur, quod est argumentum D. Augustini, ubi infra. — secundum argumentum.

B Tertiò argumento Caietani in summula. Veritas formæ, non saluatur in scriptura; præsertim si alter sit absens: ly enim, *Absoluo te*, est demonstratiuum; sicut, *Hoc est Corpus meum*, ergo &c. — Tertium argumentũ ex Caietano.

Quartò argumento Scoti, in 4. d. 17. Quia confessio intrinsecè debet esse occulta; sed scriptura ex sui natura publica est: unde naturæ confessionis repugnat; & si ualeret confiteri per epistolam, ualeret etiam per internuncium. — Quartum argumentũ ex Scoto.

Quintò argumento Soti. Forma Absolutionis fertur in contritum pœnitentem, uel in attritum putatum cõtritum; cùm igitur sacerdoti hoc non possit constare de absente, & tunc maximè, quando absoluit, nequit in illum formam absolutionis inducere. — Quintum argumentũ ex Soto.

Adde, quòd in Confessione, quæ est iudiciale forum interius, debita debet fieri discussio, & examinatio, quibus repugnat rei absentia. — Cõfirmatur.

Sextò, & vltimò. Ad Ro. 10. dicitur. *Ore confessio fit ad salutem.* — Sextum argumentum.

In oppositum est, quia mutus per scriptum uerè, & sacramentaliter confitetur.

In hac parte, quadruplex est sententia Theologorum.

Prima

Prima sentētia Scoti. D. Tho. in 4. Ange. Rosel. D. August. Doctores primæ sent ētiæ differunt in motiuis.

Prima est Scoti in 4.d.17.quæst.1. in solutione argumenti & S.Thom.in 4.distin.17.quæst.3.artic 4.quæstiunc.3. Ange C
li uerb.Confessio primo,§.32.& 33.Rosellæ eod.uerb.§.8.& quæst.& uidetur. D.Augustini in libro de pœnitentia.Et habetur de pœnitentia.dist.1.capit.quem pœnitet. Hi dicunt, manifestationem quæ fit per scripturam repugnare naturæ Confessionis; unde non esse ualidam, nec sacramentalem.

Motiuū Scoti. Motiuum D. Tho.

Differunt autem in motiuis. Scotus enim mouetur,ut dictum est, quia scriptura, ex sui natura nata est esse publica, Confessio autem intrinsecè est secreta. S.Thom. ex defectu propriæ materiæ. Putat enim peccatum, prout ore, & labijs profertur, esse materiam propriam sacramenti pœnitentiæ.

Secunda sententia. Alexand. de Ales. Soti.

Secunda sententia est Alexand.4.par.quæst.77.mem.5.art. 9.& Caietan. in summula verb. Confessio de conditioni. Confessi.conditione 11.id est secreta. Et Soti in 4.distin.18. quæst.2. artic.6. ad secundum,dubio 2. & in libro de ratione tegendi,& detegendi secretum,memb.3.quæst.4.dubio 4.& Cani.Hi tria dicunt.

Cani. Primū dictū.

Primum. Quòd Confessio per scripturam, (si fiat absenti) nullo modo est ualida; uel etiam addit Sotus, præsenti non annuendo;quia per eam nihil pœnitens affirmat.

secundum dictum.

Secundum.Quòd præsenti sacerdoti, annuendo, etiam si D
non sit mutus ualet, quia æquiualet locutioni; & si fiat cum aliqua causa, nullum esset peccatum, & sacramentum operaretur.

Tertium dictum. Alexan.

Tertium.Quòd Absolutio, neque in præsentia, neque in absentia, ullo pacto potest fieri in scriptis tantùm; sicut nec forma Baptismi,uel Eucharistiæ. Addit Alexander,quòd pœnitentia, seu satisfactio iniungi potest scripto,& in hoc nulla est difficultas.

Tertia sentētia. D.Tho.

Tertia sententia est D.Tho. quodli.primo art.10. qui mutauit sententiam,& hic duo dicit.

Primum dictum. Cōfessio per Scripturā secundum substantiā sacramenti est ualida,nō tamē confert gratiam.

Primum.Quòd Confessio facta per scripturam, quantùm ad substantiam sacramenti est ualida, & sacramentalis, neque ibi est defectus ullus ex parte sacramenti; nihil tamen operatur, nec confert gratiam; quia statuto Ecclesiæ repugnat.

Secūdum dictum. Absolutio ex parte sacramenti debet fieri sub aliqua forma uerborum.

Secundum. Quod innuit est, Absolutionem ex parte sacramenti debere fieri, proferendo sub aliqua forma uerborum.

Quartam sententiam. Paluda.

Quarta sententia est Paludan. in 4. distinct.17. quæst.2. artic,

A artic.1.& expressius Adria. in 4. de Confess. q. 1. conclus. 6. Riccard. in 4.dist.17.quæst.9.& dist.9.quæst.5.Durand. in 4. dist.17.quæst.15.ad secundum Gloss.fin.in c.qualis 30.quæs. 5.Syluest.verb.Confessio.1.quæst.15.num.16.in vltimis verbis. Nauar. in commentario super cap.Quem pœnitet de pœnitentia dist.1.& in Manua.cap.21.nu.36.Medin.in suo Codice de pœnitentia tract.2.quęst.de modo secretè confitendi fol.69.Petri Soti,lect.11.de Confess. Archiep.Florentini,Pisan.& Tabie.verbo Confessio 2.nu. 37. & aliorum Doctorum. Hi dicunt.

Adria. Ricar. Duran. Gloss. Syluest. Nauar. Medin. Petri à Sotto. Archiepiscopi Floren. Pisan. Tabie.

Primò.Quòd non tenetur quis absenti,vel præsenti confiteri per scripturam.

Primũ dictũ.

Secundò.Quòd Confessio per Epistolam facta absenti,valet,& est sacramentalis.

Secundũ dictum.

Tertiò. Quòd sacerdos potest rescribere absolutionem. Hæc Doctores.

Tertiũ dictũ.

Pro Decisione ergo huius difficultatis,has statuamus conclusiones.

Prima Cõcl. Actus,qui est de necessitate sacramẽti pœnitentiæ quasi materia,non est p̃cisè oris confessio,sed manifestatio peccati.

Prima.Conclusio. Actus,qui est de necessitate sacramenti pœnitentiæ, quasi materia, non est præcisè oris Confessio; sed manifestatio peccati. Explico conclusionem. Confes-B sio,quæ fit sacerdoti, est quoddam iudicium in foro Dei, in quo causa peccatoris cognoscitur,sententia fertur, Absolutio impenditur,& pęnitentia iniungitur. Sic Conci.Triden. Sess.14.cap.5.de pœnitentia. Vnde necessariò requiritur criminum notitia in illo foro. Hæc inquam notitia, & manifestatio est de necessitate sacramenti,abstrahendo,quòd hoc, vel illo modo fiat,scilicet ore,signo,vel scripto, vel alio modo.Hæc Concl.& doctrina in terminis est S.Tho.quodlib.1. ar.10.& Duran.in 4.loco citato.

Concil.Trid. In confessione sacramentali necessario requiritur criminũ notitia. D.Tho.

Probatur.Primò euidenti argum.S.Tho.Confessio per Interpretem,per signa aut per nutus,valida est,& sacramentalis,secundùm omnes Doctores,ergo viua vox non requiritur ad substantiam,& essentiam sacramenti.

Probatur Cõclusio. Primò.

Secundò.Quoniam Papa non potest dispensare, ut manifestatio peccatorum fieri non debeat in Confessione. Quòd autem ore,vel uiua uoce fiat,potest dispensare,iuxta D.Tho. quamuis non debeat sine causa.Quemadmodum non potest dispensare,ne consecratio fiat in pane ex fermento,benè tamen,ut fiat in fermentato,vel azimo;ergo idem,quod prius. Ex hac conclusione tria sequntur.

Secundò. Papa nõ põt dispẽsare, vt nõ fiat manifestatio peccatorũ in cõfussione; bñ tñ circa modũ, vt.s.fiat hoc, vel illo mõ. D.Thom. Papa nõ põt dispẽsare, ut cõsacratio nõ fiat ĩ panẽ ex frumẽto, bñ tñ vt fiat in azimo, vel fermentato.

Primum est,quòd doctrina illa S.Tho.in 4. ubi supra, non est uera; videlicet, quòd quemadmodum Baptismus habet

Primũ Corollarium. D. Thom.

propriam, & determinatam materiam, puta aquam elemẽtarem, quæ est vniuersale elementum. Ita Confessio oportet, quòd per actum determinatum fiat, idest proprium verbum quod est actus manifestatiuus, & expressiuus conceptuum. Hæc inquam doctrina, quàm parum veritatis contineat, patet ex eodem S. Tho. in dicto quodlib.

Secundũ Corollarium. Duran.

Secundò sequitur. Quòd benè dicit Duran. materiam Cõfessionis non esse vnam secundùm speciem, vt aqua in Baptismo, sed esse unam vnitate analogię, qualis est inter signa; sic tamen, quòd semper principalius assumatur de possibilibus. Cuius ratio est. Quia in quibusdam sacramentis, puta in Baptismo, Cõfirmatione, & Ordine, nihil requiritur ex parte recipientis, nisi quòd nõ ponat obicem; Et ideò quidquid extrinsecus apponitur, totum est determinatum in specie vna ex ordinatione Diuina; sed in pœnitentia requiritur per se actus pœnitentis, scilicet, quòd manifestet peccata sua sacerdoti; & quia Deus non requirit à nobis, nisi quod possumus; ideò sufficit, quòd peccator manifestet peccata sua Sacerdoti per præcipuum signum, quod est sibi possibile, quamuis non sit semper eiusdem rationis. Hæc Durandus.

Nota benè.

Tertium Corollarium.

Tertiò sequitur. Quòd statutum Ecclesiæ, per quod scribit S. Tho. in dicto quodlibeto, hominem qui potest, teneri, vt verbo confiteatur, & consequenter, qui contrarium attentat, peccaret contra ordinationem Ecclesiæ, & effectum sacramenti non reciperet. Hoc, inquam statutum non extat, nec Canon vllus, (vt notat Domini. de Sot.) id expresse habet. Consuetudo autem, & usus fidelium obtinuit, ut ore fiat Confessio; quandoquidem lingua, seu verbum est homini naturale instrumentum à Natura tributum ad significandam mentis conceptionem; estque communis modus manifestandi ea, quæ sunt in animo. Vnde, qui aliam viam sine caussa attentaret, peccaret: sicuti qui in fermentato in Latina Ecclesia consecraret.

Qui pōt confiteri ore, & tentat aliter confiteri, peccat. ex D. Th.

Domin. Soto.

Verbum datum est homini à natura ad suos conceptus explicandos.

Addit Sotus: *si modò contemptus non interueniat, peccata, quæ essent faciliora explicatu, non video,* (inquit) *Cur esset peccatum mortale scripto significare: esset tamen inter venialia non paruum, eò quòd legitimus vsus est confiteri verbo, & erubescentia tunc esset minor.* Hæc ille. Huic Conclusioni non obstat Concil. Florentin. in decret. de pœniten. dicens, *Ex parte pœnitentis tres requiri actus, Cordis Contritionẽ, Oris Confessionẽ, & operis satisfactionẽ.* Loquitur enim de principali, & communissimo analogato. Tenemur enim omnes, cùm possumus, uerbo confiteri, nec id licet

Nota.

variare,

A variare, nisi ex rationabili causa. Nam cęteri modi introducti sunt in huius defectum.

Secunda Conclusio. Confessio facta per scripturam præsenti sacerdoti, est valida, sacramentalis, & necessaria. Hec Conclusio est contra primam sententiam, & aliàs est communissima.

Secunda Cõclusio. Confessio facta per scripturã præsenti Sacerdoti est valida, sacramentalis, & necessaria.

Probatur primò. In hoc actu, est vera peccatorum manifestatio, sui accusatio, & aliquid verecundiæ, ergo est legitimus, & substantialis actus ex parte pœnitentis requisitus ad sacramentum Absolutionis. Ex parte item sacerdotis adest veritas formæ, Cùm dicit, *Ego Te absoluo, &c.* ergo talis Cõfessio est sacramentalis.

Probatur Cõclusio primò

Secundò. Possumus validè confiteri per interpretem, vt Syluest. Caiet. & alij, ergo multò magis per scripturam.

Secundò. Syluest. Caietanus. Tertiò.

Tertiò. Ex facto D. Basylij, & D. Ioannis Eleemosynarij, qui mulieribus valdè de peccato verbo manifestando erubescentibus, mandarunt peccatum scribi in carta; qua lecta, remissionem peccatorum eis misericorditer contulerunt. Lege vitam D. Basylij apud Lipomanum tom. 2. nu. 20. & 21. & uitam Ioannis Eleemosynarij. nu 32. & 33.

Lipoman.

Quartò, & est ratio à priori. Hæc reuelatio per scripturam præsenti Sacerdoti, æquiualet locutioni, ergo. Nec est B opus, vt ipsemet Pœnitens perlegat, vt Scoto falsò imponit Angelus. verb. Confessio. 1. num. 32. Sed satis est, ut Sacerdos Pœnitentis cognoscat peccata. Quare debet Peccator annuere Confessori, se ea peccata commisisse, & annuendo signa facere pœnitentiæ; quòd si non faciat, non absoluitur, cùm non cognoscat determinate Parochus cuius peccata illa sint. Non enim subijcit se clauibus per schedulam tantùm traditam, nisi per aliquem actum. s. nutum loco actus pœnitentiæ, & tunc se clauibus subijcit.

Quartò. Cõfessio per scripturã præsenti Sacerdoti æquiualet loqutioni.

Ille, qui scripto confitetur, debet annuere cõfessario, & ei monstrare signa cõtritionis.

Quintò, & vltimò. Potest impendi sacramentum absolutionis ei, qui infirmitate oppressus, loquelam amisit, dummodo duo testes fidem faciant, vel vnus secundùm Angelum, Confess. 4. num. 8. illum petijsse Pœnitentiæ Sacramentum; ergo multò magis per scripturam, eo præsente, & annuente. Consequentia tenet. Quia sicut hic, ita ibi deficit verbum proprium, & vtrobique causa supponitur. Antecedens patet expresse in Concil. Arausicano cap. 12. & habetur 26. quæst. 6. Qui recedunt. Verba Concilij sunt hæc. *Subitò obmutescens, prout statutum est Baptizari, aut pœnitentiam accipere, potest si voluntatis præteritæ testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu*. Et in Concil. Car-

Quintò. Põt dare absolutio ei, q ĩfirmitate oppressus loquelã amisit, dũmõ sint duo testes qui asserant ipsum cõfessionem petiuisse, vel saltem vnus testis. Angel. Cõci. Arausi. Cõci. Cartha.

Carthagin.4.cap.76.& habetur.26.quæst.6.can. Is qui in infirmitate: *Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in frenesim versus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia.* C

Ex hac Conclusione sequuntur duo Corollaria.

Primum Corollarium. Quo casu cõfessio p scripturã admitti deberet, & quomodo fieri posset.

Primùm. Quòd tempore pestis, tam curati, quàm pœnitentes hoc poterunt vti remedio, præsertim quando Quarantina, (vt dicitur) sit instituta, & contagij periculum securum negat accessum. Esset enim hæc iusta causa, vt Confessio per scripturam admittatur. Vnde infectus surgat à lecto, scribat sua peccata, & Sacerdoti expectanti illum in via proijciat, uel schedulam ferreo filo transmittat. Hic verò instrumentum aliquod habeat ad accipiendum scriptum, si manu non vult tangere, facilè enim est credere cum peritis, cartam pestem deferre: vel in acetum scripturam proijciat, sicut fit de litteris, & ea purgata, legat, iudicet, & annuentem, & petentem iniuncta pęnitentia absoluat; deinde uel in ignem proijciat, uel remittat. Aduerte autem, D quòd non requiritur contactus Physicus ad absolutionem, sed sufficit præsentia quædam moralis ita, vt Sacerdos videat pęnitentem, & pęnitens Sacerdotem: Sicut in consecratione ea præsentia panis desideratur, non vt omninò panis oculis subijciatur immediatè, sed talis distantia, secundùm quã optimo arbitrio, nõ absens, sed præsens iudicetur.

Nota.

Secundũ Corollarium. Adria.

Secundò sequitur. Quòd per internunciũ, Sacerdoti præsenti posset infectus confiteri. Sic tenet Adrian. loc. citato, dubio penultimo. Et patet. Primò, quia tunc internuncius habet se, ut interpres voluntatis illius; supposito, verbi gratia, quòd ille sit clausus, vel non ualeat exire, vel conuersari propter contagium; dummodo amborum Curati. s. & pęnitentis visibilis moralis præsentia conseruetur.

Syluest.

Et quãuis Syluest. verb. cõfes. 1. §. 18. de mente Monal. dicat, si quis alterius præsentis peccata recitet, confessionem non esse, intelligendũ est hoc, qñ ille sine alterius intentione ad sacramẽtum, narrat crimina: quod re vera potius esset ludere, quàm confiteri.

Secundò idem patet. Quia si potest ualidè per scripturam, multò magis per fidelem internunciũ ab eo missum, & fideliter instructum, in cuius præsentia, ratione distantiæ fungitur officio linguæ, scripturæ, uel interpretis; & hoc nullo

A nullo modo est mihi dubium. Vnde si sint duo carceres è regione, in quorum uno esset Curatus detentus, in altero verò parochianus, qui haberet peccatũ occultum, quòd vellet secretò confiteri, posset (si haberet commoditatem) scribere, vel internuncium docere, qui referat: & si subditus sit pręsens, & visibilis, posset propter easdem rationes absolui. Casus.

Cùm dixi in conclusione, hanc confessionem per scripturam esse necessariam, intelligendum est, cùm aliter ęque, & benè fieri non potest. Hoc loco, quædam Caie. verb. confess. §. 11. metaphysica practica, in confessione per scripturam, esset refellenda. Sed lege Sotum loc. citato, in 4. dist. 18. q. 2. articu. 6. Nota.

Tertia Conclusio. Confessionem per epistolam absenti sacerdoti validam, & sacramentalem, non tamen necessariam esse, est valdè probabile. Hæc conclusio, non ponitur certa, vt pręcedens, sed, vt probabilis, propter Doctores tertiæ opinionis, & probatur bonis argumentis. Tertia Conclusio.

Primò. Quia matrimonium rectè contrahitur inter absentes per procuratorem, per nuncium, & litteras, & est verum sacramentum, ergo de ratione, & essentia sacramenti non est, quòd præsenti conferatur. Probatur Primò.

Nec valet, matrimonio hoc esse peculiare, qua parte est B contractus ciuilis, & non qua parte est sacramentum. Quæro enim: Absentia repugnat substantiæ sacramenti nec ne? Si repugnat, ergo nec matrimonium inter absentes erit sacramentum. Cùm itaque contractus ille, quatenus est pactio quædam Ciuilis, sit legitimus contractus, & quatenus idem contractus inter absentes celebratus est, sit signum gratiæ, quæ in matrimonio confertur; conuincitur, quòd si verum est sacramentum, & sine contrahentium actuali præsentia confert gratiam ex opere operato, conuincitur, (inquam) absentiam non repugnare essentiæ sacramenti, & consequenter absentiam suscipientis, non uiolare essentiam sacramenti Pœnitentiæ. Sicut enim matrimonium est contractus quidam; ita pœnitentia quoddam iudicium. Iudicium autem legitimè, ac iuridicè (parte etiam absente, per procuratorem audita) definiri potest, sicut etiam contractus per procuratorem celebrari. Nota. Matrimoniũ sine actuali contrahentiũ præsentia, cõfert eisdẽ gratiam, ex opere operato.

Secũdò ex facto S. Tho. Cantuariẽsis, qui, vt Scotus, & Syluest. referunt, in carcere constitutus, misit Romam pro absolutione, & confessus est per litteras. Probatur Secundò.

Tertiò, ex cap. qualis 30. quęs. 5. vbi dicitur, quòd confessio per scripturam recipiatur. Neque huic capiti contradicit, Probatur Tertiò.

cap. quem pœnitet; vbi habetur, *Confessionem non esse faciendam per scripturam*. Nam intelligi debet quando commodè verbo fieri non potest, ut benè Nauar. ibidem. C

Probatur, Quartò.

Quartò. Quoniam motiuum Soti cessare videtur; quia nec in vocali Confessione homo est certus, an præsens pœnitens sit contritus, vel mutatus. Vnde possent in stata, & in indicta hora facere absolutionem; & sic actus ille terminaretur in materiam debitè dispositam.

Probatur Quintò.

Quintò. Quia ratio Caietani non conuincit. Nam creare Ducem, Regem, Episcopum, contrahere matrimonium, absoluere à censuris, & id genus alia, sunt vtrinq; actus personales, nec præsentiam requirunt.

Probatur Sextò. D. Cypria. Nauar.

Sextò. Auctoritate Cypriani, lib. 3. Epistola 17. aliàs 13. hic scribit, se per litteras peccata audiuisse, & sacramentum pœnitentiæ dedisse. Nauar. in can. quem pœnitet, de pœnitentia, dist. 1. num. 4. in fin. doct. in eo casu, quo parochus, & parochianus infirmantur, & non est alius sacerdos, posse hunc scripto confiteri, & illum itidem absoluere.

Quarta Conclusio. Probabilior opinio est, qđ confessio absenti sacerdoti fieri nō possit. Probatur Cōclusio. Primò.

Quarta Conclusio. Probabilior, & tutior opinio est, quòd sacramentalis confessio, absenti sacerdoti fieri non possit, & probatur.

Primò. Quia præsentia suscipientis necessaria est, & tanquam de essentia sacramenti videtur requiri; cùm in forma ponatur pronomen *Te absoluo*, quod est demonstratiuum præsentis materiæ. Nec videtur instantia illa de matrimonio similis, nec multùm concludere. Ex eo enim matrimonium inter absentes contractum validum esse asserimus; quoniam vltra id, quod est contractus humanus, materia eius, quæ, (vt quibusdam placet) sunt ipsi contrahentes, est externa, & patens ex se, seu ex natura sua; at verò materia sacramenti Pœnitentiæ, est intrinseca, & occulta, quales sunt actus pœnitentis, & præcipuè Contritio; quæ, vt sacerdoti euidens moraliter fiat, necesse est, ut persona sit præsens, ex cuius verbis, vel signis coniectari possit, eum esse contritum. Vnde non est similis ratio in matrimonio, atque in Pœnitentia. D

Nota subtile punctum in materia de matrimonio.

Nota casum.

Adde, quòd potest contingere Casus, vt dum ego litteras, in quibus peccata mea scripsi, Cōfessori mando, sim in complacentia actuali peccati mortalis; *Cùm natura nostra sit prona ad malum ab adolescentia sua*; ergo nec mihi quidquam impensa Absolutio proderit; imò ero sacrilegus. Nec minus Confessor hoc scrupulo detentus, poterit me absoluere; Nec factum S. Tho. Canthuarien. aliquid concludit.

D. Tho. Cantuariensis tātum à Papa

Tan-

A Tantùm enim à Papa concessiuas litteras obtinuit, ut electo ad libitum Confessore, ab ipso à peccatis omnibus absolui posset. Nec illud etiam ex capit. qualis 30. quæst. 5. obstare videtur. Ibi enim sacramentalis confessio, & Absolutio, nullo modo cōceditur; sed (ut optimè inquit Glossa in verb. per scriptum, in dicto, cap. Quem penitet, de pœnitentia, dist. 1.) ibi non dicitur, quòd accipiatur, sed quòd accepta in scripturis redigatur, ne detur obliuioni. Vel dicamus, id licitum esse, quando præsens est pœnitens, vt supra posuimus.

obtinuit, vt suo libito sacerdotē eligeret, cui sua peccata aperiret.

Solutio textus.

Respondetur ad D. Cypria.

Ad Cyprianum verò respondeo, illam nō fuisse sacramentalem confessionem. Cùm enim nullus confessionem sacramentalem audire possit, nec absoluere, nisi sit sacerdos habens iurisdictionem: ibique concedatur, ut sacris Diaconibus confessio fiat, confessique sacram emologesim suscipiant, proculdubio eo casu, non fuit, nec potuit esse sacramentalis confessio. Vnde si qui illorum veram pœnitentiam, & peccatorum remissionem susceperunt, illud sanè fuit non virtute sacramenti in re suscepti; sed internæ virtutis Pœnitentiæ, & contritionis eorum: qua stante, supremus Pontifex, qui est Christus, misericorditer eis peccata condonauit.

Nota.

Quinta Conclusio. Absolutio sacramentalis, non potest
B fieri scripto, sed verbo debet pronunciari, & proferri. Hæc est Sancti Tho. Alexandri, Caietani, & patet. Quoniam secundùm omnes, verba sunt ipsa forma, iuxta illud Augusti. hom. 80. super Ioan. & 1. q. 1. detrahe, *Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum.*

Quinta Conclusio.

Absolutio sacramentalis, non pōt fieri scripto sed debet verbo pnunciari.

D. Thom.

Alexan.

Caietanus.

D. Aug.

Paludanus, (ut refert Syluester verb. confessio primò, nu. 16.) existimat, propter scandalum possibile inde sequi, non esse id consulendum. Sed errat. Quia essentiæ sacramenti repugnat absolutio per scriptum. Nisi fortè intelligatur Paludanus non absolutè, sed post uocalem absolutionem. Tunc enim si postquam vocaliter absoluit, scripto significet se absoluisse, potest id facere; hoc autem iam non erit absoluere per scripturam.

Paludani dictum repellitur.

Syluest.

Dominicus de Soto, vbi supra, refert, tempore Concilij Basilien. inter Magistros, quibus intererat Ioannes Nider, quæsitum esse, An Confessor qui malè absoluit à casu reseruato, postmodum habita à superiore absoluendi à tali casu facultate, debeat absentem, & inscium absoluere potius, quàm adire pœnitentem? Illius tamen disputationis copia nusquā extat.

Soto.

Sexta Conclusio. Pœnitentia, seu satisfactio iniungi potest

Sexta Cōclu.

Pœnitentia

potest confessio iniũgi scripto.

test scripto. Hæc est Alex. de Ales, & benè. Quia pœnitentia, quæ à sacerdote iniungitur, non sacramentum, seu eius essentialis pars est; sed tantùm integralis. Nunc ad Argumentorum solutiones veniamus. C

Ad Primum.

Ad Primum respondeo. Quòd Pœnitens tenetur se corde Deo accusare, ore autem sacerdoti, si potest. Accuset, inquã, se Deo, & eo medio quo potest commodius sacerdoti verbo, scripto, nutu, Interprete, vel Internuncio, modo exposito. Quia Deus non exigit ab homine, nisi id, quod potest; & ideò negatur absolutè, quòd non sit ibi vera accusatio, & manifestatio peccatorum, quamuis verbo expressior fiat, iuxta S. Tho. dicto quodlib. in solutione argumentorum.

Ad Secũdum Respondetur Primo.

Ad Secundum respondet Syluester. Primò, quòd verecundia non est de essentia confessionis secundùm omnes Doctores.

Respondetur Secundò.

Secundò dicit, Quòd si adest sacerdos, adest verecundia, etiam in confessione per scripturam. Verecundia enim facit ad pœnę remissionem. Et aduerte, quòd potest esse casus, in quo maior quantitas pœnæ remittatur per confessionem scripto factam, quàm verbo verecundo; puta si maiorem, & intensiorem Pœnitens habeat contritionem. D

Ad Tertium. Nota. In confessione sacramentali ly. (Te absoluo), est demonstratiuum præsentis materiæ.

Ad Tertium. Illi qui tenent, Confessionem posse fieri per scripturam absenti, responderent, ly, *Te*, non esse demonstratiuum præsentis materiæ; sed secretiuum, & determinatiuũ personæ quam absoluit, & non alterius. Vnde sicut in Sacramento Matrimonij, hæc verba. s. *Accipio te Mariam*, terminantur in personas absentes, cum veritate non solùm cõtractus ciuilis, sed etiam sacramenti; alioquin oporteret, cũ essent præsentes, de nouo contrahere; sic in Confessione. Sed vera solutio est, ly, *Te*, esse demonstratiuum præsentis materiæ, sicut in Sacramento altaris: est aũt præsens materia pęnitẽs, si ore legat, vel schedula tradita nutu annuẽdo cõfiteatur.

Ad Quartum. Confessio ex Christi institutione dẽt esse secreta. Concil. Trid. Vox Pęnitentis licet ex sua natura publica sit, in actu tñ confessionis est secreta. Scriptura licet ex se sit publica, in actu tñ cõfessionis, est secreta. Syluest.

Ad Quartum respon. Verũ esse confessionis naturã debere esse secretam, quod non solùm ex vsu Ecclesiæ; sed Christi institutione, & mandato habetur, vt patet in Conc. Trid. Ses. 14. c. 5. can. 8. scriptura aũt, licet ex sui natura publica sit; hoc tñ casu non est, nisi secreta. Vnde sicuti vox pęnitẽtis, licet ex sui natura publica sit, in actu tñ confessionis est secreta; quia non aperit peccata sua alteri, nisi huic confessori. Sic etiam scriptura, licet ex sui natura publica sit, hoc tamen casu est secreta. Quia non datur, nisi huic tantùm particulari confessori, vt ipsa cognita, à peccatis absoluatur. Vnde ait Syluest. quòd non obstat, ut scriptura sit publica; quia in tali casu est

raro,

rarò, & per accidens, ſicut voces ipſę confitentis, quæ ab alio audiri poſſunt.

Ad Quintum reſpondeo. Quòd ſupponitur, petentem abſolutionem eſſe contritum, uel ſufficienter attritum, quemadmodum, qui ſubijcit ſe perſonaliter ſacerdoti. Nec debemus dubitare de diſpoſitione, niſi aliter appareat. Nam etſi uerbo fiat Confeſſio, nunquam erit certum habere dolorem. Lege Adrianum de confeſſ. quę. 1. ad tertium, dubio unico. Supponimus item, rectè ſpecies, & circumſtantias peccatorum exaratas eſſe, ne fallax iudicium feratur. Sed magna differentia eſt inter coniecturas Confeſſionis illius præſentis, & alterius abſentis. Illius enim, non niſi remotas contritionis ſuæ habere poſſumus; huius autem præſentis, facilè moraliter coniecturas Contritionis habere poſſumus, iuxta ſigna, & actus humiliationis eius.

Ad Quintum

Adria.

Ad ultimum ex ſententia D. Pauli (ut reſpondet D. Thom. loco citato) non intelligitur de confeſſione peccatorum, ſed de confeſſione fidei, de qua dicit Dominus, *Qui erubuerit me coràm hominibus, erubeſcam & ego eum coràm Patre meo.* Matth. 10. Luc. 9. atque hæc de hac quæſtione.

Ad ultimum D. Tho.

Matt. 10. Lucæ 9.

QVÆ-

QVAESTIO SEXTA. C

An tempore peſtis, ſeu contagioſi morbi, quilibet ſacerdos habeat iurisdictionem in quemlibet Ciuitatis, uel Diœceſis ita, quod ſi abſoluat, teneat ſacramentum?

RATIONES, quæ perſuadent partem affirmatiuam, hæ ſunt.

Primum argumentum.

Prima. Quia in articulo, uel periculo mortis, quilibet etiam non Curatus, nec approbatus ab Epiſcopo, poteſt abſoluere, ut communiſſimum eſt; at ſtatus peſtis, ſeu contagij continet hunc articulum, ſeu periculum, ergo &c. D

Secundum argumentum.

Secunda. Quia ſic commodius, & plenius ſaluti animarũ ſuccurritur, cùm plures medici ſpirituales conſtituantur, & exponantur.

Tertium argumentum.

Tertia. Epiſcopus non poteſt prohibere ſacerdoti non curato, uolenti ex propria deuotione infectorum miniſterio tam ſpirituali, quàm corporali ſe exponere, ne exerceat, ergo ille poteſtatem ex ſe habet, ſuoque iure utitur in illo caſu.

Sed in contrarium facit ordo Eccleſiaſticus, diuiſionis, & applicationis Parochiarum. Confunderetur enim, dum unus ſacerdos alterius meſſem occuparet.

Pro reſolutione huius quæſtionis, aliquas propoſitiones ponimus, quæ, quamuis non magnam doctrinam (licet ueram, & eruditam) perutilem tamen, & praxi maximè accommodatam continent.

Prima Cõcluſio.

Prima Concluſio. Nemo ſacerdotum ſæcularium tempore peſtis, ſeu contagij, debet ſe temerè exponere ad confeſſiones audiendas, uel ſacramenta miniſtranda, ſine Epiſcopi, ſiue eius Vicarij licentia. Explico. Eſſet ſanè temerarium, & zelus ſine ſcientia eius, qui cùm non ſit ab Epiſcopo approbatus,

A tus,(iuxta sacri Trid.Concilij decretum capit.15.sess.23.)auderet sacramenta ministrare his, qui in articulo mortis non existunt,& absolutio peccatorum non teneret,nisi spem saltem ratę habitionis haberet, ut puta facta à carente iurisdictione. Consuetudo enim, & Canones, uniuersalem illam iurisdictionem Præsbyteris non concedunt,nisi in articulo imminensis mortis; ergo non est extra illum articulum extendenda.

Hic declarandum esset, An periculum mortis,sit idem cũ articulo mortis, quoad priuilegium absoluendi. Circa quod Sotus,in 4. distin.18. quæst.4. artic.4. dicit esse confusionem nominum dicere, periculum mortis esse articulum mortis. Atque ita tale priuilegium absoluendi; uult tãtùm habere locum in articulo mortis,dum mors est in fieri, per causam naturalem, uel uiolentam. Sic tenent Couarru. & Melchior Cano. Soto. Couarru. Melchior. Cano.

Syluester tamen uerbo Confessor.1.§.6.membro 7.& uerbo absolutio.1. num.10. Ioannes Medina,de confess. tract.2. & Nauar.capit.27.num.272.existimant, nullam esse differentiam inter articulum mortis,& periculum mortis,quoad iura dantia facultatem absoluendi in eis. Quod tamen limitandum est,ut intelligatur de proximo periculo mortis. Neque B enim quodcunque periculum sufficit: sicut nec ingredi mare,nisi immineat procella periculosa:nec similiter parere pregnantem, nisi si sit prima uice,uel aliàs dum peperit,mortis periculum in parturiendo passa est: nec ingredi bellum, nisi certum sit fieri cõflictum. Vnde tempus pestis absolutè, non constituit periculum mortis,quantùm ad omnes; sed tãtùm quoad illos, qui tali morbo grauiter corripiuntur: quibus absente proprio Parocho, quilibet sacerdos potest sacramenta ministrare. Syluest. Io. Medina. Nauar. Nota. Tempus pestis,absolutè non cõstituit periculum mortis. Secunda Cõclusio.

Seconda Conclusio. Regulares non approbati,seu examinati, nec alias idonei iudicati ab Episcopo diœcesano,nullo modo debent se huiusmodi confessionibus, & sacramentorum administrationibus immiscere, extra imminentem articulum & periculum mortis. Et hoc propter eandem rationẽ,quoniam iurisdictione carent,nec aliter,quàm approbati audire possunt, ut est textus expressus in supra citato capit. Concilij Tridentini. Nota. Non sufficit ad confessiones audiendas, ut religiosi se præsentent Episcopo, sicut primò fiebat, sed ut sint examinati, & approbati.

Notandum est autem hic, quòd nõ sufficit, ut Religiosi se præsentent Episcopo,seu eius officiali,quod tantùm requirebat ius antiquum, iuxta Clementinam dudum de sepult.sed amplius requiritur ex forma Conc. Trid. in citata sessione

23.

25.capit.15.ut sint examinati,& approbati.Hęc autem approbatio non solùm discretionem non idonei,ab eo qui est idoneus designat; sed iurisdictionem, & materiã tribuit;quod ex doctrina prædicti Concilij non obscurè colligitur, dum facit mentionem de illis duabus potestatibus, quę regulariter à Doctoribus dicuntur necessariæ ad confessionem, ordinis uidelicet,& iurisdictionis;& cùm in principio capitis mentionem faciat potestatis ordinis in illis uerbis, *quamuis Præsbyteri in sua ordinatioone à peccatis absoluendi potestatẽ accipiant*; necesse est in reliquis de potestate iurisdictionis loqui,cùm dicit; *Nullum etiam Regularem,posse Confessiones sæcularium,etiam sacerdotum audire.* C

Approbatio Episcopi, dat approbato ad confessiones audiẽdas,materiam & iurisdictionẽ.

Adde, quòd si sola præsentatio sufficeret (etiam non approbante, uel consentiente Episcopo) possent audire, quod repugnat sententiæ dicti Decreti. Et sicut Parochiale beneficium, dat titulum iurisdictionis Parocho, quoad eius oues; ita per appprobationem, admissionem, aut licentiam sacerdotibus non curatis, siue sęcularibus,siue Regularibus:(Decretum namque Concilij, ex æquo Commune est utrisque) facultatem,seu licentiam hos aut illos in Confessione audiẽdos Episcopus concedit. Solent enim Episcopi, confessarios etiam Regulares, ad mulieres solùm audiendas admittere, aliquando ad solas moniales, aliquando solùm ad laicos, & laicas audiendas, exclusis monialibus: uel etiam aliquando propter iustas causas in loco uno, uel altero Diœcesis licentiam illis dare ad audiendas Confessiones, & non in omnibus locis. Potest enim secundùm omnes Confessarius idoneus esse in uno loco, & non in alio,ut ait Nauar.c.4.nu.11. Quemadmodum ipsi quoq; facimus, dum talem licentiam prædictis impartimur In quo semper Lauretum excipimus, quamuis in alijs nostris locis,possint audire. In cathedrali enim nostra Lauretana,& eius Ciuitate, cùm inibi proprij habeantur Pœnitentiarij,tam sæculares,quàm Regulares designati,& ob alias iustas causas, nemo,etiam aliàs à nobis approbatus audit, nisi specialiter ad id muneris eo in loco à nobis vocetur,& admittatur. Et si licentia Episcopi non tribueret potestatem iurisdictionis,ob quid approbatus in una Diœcesi, si ad aliam transeat,necesse habet ab illius Episcopo admitti, etiamsi maximam Theologiæ,uel Canonum peritiam habeat? Neque enim cẽsenda est uera opinio illa, quòd ab uno Episcopo approbatus,ubique terrarum possit audire confessiones, absque alia aliorum Episcoporum approbatione. Præsentantur enim determinatè ad istam,uel illam Diœcesim, D

Aliquando Episcopi concedunt cófessarijs licentiã audiendi confessiones tantum mulierum, quandoque uero etiã & hominũ.

Potest confessari⁹ esse idoneus ad audiendas confessiones in uno loco & non in alio.

Ecclesiæ Lauretanæ cõfessores sunt priuilegiati. Papa post Cõcil. Tri nulli dat auctoritatem eligendi sibi confessores, nisi de Episcopi licẽtia. Ludo. Rom. Mando. Nauar. Concil. Tri.

A cesim, ut clarè indicat Nauar. capit. 27. num. 266. & in dicto capit. 15. sessionis 23. Conc. Trid. dicitur deberi Regulares per examen approbari ab Episcopis, id est ab unoquoque Episcopo illius Diœcesis, in qua se præsentarunt: licet si ab illa exierint, & reuertantur, noua approbatione non indigeant, nisi status populi, & habitatorum mutatus, & alteratus esset. Nam si loco rusticorũ, mercatores, uel milites successissent, nouo examine, & approbatione indigerent. Vt tangit Nauar. cap. 4. num. 11. Nauar.

Adde, quòd quamuis Papa ante Conci. Trid. soleret dare facultatem eligendi, Confessores sine licentia Episcopi, ut tradit Ludouicus Romanus, Conc. 266. Mand. in practica signaturæ titulo Confessio; hodie tamen numquam consueuit, nisi de licentia Episcopi, etiam in magnis Iubileis, in quibus habentibus iam iurisdictionem ab Episcopo in sua Diœcesi, extendit illam Papa ad casus sedi Apostolicæ etiam si lu bet in bulla Cænæ reseruatos. Quocirca Episcopus, dum approbat, & exponit prædictos Confessionibus, licentiam concomitanter suis subditis tribuit ad eos accedendi, & sic materiam applicat.

Nec audiendus est Augustinus Montalcinus in capit. 7. §. 8. num. 9. in suo libro, cuius est titulus, *Lucerna dell' Anime*, ubi dicit, quòd ex uigore Bullæ Rosarij Leonis decimi, in quà conceditur, quòd illius confratres possint eligere sacerdotem quemcunque ad confitendum, non requiritur, quòd ille sit expositus, & approbatus ab ordinario. Supponit enim discrimen esse, si in Bulla dicatur, ut possint eligere sacerdotem quemcumque, uel si dicatur, Confessarium quemcumque, atq; in primò casu intelligi etiam ab Episcopo non approbatũ. Futilis enim, & inanis est hæc distinctio, & contraria doctrinæ Concilij Tride. loco citato. Quinimò nemo hodie sacerdotum, etiam ex stylo Curiæ gratiam obtinet Cõfessiones audiendi, nisi cum clausula, Dummodo ab Ordinario loci sit approbatus. Ex his sequitur, doctrinã summæ Angelicæ in uerb. Confessio 3. num. 16. Et syluest. Confessio 2. nu. 3. euanuisse post Conc. Trid. dum dicebant: Fratribus Prædicatorũ, & minorũ, satis fuisse petere licentiam ab ordinario eligendi fratres ad Confessiones audiendas; nec personaliter se præsentare coràm illo debere, & examen ipsis fratribus committendum; Profectò nimis laxa hæc erant. Quocirca meritò à Patribus dicti. Con. reformata fuerunt.

Augustinus Montalcinus refellitur.

Nullus sacerdotum hodie obtinet gratiam audiendi confessiones etiam de stylo Curiæ, nisi cum illa clausula, dũmodo sit ab ordinario loci approbatus.

Post Concili. Trid. euanuit Doctrina multorum sũmistarum. Angel. Syluest.

Sequitur secundo, malè sensisse Nauar. in suo manu. capit. 27. num. 263. dicentem, quòd Episcopo sine iusta causa nolẽ-

Nauarrus reprenditur.

B

te

Fundamētū Auctoris.
Nota auctoritatem summi Pōtificis.

te admittere ad confessionem, possunt præsentati facere illa C omnia, ac si essent admissi, iuxta ius antiqum Clemen. §. si uerò. Tum quia Episcopus, (ut passim accidit) multas potest habere causas tacitas, ut tales ad illud ministerium non admittat; tum etiam quia ius antiqum per Concilium Tridentinum ablatum est; Vbi præcipitur, debere prius præsentatos approbari, qua approbatione existente, & non aliter, munus exercere posse. Propter hęc tamē nullo pacto negamus, summum Pontificem posse casus Episcopo reseruatos pro sua suprema potestate sub delegatis regularibus, siue sæcularibus concedere, uel illos exprimēdo, ut sæpè in Bullis Apostolicis continetur, uel etiamsi illi non exprimantur, quando per clausulas generales, & prægnantes illos concedere intendit, quemadmodum dum dicit, ut possint eligere confessores, qui eorum confessionibus diligenter auditis eis, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, & excessibus quantumuis grauibus, & enormibus, etiā sedi Apostolicæ reseruatis, exceptis contentis in literis Cęnæ Domini legi consuetis, toties, quoties, & etiam à criminibus in eis literis contentis, semel in uita tantùm: seu sub aliorū forma uerborum, prout rectè docuit Nauar. dicto cap. 27. num. 263.

Tertia Conclusio.

Tertia Conclusio. Episcopus diœcesanus, nullo pacto debet denegare huiusmodi facultatem administrandi sacramēta uolentibus sacerdotibus, tam sæcularibus, quàm Regularibus, ac ultrò ad tantum Charitatis opus se exponentibus ea tempestate, in qua grassatur pestis, uel serpit contagium. Cū enim messis sit multa, operarios multos excludere non debet. Imò Populi tunc habent ius petendi, & possunt exquirere iustè à Prælatis Adiutores, ad salutem animarum suarum, qui ex debito iustitiæ tenentur pro posse; & qualitate morbi illis satisfacere, uocatis etiam Regularibus, ex instituto Regulæ, auxilio, & saluti animarum incumbentibus. D

Quarta Conclusio.
Officiū Episcopi, peste imminente.

Quarta Conclusio Episcopus diœcesanus, qui animarum totius diœcesis curam Architectonicā habet, debet cùm primùm signa pestilentiæ apparent, ac contagij exordia, requirere, deputare, & ponere, Imò uerius compellere plerosque sacerdotes, qui in tota diœcesi, si circuitus mediocris sit, uel saltem in tota Ciuitate, Terra, uel Oppido omnium, ac singulorum debeant audire Confessiones, & illis Eucharistiam, & sacrā unctionem ministrare, qui quasi cooperatores, atq; coadiutores Parochorum sint. Nec hi id grauiter ferrè debent, cùm ad subleuandum eorum onus, ad animarum facilio-

Probatur cōclusio.

A liorem curationem, hoc secundum remedium adhibeatur. Et probatur. Nã Ciues huiusmodi infirmitatibus aduenientibus, carnalium medicorum operam duplicant, adduntque tertium, uel quartum medicum: Vnde à fortiori Episcopus in spiritualibus infirmitatibus, & eorum periculis, debet cooperatores in animarum curationẽ prouidè deputare. Quod est quoque Iuri consonum: argumento tex. in cap. ad audientiam, de Ecclesi. ædifi. & Conc. Trid. sess. 21. c. 4.

Si tempore pestis duplicantur corporales medici, multò magis & spirituales dupplicari debent.

Quinta Conclusio. Episcopus his temporibus, debet omnes casus sibi reseruatos tam de iure, quàm de consuetudine, Confessoribus quibuscumque, etiam Regularibus communicare. Quamuis enim nil reseruatum sit in articulo mortis, etiam si sint casus Papales, ut notum est, & patet ex Con. Tri. sess. 14. capit. 7. ad maiorem tamen cautelam, & commodiorem animarum salutem, & grauosam molestiam confessorum euitandam, ne tempus terant, cõsultum erit, id quod diximus peragere. Dixi etiam Regularibus. Nam Religiosi, quibus ex priuilegio etiã maris magni cõceditur audire Cõfessiones, nequeunt à casibus Episcopis reseruatis absoluere, nisi de eorum licentia, quemadmodum congregatio Illustrissimorum Cardinalium, communicato cõsilio cùm Sanctissimo D. Gregorio 13. circa declarationem Concilij censuit cùm Nauar. in suo manuali, cap. 27. num. 264. Quod idẽ

Quinta Conclusio.

Episcopus tẽpore pestis omnes casus sibi reseruatos debet Cõfessarijs concedere absoluendos.

Nota benè.

B refertur in Conc. tertio prouinciali Mediolan. de pœnitentiæ sacramento, pagina 35. Et Cardinalis Paleoti in casibus sibi reseruatis: quidquid dicant alij recentiores cum Syluestro in uerbo Confessor. 1. §. 1. & Gabri. distin. 17. q. 2. art. 3. quos benè relinquit Soto in 4. distin. 18. q. 4. art. 3. dicens, illorũ opinionem, neque esse tutam, nec more seruatam. Si enim Regulares tenentur excommunicatum ab Episcopo euitare, cẽsuras, & interdicta ab ipso promulgata in eorum Ecclesijs publicare, atque seruare, dies etiam festos, quos in Diœcesi sua seruandos Episcopus præceperit, custodire: ut in cap. 12. sess. 25. Conc. Trid. cur non etiam à casibus Episcopo reseruatis respectu suorum inferiorum in eius Diœcesi abstinere? Aliàs, si id illis liceret, profectò cùm iam hodie maxima Regularium copia suppeditet, frustatoria omninò esset omnis reseruatio, quam Episcopus faceret in Diœcesi. Ad quid enim reseruatio ab Episcopo promulgabitur, si absque eius licentia minimus regularis absoluere potest? Nam ius quod episcopi habent reseruandi sibi casus Diuina auctoritate, ut habetur can. 11. & cap. 7. sess. 14. Conc. Trid. omninò uanum, & infructuosum esset, nec ædificationem pareret, sed potius cõ-

Nauar.

Syluest. Gabri. Soto. Cardina. Palleo.

Ratio Auctoris.

Concil. Tri. Nota dictum Nauarri circa reseruationẽ casuum Episcopalium.

tem-

temptum, & confusionem, Nauar. in capit. 17. num. 263. tenet, hoc ius quod Episcopi habent reseruandi sibi casus nō esse à iure diuino nec à Deo immediatè. Sed quantopere hęc doctrina correspondeat doctrinæ Concilij Tridentini prædictis locis considerandum esset. Sed non est præsentis instituti. Huc accedit, quòd status Diœcesis suæ numquam esset Episcopo benè notus, nec congrua remedia malis, & præsertim atrocioribus delictis adhibere posset, prout in domino iudicauerit expedire, si quo genere morbi laborent sui subditi, non cognoscat. Et cùm reseruatio casuum magnopere ad Christiani Populi disciplinam pertineat, & quasi freno potētiori retardet fideles ad non committenda crimina grauiora: si ab alijs quàm Episcopo Diœcesano ueniam consequi possent, omnia facinoribus de facili implerentur. Et quamuis summus Pontifex pro suppremа potestate sibi in Ecclesia uniuersa tradita; possit; cùm habeat omnimodam iurisdictionem in omnes Mundi fideles, tam quoad commissa, quā quoad committenda crimina, casus Episcopo reseruatos, alicui Confessario concedere; hoc tamen raró intendit facere, nec forsan uerisimiliter est concessurus, præsertim post Conc. Trid. ut superius diximus. Non quia non possit concedere; sed quia non expedit. Quòd si cuipiam sæculari, aut Regulari sacerdoti facultatem absoluendi à reseruatis Episcopo, Papa sciens, & prudens concesserit, is non debet illa uti ad auctoritatem sibi comparandam, uel, ut parem se ostendat Episcopis, uel ut sit Asylum eorum, quos Episcopi ad tuēdam disciplinam Ecclesiasticam, & ad recidiuum euitādum ab Absolutione arcent; sed in casu in quo prudentia dictauerit, salutem animæ pœnitentis id requirere. Nauar. in manu. cap. 27 num. 261. dicit, quòd quando cum reseruatione censuræ Papalis, concurrit etiam reseruatio Episcopalis, tūc sublata Papali, ex usu indistinctè interpretante, uidetur quoque sublata Episcopalis. Quamuis hoc non uideatur iuri consonum; cùm altero ex duobus impedimentis sublato, alterum non tollatur. capit. ex tuarum de auctoritate, & usu pallij, & l. si domus. ff. de seruit. Vrba. prædio. De qua re fusius idem Nauar. in capit. ita quorumdam de Iudæis, notabili 11. num. 71.

Nauarri dictū non multùm probatur Auctori.

Ratio auctoris.

Nota quomodo, & quādo cōfessarij priuilegiati debeant uti suis priuilegijs ad absoluendū alios.

Nauarri dictum nō placet

Ratio auctoris.

Sexta Conclusio.

Sexta Conclusio. Debet Episcopus his temporibus procurare à sede Apostolica absolutionem casuum publicorum S. D. N. Papæ reseruatorum, etiam in Bulla Cœnæ Domini, si illi placeret ad maiorem salutem animarum. Debet quoque petere Indulgentias ad morientium salutem; & pro his, qui

opem

A opem infectis præstant. Debet item casus occultos, & censuras non publicas, nec ad forum contensiosum deductas, sedi Apostolicæ reseruatas, (quarum absolutio in forò pęnitentiali ex officio, & priuilegio suæ auctoritatis ei competit) quibusdam principalioribus Pęnitentiarijs in vnaquaq; Parochia designandis, committere.

Et aduerte, quòd Episcopi possunt per alios vti facultate à Concil. Tride. eis tradita, seu declarata, in cap. 5. Sess. 24. Non enim hæc cõpetit illis ex noua Papæ commissione, seu delegatione, vel ex industria personæ, sed ex officio suo, ac priuilegio Episcopalis dignitatis à Concil. Trid. Concessa. Quocirca sicut Antistes quilibet ex officio, per se potest absoluere à prædictis casibus, vel etiam dispensare in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus (excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contensiosum) ita quoque potest puram potestatem absoluendi, seu dispensandi circa præmissa committere; dummodo ipsemet Episcopus arbitretur prius modum, pœnitentiam salutarem, & onus satisfactionis imponendũ ei, qui est absoluendus, uel dispẽsandus. Ita egregiè consuluit Nauar. p. 2. conc. 15. de sen. excõm.

Nota.

Episcoporũ auctoritas.

B Animaduertendum item, posse Episcopum absoluere in foro conscientiæ à casibus, & censuris occultis, sedi Apostolicæ reseruatis, etiam post Concil. Triden. latis à Papa, & promulgatis in motibus proprijs, & constitutionibus, seu Bullis, præter quàm in casibus reseruatis cum clausula derogatoria, per quam sufficienter præfato Concilio Tridentino derogatur. Quemadmodum erat illa xisti Quinti, contra procurantes abortus emanata, quæ postea à Greg. 14. correcta, & moderata fuit. Quæ autem requirantur ad derogationem Conc. Generalis, non est præsentis instituti expopere. Arbitror (quidquid dicat Martinus Alphons. de Viualdo in suo candelabro, titulo de absolutione, nu. 13.) sufficere verba illa, non obstante decreto cuiusuis Conc. Nec est opus, si Concil. recens sit, vt illud specificetur. Lege Couar. lib. 4. variarum resolut. cap. 16. num. 6. col. 4. Cordub. lib. 4. quæst. 9. propositione 3. Alaba. De Conc. prima par. capi. 2.

Nota.

Martinus Alphons. de vival.

Couarru.

Cordubens.

Alab.

Hoc loco arduum dubium suboritur. An præfata facultas data Episcopis, in d. cap. liceat, extendatur ad casus reseruatos in Bulla Cœnę Domini?

Et quamuis variæ sint in hac parte sententiæ Doctorum, Nauar. n. neruosè cõtendit extendi loci citato. Et Auctor Candelab. 1. par. trac. de absolu. nu. 13. & 2. par. nu. 141. Et si Simanchas, in lib. de Catholicis Institutionibus. ti. 4. nu. 1. & 6.

Nauar.

Auctor candela.

Simanchas.

Bartholome. ab Ange. Ioan. Baptist. Antonu. Paulus Sernanens.

Alij verò, vt Bartholomeus ab Angelo ord.prædic. in suo C. exam.Confess. Dialog. 5. §. 554. Ioannes Bapt. Antonucius ord.here.S.Aug.in sua Cathec.li.1.c.25. annotatione 9.& li. 3.c.2.Paulus Sernanẽsis Episc.li.1.de visitatione. c.23.nu.4.& li.2.c.31.nu.5.censent,non extendi:Imò etiamsi extenderet, reuocatam esse per Bullam Cœnę Summorum Pontificum.

Bagn.in commentario super artic.4.quæst.11.2.2.quæst.2. dicit, per illa verba, *non obstantibus concessionibus à Concilio Generalis factis*, non reuocari facultatem concessam in Concilio Tridentino Episcopis; sed reuocari illic priuilegium concessum ipsis personis, quæ in hæreses inciderunt,ita,ꝙ intuitu priuilegiorũ à nemine possint absolui, nisi à Papa.

Verùm hæc metaphysica distinctio,non correspondet formæ Bullæ,in qua prohibetur cuicumque illis verbis,ne quis præsumat absoluere. Dicerem hic duo,vel tria.

Primũ dictũ. Concil. Trid.

Primò. Nulli dubium quòd intentio vniuersalis, & œcumenici Concil.Triden. fuerit, quòd possunt Episcopi absoluere etiam à reseruatis in Cœna Domini. Quia loquẽdo de casu hæresis, qui est primus in Bulla; ibidem limitat eam facultatem, & solis Episcopis declarat competere, negans illam eorum Vicarijs Generalibus, ratione officij Vicariatus. D Hoc autem superuacaneum fuisset apponere, si collata facultas,ad prædictos casus Bullæ non extenderetur.

Adde,ꝙ Episcopi Germaniæ,Belgiæ,Galliæ,Hispaniæ,& Orbis noui,tali facultate sic vtunt, teste Nauarro, vbi supra.

Secundum dictum.

Dico Secundò. Quòd tempore Grego. 13. ablata sine dubio fuit Episcopis talis facultas, per clausulam illam Bullæ, *cuiusuis Concilij decretum*, quidquid in hoc dicat præfatus Martinus,& ratio à priori est. Qm̃ dicta Bulla in Cęna Dñi, non solùm est pagina excõicationis,& extensionis; sed etiã decreti, reuocationis,& innouationis,prout ibidẽ in calce p̃fatus Põtifex insinuauit; & ita dñt etiam Pium V.declarasse.

Nauar.

Nauar.in cap.27.nu.260.§.7. putat, dictam Bullam solùm limitare,& derogare præfato Concilio, ne procedat in occultis,habentibus complices,& sic in manifestis. Vnde putat non esse contraria. Idem quoq; Nauar. in d.c.27.nu.275.dicit,contendi posse non esse derogatũ per Bullam Cęnę Concilij decreto, quo ad casum Heresis occulte,cùm in Con.nominatim expresè apponatur. Quamuis existimet,etiam si Papa concedat reseruatos Casus in Bulla Cenę,non concedi casum hæresis, cùm indigeat indiuidua, & speciali mentione; per tex.in cap.Frater noster,16.q.1.& 25. Antoninum 3. par.tit.24.cap.77.§.1.facultas.n.Generalis Absoluendi, non includere. Id quod specialiter nõ fuisset cõcessum,quidquid

Tertiũ dictũ Antoni.

di-

A dixerit Sotus in.4.dis.22.q.2.art.3.cōcl.5.Hęc profectò est tutior opinio,& practicata,ita Couarru.in c.Alma, de senten. excom.1.p.§.11.nu.15.Simanchas,in Inchirid.c.51.nu.4. Felinus.in c.Postu.de rescriptis.Ioā.Roxas.de Hęr.2.p.asser.39. Sotus. Couarru. Simanchas. Ioan.Roxas. Auctor Candela. Nauar.

Dico Tertiò.Quòd vr̃ restituta à Sixtò V. per alterā clausulam additā in verbis finalibus Bullæ,quæ limitāt, & restringunt illā abrogationē,videlicet nisi in illis ēt casus præsentibus letteris expressi,cōprehendantur:atqui in Decreto Cōc. Trid.dictę Ses.24.c.5.expressè hr̃.Idem,ꝙ in hæresis crimine in eodem conscientiæ foro eis tm̃, non eorum Vicarijs sit permissum. Vñ Auctor Candelabri,par. 2. nu.141.scribit, ꝙ grauissimi multi,simulq; litteratissimi Episcopi Hispaniæ ea vsi sunt,& vtuntur facultate,quam à Concil.habent absq; vlla dubitatione. Et si multa Priuilegia,& Bullę Pontificū,per hanc clausula nō sunt reuocatę,vt narrat,Candelabrū,in explanatione dicta Bullę Cęnæ,nu. 134. multo minus decretū Cōcil.Trid. Quòd si Bullę pręfatę Excōicationis, nō ab homine,sed à iure censeantur,vt Nauar.d.c.27.nu.73.& Candelab.in eius expositione, nu.130.res minorē difficultatē in fauorē Episcoporū fortasse haberet. Verùm non abs re esset rem ad Summum Pontif.Maximum Clemen.deferre,atque ab eo constantem,ac stabilem veritatem recipere.

B Vnū dicā,nobis Laureti,quò maxima Populorū multitudo cōfluit,à Patre quodā Pęnitentiario sæpè casus hæresis occultę delatos esse,quos tñ,quāuis essem ab eodem solicitatus,& rogatus, numquam volui absoluere, sed ob vicinitatem ad maximum remisi Pontificem.

Vltima Concl.Ad alendos hos sacerdotes Parochis noniter adiunctos,tenetur Episcopus prouidere ex fructibus Ecclesiæ Matricis,vel ex Parochorū redditibus,vel ēt assignata aliqua cōgrua portione ex mēsa Episcopali, nō in perpetuū, sed ad tēpus; & ex censu,& redditibus Episcopatus, quos tenetur exponere in huiusmodi necessitatibus spūalibus subditorū;Imò ēt in necessitatibus corporalibus eorumdē,vt piè, & egregiè docet Bagn.2. 2.q.32.ar.6.dub.vlt.& q.33.artic.3. dub.4.Et est expressa doctr.D.Tho.2.2.q.188.arti.4. ad 4.Vbi hēt:*si tamen nō inuenirentur,qui gratis huiusmodi se obsequijs māciparent,tenerētur Ordinarij Prælati,si ipsi nō sufficerēt,per alios ad hoc idoneos quærere,quibus sumptus ipsi ministrarent.* Hęc S.Tho.Portio quoq; à Populo dāda esset,qn̄ alia ratione hmōi sumptus haberi nō posset,iuxta Decretū Cōc.Trid.c.4. Ses.21.de reformatione,& iuxta capitulū ad audientiā,extra de Ecclesijs ædificandis; Et per hæc patet solutio ad obiecta. Vltima Conclusio. Tempore vrgentis pestis vnde sacerdotes ministrantes infectis viuere debeant. Bañes. D. Tho. Concil.Trid.

QVAESTIO VII.

In hac quæstione quædam dubia soluenda sunt, quæ curiosam interrogationem continent aliquorum, quæ faciunt ad hanc materiam.

PRIMVM DVBIVM.

Ratio dubij.

Si Deus immittit pestilentiã per secundas causas, & per influxus, & constellationes naturales stellarum causatur, quid rogat Ecclesia dum præcatur, vt hæc flagella auertantur? Rogat ne, vt fiat aliquod miraculum, vel dispositio rerum aliquo modo mutetur?

Nota discursum auctoris

ILLVD vnum notãdum in primis est, & certò de fide tenendum, à primo mundi exordio opificem maximum Deum, primo mobili, reliquisq; Inferioribus orbibus (applicatis Intelligentijs) continuum motũ, cursũq; tribuisse, & planetis astrisq; omnibus virtutẽ talem præbuisse ad sublunaria generãda, vt suo motu, & lumine, (teste Philosopho) in hæc inferiora agerent, & influerent, Vt sic *Sol, & homo generarent hominem*; & varijs cęlorũ, astrorumq; influxibus descendentibus, multa (præuia corruptione) in aere, ac terra generarentur. Cùm aũt hoc vniuersi perfectio poscat, vt causæ omnes pro sua cuiusq; natura, virtute sibi à Deo cõicata operẽtur fit, vt Deus singulis causis secundis admodum suæ proprię naturæ operari concedat, licet multoties cursum, operationemq; earum impediuerit; vt accidit in Sole, tempore Iosue, & in igne fornacis Babilonicæ; Vbi pueros tres, Sidrac. 5. Misach. & Abdenago, Domino benedicentes nullo modo infestauit, nec quicquam molestiæ intulit. D

Aristo.

Multocies Deus impedinit cursum secundarum causarum.

Nota.

Natura inferiori subiecta, & qũo. Dęmoni subduntur naturalia inferiora quoad motum localẽ.

Notandũ præterea est, vt docet D. Tho. 1. p. q. 110. arti. 3. in cor. & Henric. de Asia, super Genes. q; natura inferior est superiori subiecta, & ab ea attingitur. Vñ cùm corporalia omnia inferiora materialia sint, Dæmon verò spiritualis, altiorisque naturæ, fit vt ei subdantur, quoad localem motum, ita, vt

A ita, vt etiam in distans suo intellectu, & voluntate possit mouere corpora, & secundùm partem extra naturalem statum depellere. Cùm autem (his omnibus ei subiectis) sciat naturalia omnia; sequitur, vt vario modo particularia actiua, singularibus etiam passiuis coniungens, efficiat multa visu mirabilia, quæ miracula hominibus videantur. Sic fuit factum illud serpentum Ægyptiorum, vt ait Augustinus, libro tertio de Trinitate, ca. 8. & 9. Tom. 4. Quia enim serpentes, ranæ, mures, pediculi, pulices, & huiusmodi effectus alij per transmutationes corporalium rerum, & per naturales virtutes in herbis, aquis, alijsq; rebus residētes fieri possunt, & fiant: Dæmones harum omnium virtutum, & herbarum, (vt puta naturalium) cognitores, semina in elementis, mundique plantis latentia multis modis miscentes, effecerunt serpentes, & coram Pharaone proiecerunt.

Demon cū sciat virtutes rerum naturaliū multoties iungēs actiua passiuis videt miraculosa facere.

Quomodo fuit illud factum serpentum Pharaonis. D. August.

Et quia in potestate etiam Dœmonum est, commouere, (vt diximus) materialia hæc, & in ipsa influere immediatè alteratiuas qualitates scilicet, caliditatem, & frigiditatem, humiditatem, & siccitatem: similiter etiam qualitates localiter motiuas, vt sunt impetus, impulsus, & similia: sequitur, vt subitò tempestates suscitent, & multa in aëre putrefacientes, contagionem, luem, pestemque magnam efficiant.

In demonis potestate est influere immediatè alteratiuas qualitates.

Demon quomodo causet tempestates.

B Quod cùm Ecclesia sciat, Dominum enixè precatur, vt à populo hanc repellat plagam, & antiqui humani generis hostis, & insidiantis serpentis nequitiam reprimat, ne amplius per orbem mala immittat, vel aeris nos infecta putredine infestet.

Quid intēdit Ecclesia, dū rogat, vt tempestates sedētur.

Nec pijs mentibus illud erit consideratu iniucundum, quòd Ecclesia, dum Deum, vt pestem auertat precatur; nil aliud postulat, nisi vt Dominus sua nostra corda gratia feriat, & à peccati somno speciali concursu, ac motione excitet. Quandoque enim in scriptura causa pro effectu accipitur, vt est illud Aposto. *Ipse enim spiritus postulat in nobis gemitibus, inenarrabilibus*, idest ipse spiritus facit, & est causa, vt nos gemitibus inenarrabilibus postulemus. Pari etiam modo, cùm mala omnia pœnæ, scilicet infirmitates, pestis, fames, bella, inundationes, & similia propter peccatum (vtpote eius stipendia) nobis eueniant, vt in nostro Pastorali ad Clerum, & populum nostrum scripto prolixius explicuimus; dum rogat Ecclesia, pestem, & alia mala auerti, aliud sanè non orat, nisi, vt Dominus suæ claritatis, gratiæque lumine mentis nostræ oculos illuminet;

Nota pro cōcionatoribus

Quandoque in scriptura causa pro effectu sumit.

Pauli dictum quomodo intelligatur.

Fames, bella, & multa alia eueniunt propter peccata

Vide litterā Pastoralē Auctoris.

vt sic visis, cognitis detestatisque peccatis, conuertamur ad Dominum Deum nostrum, *qui pius, & misericors est*. Quò fiet, vt quæ nobis pro peccatis mala euenerunt, noua eorum displicentia, & contritione misericorditer à Domino liberemur. Vnde subdit Ecclesia. *Vt mortalium corda cognoscant, & te indignante, talia flagella prodire, & te miserante cessare.* C

Ioel. 2.

Libet hoc in loco concinnam D. Basilij sententiam ex Homilia in diuites super illa verba scripturæ: *In fame, & squallore*, sententiam referre. Ex qua euidentissimum fiet, peccata Populorum famis, morborum, ac aliorum malorum potissimam esse causam. Eius verba hæc sunt.

Aurea D. Basylij senteñtia Notanda.

Cœlum nunc fratres dilectissimi videmus solidum, nudum, ac sine nubibus, serenitate sua, & puritate nos contristans, quam antea iam desiderauimus, quando profundis coopertum nubibus, & procellosos nos reddebat, & sole priuabat. Terra verò iam exsiccata, ad extremum aspectu est horrida, & ad agriculturam sterilis, & infœcunda; deinde ob siccitatem scissa, hiatus patefecit maximos, vt in imis visceribus solis excipiat radios; fontes plurimi, & perennes nos deseruerunt. D *Fluminum quoque magnorum cursus desierunt. Minutissimi paruuli pedes illos permeant, & mulieres onustæ totos penetrant, & transeunt; nostrorum multos potu quoque destituit; ac demum in magnam nos Deus viuendi difficultatem constituit. Israelitæ noui, Mosen quærentes nouum, bacculumque illum prodigiorum productorem desiderant, vt rursus dirupta petræ vsum sitienti Populo præbeant. Nubes quoque subitæ, & admirabiles inauditum mannæ cibum mortalibus irrorent. Timendum sanè nobis, ne malorum exemplum in famis calamitate posteris nostris existamus. Vidi campos steriles, & arctia rura dudum sine fructibus, lachrymansq; mæstas edidit querelas, quòd pluuia nobis nulla data est, ex quo nec sata nascuntur, & eodem modo, quo ea aratrum occultauit, permanent. Aut si fortè nata, statim tenera, æstu sunt assumpta adeò, vt pulcherrè illud Euangelicum conuerti possit, operarij quidem multi, messis verò pauca. Coloni per Campos sedent, manibus genua complexi, qui habitus lugentis est, & aruorũ tristi aspectu conterri, suos bonumq; labores perditum iri vehementer dolent, ac lachrymantur. Mox tenues, & aridos germinum calamos considerantes, atq; attrectantes, ad natos, & vxores sese vertunt, ac miseros adunt vlulatus haud aliter, quàm si eos ætate florida raptos efferrent. Dicatur igitur, & ad nos ab ipso Propheta, cuius paulò antè initio sermonis mentionem fecimus.*

Campi steriles, eo quod nõ venit pluuia.

Mirabilis siccitatis descriptio.

Maritorũ gemitus, vxores & paruulos suos vidẽtes tempore penuriæ, & famis.

mus.

A *mus. Et ego,* (inquit) *trium mensium pluuiam ante vindemiam tempus à vobis prohibebo, & pluam super Ciuitatem vnam, & super Ciuitatem vnam non pluam; & pars vna inundabitur, & pars altera, superquam non pluam, arescet. Conuenient duæ, aut tres Ciuitates vt bibant aquam, & non implebuntur, quoniam non conuersi estis ad me ait Dominus. Discamus igitur ex his verbis quòd ob auersionem nostram, ac negligentiam, has nobis calamitates inflixit Deus, non extinguere nos quærens, sed emendare, castigareque cupiens, more piorum patrum erga desides, & iuniores filios; qui irascuntur quidem, & excitantur erga adolescentes suos, non mali aliquid eis facturi, sed officiosa castigatione ex ignauis diligentes reddituri. Aspicite quæso nunc, quemadmodum nostrorum pondus peccatorum, anni temporumque naturas mutauerit; statutasque semel rerum formas in aliena temperamenta, nouasque mixturas deduxerit. Hyems solitum humorem cum sicco non retinuit, sed in glaciem tota abijt, niuis, & imbris penitus expers. Vernum tempus, alteram quidem sui officij partem ostendit, caliditatem dico, humiditatem verò nullam illi coniunxit. Aestus verò immensus, & frigora naturæ leges prætereuntia, ac in nos, damnumque nostrorum coniurata, mortales ad victus, vitæque simul trahunt discri-*

Deus more piorum patrũ nos castigat, & punit.

B *mina. Quæ igitur fratres charissimi, huius tantæ confusionis, contrarietatisque causa, vnde talis rerum, temporumque nouatio vestigemus aliquantulum mente, rationeque vtentes, diligenter pensitemus. An non est, qui cuncta gubernet? An optimus opifex Deus dispensationis suæ oblitus est? An virtutem, ac potentiam suam amisit? Aut eadem quidem est adhuc potentia præditus, in austeritatem verò mutatus excellentem suam erga nos bonitatem, & prouidentiam in odium humani generis conuertit? Nemo profectò sapiens hoc dicet. Sed illæ potius sunt causæ, cur nobis consueta gubernatio sublata sit; quòd cùm ex Deo accipiamus, alijs non damus. Beneficentiam laudamus, nos hac carentes, egentes desumus: serui existentes liberamur, & conseruis non miseramur. Esurientes nutrimur, Inopibus alimenta negamus. Cùm indeficientem, promum, ac thesaurarium Deum habeamus, erga pauperes præparci, ac tenaces sumus. Ouium gregem fœtura implet, opibus verò nudos plures esse sinimus. Graues rerum apothecas, & cellas habemus; his autem carentes nequaquam respicimus. Hac igitur de causa minatur nobis iustum Dei iudicium, hac de causa Deus omnipotens manum non aperit; quoniam fraternitatis charitatem occlusimus.*

Cur nobis mala Eueniant.

Deus nobis multocies cibum negat, quoniam nos cibũ, & potũ suis pauperibus denegamus.

mus: Ob hoc & campi steriles, quoniam charitas friguit; supplicantium vox frustra clamat, & in aera euanescit, ac dissipatur. Nam & nos rogantes minimè audimus. Sed quæso, quales sunt nostræ preces? Qualis oratio? Viri præter paucos mercaturis vacant; vxores ipsorũ ad officium mammonæ sunt. Pauci admodum mecum ad orandum relinquuntur, & hi tædio affecti, oscitantesque, ac continuò huc, illuc se vertentes, denique obseruantes, quando is qui Psalmos canit, versus expleat, ut tanquam è vinculis, ac aliqua custodia è templo liberemur. Pueri autem parui, quid ex hac calamitate publica degustant? Qui libellos in scholis relinquentes, & nobiscum conclamantes, remissionem potius, ac vacationẽ à discendi labore nostram communem tristitiam existimant, & cura se aliquantulum assiduitateque studij leuari, & in libertatem venire propterea putant. Adultorum verò hominum multitudo, ac vulgus peccatis obnoxium per vrbem remissi, ac temere discurrunt, gaudentes, & hilares, qui horum causa malorum in proprijs gerunt animabus, calamitatemque hanc ipsi nobis excitant, & causant. Infantes postremò, insontes, & minimè sitientes, ad confessionem in templo conueniunt, nec causam dant ipsi de rebus tristibus, neque rursus ab ijs nos liberare valent, cùm nullam facultatem, notitiamque orandi Deum habeant. Tu in medium prodi. Tu, inquam, peccatis oneratus humi procidens clama, suspira. Mitte infantes, quæ dat ætas puerilia facere. Quisnam orans, aut supplex lachrymam ex ore mittit, vt imbrem terris tempestiuum prouocet? Quis scelera relinquens Sanctum Dauid imitatur, qui quæstubus, ac lachrymis stratum rigauit? Quis hospitum lauit pedes, aut puluere ex itinere adspersum abstersit, vt in hac siccitatis calamitate Deum exorare valeat? Quis Orphanum aliquem paruulum pauit, vt & nobis Dominus frugem telluris aleret, velut Orphanum ventorum intemperantia percussum? Quis Viduæ victus difficultate afflictæ opitulatur, vt alimenta frugum necessaria recipiat? Scinde libellum æris alieni iniastum, vt sic peccatum soluatur. Dele grauissimorum fœnorum nomina, vt terra solitum tibi fœnus reddat. Aere namque, & auro, ac similibus fœcundis metallis præter naturam fœtus edentibus iure germina, quæ naturaliter pariunt, sterilia fiunt, & ad habitantium mulctam, fructibus carent. Nunc igitur ij, qui auaritiam tanto studio colunt, & opibus plus æquo inuigilant, ostendant nobis quid ualeant ipsorum thesauri, quæ sit illorum utilitas: siquidem supplicium hoc Deus longius protracturus sit,

Pauci sunt orationibus vacantes.

Sacerdotes, & qui in choro Psalmos canunt, reprehenduntur.

Peccatores reprehenduntur.

A *quos omnes ueolciter auri, quod cumulant, pallidiores videas: si pane, qui ob paratam, promptamque copiam heri ab illis, & hodie contemni solet, careant. Fac enim, ne ueneat Annona, ne in apothecis frumentum sit, Quid tibi marsupium ære grauissimum proderit? Non ne cum illo peribis? Non ne aurum tuum terra est, & inutile lutum, cum corpore luto, & ipso sine usu iacebit? omnia possides, sed uno, & hoc necessario. cares, facultate uidelicet te ipsum nutriendi. Fac cum tuis opibus omnibus, ut unam excites nubeculam, ut modicus imber è cælo descendat. ut terra fructus coacta reddat. Solue, inquam, si potes, insolentibus tuis facultatibus hanc communem calamitatem. Forsan aduocabis aliquem Piorum, qui precibus, ut Helias Thesbites fecit, calamitatis huius molestiam tollat, qui sit homo inops, pallidulus, sine calceis, sine cubili, sine domo, tantùm melòta contentus, precibus, ac supplicationibus pro cibo, continentia uerò pro contubernali utens. Cùm in verisimilis auxilium te sit opus incidere non ne multo risu tot diuitiarum tuarum curas persequeris? Num aurum nō conspues, & argentum, ut stercus eijcies? quod antea omnipotens, ac iucundissimum uocas humanis usibus subuenire omnino putaueras? sed scias illud contra te instare, teque accusare, ac horum malorum causam dicere, eò quòd se possidēs non rectè dispensaueris, aut erogaueris, quòd esurientes præte-*

Deficiente Annona, nihil ualet marsupium auro plenum.

Elecmosina comendatur.

B *rieris, quòd afflictos non respexeris, quòd rogantes non sis miseratus. Perpaucos enim mala, erumnæq́, ad uniuersum Populū sæpè perueniunt, & unius ob noxam tota quandoq́, gens euertitur. Achar sacrilegium admisit, ac totus est afflictus exercitus. Zambri cum scorto Madianitide cōcubuit, ac Israel pœnas dedit. Igitur filij charissimi, omnes priuatim, ac publicè nostras conscientias examinemus; præsenti siccitate, ueluti pedagogo cuipiam unumquemq́, nostrum proprij delicti admonenti attendamus. Dicamus & nos sensatè cum Beato Iob. Manus Domini est, quæ tetigit me. Potissimum autem calamitatem hanc proprijs peccatis adscribamus.* Et infra. *Quis (dic mihi) prohibet hanc, quam admiraris siccitatem non potius esse orbis incendium, ac conflagrationem? Solem insuper à via solita errātem, et terrenis propinquātem corporibus omnia cremare? Ignē denique de cœlo descendentem, mortales omnes ob eorum scelera iurè punire. Quamobrem te homo, te inquam considera, tuāque pensita conscientiam. Nec pueris sub pedagogo constitutis similis fias, qui castigatione irati scindunt libellos; patri uerò consulenti, ac cibum perhibenti, uestem conscerpunt, uel matris ora unguibus petunt. Nam, & nauclerum tempestas, et Athletam stadium, et ducem pugna, magnanimum calamitas, christianū uerò*

Aureum dictum de tentatione.

uerò tentatio probat, et examinat. Res tristes animam, ut ignis aurum arguunt. Et infra. *Tu bonus, ac benignus, quod tibi superest, adijcias, ubi deest. Ne uerere ex paruo dare. Ne tuum commodum communi præponas periculo. Si enim unus tantũ sit tibi panis, ad fores autem rogator adsit, deprome illum. Dãs uerò, manus in cœlũ tolle, dicq́ miserabilia hæc, et benigna uerba. Vnum hunc panem habeo, quem uides Domine, et occasio periculi est; ast præceptum tuum mihi propono, et de modico do fratri esurienti. Da et tu Domine, periclitanti seruo tuo.* Et infra. *Esurientis morbus fames, inquam miserabilis est afflictio. Humanarum calamitatum caput est fames, cuiusuis mortis genere duriorem adferens finem. In alijs namq́ periculis, uel ensis cuspide citò interibis, uel ignis impetus breuiter uitam extinguit, aut ferarum dentibus membra statim discerpta intereũt, quæ quidem dolorem morienti minimè protrahunt. At famis diuturnius malum, ocius torquet, lentius tabefacit, sensim occidit. Naturalem namq; humorem absumit, calorem refrigerat, innatam, ac uegetam corporis habitudinem deterit, vires paulatim debilitat, ossibus caro uelut aranearum tela cohæret. Coloris flos, sanguine deficiente, refriget. Albedinis splendor è summo corpore discedit, et pallor, ac liuor insurgit. Genua infirma, ac per uim tracta conspiciuntur. Vox tenuis, et imbeccillis. Oculi infirmi in suis cauis non secus thecis reconditi, quàm in putaminibus nuces uisuntur. Ossa tamẽ pelle operta. Venter uacuus, & collapsus tumore, uiscerumq; solita productionẽ caret; ac dorsi tantum ossibus sustentatur, et hæret. Igitur faciem hanc corporis miseram, qui coniuens præterit, quali dignus erit pœna? Quod crudelitatis genus prosequi dicetur? Quomodo inter immanissimas feras non connumerari, ut execrandus, ac hominum interfector dignus erit? Qui enim morbo periculoso, si liceat, non occurrit eadem qua ille, qui sibi ipsi manus infert, pœna damnabitur. Quid fames non cogit? Naturæ legis sæpè peruertere, ac trãsgredi multis suadet, et hominum corporibus, uel propinquorum uesci. Matrem, quem peperit natum impulit in uentrem malè recondere. Quam tragediam iudaica commemorat historia, à Ioseph graui auctore conscripta, quando uidelicet diræ calamitates Ierosolymitanos pœnas iustas propter impietatem in Deum dantes, apprehenderunt. Quantùm denique cœteræ antecellat charitati esurientem pascere, ex ipso Conseruatore conspice, qui cùm alia sæpè prætereat humana incommoda, esurientes rẽspiciens: misericordia moueor, inquit, super turbã hanc. Idcirco in extremo Iudicio ubi iustos alloquitur ordine primus: & ut cœteris honoratior, qui pauperem nutrit, accersitur*

Eleemosyna commendatur.

Fames est caput humanarum calamitatum.

Fames describitur, & uerbis pulcherrimis eius incõmoda demõstrantur.

Propter famẽ sæpe naturæ leges peruertũtur.

Nota crudelitatem maternam tempore famis.

Iosephus.

Christus de operibus charitatis, & pauperum subuẽtione in die Iudicij exquiret.

A *tur. Qui panem administrauit, ante omnes promouetur: liberalis denique præ cœteris in uitam præmittitur.* Et infra.

Vereamur, atque immitemur Græcorũ humanum uiuendi modum. Apud nonnullos illorum humana consuetudo unam mensam, communem alimoniam, domum unam, frequentem propè populum constituit. Sed externa dimittamus. & tria illa millia epulo piscium à Domino excepta præcipuè nobis succurrant. Denique cœtum Christianorum primum illum æmulemur; quibus ab initio communia erant omnia, uita, anima, concordia, mensa item communis, fraternitas indiscreta, charitas non ficta, multa simul corpora unum faciens, diuersasq; animas in unam concilians uoluntatem. Multa (si quæres) alia exẽpla utriusq; testamenti, quæ sunt ad fraternam dilectionẽ imitandam, reperies. Si senem esurientem uideris, fac nutrias, ut Ioseph Iacob. Si inimico occurras afflicto, parce iræ, ne expellas vindictæ cupidus, sed potius nutrias, ut ille quondam fratres, à quibus uenditus fuit. Cùm in iuniorem incideris egentem, funde lachrymas, ut ille super Beniamin fratre, senectutis filio. Quod si fortè te Auaritia, ut Regina illa Aegyptia Ioseph tẽtauerit, sciderit quoq; tibi uestem in mandatum diuinum contẽnas, ut se, aurum, ac res terrenas amantem, contra Domini tui præceptum amplectare, ubi cogitatio subierit præcepto Domini B *repugnans, animumq; sobrium ad Auaritiam impellens, & ad negligendam fraternam dilectionem cogens, atq; ad se cohibens, rumpe & tu illius uestem, reiq; indignitate motus secede, Domino fidem serua, ut ille Putipharo seruauit. Necessaria cibaria uno anno distribue, ut idem per annos septem. Ne cuncta uoluptati tribuas, nonnihil animæ tuæ reserua. Duasq; tibi puta esse filias mundanæ conuersationis, prosperitatem, & uitam cœlestem. Si meliori cuncta dare nolueris, diuide saltem ex æquo intemperanti filiæ, & modestæ, ne uidelicet præsentem uitam ita opibus, ac delicijs affluentem reddas, ut alteram inopẽ, ac laceris opertam uestibus relinquas. Vt si te oporteat in conspectum Dei nostri, ac Iudicis Iesu Christi, sponsam, formam, ac uitam secundùm uirtutem habentem uenire, noli sponsam inornatam sponso offerre, ne conspiciens, ille uultum auertat, despiciat, complexũ neget, sed eam decenti ueste ornatam nuptiarũ tempori seruabis, & unà cum cœteris prudentibus Virginibus charitatis perpetuum ignem, ac lampadam oleo continuò refertam habens, in thalamum recipiatur.*

Græci multi, unam tantũ inter se mensam faciebãt.

In primitiua Ecclesia omnia erãt communia.

Nota pro concionatoribus.

Hæc, & alia perpulchra hoc in loco Basilius. similem sententiam scribit, in enarratione noni capitis Esaiæ, explanans illa uerba. *Et populus non est conuersus, donec percussus est, &*

Do-

Dominum exercituum non quæsiuit. Quod ut(inquit)*Inimici Dei hisce flagris conscisi nondum compuncti sint, non dum etiam auersus est furor eius; sed adhuc manus eius facultas animaduertendi in facinorosos erecta est, & elata in eos, quos nihil pœnitet malitiæ, & malignitatis, quas gesserunt. Quia igitur Populus hic non sermone, sed plagarum irrogatione sanatur, scriptum est. Et omnis Populus non est conuersus, nisi plagis impositis. Quò fit, ut talibus necessariæ sint, & utiles plagæ. Nemo igitur se anxio labore torqueat in inquirẽdis causis afflictionum, & molestiarum; puta quã ob causam terra squaleat siccitate, cur uis imbrium, ac redundantis pluuiæ cœlo delabitur, ut quid plena terroris fulmina, quæ ex causa ex aere sidũt grandines. Nostri causa hæc inuehuntur, qui retinemus cor impœnitens, nec nisi plagis prius eruditi conuertimur.* Hæc ille.

SECVNDVM DVBIVM.

An tempore pestis, Ludus alearum sit licitus Clericis?

Sententia Caieta.

CAietanus 2.2.quæst.168.artic.3.dicit, quòd Clerici tempore pestis possunt ludere recreationis gratia, ubi sunt soliti sine scandalo ad chartas, uel tabellas, uel aleas, uel taxillos, seu datos, nec ob id ullum crimen incurrere. Idem in sua summula uerb. Clericorum peccata, ubi generalem regulam statuit, quòd transgressio præceptorum positiui iuris etiamsi sub pœna excommunicationis prohibeantur, non sit eius sententia peccatum mortale, si temeritas, si contumacia si contemptus desit, nisi consequatur graue scandalum, aut malum exemplum, aut aliquod peccatum iure Diuino prohibitum, uel nisi irregularitas, uel maior excommunicatio ex actu prohibito incurratur, quamuis huiusmodi transgressiones multa peccata uenialia etiam grauia complectantur; & addit, quòd propter huiusmodi transgressiones nemo incurrit pœnam excommunicationis etiam ferendę sententiæ, nisi monitus à suo Iudice contumax fuerit.

Dictum Caietani. Armilla. Doctrina Caietani nimis est laxa. Nauarrus.

Vltimò dicit, quòd illa sola præcepta obligant ad mortale; quorum transgressio contra charitatem est. Idem Armilla uerb. ludus, num.3.& uerb. Clericus, num.11. Hæc doctrina Caietani non placet Nauarro in capit.25.sui manualis num. 111. Videtur enim ei nimis laxa, & benè. Quocirca hic tria breuiter uidenda sunt.

Primum, An ludus alearum Clerico sit mortale peccatum.

A Secundum. An tempore pestis, uel ægritudinis ita excusetur Clericus, ut possit licitè ludere.

Tertium. An lex humana præceptiua semper obliget ad mortale.

Circa primum dicimus. Quòd cùm ludus ex sui natura, sit actus principaliter factus ad animi recreationem, in quo iucunditas, & delectatio animalis, seu animæ quies intenditur, per uoluptatem exteriorum actuum, ut optimè Arist. 4. Ethic. & S. Thom. 2. 2. quæst. 168. artic. 2. potest esse bonus, & malus. Bonus si fiat ad honestam animi recreationem, semota omni circumstantia mala, ex cuius frequentatione habitus, & consuetudo honestè ludendi gignitur, quæ à Philos. loco citato Eutrapelia uocatur; cuius ꝓprius actus est, ut benè conuertat aliqua dicta, uel facta in solatium, & habet sua extrema, excessum uidelicet, & defectum inordinatum ludendi, ut ibidem S. Tho. artic. 3. & 4. Malus est, qui lege uetatur, uel circumstantia mala uestitur, & ex suo genere, ut plurimũ peccatum ueniale est; mortale uerò, dùm cõsistit in turpibus, uel in iniustis, & in irreligiosis actionibus, uel ex tali circũstantia mortiferam malitiam induat. Et quamuis ex septem circumstantijs ludus censeatur malus scilicet, ex fine, loco,

Ludus ad qd inuentus.

Arist.

D. Thom.

Ludus potest esse bonus & malus.

D. Tho.

B qualitate, tempore, modo, abusu, & persona, ut optimè Caietanus, & Armill. locis citatis; non tamen semper ex his ludus sortitur naturam peccati mortalis ut egregiè Nauar. in manuali, capit. 20. num. 3. Quamquam enim fiat ludus cũ animo principaliter lucrandi aliquid notabile ab eo, qui donare potest, uel si fiat cum uehementi appetitu, & auiditate ludendi; uel etiam in loco, seu tempore sacro, (nisi specialiter talis ludus prohibeatur: uel si fiat à persona clericatu sacro insignita, ut dicimus) non ideò semper erit crimen mortale. Vt autem (in quo sistit difficultas) cognoscatur, quando persona Ecclesiastica mortaliter peccet ad chartas ludendo, pono has Conclusiones.

Ludus ex septem circunstãtijs censetur malus.

Caiet.

Armil.

Nauar.

Ludus non semper est peccatũ mortale.

Prima Conclusio. Absolutè loquendo (supposita lege Canonica prohibente,) ludere ad chartas, uel cum taxillis, aut *a tre dati*, Clerico est peccatum mortale. Hanc teneo cum Nauarro dicto capit. 20. num. 9. & syluës. Verb. ludus §. 4. & Adriano, & Ioan. Maio. à Nauar. citatis, & Panorm. cap. Clerici, de uita, & honest. Cleri. & cap. 1. & sec. de postul. Idem asserit Turrecrem. commet. capit. 1. distin. 35. & Hostien. in summa, & Glossa dicto capit. Clerici uerb. aleas, Et probatur conclusio ratione. Quoniam præfati sic ludentes transgrediuntur legem Canonicam iustam, & honestam, ut habetur

Prima Conclusio.

Quando Clericus ludens peccat mortaliter.

Nauar.

Syluest.

Adria.

Ioan. Ma.

Panormi.

Turrecrem.

Hostien.

Glosa.

Probatur Cõclusio.

in

in d.cap.1.distin.35.& capit.Inter Dilectos, de excessib.Prælatorum, & dicto cap. Clerici, de uita, & honest.Cleric. Et quoniam pœnę grauissimæ depositionis uidelicet ab officio, uel beneficio, & excommunicationis comminantur, nemini dubium esse debet, quòd peccatum mortale sit illarum transgressio, ut doctè Raymundus apud syluest. loco citato, uerb. ludus, §. 4. asserens, quòd dictæ pœnæ, non inferuntur nisi pro mortali. C

Raymundus.

Con. Tri. prohibet ludum cartarum, alearum, & taxillorum Clericis.

Adde, quod Conc.Trid.sess.25. de reformatione, & Ses. 24.c. 12. prohibet huiusmodi ludos Clericis, innouando etiam pęnas antiquorum Conc. Prouinciales item synodi, & Diœcesanæ, sæuiores pœnas in ludentes Clericos fulminant.

Clerici peccant etiam si ludant de bonis patrimonialibus, licet de ijs nō obligentur ad restitutionem.

Nota.

Clericus ludens parum, in secreto cubiculo ad exhilarandum infirmū, non peccat.

Raymun.

Syluest.

Puto autem cum Doct. Nauarro, quòd peccent nō solùm si ludant de bonis beneficialibus, sed etiam patrimonialibus, licet de his non obligentur ad restitutionem. Et conclusionem intelligo de Clerico in sacris constituto, uel beneficiū obtinente. Nam de his, qui minores ordines habent tantùm, ac de laicis est arbitrandum. Dixi uerò in conclusione. *Absolutè, & de genere suo*: Nam si per accidens Clericus, uel Monacus ludat uerbi gratia parùm, in secreto cubiculo ex recreatione, uel ad exhilarandum infirmum, non puto peccare ullo modo, ut sentiunt Raym. Syluest. Caiet. & Nauar. nu. 3. ubi supra. D

Secunda Cōclusio.

Clericus qui pro consuetudine habet publicè quotidie ludere ad cartas, nō est absoluendus.

Panormit.

Ratio Caietani.

Secunda Conclusio. Clericus assuetus ludere, uidelicet qui ludum ex consuetudine habet, id est, ut sæpè, uel quasi quotidie ludat ad chartas &c. uel item publicus alearum lusor, id est, qui in corona, & consessu laicorum huiusmodi lusui deseruit, sine dubio peccat mortaliter, nec est absoluendus, nisi talem statum relinquat. Est Conclusio Panormitani in dicto capit. Clerici, fundata in doctrina. D.Pauli, *Nemo militans Deo, implicet se negotijs sæcularibus*. Et patet ratione. Quia dat operam cum scandalo, & malo exemplo rei illicitę. Caiet. in d. quæst. 178. egregiam assignat rationem, dicens. Clerici si verè deseruirent aleæ, iam contemptores essent legis, quam ab rogatam, quoad illos non puto, sed magis renouatam, & extensam in d.cap. Clerici officia, extra, de Vita, & honestate Clericorum. Nec huiusmodi cēsendus est ullo pacto ex recreatione ludere, sed ex vitio, malo habitu, & praua consuetudine, ut laici; quemadmodum, ille qui non modicum quid, sed magnam quantitatem ludo exponit, non ex recreatione, sed ex cupiditate ludere iudicandus est. Syluest. uerb. ludus, nu. 14. in fine.

Tertia Conclusio.

Clericus spectator publicus ludi cartarum. l. taxillorum, peccat mortaliter ꝓpter scandalum.

Tertia Conclusio. Clericus publicus spectator ludi taxillorum,

A rum,& chartarum,etiamsi actu non ludat,peccat mortaliter propter scandalum,& malũ exemplum. Verbi gratia, ubi habentur baractarię, uel circuli in domibus, uel in plateis ad ludendum,Clericus non debet interesse,sed aufugere. Et si notabiliter ac multo tempore ibi maneret,committit in legem, ex dicto Nauarri,ubi supra,& allegat d.capit.Clerici,de uita, & honest.Cleri.& Autentica interdicimus,C.de Episcopis, & Clericis, ubi præcipitur, quòd Clericus inspector ludi, tribus annis ab altaris ministerio reijciatur, & in Monasterio recludatur; quod non currit si paruo tempore inspiciat, per ea quæ dicit S.Tho.1.2.quæst.88.artic.5.& 6.& 2.2.quæst. 3.art.5.& quæst.59.artic.4.& S. Antonin.2.par.titu.4.capit.5. §.7.& 8.Et Adria.quodli.8.& Nauar.in eod.loco. D. Thom. D.Antoni. Adria.

Quarta Conclusio. Clericus si ex recreatione ludat quid paruum,ita tamen affectu, & animo delectetur eo ludo,ut si esset etiam mortalis, uel in magna quantitate eo delectaretur,peccat mortaliter. Ita Nauar. ibidem cap.20.num.14.& Gabr.4.distin.15. quæst.11. artic.3. dubio 3. & propter animi præparationem,clara est Conclusio. Vnde,qui minimã quantitatem pecuniæ ad ludum sæpius assumunt, illumq; ter & quater per hebdomadam repetunt; quoniam conuincuntur, prædictum prauum affectum habere,puto esse in statu pecca-B ti mortalis. Quarta Conclusio. Nauar. Gabri. Nota.

Quinta Conclusio.Si pręsentia,aut Auctoritas magni Clerici,puta Abbatis,Archidiaconi,Episcopi,vel Cardinalis,seu Vicarij esset causa, quòd ludo mortali ludatur; id est, quòd chartarum ludus continuetur multò tempore,uel quòd quotidie frequentetur à Clericis,illi peccant mortaliter absq; dubio,ut ait Nauar.capit.20.num.14. argum. Glos. singu. Cle. Archiepiscopo,de priuilegijs.Et maximè ueritatẽ habet Cõclusio,quando quis ex officio prohibere debet,& non prohibet,sed approbat,uel dissimulat,ut ait Angelus,uerb.ludus,§. 6.& Nauar.ibidem. Quinta Conclusio. Si præsentia, & auctoritas alicuius magni Clerici est in causa, ut ludatur ludo uetito, talis persona grauis nisi id impediat,peccat mortaliter. Nauar. Glos. Angel. Nauar.

Circa secundum, dico.Quòd tempore pestis,uel contagiosæ, & grauis ægritudinis in Populis,nullo pacto licet Clerico,præsertim Curato ludere præfatis prohibitis ludis,neque ex recreatione,contra Caietanum,& ratio est.Quoniam circunstantia illa, quòd quis laboret peste,& ludat ex recreatione, implicat, cùm illud sit tempus orationum,& pœnitẽtiæ, & sicut non licet huiusmodi ludis ludere existente in periculo mortis,sine uitio saltem grauis peccati uenialis; ita nec tempore pestis. Clericus enim uel erit peste infectus, uel sanus, si peste affectus, debet saluti Animæ suæ incumbere,& Tempore pestis nullo modo licet Clerici ludere pro hibitis ludis, neque ob recreationem pręsertim Curato contra Caiet. Ratio dicti.

con-

contritioni; si sanus debet alijs officia pia, & opera misericor- C
diæ exercere. Vnde puto saltem grauissimum ueniale committere.

Caietanus pũgitur ab Auctore.

Nec dicat Caietanus, quòd ubi soliti sunt Clerici ludere, consuetudo abusum excusat. Hoc enim est addere malum malo; nec abusus sunt confirmandi, sed extirpandi, præsertim cùm ad animi recreationem, honestiores ludi, quorum infinitus est numerus, Clericis non desint.

Nota ex Caietano quando sit Clerico mortale, uel ueniale ludere.

Addit unum Caietanus, quòd ex læuitate, & sine scandalo Clericis ludere, ueniale est, nisi ex natura actus, qui assumitur in ludo repugnet Clerico, ut assumere arma, laruas, & huiusmodi; tunc enim iuxta speciem, & repugnantiam actuum assumptorum ad ludum, iudicandum est de mortali, uel ueniali, an inducat contemptum interpretatiuum Clericalis dignitatis, & Canonicæ legis. Ex hac enim eius doctrina sequitur, quòd cùm natura actus, qui assumitur in ludo chartarum, & taxillorũ repugnet Clericali dignitati, & Canonicæ legi, quòd talis ludus ex se Clerico sit illicitus.

Circa Tertium. Quoniam materiam de lege præceptiua, quando obliget sub peccato mortali, memini me in quodã D
responso pertractasse copiosè dum in Vaticana Petri Basilica Theologum agerem; & nactus occasionem Capitulo, & Canonicis consilium darem, placuit mihi, doctrinæ gratia illud hoc in loco inserere, in quo resolutio illius articuli satis plenè continetur.

DIGRESSIO.

An licitè, ac salua conscientia, recedere ualeant Canonici à seruitij formula à Sanctissimi Vicario, Capitulis de Vrbe demandata?

Inseruire altari est de iure Diuino, & naturali.

Hæb. 7.

Ante omnia accipiendum est, Canonicos Ecclesiæ, & altari inseruire, Diuino, ac naturali iure teneri. Diuino quidem, tum quòd Clerici in locum leuitarum, à quibus in templo Dei mysteria Diuino iussu explebãtur, successerunt. capit. Translato de consti. & est D. Pauli ad Hebræos capit. 7. & can. Cleros 21. distinctione; tum etiam quoniam apertissimè hoc nobis Dominus significat. Deut. 19. & apud Apost. 1. Corint. 9. & 1. Thimot. 5. Vbi scribitur, quòd, *Qui de sacrario, & altari edunt, sacrario, & altari seruiant*, quemadmodum, qui uiuit de Euangelio Euangelizare debet, quia merces debetur operario. Luc. & Marc. 10.

Deut. 19.
1. Cor 9.
1. Timoth. 5.
Lucæ 10.
Mar. 10.

Adde,

A Adde, quòd cùm cultus Dei in Ecclesijs, & templis de iure Diuino sit, & Ministri Ecclesiastici à Christo Domino instituti sint, vt definit Concilium Triden. Sess. 23. capi. 2. & 4. & can. 6. sequitur euidenter, quòd ministerijs, functionibusvè sacri altaris incumbere Diuino obligantur præcepto, aliàs frustra instituti essent.

Cultus Dei in Ecclesijs, & templis est de iure diuino. Concil. Trid.

Quòd autem naturali quoque Iure ad id teneantur, facile est demonstrare, primò. Quia labor, & præmium, opus, & merces correlatiua sunt. Quisquis igitur mercedem accipit, laborare diuina Iustitia deuincitur. Nam vt habetur Clement. 1. de cens. & exact. *Naturæ consonum est, illos non recusare onera, qui rerum commoda complectuntur*. Et 12. q. 2. can. charitatem, & can. Ecclesiasticis ait Gregorius *Ecclesiasticis vtilitatibus desudantes, Ecclesiastica dignum est, remuneratione gaudere*. Quinimò ille qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat, etiam secundùm leges imperiales, non est ferendus. C. de caduci. tollen. l. 1. §. pro secundo, in fine, & infinitis alijs legibus, quas superuacaneum est adducere.

Secundò Probatur. Quoniam inter beneficium, & Beneficiatum, est quædam coniunctio spiritualis Matrimonij, debitum itaque sibi inuicem mutuum reddere opere pręcium B est.

Inter beneficium, & beneficiatum, est quædam coniunctio spiritualis matrimonij.

Ex his infertur, quòd Canonici; qui vel ex toto, vel ex maiori, & præcipua parte cultum diuinum, & obsequium Ecclesiæ negligunt, peccato ad mortem peccant, agentes contra Dei, & naturæ præceptum. Verùm quomodo, qua forma, quo videlicet tempore, quoties, à quibus, quid deniq; in Ecclesiasticis obsequijs peragendum sit, id Ecclesiæ, Concilijs, & Prælatis relictum est à Domino determinandum, & præscribẽdum. Sicut etiam pręceptum confitendi, ieiunandi, & obseruandi festos dies, quamuis sint de iure Diuino; tempus tamen, & modus ea adimplendi, Ecclesiæ iudicio relictum fuit. Ecclesia enim, (in qua omnia honestè, & secundùm ordinem fieri docet Paulus 1. Corint. 14.) potestatem habet cõdendi leges, quibus vniuersos obliget Christianos. A temporibus itaq; Apostolorum, à scripturis sacris cognoscitur, statas fuisse orandi horas, & tempora certa, vt Act. 3. habetur de Petro, & Ioanne *ascendentibus ad templum ad horam orationis nonam*, Et cap. 10. *Ascendit Petrus ad superiora, vt oraret circa sextam horam*. Et cap. 16. *Paulus, & Syllas adorantes media nocte, laudabant Dominum*. Quòd patribus quoq; veteris testamenti alienũ non erat, vt de Daniele, & Dauide omnibus

Corollarium

1. Cor. 14.

A tẽpore Apostolorum sunt determinatę quædã horæ ad orãdum.

Act. 3.

Actorum. 10.

Actorum, 16.

Antiqui etiã Patres horas habebãt statutas ad laudãdũ, & orandum Dominum.

nibus compertissimum est. Et quamuis primis temporibus C
ad modum coronę circa Aram concorditer psallentes fide-
les starent, vnde chorus nomen sumpsit; ab Ignatio tamen
diuinitus hac de re edocto alternatim, cantari incœptum est,
Lege quod Philo Hebręus narrat, apud Eusebium Cæsarien
sem lib. 2. Hist. Ecclesi. cap. 16. Vnde in Concil. Agaten. can.
3. & in magno Later. & in Viennen. statutum est, vt quoti-
die debitis horis officium nocturnum pariter, & diurnum
in Cathedralibus, & collegiatis Ecclesijs deuotè ab Ecclesiæ
ministris psallatur. d. 91. can. Præsbyter; can. Eleutherius, &
in Clementina prima de celebratione missarum.

Chorus, vnde nomē sūpsit. A tēpore. B. Ignatij diuinitus edocti cœptū fuit alternatim psalmos in Choro cantari. Euseb. Concil. Agathen. Concil. Late. Cōncil. Vien.

Ad verò id quod ad certam legem in Choro conueniēdi
spectat, vt an ab omnibus, & singulis Ecclesię ministris quo
tidie Chorus sit frequentandus, quamuis de iure antiquo, d.
92. can. vlt. determinatum sit, vt ad quotidianum psallendi of
ficium matutinis, & vespertinis horis ad Ecclesiam omnes
conueniant; tamen quoniam in nouissimis temporibus ver
samur, quibus refriguit Charitas, hoc ordinarijs, & locorum
Episcopis, seu etiam Synodo Prouinciali certa lege, & for-
mula constituendum, & ordinandum sacrosanctum Conci
lium Tridentinum decreuit, & reliquit, in Ses. 24. c. 12. Quod D
cùm Romę exequtū fuerit, anno primo Pontificatus S.D.N.
Pij V. ab eius Vicario de ipsius mandato ab omnibusq; Ca-
nonicis fuerit formula illa seruitij recepta; & hactenus ob-
seruata; cùmq; singularis færus, & aper de Sylua hanc vineā
Domini perpetuò exterminare contendat; eiusq; maceriam
destruere, vt pariete obseruantiæ inclinato, & maceria Ec-
clesiasticæ disciplinæ depulsa, facilior, & promptior Clericis
aditus pateat ad vanitates; declarabitur à me modò in gratiā
eorum, quibus iugum Domini minimè suaue est, & leue, sed
onus graue, quiq; magis ad destructionem, quàm ædificatio
nem positi sunt. Num licitè, ac salua conscientia ab hac for-
mula recedere possint. Pro cuius decisione tres statuo con-
clusiones.

Lex conueniendi tocies vel tocies in choro, ortum habuit ex Cōcil. Triden. Officia diuina cępta sunt recitari ī Choro ordinatim, tēpore Pij V.

Prima Conclusio. Canonici soli, seu Capitulum non pñt
propria authoritate facere statutum super residentia, & serui
tio Ecclesiæ. Hæc Concl. habetur in terminis apud Panorm.
cap. cum omnes, de consti. nu. 3. in fine, & nu. 4. in princi. &
apud Archi. d. 50. c. contumaces, nu. 1. Et ratio optima reddi-
tur. Qm̄ ea quæ tangunt generalem statū Ecclesiæ, quale est
statutum de residen. facien. nō possunt sine Episcopo statui,
vt est Glos. sing. in verb. statutum, c. 2. de verb. sign. in 6. & ad
Episcopum principaliter spectant per Archidiaconum, ibidē

Prima Cōcl. Canonici soli. l. Capitulum, non pñt facere statutum residentia, & seruitio Ecclesiæ. Panormit. Archidia. Glos.

Gemin.

A Gemin.cap.cum in tua, de consue.in 6.nu.2.Imò nullum statutum nouum ædi potest,nec consuetudo aliqua immutanda est sine Episcopi licentia,tex.in c.cũ consuetudinis de consue.cap.Cùm oẽs de constitu.cap.Nouit,cap. Quantò de his, quæ fiunt à Prælato,&c.nisi de minimis,læuissimis, vel singularibus negocijs agatur,vt in dicta Glossa. Hæc omnia asserta inuenies ab Innocentio,in cap.Cùm accessisset,de constitu.& ab Archi.cap.Catholica,11.di.& à Panor. conc. 7.lib. 2.in fin.vbi & aliam rationem Conclusionis assignãt. Quia cùm Episcopus sit caput capituli,cap.requisisti,de testamentis cap.Cùm Clerici, de verb.sign. cap.nouit,de his quæ fiunt à Prælato,à quo capite non licet membrum recedere, cap. Cũ non liceat de præscripti.& sine capite nihil est faciendum,vt Innoc.& Archi.ibidem.

Nullum statutũ nouum ędi pôt. nec consuetudo mutãda, sine Episcopi licentia.
Glos.
Archidia.
Panormi.

Adde,quòd Clerici in Ecclesia facere residentiã tenentur ad mandatum sui Prælati,vt notatur,in cap.peruenit de Appellatio.à quo puniuntur contumaces,& Ecclesiam temporibus debitis non frequentantes in can.Contumaces d. 50.& can.vlt.dist.91.Præterea,quia disponere super residentia, & seruitio, est actus Iurisdictionis, quæ non apud Clerum,sed apud Episcopũ residet.12.q.2.can.statuimus, can. Abbatibus, & 10.q.1.can.sic quidã,can.decretũ,can.regẽda, & sequenti.

Clerici tenẽtur facere residentiam in Ecclesia ad mandatũ sui Prælati.

B Præterea,quia ea disponere,quę generalem Ecclesiæ statum concernunt, spectat ad eum cuius est Ecclesia,nempe ad Episcopum.Ecclesia.n.non Canonicorum est,sed Episcopi. cap. Cùm in Ecclesia tua,de pręben.in 6.cap.Cũ in tua,de consuetudine in 6.Nam Canonici non habent Ecclesiam,sed beneficium in Ecclesia,vt notat Panorm.li.2.cons.9. quod incipit Iesu Christi in principio,& in cap.fina.de præben. Cùm igitur titulares Cardinales locũ Episcopi teneant in ipsis Ecclesijs,quarũ titulum sortiti sunt,quantũ ad ea,quæ Iurisdictionis sunt, ita vt in illis,& eorũ Parochijs Episcopalẽ,vel quasi Episcopalẽ iurisdictionẽ habeãt,c.his,quę de maiori.& obediẽ. & ibi Panor.& ab eodẽ in c.Dilectus,nu.12.de Cappell. Mona.& ca.Cùm te,de sent.& re iudicata,nu. 14.& notatur à Ioan. Andr.c.1.de maiori.& obed.in 6.& Cardinali in Clementina,2.§.irritum in 3.quæst. de elect. & Hierony. Alba. in suo lib. de Cardi.sine eorũ interuentu, & cõsensu hoc statutum nouum ædi neq̃t. Accedat vltimò Analogia,& proportio inter Cardinales, & Canonicos,tradita à Panormit. in dicto cap. Nouit,num.3.de his,quæ fiunt à Prælatis. Quòd sicut Cardinales dñr Fratres Papæ; ita Canonici Fratres Episcopi.Quocirca sicut nec ille sine Papa,nec isti sine Episcopo

Ad Episcopũ spectat,disponere ea, quæ generalẽ suæ Ecclesiæ statum concernunt.
Canonici nõ hñt Ecclesiã, sed beneficiũ in Ecclesia.
Panormit.
Cardinales titulares ĩ suis Ecclesijs hñt Episcopalem vel quasi Episcopalẽ iurisdictionem.
Panormit.
Ioan.Andr.
Hiero. Alba.
Panormit.
Sicut Cardinales dñr Fratres Papę, ita & Canonici dñr Fratres Episcopi.

aliquid constituent,& disponent. Animaduerte hic tñ, ꝙ aliqua reperiuntur, in quibus nec Canonici, nec Episcopus statuere pñt, puta in magnis, & arduis negocijs, vt est Glosa d.18.in Sũma,& Glos.verb.Decretũ c. siquis venerit de maiori. & obedi.declarãdo Panorm.in dicto c. Cũ consue. de consue.docet intelligendas esse in negociis reseruatis Papę, vel vbi iam prouisum est à Iure cõi. Episcopus.n. regulariter non põt statuere cõtra ius cõe, cap.quòd super his de, maio. & obedi. & plenè per Ioannem Andream in fine de officio Archid.in 6.& Panor. in cap.Cùm dilectus, nu.10.de cõsue. C

Adde tu, ꝙ nec in illis in quibus iã Papa statuit illa rescindendo, vt est textus in c. Institutionis nostræ, 25. q. 2. Nec in quibus Synodus Prouincialis ordinem tradidit, ſm Decreta Conc.Trid.Ses.24.c.2.§.Interea. An verò in his quæ põt statuere, requiratur Capituli cõsilium,& interuentus dũtaxat, An etiam assensus,& consensus; altioris hoc est speculationis,& à nobis alibi discutiendum.

Secunda Concl. Canonici non pñt salua conscientia recedere per se à formula seruitij præscripta illis à Vicario Papæ. Declaro. Canonici adstringuntur in consciẽtia obseruare tale seruitiũ, neq; illud abrogare, uel immutare in partẽ deteriorem per nouam constitutionẽ, & decretum possunt, aliam præscribendo seruitii formam, sine peccato mortali. D

Probatur tripliciter Primò. Qm̃ in ista formula Vicarii, nõ solùm est verbum, *Intimamus, & mandamus*, sed verbũ *præcipimus*; quod verbum necessitatem importat,& obligationem obseruationis de iure cõi sub pœna mortalis peccati, vt est textus in Clementina exiui §.nec tñ, de verb.sign. & tex. in cap.Exijt, qui seminat, de verb.sig.in 6.& tex.c.2. de maio. & obedi. vbi minatur anathema cõtrauenienti decreto Episcopi,& tex.14.q.1.can.quisquis,& eodem can.§.quod præcipitur, qui non ex Greg. vt ibi scribitur; sed ex D.Hieron.sumptus est; *Quod præcipitur*, (inquit) *necesse est fieri, si non fiat pœnam hẽt. Vbi Consilium est, libertas est offerentis, vbi præceptũ, necessitas est seruientis, vt obediat, vel imperãtis, vt obediatur.* Cui canoni subscripsit Cęlest.4.c. in his de verb. sign.& 23.q.1.c. militare ex D.Aug. dicit. *Quod Cæsar præcipit, faciendũ, quod imperat, tolerandũ.* Quod ãt cõstitutio preceptiua obliget ad peccatũ mortale, asserũt cõiter oẽs Doctores tã Theologi, quã Canonistæ. S.Th.2.2.q.186.ar.9.in corpore ad Secũdũ apertè dicit, ꝙ licet lege Ecclesiæ nõ oẽs ordinationes, vel publica statuta obligant ad mortale; similiter nec oĩa statuta regulæ alicuius Religionis: qm̃ non oĩa tradũtur per modum

Aliqua sunt in Ecclesijs I qbus nec Canonici, nec Episcopi q̃dquam facere possunt.
Glosa.
Panormit.
Episcopus regulariter nõ põt quid statuere contra ius cõmune.
Ioan.Andr.
Panormit.
Episcopus in quibus regulariter non possit facere quidquàm
Concil.Trid.
Secunda Cõclusio.
Canonici nõ pñt salua cõscientia recedere à forma sibi data à Vicario Papæ.
Probatur Cõclusio.
Prima ratio.
Verbũ (præcipimus) importãt necessitatem.
D.Grego.
D.Hierony.
D.August.
D.Tho.
Non omnia statuta regulæ alicuius Religiontis, obligan ad mortale, & quare.

A modum præcepti; sed quædam proponuntur per modum ordinationis cuiuidã, vel statuti obligantis ad certam pœnam; vbi tñ est ratio præcepti sm mentem D. Tho. erit obligatio, ad mortale, vt ait in corpore artic. eiusdem; Vbi tenet, quòd subditus agens contra præceptum, vel ore tenus à Prælato factum, vel in Regula expressum, peccat mortaliter. Idem ait in opusculo. 61. cap. 1. Vbi enumerans quatuor genera peccatorum, ait, sunt, vt volunt Magistri præcepta, quædam primæ necessitatis, quædam Secundæ, quædam Tertiæ, quædam autem Quartæ, & hæc sunt ea, quæ Prælati Ecclesiarũ instituunt videlicet, quæ instituit Papa in Ecclesia, aut Archiepiscopus in sua Prouincia, aut Episcopus in Diocesi sua, aut Abbas in Abbatia sua. Hæc D. Tho. Præterea, quòd præceptum importet rationem debiti, & sit obligatorium, & necessitatem afferat obseruationis; est doctrina eiusdem D. Tho. 2. 2. quæst. 44. artic. 1. in corp. & quæst. 56. artic. 1. ad primum, & quæst. 152. arti. 2. ad primum, & 3. contra gentes ca. 116. & 117. quodli. 4. arti. 20. quodli. 5. artic. 19. 1. 2. quæst. 99. artic. 1. & artic. 5. Idem censent ex Theol. Medin. in tract. de pœnitentia, in q. de necessitate ieiunij: Idem Castren. 1. lib. de lege pœn. cap. 5. Idem Caietanus in Comment. super dicto. artic. 9. quæst. 186. 2. 2. Vbi hanc opinionem, vt rationabilem sustinet. Idem Ioan. Maio. 4. sent. d. 38. q. 18.

D. Thom. Subditus agens contra præceptũ, vel ore ten⁹ à Prælato factũ, vel in regula expressum, peccat mortaliter.

D. Tho.

Medin.

Castrensis.

Caietanus.

Ioan. Ma.

B Inter Canonistas Panorm. in terminis in cap. relatum, ne Cleri. vel moni. num. 6. & in cap nam concupiscentiam, de Consti. Vbi dicit textum in Clementina exiui de paradiso, meliorem esse textum adducibilem ad hanc materiam, & in rubrica de obseruatio. Ieiunij, nu. 12. Vbi dicit, textũ in Can. quisquis. §. quod præcipitur. 14. q. 1. *etiam sine contemptu, obligare ad mortale transgressorem*. Arch. in dicto cap. quisquis præceptis. nu. 2. & cap. vtinam d. 76. Ioan. de Turrecre. in dicto cap. Quisquis. Gemin. in cap. perpetuæ de elect. in 6. nu. 4. Caldar. consi. 20. de Consti. Hi omnes asserunt, quòd transgressio, & inobedientia statuti, & constitutionis præceptiuę seu præcepti, etiam Prælatorum, seu superiorum, est peccatum mortale. Idem asserit Syluester verb. lex q. 8. & verb. præceptum q. 2. Ioannes de Tabie. eodem verb. lex, q. 28. nu. 29. Summ. Angel. eo. titu. num. 3. Nauarr. in suo Manua. cap. 23. num. 49. & 50. Vbi habet, ex vsu Ecclesiastico, & ex interpretatione communi Doctorum obligare ad mortale, & dicit, hanc opinionem esse communem Cardi. in Clemen. fin. col. 4. de Procu. dicit, quòd præceptum necessariò adstringit. Quem sequitur Decius in Rub. C. de manda. Princip.

Panormi.

Archid.

Turrecre.

Caldarola.

Trangressio statuti, seu constitutionis præceptiuę, seu præcepti etiam Prælatorum, vel superiorum est peccatum mortale.

Syluest.

Tabie.

Nauar.

Secunda ratio.
Concil. Trid.

Secundò principaliter probatur conclusio, ex Decretis C Concil. Tridenti. Sess. 22. cap. 3. vbi habetur, quòd Canonici, qui personaliter competens in Ecclesia seruitium iuxta formam ab Episcopis præscribendam, quolibet die statuto non impleuerint, illius diei distributionem amittant; & crescente contumacia, contra eos iuxta sacrorum canonum constitutiones procedatur. Rursus Sess. 24. cap. 12. inquit. *Cœtera, quæ ad debitum in diuinis officijs regimen spectant, de certa lege in Choro conueniendi, & permanendi, certam cuique formam præscribat Synodus Prouincialis, & interea Episcopus non minus, quàm cùm duobus Canonicis, poterit prouidere*. Item in Sess. 21. capit. 3. inquit, distributiones quotidianæ, diuidantur inter Diuinis interessentes, iuxta diuisionem ab Episcopo faciendam, &c. Quibus ex locis vides, munus huiusmodi dispositionis seruitij Ecclesiastici, Episcoporum esse. Quocirca ab illa recedere propria auctoritate, est agere contra Concilium, quod intendit, Ecclesiasticam disciplinam iuxta has formulas restituendam esse.

Distributiones quotidianæ, iter essentes diuiduntur.

Hic adde, quòd si relaxaretur hoc seruitium, contingeret, posse quolibet Anno abesse ab Ecclesia vltra tres menses, quod aduersatur dicto Concil. Triden. Sess. 24. capit. 12. Dies enim, quibus ex huiusmodi formula Vicarij Papæ licitum est abesse ab Ecclesiæ seruitio in toto anno, non ex- D cedunt spatium, & numerum trium mensium, dierum videlicet nonaginta; quòd si etiam breuius seruitium instituatur, profectò vltra prædictos dies necessarium erit non seruire, & licebit abesse.

Vltra tres mẽses non licet abesse à seruitio Ecclesiæ.

Tertiò, principaliter probatur. Conclusio ratione. Et primò ex parte materiæ, quæ in casu nostro est grauissima, & maximi momenti, vt puta concernens cultum Diuinum, quo nihil p ræciosius, & excellentius .l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpti. func. At in constitutione Ecclesiastica, & si non adsit verbum præcipimus; sed verba tantùm communia vt *ordinamus*, & *intimamus*, dummodo materia grauis sit, & ponderosa; & verisimiliter per superiorem cogitata, & ponderata, obligat ad mortale talis constitutio, vt optimè notauit Medin. in d. q. de Ieiunij necessitate, & Sot. lib. 1. de Iust. & Iur. quæst 6. artic. 4. & Caietanus in Summa verb. præceptum, & Panorm. de constitu. cap. nam concupiscentiam, nu. 4. & Summa Armil. verb. lex, num. 3. Præterea est doctrina D. Anton. 2. par. tit. 4. cap. 2. §. quantùm ad tertium. Quod in ordinationibus Ecclesiæ, & Rectorum præcepta obligantia de necessitate salutis, cognoscuntur, & ex materia, & ex

Tertia ratio. In præceptis Ecclesiasticis etsi non adsit præcipimus, sed solũ uerba cõia, vt intimamus, & mandamus, dũmodo materia sit grauis, eius trãsgressio, inducit peccatum mortale.
Medina.
Caietanus.
Armil.
D. Antoni.

forma.

A forma. Ex materia, quando est ordinatio de necessarijs ad Iustitiam, ad charitatem, vel diuinam reuerentiam. Ex forma verò, id est ex modo locutionis, & scripturæ, vt quando innotescit quibuscumq; verbis præceptum superioris. Quæ duo in casu nostro concurrunt.

Item est regula optima Ioannis Maioris vbi supra, quòd quando statutum habet tantùm oneris, & materia sit ita ardua, vt iudicio prudentum obseruantia Ecclesiasticæ disciplinæ desolaretur, & denigraretur, si illa omitteretur, atque etiam aperiretur via propinquè ad alia debita necessaria, & opportuna transgredienda; iam transgressio proculdubio iudicanda est mortalis. Quę omnia in casu nostro concurrunt. Relaxato enim huiusmodi seruitio, Ecclesia vt vidua facta esset, & vię Syon lugerent, cùm nemo, vel rari ad solemnitatem venirent; & consequenter solemnes celebrationes Missarum Canonicalium, facile in desuetudinem abirent; Imò in choro aliquando vnus tantùm; & crebrò nullus Canonicus adesset, pleraq; alia absurda sequerentur, quę modò subticeo. *Regula notanda ex Ioanne Maiore.*

Quartò. Idem probatur ex parte finis. Quoniam finis huius constitutionis est bonum commune, quod ad Deum, & Ecclesiam attinet; atqui hoc postponere propter priuatas B corporis commoditates, vel magis animorum euagationem vanam, iniustum, & iniquum est. *Quarta ratio.*

Quintò. Quia in hac constitutione non habetur, nisi illud, quod aliàs à Canonicis debetur, Ecclesiæ, vt supradictum est; quoniam Diuino, & naturali iure Ecclesiæ inserrire tenentur. Ex his sufficienter conclusio probata est. *Quinta ratio.*

Dixi autem in Conclusione, quòd Canonici non possunt licitè recedere per se, &c. Quoniam recedere per accidens, nisi ex contemptu fiat, non est mortale. Recedere autem per se dicitur, quando nouo statuto, vel dispositione seruitij, intentio legislatoris mutatur, quæ in nostro casu est, ut circa seruitium diuini officij in Ecclesia ita sit statutum; & hæc sit forma obseruanda: quæ profectò per se tollitur, & abrogatur, si per aliud statutum, diuersum ordinem, & formam seruiendi constituant, decernant, & obseruent: idque vel tacitè, vel expressè. Quod autem vnus, vel alter Canonicorum hodie, vel cras deficiant à Choro, quod dicitur, recedere per accidens; dummodo ea pœna mulctentur, quæ à Prælato taxata est, non est directè, & per se contra intentionem legislatoris, qui hoc præuidens, pœnam huic rei adhibuit. Recessus igitur communis Canonicorum ab hac formula, *Cur dictũ sit in Conclusione, quod Canonici non põt abesse à seruitio Chori per se.* *Quid sit abesse à Choro p accidens.*

idest, variare regulam,& mensuram, qua seruitia, vel item C
pœnæ deficientium præscribuntur, appellatur recedere per se, particulares defectus recedere per accidens; & hoc benè nota. Reducitur autem hoc præceptum, ad primum preceptum secundæ tabulæ; cuius transgressiones inter criminalia ponit Paulus 2. Timot, 3. Parentibus obediendum, & ad Rom. 13. & ad Hæbre. vltimo. Verùm præiactæ conclusioni duo aduersantur.

2. Timoth. 3.
Rom. 13.
Hab. Vltimo

Argumētum Primum.

Primum. Quòd lex pœnalis, cuiusmodi hæc constitutio esse videtur, non obligat in conscientia transgressorem, sed pena sua contenta est.

Argumētum Secundum.
Preceptū fundatū in oraculo viuę vocis Principis expirat cū ipsa voce.

Secundum. Quòd præceptum, præsertim fundatum in oraculo viuę vocis Pricipis, morit, & expirat cū ipsa voce. His dubijs solutis, clarior nostrę cōclusionis intellectus reddetur.

Ad Primum.
Respondeo Primo.
Nota in materia distributionum in Choro.

Ad primum igitur, dupliciter Respōdeo. Primò, q̃ hęc nostra constitutio, & formula propriè non est constitutio pęnalis. Nulla enim pęna apponitur in vniuersum recedentibus, & nō obseruantibus tale seruitiū. Non. n. dr̃, si Canonici nō acceperint hanc cōstitutionē, vel si recesserint ab hac forma incurrēt pęnam, &c. Sed tantū particularibus, & priuatis huius, vel illius defectibus mulcta taxatur, dum dicitur. *Qui āt baiocos decem, &c.* Quod etiam si altius contempleinur, propriè pœna non est, (positiuè loquendo) sed sunt quasi conuentiones, & pacta, seu prætia, & stipendia circa distributiones, ut qui interfuerit Matutino habeat quindecim, qui uerò D
non, careat illis; quę carentia stipendij, propriè ueram pęnę rationē non habet, nisi negatiuè loquēdo, ut in simili tradit D. Tho & Soto, loco citato, de regula Fratrū Prædicatorum.

Respondeo Secundo.
Aliqua lex pęnalis obligat sub mortali.
Soto.
Henri. de Gāda.
Castro.
Angel.
Medin.
Glos.
Ioan. Andr.
Geminia.
D. Tho.
Ratio dicti.
Syluest. & Sotus reijciunt.

Secundò Respon. Falsum esse, legē pęnalem oēm nō obligare sub mortali. Vbi. n. lex pęnalis mixta est cū præcepto, obligat sub mortali eo mō, quo præceptiua, ut sentit Soto lib. 1. de Iust. & Iur. q. 6. art. 5. & Henr. de Gandauo, quodli. 3. q. 22. & Castro, dicto lib. 1. de lege, pęn. c. 9. & 10. & Ang. uerb. inobedientia, nu. 2. & Medin. in q. de necessitate Ieiunij Glos. in cap. ut animarum periculis: de constitu. in 6. & idem asserit Ioan. And. in c. relatum, ne Cleri. uel Monachi, & Gemi. in c. perpetuæ; de elec. li. 6. nu. 5. Vbi aiunt, q̃ præceptū; cui apponitur pęna, obligat in cōscientia ad mortale. Vide D. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 4. & ratio est. Qm̃ pęna legi apposita, non destruit efficaciam præcedentis legis; neq; est contrarij signum: si ergo sine pœna obligat, ergo etiam cum pœna.

Neq; sunt in hac parte audiēdi Syluest. uerb. inobedientia num. 3. in fine, & Sotus lib. 1. de Iust. & Iur. q. 6. arti. 5. qui uocant

A cant puerilem hanc legis distinctionem in mixtam, & non mixtam, & ipsi benè etiam concludant suum intentum, scilicet legem pœnalem obligare ad mortale.

In secunda obiectione duo tanguntur, quæ distinctè examinanda sunt. Primum, An præceptum expiret morte præcipientis. Alterum, An præceptum fundatum in oraculo uiuæ uocis, obliget post mortem præcipientis.

Et ad primum respõdent Doctores. Quòd *mandatum expirat morte mandantis*, l. mandatum C. mandati. Præceptum uerò nequaquã, ut notatur. c. cam te. de rescriptis, & cap. in his de uerb. signi. Et addunt, quòd quandocunq; fuerit res integra, expirat morte mandantis; si tamen res non est integra, sed mandata fuit exequtioni in uita, durat mandatum etiam post mortem. C. relatum de offici. & potesta. Iud. delega. ubi plenè Feli. qui allegat textum, *exijt qui seminat*, de uerb. sign. Ibiq; ait, *quòd quandò commissio est ad pias causas, etiam re integra, non expirat morte*, ut est in casu nostro. Præterea, præceptum etiam re integra non expirat morte Glos. C. dudum, 18. q. 2. & Glos. capit. fin. 14. q. 1. quæ est communiter approbata. Sylues. Verb. mandatum, q. 3. nu. 3. docet, quòd loquendo de obligatiuo præcepto, quo quis obligatur ad aliquid faciendum, puta ieiunandum, tale præceptum expirat B morte præcipientis, nisi fiat per modum constitutionis, ut cõsuetudo interpretatur. Cùm igitur in casu nostro, præceptũ redactũ fuerit in cõstitutionẽ, nõ expirabit per mortẽ præcipiẽtis, præsertim Cũ res nõ sit integra, & piã cãm cõcernat.

De illo autem, quod secundò insinuabatur, an cùm hoc præceptum minimè appareat per constitutionem Papalem, sed tantùm hæreat oraculo uiuæ uocis, ut testatur Cardinalis, obliget post mortem, dicimus resolutè, quòd obligat ad mortale, & sufficit fuisse scriptum per illum cui commissio facta est. Argumento text. c. sicut nobis de senten. excommu. ubi quantùm ad effectum absolutionis æquiparantur literis Papæ, & illius, cui uices nostras in hac parte, inquit, Cõmisimus; & ratio est. Quia uidetur factũ, & scriptũ per Principem: quoniam omnia nostra facimus per eos, quibus nostram auctoritatem impartimur. l. 1. C. de Veteri iure enucl. Et qui per alium facit &c. in reg. Iur. Creditur autem Cardinali, attestanti factum sibi mandatum à Papa uiuæ uocis oraculo. Abba. & Feli. in cap. quod super his, de fid. Instru. Glos. c. nobilissimus, 97. d. maximè si pluries exercuit illud factum sine contraditione. Feli. in dicto ca. col. 2. Cald. in consi. 2. tit. de offi. delega. præsertim quando Cardinalis est in Romana Curia,

Nota. Doctorum resolutio. Mandatũ expirat morte mandantis, præceptũ uerò nequaquã.

Mandatũ si sit integrũ expirat morte mãdantis, nõ autem si non fuerit integrum. Feli. Glos.

Nota dictũ Syluestri de præcepto obligatiuo.

An præceptũ uiuæ uocis qđ tamen nõ apparet per constitutionem aliquã, obliget ad sui obseruantiã, si ipsum testetur Cardinalis aliquis, & dicat à Papa exiuisse.

Resolutio Auctoris. Ratio dicti. Creditur Cardinali dicenti aliquid sibi commissum esse à Papa.

Abbas. Feli. Glos. Feli. Caldaro.

Curia, quia tunc non est præsumendum eum mentiri; cùm ad Papam de facili recurri possit, ut ait Immola. in dicto cap. quòd super his, & ibi Feli. col. 3. Ias. in cons. 145. col. 2. uolu. 4. Præpositus Alexandrinus, in dicto ca. nobilissimus, Barbat. in tract. de præstan. Cardinalis, 2. par. quæst. 1. Parisius, cons. 11. col. fin. uol. 4. Gramma. cons. 103.

Immola. Præposi Ale. Barbat. Paris. Gramma

Episcopi litteris creditur.

Adde, quòd non solùm Cardinalis, sed Episcopi litteris creditur, cap. curæ sit, 11. quæst. 3. Cùm igitur hæc constitutio facta fuerit à Cardinali, cui hoc ex officio incũbebat, & cui uices suas Papa committit, perinde obligat, in hac præsertim materia, ac si Papalis esset.

Tertia Conclusio. Canonici nõ possunt sine peccato minuere stipendia distributionum. Probatur. Primò. Conci. Trid. Secundò. Diuinus cultus facilè negligitur, ubi sunt tenues distributiones. Panormitanus conciliatur.

Tertia Conclusio. Canonici non possunt sine peccato uariare, & imminuere stipendia distributionũ. Probatur Conclusio dupliciter. Primò ex Concilio Tridentino, sess. 21. c. 3. Vbi decernit, quòd distributiones quotidianæ diuidantur proportionabiliter inter Diuinis interessentes, iuxta diuisionem ab Episcopo faciendam. Secundò ratione. Nam hæc est fraus tendens tacitè in destructionem seruitij. Vbi enim tenues distributiones sunt, diuinus cultus facilè negligitur: vt in eod. Concil. loco citato. Vnde in legem committerent. l. non dubium, C. de legibus. Nec obstat huic conclusioni dictum Panormitani cap. 1. de Clerici ægrotan. & in cap. Cũ consuetudinem, de consuetu. nu. 4. *quod Canonici super quantitate distributionum statuere possunt.* Quoniam hoc in illis habet locum, in quibus Episcopus manus non posuit.

Corollariũ. Canonici & capitulũ non possunt facere capitulariter gratias, uel remissiones. Canonici & capitulũ non possunt eximere aliquẽ à seruitio Ecclesiæ. Clericus non potest peregrinari absque licentia Episcopi. Eius est soluere cuius est ligare, & eius nolle, cuius est uelle.

Ex his tribus Conclusionibus infertur unum corolarium necessariò. Nempè, quòd Canonici, & Capitulum, non possunt propria auctoritate, seu uigore cuiuscumq; statuti, & Decreti gratias, ut uocant, seu remissiones capitulariter facere, cùm hoc aduersetur, & cap. cùm cõsuetudinem, de Cleri. non residen. in 6. & Conc. Tridentino illud renouanti. in c. 12. sess. 24. Infertur item, quòd non possunt eximere aliquẽ à seruitio Ecclesiæ, uel, (ut clarius dicam) gratiam Canonico facere, ut non seruiat, & participet; sed hæc facultas non seruiendo à superiore petenda est, Argumento text. c. non oportet de consecrati. distin. 5. Vbi Clericus peregrinari prohibetur, & abesse ab Ecclesia absque licentia Episcopi, cuius ratio est illa, quæ tacta fuit in prima nostra conclusione. Quia ipsi non possunt circa ea disponere, quæ ad statum generalẽ Ecclesiæ spectant. *Eius autem est soluere, cuius est ligare* c. quod autem de pœnitentia: & remiss. Et eius est nolle, cuius est uelle l. eius. ff. de reg. Iur. Quęcumq; autem consuetudo in contrarium, abusus & corruptela est. Caueant igitur Canonici

A nici contrarium huius formulæ, & dispositionis attentare, ne dum *laborem fingunt in præcepto, Dominus iustus iudex exurgens in præcepto quod mandauit, malos malè perdat, & uineam suam locet alijs Agricolis, reddentibus fructum in tempore suo. Apprehendant disciplinam, non abijciant eam ne quando irascatur Dominus, & pereant de uia iusta.* Admonitio ad Canonicos.

Atque hæc circa secundum dubium huius septimæ quæstionis, digressionis gratia dicta sint. Reliquum est, ut tertium dubium explicemus.

TERTIVM DVBIVM.

An Infectus peste, possit ordinari, & An ordinatus sit irregularis?

SImon Maiolus, Episcopus Vulturariensis, libro secondo de irregularitatibus cap. 18. 19. 20. & sequentibus multa enumerat genera malorum, seu ægritudinum corporis, quæ reddunt inhabilem aliquem ad suscipiendos ordines. Simon Maiolus. Quæ reddāt inhabilē ad suscipiendos ordines.

Et Primò enumerat lepram, & scabiem, quibus si quis laboret, nullo modo est ad ordines admittendus, c. Tua nos de Cleri. ægrotan. speculator in titulo de dispensa. §. iuxta, uers. B. item percussor. S. Tho. 4. distin. 9. artic. 4. & 3. par. quæst. 82. ar. fin. ad tertium, Guglielmus, & Vgo cap. Hinc etenim, distin. 49. Alberigus uerb. leprosus. Leprosus enim, tanquam abominabilis in conspectu hominum arceri debet ab acceptione ordinis; nec inter sanam plebem sacerdos leprosus seruire debet. Imò Parocho sic affecto, Vicarius, seu coadiutor ab Episcopo est constituendus, ut supra diximus, cum congrua portione, cap. de Rectoribus de Cleri. ægrotan. quamuis inter leprosos, & in occulto, sacerdotem leprosum administrare susceptum ordinem permittatur. D. Thom. Gugliel. Hugo. Alberi. In occulto permittitur, sacerdotem leprosum susceptum ordinem ministrare.

Lex uetus, leprosos homines adeò detestata est, ut illos nō solùm ab Ecclesia; sed etiam ab omni hominum conuentu excluserit, Leuit. 13. 14. & 22. Num. c. 12. Deutero. c. 24. & accedit optima ratio. Etenim cùm claritas, integritas, & dignitas personæ, ex mente S. Thom. in dicto artic. 4. requirantur ad susceptionem ordinis, fit ut leprosus nullo pacto sit ad ordines promouendus. Leuit. 13. 14. & 20. Numer. 12. Deutero. 24. Cur leprosus nullo modo possit ordines suscipere.

Secundò enumerat morbum Gallicum illum præsertim, qui per corpus ulcera parit, cum lepra magnam habens similitudinem, & cùm sit patens morbus, & oculis hominū manifestissimus, & omninò incurabilis, in irregularitatem in- Morbus gallicus inducit irregularitatem.

morbus gallic' quod est signum uehementissimę libidinis, ideò impedit susceptionem.

inducit c. penultimo de Cleri. ægrotan. specul. c. si fortè de elect. libro. 6. num. 5. Qui morbus cùm certissimum sit argumentum uehementioris libidinis, magnamq; deformitatē præseferat, meritò impedimentum susceptioni ordinum affert. C

Tertiò enumerat ægritudinem illam, quam uulgo, *Pelarellam* appellant, cùm pili è capite, & barba ob nimiam uenerem excidunt. Nam ob scandalum, quod ex illa euidenti turpitudine quasi publico testimonio nascitur: homo sic affectus promoueri non debet, nec promotus administrare, ut in cap. sacerdotes, distin. 50.

Pthisis impedit ordinum susceptionē.

Pthisis facile alios infectat.

Quartò enumerat pthisim, & pestilētiam. Qui enim pthisi torquentur cùm cōtagione sanos inficiant, (tradunt enim Physici per tactum uestium, librorum, ac reliquorum uasorum, uel etiam solo habitu pthisim imprimi, & deferri) non solùm ab ordinibus; sed etiam à commercio Populorum arceri debent. capi. pro dilectione de consecra. dist. 1. Pestis autem, cùm sit morbus humana arte incurabilis, & ualdè contagiosus, etiam, atq; etiam serpens; Immo ab ipsomet ambiēte aere delatus, reddit planè hominem peste percussum irregularem; nempe impedimento est, ne ualeat ordinari, quinimò suspicio ipsa pestilentiæ idem operatur etiam circa susceptionem ordinum minorum, quousq; talis supicio, uel per Quarantinam, uel per alias purgationes euanescat. Ordines enim dantur in seruitium corporis mystici Christi, quod est Ecclesia; & cùm à commercio, & conuersatione hi ęgroti repellautur, ab ordinum quoque susceptione repellendi sunt. D

Homo peste percussus fit irregularis, neque potest ordines susci pere.

Leuit. 20.

Si enim quis ob mortuī corporis tactum dumtaxat, ab esu sanctificatorum abstinere debebat, Leui. 20. multò magis isti ob ingens periculum in communione fidelium minimè admittendi sunt nec consequenter ordinandi. Qui autem cognoscere uoluerit quæ mala, & corporis impedimenta, puta podagræ, Chiragræ, febris, & capitis doloris, Paralisis, & similia, hominem irregularem reddant, legat sequentia capitula præfati auctoris, & Paulum Morgasium Episcopum Nemosiensem, in suo tractatu de irregularitatibus, par. 5.

Paulus Mor.

QVÆ-

QVAESTIO VIII.

De flagellis Dei.

QVia multa, ac uaria sunt Dei flagella, quibus multoties homines punit, & castigat, multæq; sunt causæ eorum ; Ideò multos etiam articulos in hac quæstione proponemus. Varia sunt Dei flagella. Diuisio quæstionis.

Primò quidem uidendum erit, quot sint flagellorum genera à Deo nobis inflictorum?

Secundò, utrum flagellum unum sit causa alterius?

Tertiò, utrum omne flagellum sit datum propter peccatum?

Quartò, utrum Peccator possit uenire in statum tam miserandum, & in profundum tantorum peccatorum, ut contemnat, & à Deo nequeat adiuuari?

Quintò, An flagella, quibus à Deo in præsenti uita puni-
B mur, sint satisfactoria?

Sextò & ultimò, An Deus pro alienis peccatis, hominibus pœnam infligat, & an huiusmodi pœna sit illis satisfactoria?

ARTICVLVS PRIMVS.

Quibus flagellis homo à Deo uerberetur?

QVoad primum, sciendum est, Deum tripliciter homines flagellare, ut ex D. Thom. colligitur in 1. 2. quæst. 87. artic. 6. 7. & 8. videlicet temporaliter, corporaliter, & spiritualiter. Temporaliter quidem flagellat Dominus illum, cuius bona diripit, destruit, & consumit. Corporaliter autem eum punit, cuius corpus uarijs infirmitatibus, doloribus, & ærumnis afficit. Spiritualiter uerò, quem permittit peccare, &(ut ait Paulus) *tradidit eos Dominus in reprobum sensum.* Deus tripliciter homines flagellat, scilicet, temporaliter, corporaliter, & spiritualiter. Rom. 1.

Notandum est autem, primis duobus modis, uelle Dominum positiuè flagellare ; tertiò autem modo nequaquam, sed solùm permisiuè. Primo quidem modo punit Dominus communiter electos suos, iuxta illud Apochalip. *Quos amo, ar-* Deus flagellat temporaliter & corporaliter positiuè: spiritualiter autẽ nõ, sed tantùm permisiuè.

Tob. 4. *arguo, & castigo*. Et ideò dixit ad Thobiam: *Quia acceptus eras Deo, Ideò necesse fuit, ut tentatio probaret te*. Sic flagellatus est Iob. Vult autem positiuè Dominus has punitiones, quoniam nihil mali includitur in eis, sed sunt bonum, & per cōsequens absolutè uolitum à Deo, sicuti immissio in gehennam, & pœna æterna est uolita à Deo, quia bona. C

Mala pœnæ sunt quid bonū, & à Deo Volitum.

Tertium uerò flagellorū genus, spirituale scilicet, ut peccare, & legem, ac Dei præcepta transgredi, non est à Deo, nec per consequens est positiuum quid, sed est permissiuè. Permittit enim mala fieri; solùm autem est ab homine malum, & ab eo uolitum, dicente Propheta, *Perditio tua Israel, ex te, in me autem tantummodò auxilium tuum*. Et ideò dixit Dominus, *Quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam*. Permittit autem Dominus flagellari multos in hoc mūdo hoc spirituali flagello, sed diuersimodè. Electos enim sic flagellari permittit, ut feruentius hoc flagello à peccatis resurgant, ut erubescentiam peccatorum habentes, uehementius illa detestentur, & cautius ambulantes, deuitent. Sic flagellatus est Paulus, dum *acceptis litteris in Damascum pergebat, ligaturus confitentes Dominum*, & in carceres detrusurus: ut sic peccatis inuolutus, circumfulsus cœlesti luce, & Dominum confiteretur, & nouam Apostolicam uitam inchoaret. Sic flagellatus est Dauid, qui concupita Bersabè, & patrato peccato, mox lachrymis maximis suum peccatum defleuit. Sic flagellata est Magdalena; dum postquam septem ei peccata Dominus benignè remisit, *stans secus pedes Domini, lachrymis cœpit rigare pedes eius*. Similiter fecit Petrus, cùm *Exiens foras fleuit amarè*. Mali autem flagellantur peccatis, quibus flagellis tantùm abest ut emendentur; quin potius indurantur. Sic flagellatus est Pharao Rex Ægypti. Præter alia enim corporalia flagella, quæ Dominus immisit in terram Ægypti, ut ranas, sniphes, grandines, animalium necem, & primogenitorum occisionem, spirituali etiam eum flagello peccati, & ostinationis flagellauit: Quo flagello percussus, non modò Deum non cognouit, & Populum ad Deum adorandum dimisit: uerùm etiam induratum est cor Pharaonis. D

Deus permittit quosdam peccare, ut feruentius resurgant, & in posterum cautius ambulēt.

Act. 9.

2. Reg 12.

Io. 11.

Mali sic spiritualiter flagellantur, ut non resurgāt.

Vndè, secundùm sententiam Theologorum multorum, permissio hæc peccati sanctorum, est effectus prædestinationis. Verè enim in bonum prædestinatis cooperatur, Dicente scriptura: *Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum*. Licet enim Hieron. Ambr. & Chrys. interpretentur de tribulationibus, & passionibus huius sæculi, & non de peccatis, de quibus passionibus dixerat superius Paulus, *non sunt condigna*

Nota benè. Permissio peccati Sanctorum, est effectus prædestinationis. D Hierony. D Ambro. D. Chrysost.

A *dignæ passiones huius sæculi, &c.* non tamen est contemnenda expositio D. Tho. Anselmi, & Glossæ, & ante illos Theodoli, qui omnes interpretantur de ipsis peccatis, in quæ nos Deus labi permittit, vt sic ex lapsu cautiores resurgamus.

Et licet primi actualis peccati, non sit aliqua causa in nobis, cùm nihil procedat propriè nostrum; habet tamen causam meritoriam, peccatum primi parentis, secundùm doctrinam D. Fulgentij libro de Incarnatione, & gratia, cap. 12. & 13. Vbi docet, in primo parente nos omnes amisisse sanctã cogitationem; & eam nobis restitutam esse per Christum; Sic ergo (inquit) *quibusdam Deus per Christum, donat cogitationem congruam ad euitandum peccatum ex misericordia sua; quia ad hoc ordinauit meritum Christi; alijs verò negat hanc congruam vocationem, & iustè quidem, propter demeritum primi parentis*: Etsi secundi nostri peccati actualis, detur in nobis causa permissionis, primum scilicet peccatum à nobis factum, dicente Grego. *Quia peccatum, quod per pœnitentiam non deletur, suo pondere ad aliud trahit. Abyssus enim abyssum inuocat*, Et peccatum est causa peccati.

Sed aduertendum maximè est hoc loco, quòd licet permissio sit bona, & à Deo, & licet concedatur à Theologis, hominem à Deo prædestinari ad gratiam, & ad gloriam; secun-
B dùm Augusti. in Enchyrid. cap. 100. numquam tamen dicimus, hominem prædestinari ad permissionem. Prædestinatio enim propriè est ad bonum ex omni parte. Vnde benè cõcedendum est in bona Theologia; homines prædestinari ad gloriam, quæ est finis, vel ad gratiam; quæ est medium, & via quædam ad gloriam. Verùmtamen cùm permissio propriè ex vocabuli acceptione sit malorum, propriè numquam concedendum est, hominem à Deo ad permissionem prædestinari. Hinc est, quòd neq; etiam concedendum sit, hominem à Deo prædestinari ad mortem absolutè, nisi specificetur de morte corporali, & de morte pœnæ, seu sensus; non autem de morte peccati, quæ à sanctis Patribus prima mors appellatur. Et ita intelligendus est August. lib. 6. hyppogno. paulò post initium, dum ait; *Quia verò iustus, & misericors Deus, præsciusque futurorum; ex hac damnabili massa non personarum acceptione, sed iudicio æquitatis, quos præsciuit misericordia gratuita præparat, id est, prædestinat ad vitam, cæteros autem pœna punit, quos ideò punit, quia quid essent futuri, præsciuit, non tamen ipse facit puniendos, vel prædestinat, hoc est; ad mortem vel peccati, vel permissionis.*

Sunt autem alia præter hæc spiritualia flagella, quibus Deus

D. Tho.
D. Ansel.
Glos.
Theodolus.
Primi actualis peccati nulla est causa ĩ nobis, datur tñ ipsorũ causa demeritoria in primo parente.
D. Fulgen.
Homines in primo parente amiserunt sanctam cogitationem, sed restituta est eis per Christum.
Secundi nostri peccati actualis, datur in nobis causa permissionis, peccatũ scilicet primũ à nobis commissum.
D. Grego.
Homines prędestinantur à Deo ad gratiam, sed nullo pacto concedẽdum est eos prædestinari ad permissionem.
August.
Ratio dicti.
Permissio ꝑprie, & ex vocabuli acceptione, semper est malorum
Nõ est concedẽdum absolute hominẽ ꝑdestinari à Deo ad mortẽ, nisi specificetur de corporali.
Peccatum, dr̃ prima mors.
Lege caute Augustinum.

Deus iusto iudicio homines multoties flagellat, vt sunt mentis torpor, hæbetudo intellectus, excæcatio interna oculorũ animæ, cùm homo erroribus vndiq; septus, & nequitatis caligine offuscatus, propositam sibi veritatem non videt; vt fuit Pharao Rex Ægypti, qui etsi maxima vidisset à Mose seruo Dei facta miracula; internis tamen mentis oculis orbatus, veritatem videre non poterat. Ideòq; dicebat, *Dominum nescio, & Israel non dimittam.* C

Corporalia flagella hominum.

Sunt alia corporalia flagella, vt cęcitas, surditas, claudicatio, infirmitas, &c. quæ à peccato primi nostri illius parentis dimanarunt. Quod si non fuisset; neq; etiam fuissent tot mala, sed conspicuis oculis, rectis, validisque cruribus, firmo tandem, ac sano corpore à Paradiso terrestri post longissimũ tempus in cœlestem patriam eramus assumendi. Post peccatum verò omnia nobis hæc mala venerunt: imò verò & ipsa mors. Nam etsi & ex principijs; & secundum conditionem naturæ, eramus mortales; *quia omne compositum ex contrarijs* (teste Philosopho) *est corruptibile*; post peccatum tamen, mors fuit in pęnam. Dixit enim Dominus; *Terra es, & in terram ibis*; *& in sudore vultus tui, vesceris pane tuo.*

Quales ante peccatũ homines fuissent.

Propter peccatum, venit mors.

Quòd autem per peccatum homo, mortem, & alios naturales deffectus corporales, tanquam effectus peccati originalis incurrerit, sit certa fidei determinatio, patet ex illo Gen. 2. *In quacunq; die comederis ex eo, morte morieris.* Et Rom. 5. *per vnum hominem peccatum intrauit in mundum & per peccatum mors.* Et cap. 6. *Stipendium peccati mors.* Et Sap. 1. *Deus mortem non fecit, sed impij suis manibus acersierunt eam.* Et cap. 2. *Deus fecit hominem inexterminabilem, &c. Sed inuidia Diaboli, mors intrauit in orbem terrarum.* Quæ veritas definita est in Conci. Mileuitano, cap. 1. Arausicano, can. 1. Africano, can. 76. & habetur de consec. dist. 4. cap. placuit, contra Pelagium asserentem, hominem moriturum etiam si non peccasset, vt refert August. lib. de Hæresi. capit. 88. & Castro li. 2. aduersus Hære. titulo, Adam. Hæresi, 4. & Sixtus Senen. lib. 5. Biblio. Sanctę, annot. 36. & 52. Contra quem disputat idem Augusti. multis in locis, & præcipuè lib. 1. hypognos. & 13. de Ciui. Dei cap. 4. 5. & 15. & S. Tho. 1. 2. quæst. 85. ar. 5. & 6. & 2. 2. q. 164. ar. 1. & prima parte, q. 97. arti. 1. & 2. Sunt tamen aliqui temerè asserentes, hominem per peccatum non incurrisse mortem corporis, sed animæ. Sic sensit August. Chrysamensis Episcopus, in Annotationibus suis in Pentateu. & Philo Iudęus, lib. 2. Allegoriarum ad finem, & Iosephus, lib. 1. antiquitatũ, in illud, *Puluis es, &c.* Et Eucherius, D

Gen. 2.
Rom. 5.
Sap. 1.
Sap. 2.
Concil. Mile.
Cõci. Arausi.
Cõcil. Afric.
Hæresis Pelagij.
D. August.
Castro.
Sixtus Senẽ.
D. August.
D Tho.
Multorum temeraria opinio.
August. Chrisamen. Episcopus
Iosephus.
Eucherius.

lib. 1.

A lib.1.commentariorũ in Gene. Quibus aliquando subscripsit Eugubinus, in annotationibus suis in Pentateucum. Quanuis in sua Cosmopæia palinodiam recantauerit. Et quod mirabile est, D.Greg.in suo registro, li.1.c.195. in Epistola 31. ad Eulogium Episcopum Alexandrinum, adductus verbis illis Gen.2.*quacũq; hora comederis ex eo morte morieris*; *cũ tamẽ* (inquit) *Adam etiam post peccatum, vltra* 900. *annos superuixerit*. Verùm non solùm in animæ; sed etiam in corporis mortem per peccatum hominem incidisse, & Diuina oracula superius citata demonstrant, & Sancti Patres testantur. Tum præcipuè D. Aug.13.de Ciuit.Dei, c.12.vbi mortis vocabulo, omnẽ mortẽ tam tẽporalem, q̃ æternam docet significari. Et hæc est cõis Sententia Theologorum Scholasticorũ. Eugubi. D. Grego. D.August.

Verba autem illa superius citata Gen.2.*quacunq; die comederis ex eo morte morieris*, D.Hier.lib. 2. de traductione Hæbraica dicit, q Simachus melius transtulit dicens, *quacunq; die comederis, eris mortalis, & ineuitabiliter, ac necessariò mortis supplicio afficieris*, vt ait Aug.lib.13.de Ciui.Dei, cap.23.& 11.super Gen.ad litteram.c. 32. Quam sniam sequitur etiam Theodoretus, q.38.in Gen. Iustinus Martyr, in Dialogo cõtra Triphonem, & Irenęus lib.5.aduersus Hæreses, ponentes discrimen inter mẽsuram diei Dei qui est mille annorũ, B & diei naturalis, qui est 24. horarum, dicunt: Adam eo ipso die quo peccauit, mortuum fuisse, cùm non attigerit millesimum annũ, qui est dies Dei, de quo Dominus loquebatur. Sed hanc expositionem ij suscipiant quibus arridet. Varia versio doctorum. D.Hierony. Sımachus. D. August. Theodore. Iustinus Martyr. Dies Dei est mille annorũ, dies verò naturalis est. 24.horarum.

Recens Commentator in Gene.aliã ponit expositionem, pulcherrimam, exponens illud, *morte morieris*, non modò de necessitate moriendi, sed etiam de actuali morte, initiatiuè.s. quatenus ex eo tempore quo primùm Adam comèdit, superueniente frigore, nuditate, fame, laboribus, ærumnis, alijsq; malis, paulatim miser ad corruptionem descendit. Ex peccato igitur labores, & dolores, prælia, pestilentiæ, & fames, Dominus immittit, in terram, vt terreat filios hominũ, & puniat eos pro iniquitatibus suis. Vnde nu.13.dicitur: *Vsquequò detrahet omnis populus iste*? & sequitur. *Feriam igitur eos pestilentia, atq; consumam*, & 1. Paralip... *Misit Dominus pestilentiam in Israel, & ceciderunt de Israel septuaginta virorum*. His flagellis minatur Dominus peccatores per Hiere. 39.dicens, *Persequar eos in gladio, & fame, & pestilentia, & dabo eos in vexationem*; & per Ezech. 5.ca. *pestilentia* (inquit) *fames, & sanguis transibit per te, & gladium inducam super te*, & c.12.ait: *Relinquam ex eis viros paucos à gladio, à* Num. 13. I.Paralip. Hierem.39. Ezech. 5.

fame, & à pestilentia, ut enarrent omnia scelera eorum in gentibus. Huius rei testis est Poloniæ Regnū, qd anno 1509. tribus his flagellis percussum est, & ferè extinctum. Testis est inclita Venetiarū Ciuitas, fame, ac peste annis præteritis afflictata. Testis Italia tota, quæ multis quidem iam annis; sed annis superioribus Bello, fame, & Peste funditus ferè euersa est; & licet mala hæc ex Syderum multoties, planetarumq; coniunctione eueniāt, ut superius indicauimus, quæ suis motu. Et lumine (teste Philosopho) in hæc infereriora agunt; sæpè sæpius tñ accidunt Dño sic volente, & ordinante particulari sua prouidētia, & uolūtate, ad peccatorū vindicationē. Vñ Hiere. 10. dr, *à signis Cœli nolite timere, sicut gentes, quæ timēt; quoniam Dominus pestem misit in Israel*. Et sanè his maximè temporibus, Dñs nostras has Italicas plagas his flagellis diuerberat; quia nunc plusquàm ullo unquam tempore rapinæ, vsuræ, blasphemiæ, effrænatæq; libidini lora laxarunt. Nec est (proh dolor) secūdus Moses, q suis orationibus Dñm strictè deuinciat, petatq; ab eo, *ut parcat Populo noxam, aut deleat eum de libro vitæ*: qui si esset, retraheret hāc manū suā Dñs, nec esset amplius *manus eius extencta*. Immò verò indignationis cruentatum ensem in misericordiæ vaginā reponeret. Dr. n. 2. Paral. 7. *Si clausero Cœlum, & pluuia non fluxerit, mandauero, & præcepero locustæ, ut deuoret terram, & misero pestilentiā in populum meum: Cōuersus aūt populus meus, super quem inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciē meam, & egerit pœnitentiā à vijs suis pessimis, exaudiā de cœlo, & propitius ero peccatis eorū, & sanabo terrā eorum, oculiq; mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius*. Verum multiplicibus flagellis Dei discussis ad secundam difficultatem accedamus.

Poloniæ Regnū ferè extinctū peste. Veneti peste afflictati. Italia forme, peste & bello ferè funditus euersa est.

Hiere 10.

2. Paralip.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum flagellum vnum sit causa alterius?

Titulus quæstionis vari⁹. Caietanus.

IN hoc articulo principaliter sermo est de flagello spirituali, peccato scilicet, quod est maximum flagellorum.

Caiet. sup. 1. 2. q. 87. ar. 2. doctissimè, ut in omnibus, proponit hanc quæstionem sub alio titulo neruum tangens difficultatis videlicet, An inordinatio quæ est essentialiter malum culpæ, sit pœna?

Ordo quæstionis.

Qua in re, Primo loco argumenta in utramq; partem adducemus, deinde Doctorum sententias, & postremò quid

nobis

A nobis probabilius videatur, per aliquot conclusiones exponemus.

Quòd peccatum, sit pœna peccati, hæc argumenta probāt. Primum ex Aug. lib. 1. confes. c. 12. *Iussisti Domine & ita est, vt omnis inordinatus animus sua sibi met sit pœna*, ergo peccatum essentialiter est pœna. Primum argumentum.

Secundum. Peccatum vt peccatum, est priuatio boni conuenientis naturæ rationali, ergo est pœna. Secundum.

Tertium. Maius malum est malum culpę & inhonestum quàm sit malum quod opponitur bono delectabili; sed istud habere est pœna, ergo magis illud. Tertium.

Pro parte verò negatiua, hæc solent adduci argumenta. Argumenta pro parte negatiua.

Primum. Pœna est medicina, peccatum verò nullam habet rationem medicinæ, ergo. Primum.

Secundum. Omnis pęna peccati iusta est; sed quandoque peccatum fit iniustè ergo. Secundum.

Tertium. Omne iustum est à Deo; atqui omnis pęna est iusta, vt ait Aug. lib. 1. retract. ergo peccatum non est pœna, aliàs peccatum esse à Deo. Tertium. D. Aug.

Quartum. Pena est inuoluntaria, secundum Anselmū, lib. de Cōceptione Virginis; peccatum autem est uoluntarium B ergo. Quartum. D. Ansel. Secundum.

Quintum, & ultimum. Omnis pena est ordinatiua culpę, idest supplet quod culpa deordinauerat, & per hoc faciens ad vniuersi decorem; sed culpa sequēs non ordinat culpam præcedentem, nec decorat vniuersum, immo magis deturpat, ergo culpa non est pœna peccati. Hęc problematicè argumenta adduximus.

Magister, in 2. d. 36. per totum vbi hanc materiam diffusè tractans duas ponit opiniones.

Prima est dicentium, peccatum vnum non esse pœnā alterius peccati essentialiter, siue ſm illud qđ est, sed esse pęnā causaliter, ratione illius quod concomitatur, vel consequitur, puta ratione immutationis, & corruptionis boni naturæ, quæ ex peccato ponitur in peccante. Per peccatū .n. corrumpitur natura, & imminuitur bonū eius, & in ipsa corruptione, & imminutione boni, passio & pęna est. Nec est essentialiter ipsum peccatū per quod fit; sed ideò peccatum dr̄, quia per peccatū illicò ut peccat homo, fit in homine illa corruptio, quæ tn̄ fit Deo auctore. Itaq; sicut infamia quæ nascitur ex peccato publico, dr̄ esse vindicta. & supplicium peccati occulti, nō ratione ipsius transgressionis, sed ratione infamiæ cōsequentis: & sicuti peccatum in quo est manifesta ignominia, sicut Prima Snīa.

hæresis est pęna peccati superbiæ, nõ ratione culpę; sed ratione ipsius ignominię concomitantis; ita illa priuatio boni ẽm effectũ nõ est peccatũ sed pęna peccati: cuius priuationis materia & cã peccatũ est, quod à Deo non est. Et ẽm hunc sensum dicunt isti, omne mortale peccatum posse dici pęnam. C

Secundò dñt, quædam peccata etiam pęnas & causas esse peccati; sed diuersimodè; pęnas quidẽ respectu peccati præcedentis; causas autem respectu subsequentis, quod latius à nobis inferius declarabitur.

Secunda Sententia. — Secunda opinio est Magistri dicentis, ꝙ peccatum nõ solùm est pęna causaliter, & extrinsecè, sed etiam essentialiter, & intrinsecè, quod probat duobus medijs.

Probatur Primò. D. Aug. Rom. 7. Galat. 5. — Primò auctoritate Aug. lib. 1. retract. c. 9. & lib. 3. de lib. arbi. c. 18. to. 1. dicentis. *quædam necessitate fieri ab homine quæ mala sunt, & eadẽ iusta pœna peccati sunt, iuxta illud Apost. Ro. 7. non quod volo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago. & ad Gal. 5. caro concupiscit aduersus spiritum, quæ oĩa ex illa mortis damnatione sunt, nec sunt natura, sed pœna hominis.*

Secundò. — Secundò probat exemplo quorundam peccatorũ, quæ sine dubio simul peccata, & pęnę sunt, ut patet de ira & inuidia: multa. n. quæ patimur peccata sunt, sed non inquantũ patimur eis, sic. n. pęnæ sunt. Hanc sñiam Magistri sequitur D. Bona. in 2. d. 36. p. p. q. 1. & Sco. 2. d. 36. 37. q. 1. Gab. ea. d. q. vnica. Nicolaus de Nise. tract. 3. p. 1. portione. 1. q. 1. & cõiter Scotistæ omnes, & Cano. lib. 2. de lo. Theo. c. 4. & Corra. in comment. sup. 1. 2. S. Tho. lo. infra citando, & Grego. de Valentia, tom. 2. disputat. 6. q. 17. puncto 3. in hanc sñiam descendit D. Tho. in q. 1. de malo art. 4. ad 2. & 3. Vbi annuit, quòd peccatũ essentialiter & intrinsecè pęna sit, dum ait: *Quòd ipsi actui peccati prout importat deordinationẽ, immiscetur ratio pœnæ, & sic nihil prohibet idem secundùm diuersa esse pœnam, & culpam; culpam quidem inquantum est actus liberè elicitus à voluntate; pœnam verò, inquantum deordinationem, & boni, ordinisve priuationem habet.* D

D. Bona. Scotus. Nicolaus de Nise. Cano. Corra. Greg. de Valentia. D. Tho. q. de malo. D. Tho. mutauit sentẽtiã.

Peccatum dupliciter consideratur per se, & per accidẽs, primo modo hẽt rõnẽ culpę, Secundo modo pęnæ, & ita vnũ peccatũ põt esse pęna alteri⁹. — Verùm idem D. Tho. exactius rem perpendens 1. 2. q. 87. ar. 2. vř aliter sentire, vnde egregiè hmõi difficultatẽ soluit dicens. Peccatum dupliciter posse considerari, per se .s. & per accidens, per se quidem, inquantum egreditur à uolũtate, & est deffectus quidam uoluntarius, sic. n. habet rationẽ culpę; & ẽm hanc considerationem constanter asserit, nullo modo posse esse pęnam peccati, nec sui ipsius, nec alterius, quoniã de ratione pęnæ est ut sit contra uoluntatem.

Peccatũ vnũ põt esse pœna alterius tripliciter. — Per accidens aũt, peccatum unũ potest esse pœna alterius

tripliciter.

A tripliciter. Primò secundùm suam causam, idest propter subtractionem auxilij, & gratiæ Dei, quæ quidem subtractio, cùm pęna quædam sit à Deo animæ inflicta, peccatum ad illam sequens, pęna quoq; meritò appellatur, iuxta illud Pauli Rom. 1. *tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, quæ sunt animæ passiones*, quia. s. homines auxilio Diuinę gratię destituti, à passionibus, & tentationibus vincuntur; & sic semper peccatum dicitur esse pęna peccati.

Primo s̄m suā causam, Secundo s̄m substantiā actus, Tertio ratione effectus.
Rom. 1.

Secundo modo secundùm substantiam actus. i. Materiale peccati quatenus molestiā, & afflictionem inducit, siue sit actus internus, vt ira, & inuidia, siue externus, vt labores, & sudores in peccādo, iuxta illud Sap. 5. *lassati sumus in via iniquitatis*.

Tertio modo ratione effectus, cùm. s. aliquod peccatū ratione subsequētis effectus pęnalis, pęna dr̄, vt ignominię, seu damni temporalis, quod sequitur ad peccatū, & his duobus postremis modis non solùm (ait D. Tho.) peccatum, est pęnā præcedentis peccati, sed ēt sui ipsius. Vn̄ ex sententia D. Tho. habetur, quòd peccatum vt peccatum, non potest esse pœna sui ipsius, quod sequuntur omnes Thomistæ, & præcipuè Medina, in Comment. 1. 2. lo. cit.

Nota resolutionem dubij.

B Caietanus in Cōmen. sup. eandē 1. 2. tenet, peccatum, etiā in ipsa deordinatione non habere rationem pœnæ, siue illa deordinatio vt actio, siue vt passio consideretur. *Quoniam etiam secundum inordinationem* (inquit) *passiuè sumptam, actus ille voluntarius est, saltem indirectè, & secundariò, quod sufficit ad rationæ culpæ. Est autem ipsa deordinatio inuoluntaria, non in se, sed tantùm in eius inseparabili effectu*. Verū hic auctor, in illud 2. Reg. 12. *Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua*, videtur diuersum quid sentire, & in Magistri sententiā declinare dum ait, *peccatum ipsum esse pœnam peccati, nec Deum esse auctorem peccati vt sic, sed inquantum pæna est peccantis, vel alterius.* Idem repetit in 2. Reg. 16. super illa verba, *Dominus præcepit ei vt malediceret Dauidi. Agnoscit* (ait) *maledictionem illam non quatenus erat peccatum; sed quatenus erat pœna ipsius Dauidis*. Et addit Caietanus, *Deum esse auctorem peccati, vt malum pœnæ est*. In quo acriter reprehenditur à Cano. lib. 2. de lo. c. 4. *quando enim* (ait Cano) *vnū peccatum alterius peccati pœna est, tunc nec actio nec passio honesta est, sed is qui plectitur, & agendo, & patiēdo peccat.* Quāuis Cano alia non constanti ratione illum redarguat dicens, *quòd Deus non sit auctor omnis mali pœnæ, quoniam tunc esset etiam causa indurationis.*

Opinio Caietani.

Caietanus videtur varius.
2. Reg. 12.

2. Reg. 16.

Caietanus tenuit Deū esse auctorē peccati, vt est malum pęnę, sed reprehendit à Cano.

Sententia Durandi.

Durandus, in 2.d.36.q.2.dicit duo. Primum, *quòd peccatũ non potest esse pœna peccati per se loquendo, sed tantùm concomitatiuè, vnde nunquam sui ipsius.* Secundò dicit.in q.1.eiusdem distinctionis, quòd *peccatum est causa alterius peccati nõ effectiuè, sed meritoriè.l. concomitatiuè*; & hoc solùm verum esse ait de peccato quo priuatur gratia, quia per sequẽtia peccata non tollitur gratia. Quòd quantum sit verum, paulo infra examinabitur, atque, hæc sunt placita Doctorum. C

Auctorũ concordantia.

Ante quam autem ad conclusiones accedamus, duo notanda sunt.

Primum, quòd præfati Auctores, in nonnullis necessariò cõuenire debent. Primò, quod in peccato est considerare culpam & pęnam. Sic Hiere.2. *Scito quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te*, quo loco, per *malum* (in omni peccato) culpam; per *amarum* verò, pœnam intelligimus. Vnde Pharao qui peccans hebræorum filios suffocari iussit, ut patet Exod. 14. ipse in pœnam, rubri quoque maris aquis vnà cum suo exercitu suffocatus est. Adonibezech Iud.1. qui manuum, pedumque summitates alijs Regibus preciderat, suarum manuũ, pedũq; summitatibus præcisus est. Zebee, & Salmana homicidium perpetrarunt, dum Gedeonis fratrem occiderunt; propter quod & ipsi Gedeonis gladio occisi sunt. Saul multocies Dauidem petijt, dum lancea casso vulnere, perlata est in parietem; peccatum verò hoc fuit pœnæ grauissimæ causa, dum 2.Reg.1.suo semet gladio iuguleuit. Eliodorus templum Domini depredaturus venerat Hierusalem, moxq; propter peccatum, *validissimus equs cui insidebat Angelus Domini, priores ei calces elisit. & ab Angelis acriter verberatus est*. Tandemq; vt infinita alia quæ occurrunt exempla dimittamus, quæ longum esset enarrare; Iosias Rex, *cùm extendisset manum suam contra altare*, & apprehendisset Prophetam Domini, *statim manus eius aruit*. Et Propheta inobediens verbis Domini à Leone occisus est. Itaq; in omni Peccato est Pena, & culpa. Et cùm tripliciter pecet homo, primò contra dictamen rationis, secundò contra statutum, & leges humanas, atq; item tertiò contra legem Dei, fit, vt triplici quoque pęna peccatu mpuniri debeat. Primò ex remorsu cõscientię quatenus contra primum peccat. Secundò à superiore Ecclesiæ, vel Reipublicę, prout agit contra secundum. Et denique pœna ab ipso Deo inflicta, quatenus contra tertium, Dei scilicet mandata operatur. D

In omni peccato est pęna & culpa. Nota pro cõcionatorib⁹. Hiero.2. Exod.14. Iudi.1. 2. Reg. 1. 2. Machab. 3. Reg. 13.

Secũdum in quo doctores cõueniũt.

Scd̃m in quo conueniunt est. Quòd maius malũ est malũ

culpæ

A culpæ quàm pęnę, vt lib. 3. de Ciui. Dei dicit Aug. *Mala pænæ magis odiunt mali, mala verò culpæ magis odiunt boni*. Et lib. de natura boni. *Malũ est priuatio ordinis*; ab ordine aũt plus elongatur culpa quã pęna, & est axioma commune Theologorum, & præsertim D. Tho. q. 1. de malo arti. vlti. & alibi. D. August. D. Tho.

Tertiò conueniunt. Quòd peccatum est pęna peccati, aut per se, aut per accidens. Quod aũt in cõtrouersia versatur est, vtrum intrinsecè ét ratione culpę, peccatum sit etiam pęna peccati, idest, an ille met deffectus in quo ratio peccati consistit, possit sub aliqua ratione esse pęna peccati. Tertium in quo Doctores conueniunt.

Secundò notandum est. Quòd causa diuersitatis opinionum Theologorum est, quia diuersi diuersam hñt rationem pęnę. Nam qui cõstituunt de ratione pęnę esse ꝙ sit iusta, bona, à Deo, & inuoluntaria, dñt consequenter, peccatũ non esse pęnam: qui arbitrantur de ratione pœnę esse tm̃ carẽtiã & priuationẽ boni cõuenientis rõnali naturæ, affirmãt peccatum verè, & essentia'iter esse pęnã. Pœna autem (propriè, & absolutè loquendo) est illa quæ priores habet conditiones. Quase doctores circa hãs quæstionem varia sentiãt.

His positis, sit Prima Conclusio. Illa deordinatio quæ est in actu peccati, non rationem pęnę, sed culpę in ipso actu cõstituit. Explico. Deffectus ille, seu inordinatio quæ est in actu materiali peccati, est ipsa formalitas peccati. Probatur. Prima Cõcl. De ordinatio in actu peccati non est pęna, sed culpa.

Primò. Malum culpæ formaliter nil aliud est quàm deformitas ipsius actus; atqui inordinatio formaliter est ipsa deformitas ergo. Probatur Primo.

B

Secundò. Illa inordinatio vt passio recepta in peccante voluntaria est, quia peccator nõ solũ volũtariè actiuè cõstituit se in peccato, sed ẽt passiuè hoc est, non solũ volũtariè peccat agens, sed ẽt dũ ponit se in peccato, & in eo perseuerat, ergo. Secundò.

Tertiò. Hæc inordinatio passiua in volẽte, prout inhęret eius voluntati, peccatum est, & peccatorem hominem facit formaliter denominatione intrinseca, ergo illa propriè est culpa, & non pœna. Tertiò.

Quartò. Ex hoc ꝙ voluntas recipit in se peccatũ, homo deterior fit; sed Deo auctore nemo fit deterior, vt ex Aug. li. 83. q. q. 3. habetur, ergo peccatum secundùm illam consideratio nem non habet rationem pœnę, sed culpæ: cùm nemo per pęnam, sed per culpam fiat deterior. Quartò. Deo auctore nemo fit Deterior ex D. August.

Quintò, & est Achilles Caetani. Inhæsio seu passio huius inordinationis culpæ, aut ponitur effectus actionis inordinatæ, quæ est peccatũ, aut nõ, si ponitur effectus, aut formalis, & tunc idem est iudiciũ de culpa, & de tali effectu: sicut idẽ est iudicium de cęcitate, & esse cæcum, albedine & esse albũ: Quintò.

sin aliter quasi sicut passio est effectus actionis, tunc non esset dicendum, quòd ipsa essentia peccati est pęna, sed effectus eius. Si verò non ponitur effectus, sed ponitur idéticè idem, & respectu distincta, extra voluntatem non est. C

Sextò.

Sextò. Eadē sunt principia actionis, & passionis, ergo si inordinatio, vt passio esset à Deo, vt actio quoq; esset à Deo, cõsequens autem est falsum, quia peccatum esset à Deo, ergo & antecedens, non ergo inordinatio pœna est.

Secunda Cõclusio.

Secunda Concl. Peccatū essentialiter nõ est pœna, nec sui ipsius, nec alterius. Hæc conclusio, patet ex præcedenti Conclusione, & probatur.

Peccatum essētialiter nõ est pœna, nec sui ipsius, nec alterius.
Probatur.
Primo.

Qm̄ peccatum essentialiter voluntarium est. Quamuis. n. inuoluntariū habitualiter sit. i. contra inclinationem voluntatis, quæ in bonum & honestum tendit in quo sensu uerū est, ꝙ nemo aspiciens ad malum operatur; in actu tamen semper voluntarium est, pœna autem vt sic inuoluntaria est.

Secundò.

Secundò. Qm̄ si peccatū essentialiter esset pœna, esset rõne corruptionis boni, seu priuationis debitæ rectitudinis, siue inordinationis quæ idem sonant; sed hæc omnia sunt effectus formalis peccati, & ipsum met peccatum in suo formali conceptu sumptum, ergo.

Tertiò.

Tertiò. Peccatum vel est pœna formaliter sumptum, vel materialiter, non formaliter, quia tūc culpa esset pœna, quod est absurdum. Nec materialiter, nam deffectus ipse, consideratus ut est damnum animæ, & incommodum homini, quantùm ad gratiam rationem culpæ obtinet, cui deinde debita pœna, non solùm pro grauitate culpæ; sed etiam ex estimatione Diuina à Deo infligitur.

Quartò.
Terminus à quo iustificationis est culpa.
Concil. Trid.
D. Tho.
Caietanus.

Quartò. Terminus à quo iustificationis, non debet esse pœna, sed culpa, vt patet ex Conc. Trid. Ses. 6. cap. 4. *est enim transmutatio seu translatio à statu iniustitia ad statum gratia*, vt doctè D. Tho. 1 2. q. 123. art. 1. sed priuatio gratiæ in adultis, quæ verè peccatum est, manēs in eis per modum habitus, est verus terminus à quo iustificationis, vt doctè Caiet. in comment. super artic. 2. q. 123. 1. 2. ergo ista priuatio non est pœna, sed culpa.

Scoti doctrina ī materia de iustificatione est falsa.
Ratio dicti.

Scotus autem. in 4. d. 1. q. 6. & d. 14. q. 1. & d. 16. q. 2. & in 2. d. 28. errauit in hoc, existimans terminum à quo iustificationis esse Peccatorem, prout est in statu reatus, & obligationis ad pœnam, à Deo sibi pro peccato destinatam, quæ obligatio remanet in illo post peccatum commissum, & per hanc (ait) est formaliter Peccator, ex quo infert, absq; dono gratiæ posse impium iustificari.

Quæ

A Quæ doctrina falsa est. Namq; præter prædictam obligatione ad pœnam, est in peccatore priuatio gratiæ, & boni debiti, quæ est malum culpę formaliter per modū habitus, per quam peccator post patratam iniquitatem est formaliter peccator. Et hæc priuatio est formaliter terminus à quo in iustificatione Impij, per modum contrarij, vt ait D. Tho. & Caietanus, lo. cit. & idem D. Tho. in 1.2. q. 86. artic. 1. & 2. D. Tho. Caietanus.

Ex quo sequitur, peccatum nulla potentia deleri, aut remitti posse sine interiori animæ renouatione, & trāsmutatione reali à prauitate, ad rectitudinem: quæ renouatio à D. Tho. gratiæ infusio appellatur, in quæst. de ueritate. quæs. 28. ar. 2. ad 4. & à Capreo. in quarto distin. 1. quæst. 2. & Sotto, libr. 2. de natura, & gratia cap. 18. Peccatū nulla potētia pt deleri aut remitti, sine transmutatione reali à prauitate ad rectitudinem. D. Thom. Capreo. Soto.

Crediderim, de potētia Dei absoluta, nō esse necessariā qualitatē superadditā gratiæ ad iustificationē, sed sufficeret rectitudo interna essentialis, quę in hoc cōsistit, ꝙ potētiæ animæ sint inter se, & cū Deo rectè ordinatæ. Quod per motum Diuinum sine huiusmodi qualitate superaddita sine dubio fieri potest, ut doctè Medina in Comment. super dictum artic. 2. quæst. 123. 1. 2. Quāuis de Potentia ordinaria, id peccator nō consequatur sine gratiæ infusione, ut in eod. Concilio Trid. loco citato definitur. De potentia Dei absoluta, ad iustificationem nō est necessaria qualitas gratiæ superaddita, Medina.

B Quintò. Illa boni corruptio, siuè actiuè, siuè passiuè sumatur, est imaginis deformatio; deformatio autē imaginis Deo displicet, ergo non est à Deo, cum nihil quo Deo displicet sit ab eo. Non ergo talis corruptio est pœna. Quintò probatur.

Sextò. Si peccatum esset essentialiter pœna, esset propter rationes, Magistri; sed hæ nullæ sūt, ergo. Et probatur. Quoniā prima ex necessitate peccandi quam homo ex peccato Adæ contraxit, quæ est ad peccata venialia in vniuersali, ut idem magister. Hieronymi, & Augustini disparia dicta conciliās, & ibidem D. Bona. dicunt, infert Magister, peccatum essentialiter esse pœnam; cùm potius debuisset adducere auctoritatum de peccatis mortalibus, quæ tamen singula cum Dei gratia potest homo uitare. Illud enim (vt ait Augustinus lib. de duabus animis) solùm est peccatū, à quo liberum est abstinere. Secundò quia concupiscentia de qua procedunt auctoritates D. Pauli ad Gala. 5. &c. non est peccatum nisi materialiter. *Nihil enim damnationis est*, (ut ait Paulus Ro. 8.) *ijs qui sunt in Christo Iesu*. Qam concupiscentiam quamuis Apostolus aliquando peccatum appellet, Sancta Synodus Tridentina sess. 5. capi. 5. declarat, Ecclesiam Catholicam numquam intellexisse peccatum appellari, quòd uerè, & propriè peccatum Sextò. D. Hiero. D. August. D. August. Galath. 5. Concupiscētiā nō est peccatū formaliter, sed tantū materialiter. Nota. Concil. Tri

tum sit; sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. De C
qua re legendus est Augustinus Epistola 200. & lib. de perfectione Iustitiæ ad fin. & lib. de nuptijs, capit. 29. & lib. 1. contra duas Epistolas Pelagij, cap. 13. & lib. 1. retract. capit. 15. & Ruffen. artic. 2. contra Lutheranos, & D. Tho. 1. 2. quæst. 32. artic. 1.

D. August. Ruffen. D. Tho.

Tertia Conclusio. Peccatum potest esse pœna alterius peccati extrinsecè. Probatur Primò. D. August. Psa. 57.

Secunda ratio Magistri erat de ijs peccatis quæ sine dubio peccatũ sunt, & pœna, ut de ira, & inuidia. Sed hæc peccata, passioné, & pœnam per accidens, seu extrinsecè important, ut egregiè dicit D. Tho. 1. 2. quæst. 87. art. 2.

Tertia Conclusio. Peccatum potest esse pœna alterius peccati extrinsecè, tribus illis modis à D. Thom. expositis, ubi supra, & in hoc nulla est controuersia, nec difficultas. Et probatur.

Primò ex Augustino super psal. 57. in illa uerba, *supercæcidit ignis, & non uiderunt solem*, & citat à Magistro in principio, ubi ait. *Ignis superbiæ, & cõcupiscentiæ, & iræ intelligitur.* Istas pœnas, pauci uident, ideò eas maximè comemorat Apostolus in Episto. ad Rom. 1. & enumerat multa quæ peccata sunt, & pæna peccati. Inter primum enim peccatum Apostasiæ, & ultimam pœnãignis æterni, media quæ sunt, quæ peccata sunt, & pœna peccati. Et lib. 3. de libe. arbit. capit. 18. & li. 5. in Iulianum capit. 3. idem ostendit. Gregorius quoque lib. D 25. moral. capit. 12. & 13. & homil. 11. super Ezech. probat ex psal. 68. *Appone iniquitatem super iniquitatem*, atq; ex illo Oseæ 4. *sanguis sanguinem tetigit*, Deum ponere offendiculum, ut scilicet grauius peccandò impingat, ei qui non uult pænitere. *Peccatum enim* (ait) *quod per pœnitentiam citius non deletur, aut peccatum est, & causa peccati, aut peccatum, & pœna peccati, aut peccatum simul, & causa, & pæna peccati.* Vnde Paulus ad Rom. 1. & 1. ad Thesal. 2. dicit. *Tradidit eos in immundiciam, in passiones ignominiæ, ut impleant peccata sua semper.* Et Gen. 15. dixit dominus, ***non sunt completa peccata*** *Amorrhæorum*, ut protractionem, & superuenientiam peccatorum, & pænarum significaret. In quo sensu Apoch. ultimo ait, *qui in sordibus est, sordescat adhuc.*

Rom. 1. D. Greg. Psal. 68. Oseæ 4. Rom. 1. 1. ad Thes. 2. Gen. 15. Apoch. ultimo.

Quarta Conclusio. Peccatum ratione alteri' adiuncti potest esse pœna peccati. D. Thom. Aurea senteñtia D. Grego.

Quarta Conclusio. Peccatum ratione adiuncti, utique potest esse pœna peccati. Hæc est D. Thom. in 2. 2. quæst. 32. art. 2. ad 4. dicentis, *quòd licet pœna diuidatur contra culpam; nihil tamen prohibet, aliquod peccatum ratione alicuius adiuncti esse pænale. Vt inuidia quæ dicitur esse quædam pœna*, secundùm, illud Gregorij li. 5. moral. ca. 34. circa principium cuius aurea uerba sunt hæc. *Cùm deuictum cor liuoris putredo corru*

perit,

A *perit, ipsa quoque exteriora indicant, quàm grauiter animum uesania instiget. Color quippè pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, membra frigescunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor.*

Quinta Conclusio. Peccatum est causa peccati, non solùm pœnæ. Explico, & est doctrina Magistri. Peccatum est pœna præcedentis peccati, causa uerò subsequentis. sic D. Tho. 1. 2. quæst. 75. artic. 4. & in 2. distin. 36. artic. 1. & d. 42. quæst. 2. art. 1. quæstiunc. 2. ad 3. & in quæstionibus de malo q. 8. docet sm quatuor genera causarum, efficientem, materialem, formalem, & finalem vnum peccatum causam esse alterius, efficiēter quidem dupliciter, per se, uel per accidens. Per se, dū ex uno actu peccati, disponitur homo vt facilius alium actum committat, ex actibus enim frequentatis causantur habitus inclinantes ad similia, & hoc (ut benè notat Bona. super littera Magistri, dubio primo dist. 36.) habet peccatum tam ratione auersionis, quàm ratione conuersionis, diuersimodè tamen. Nam ratione auersionis in qua communicant omnia peccata, quodlibet est causa cuiuslibet: ratione verò conuersionis in qua distinguntur, non quodlibet est causa cuiuslibet; sed peccatum vnius generis disponit ad peccatum generis proximi, utpote spirituale ad spirituale, vt superbia ad inuidiam, & carnale ad carnale, ut gula, ad luxuriam. Per accidens uerò, sicut remouens prohibens. Cùm enim per unū actum peccati homo gratiam Dei amittat, & charitatem, & uerecundiam, uel quodcumque aliud retrahens à peccato, incidit ex hoc in aliud peccatum: & sic per hoc unum peccatū est causa alterius peccati per accidens. Materialiter autem unum peccatum est causa alterius, in quantum præparat, & subministrat alteri materiam. Sicut auaritia præparat materiam litigio, quod plerumq; est de diuitijs congregatis. Finaliter uerò, inquantum unum ad aliud ordinatur, ob cuius finem aliud committitur. Sicut committens Symoniam propter ambitionem, uel furtum propter fornicationem. Formaliter autem ratione auersionis (ut ait Bona.) quia ex hoc quod à Deo auertitur, elongat se à Bono, & per hoc homo fit impotens ad resistendum malo. Et quoniam in moralibus specificatio fit a fine, ut ait D. Tho. 1. 2. quæst. 1. arti. 3. & q. 18. arti. 4. & 6. fit, ut unum peccatum sit formalis causa alterius, ex hoc quòd est finis eius. In peccato enim furti quod propter fornicationem patratur, furtum est ut materiale, fornicatio uerò ut formale.

B

Duran. in 2. dist. 36. quæst. 1. nu. 5. dicit, *quòd secundum genus*

Quinta Conclusio. Peccatum est causa peccati, & non solùm pœnę. Mag. D. Tho. Secundū omnia quatuor genera causarum peccatū unum est causa alterius. Primò efficienter.

Secundò materialiter.

Tertiò Finaliter.

D. Bona.

D. Tho. Nota peccatum vnū habere rationē materiæ respectu alterius.

Durandus errat.

nus causa formalis, vnus actus peccati non potest esse causa alterius propriè loquendo. Sed errat. C

Magister. D. Bona.

Magister putat, peccatū præcedens esse causam meritoriā sequentis. D. Bonauentura, in quæst. 1. in solut. ad 8. ait, hoc esse meritum non condigni, sed congrui; quæ quidem congruitas in alia culpa de facili recompensari potest per aliam congruitatem. Sicut enim congruum est, quod Deus Peccatorem permittat labi in aliud peccatum, sic etiam congruum est, ut qui mala usus est uita, eam sibi auferat, & in infernum demergat. Sicut e contra, congruum est, ut si uelit abstinere, det ei auxilium ut in aliam culpam non corruat. Hoc autem meritum congrui sic appellatur, quia congruit hoc Diuinæ Iustitiæ, ut ex se patet.

Nota quod peccatum vnum ex parte inordinationis, nō est causa peccati, sed ex parte actus, qđ est materiale in peccato.

Aduertendum est aūt hoc loco, ex D. Thom. in solut. ad 1. *quòd peccatum ex parte inordinationis, non est causa peccati, sed ex parte actus .i. materiale peccati.* nec in hoc est procedere in infinitum, cum ad peccatum Adæ deueniatur, cuius causa non fuit aliud peccatum sicut enim peccatum primi Parentis non potest dici pœna alterius peccati, ex sententia. D. August. lib. 1. retract. c. 15. in Ps. 57. in illud, *supercacidit ignis*; ita nec ab alio præcedenti causatur.

D. Aug.

Dubiū Medinæ de statu perplexitatis

Medina, in comment. sup. quæst. 76. 2. 2. art. 4. mouet quæstionem: num unum peccatum possit esse causa sufficiens alterius peccati, ita ut necessariò ex illo sequatur, quod est quærere: an detur status perplexitatis in homine, & adeò sit perplexus, ut quidquid facit necessariò pecet. Et statim se expedit dicens, in sensu diuiso, unum peccatum non sequi necessariò ex alio, quia pænitere potest de primo; in sensu autem composito. 1. si non pęniteat, necessariò consequi. Verbi gratia, Sacerdos curatus habens concubinā, non pœnitens, nec deserens illam, celebrans necessariò peccat, & si non celebrat peccat, quia facit contra suam obligationem quæ est celebrandi. Axioma autem Theologorum, *quòd nemo in hac vita est perplexus*, intelligitur sine culpa sua in sensu diuiso: sic enim uitare potest, non autem in sensu composito. D

Solutio dubij.

Illud axioma Theologorum, quod nemo est in hac vita perplexus, quomodo intelligatur.

Durandus errat.

Durandus in eadem q. nu. 4. dicit, quòd *effectus peccati est priuatio gratiæ, non effectiuè, sed meritoriè, vel concomitatiuè, Vnde peccatum* (inquit) *est causa motus uel lapsus in quodcunque aliud peccatum sicut remouens prohibens*. Et hoc solùm uerum esse de peccato quo priuatur gratia, quia per sequentia peccata, gratia non tollitur. Sed errat secundò. Quoniam quanuis per sequentia peccata, gratia non tollatur; impediuntur

A pediuntur tamen alia Diuina auxilia, & motiones spiritus sancti.

Sexta, & ultima Conclusio. Probabile est, peccatum ratione deordinationis, esse etiam pœnam sui ipsius. Explico. Priuatio rectitudinis quæ est formale peccati, dupliciter potest considerari, uno modo respectu actus, prout procedit ab agẽte contra ordinem rationis, & sic est malum culpæ, secundò quatenus agens priuatur bono conuenienti animæ rationali, scilicet rectitudine rationis, & sic potest dici pæna sui ipsius. Probatur.

Sexta Conclusio. Probabile est peccatum ratione deordinationis, esse etiam pœnam sui ipsius. Probatur Cõclusio. Primò.

Primò ex Augustino, li. 1. confes. ca. 12. iussisti domine & ita est, ut omnis inordinatus appetitus, sibi ipsi sit pœna. Et hæc pœna est remorsus ille de peccato mortali, quo nunquã cessat, de quo Isa. ultimo dicebat *uermis eorum non morietur. Sic enim Diuina Iustitia exigit* (ut ait Augustinus in Enchy.) *ut nec uno etiam momento temporis sit dedecus peccati, sine decore Iustitiæ*, ut impleatur illud psal. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam*, idest, Permitte, ut per superuenientem iniquitatem, præcedens iniquitas puniatur, secundùm illud Apoch. ultimo: *Iustum est ut qui sordidus est, sordescat adhuc.*

D. August. Isa. ultimò. Psal.

Secundò argumento Scoti. Magis bonum uoluntatis est B rectitudo rationis, quàm bonum utile, uel delectabile; sed priuari ijs commodis est pœna, ergo multo magis priuari bono honesto, quod est magis.

Secundò ex Scoto.

Tertiò. Quia de ratione pœnæ satis esse uidetur, quòd sit contra commodum naturæ, nec requiritur quòd sit inuolũtaria. Nam pæna puerorum decedentium sine baptismate, est uera, & propijssima pęna pro peccato originali inflicta; hæc autem pœna inuoluntaria non est habitualiter, cùm nullam afferat tristitiam. Deinde. Multæ pœnę uoluntariæ sunt, ut disciplinæ, peregrinationes, &c. Adhæc. Omnem pęnam iustã, quæ non sit peccatum, à Deo esse, sicut certum est, ita affirmandum uidetur, pœnam quæ simul sit peccatum, à Deo non esse: & hæc satis probabiliter sint adducta. Verùm Theologicè loquendo, opinio S. Thomæ mihi probabilior uidetur loquendo de pœna propriè sumpta, unde restat ut argumentis pro utraque parte factis respondeamus.

Tertiò. De ratione pœnæ nõ est necesse ut sit inuolũtaria. Multæ pænæ sunt uoluntariæ. Opinio D. Thom. probabilior.

Ad Primum Augustini respondeo cum medina, quòd actus inordinatus, pœna est peccantis causaliter, idest causat amaritudinem & afflictionem in anima peccantis, unde reducitur esse pœnam peccãtis ratione effectus, qui est tertius modus à D. Thom. allatus.

Ad Primum.

Ad secundũ. Ad secundum, negatur consequentia. Nam ipsa priuatio C ut sic, est effectus formalis peccati, de quo idem iudicium est ac de peccato.

Ad tertium. Ad Tertium, respondet Caietanus quòd priuatio Iustitię in actu, est longè maius malum quàm priuatio commodi, & magis disconueniens: non tamen sequitur, ergo est magis pœna à superiori ad suum inferius affirmatiuè; sed benè sequitur, ergo est peius quàm pœna, quod uerum est. Quia malum culpæ longè peius est quàm malum pœnæ.

Ad argumenta pro parte negatiua. Ad Primum. Ad Primum dicendum esset, non omnem pœnam habere rationem medicinę, sed tantùm illam quæ est à Deo infligente, uel efficiente, quę autem est à Deo deserente, nequaquam.

Ad secundũ. Ad secundum, negatur consequẽtia. Nam quamuis peccatum esset iniustè, iustè tamen inordinatio illa pœna esset.

Ad tertium. Ad Tertium, patet responsio ex dictis. Pæna enim iusta, quæ non est peccatum formaliter, est à Deo.

Ad quartũ. Ad quartum posset responderi, non esse de ratione pænæ quòd sit inuoluntaria, uel tristitiam afferat; sed sufficit ut a- D ctualiter à uoluntate non approbetur, & quòd non sit uolũtaria, in quo differt à peccato, quod non solùm est uoluntarium, sed etiam lubenti animo admittitur.

Ad Quintũ. Non omnis pœna habet rationem medicinę. Sufficit ad rationẽ pænæ, ut actualiter à uoluntate non approbetur. Ad Quintum respondetur. Quòd omnis pæna eo modo ordinat quo modo punit. Et in hoc ordine laudatur Diuina iustitia, quæ committentem vnum peccatum, iusto iudicio permittit labi in aliud, ut ait Bona. loco cita. num. 7. Et quamuis de peccatorum causis multa possent tractari; tamẽ quia non est hoc proprium institutum, ideò hæc breuiter dicta sufficiunt.

ARTICVLVS TERTIVS.

An omnes corporaliter flagellati, iudicandi sint peccatores?

Verbum Dei ad præliandum è cælo in terram descendit. VEnit è cælo in terram Dominus, ut præliaretur, & debellaret antiquum humani generis hostem. *Dum medium* (inquit) *silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu mediũ iter perageret, omnipotens sermo tuus domine, de cælis à regalibus sedibus, in mediam huius exterminij partem, durus debellator uenit*. Vnde dicebat Dominus: *non ueni pacem mittere, sed gladium*. Et sanè in præliando se exercebat Dauid, dum dicebat.

A cebat. *Benedictus Dominus qui docet manus meas ad prælīū, & digitos meos ad bellum*. Ad prælium ergo hoc hortabatur Dominus suos dum dicebat: *Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*. Quasi dicat: tollat ensem crucis, tollat labores, & tribulationes, tollat flagella, & torment: aut sic deuicto Tyranno, gloriæ palmam suscipiat. Sed non omnes eodem modo præliantur, neque omnes eodem modo crucem tribulationum, & flagellorum assumunt, & portant.

Psal.

Non omnes eodē modo ferunt crucē tribulationum.

Quidam enim portant crucem Domini inuolūtariè, quidam impatienter, sed condignè, quidam patienter, & innocenter. Quidam (inquam) crucem Christi portant, sed inuoluntariè, & ij in Simone Cirenæo figurantur. Vnde dicitur in Euangelio, *quod illum angariauerunt, ut tolleret Crucem eius*. Et ij sunt incipientes, qui delectationibus mundi offuscati, deuij à tramite recto, conscientiæ stimulis, crebrisque Angelicis, & Diuinis illustrationibus cōmoti, quodammodo angariantur, ut Christi crucem tollant. De quibus ait Gregorius in suo Pastorali: *Via Dei, inchoantibus, angusta est, & perfectè iam uiuentibus lata*. Quidam secundo loco, crucem Christi ferunt impatienter, affines latroni peruerso, & ij sūt peccatores, Deum in suis infirmitatibus blasphemantes de B quibus dicitur in psal. *Acuerunt linguas suas sicut serpentes, & alio loco: Posuerunt in cælo os suum*, blasphemando scilicet Deum, de quibus ait Augustinus super illud Math. 26. *blasphemauit: Non minus peccant qui Christum blasphemant regnantem in cælis, quàm qui Crucifixerunt eum ambulantem in terris*. Quidam autem sunt, qui Crucem Christi, & flagella ferunt patienter, sed condignè, ut bonus latro, de quibus ait Gregorius in lib. Moral. *Flagella bonorum, aut uitia perpetrata purgant, aut quæ poterant perpetrare futura deuitant*. Quarto loco sunt illi qui ferunt patienter, & innocenter mala, & labores Christo similes effecti, & ij omnes sunt perfecti, de quibus ait D. Hieronymus. *Quis sine patientia coronatus est?* & paulo inferius: *Ecce* (inquit) *Abel Iustus à fratre Caim occiditur, Isaac ab Ismaele filio Ancillæ persequtionem patitur; Ioseph innocens, in lacum mittitur, & à fratribus nequiter venditur; Moyses profugus, & peregrinus, in aliena terra moratur: Dauid persequtione è Saul, inuidia stimulante grauatur. Et tamen omnes qui à Domino electi erant, & crucem ferebant, & flagella patienter supportabant*. Vnde non est iudicādum, flagellatos hic à Deo, peccatores esse, seu propter scelera flagellari; cùm multocies non sit nisi propter Dei gloriā, qui

Quidam portant crucem Christi inuoluntariè, quidam patienter sed condignè, quidā patienter, & innocenter.

Via Dei incohantibus est angusta. D. Greg.

Psal.
Psal.

Sentētia Augustini contra blasphemos

Flagella in bonis quid faciant. D. Grego.

Sine patientia nullus coronatus est. D. Hierony.

Non semper sunt peccatores iudicādi ij, qui à Do-

mino flagellantur. Ioan.8. Flagellati à Domino, multocies sunt iusti. Cur iusti flagellantur. Psalm. Corin.4. Matth. 16. Matt.5. Primum dubium. Secundum dubium. Ad Primum Respōdetur. Multocies dum Deus malos castigat, sanctos suos liberat. Gen.18. Aliquando Deus patitur bonos afligi ijdem malis, quibus impij puniuntur. D.August. 3. Reg.17.

qui facit(more figuli) *uas quidem unum in honorem, aliud ue rò in cōtumeliam*. Vnde quærentibus discipulis de cæco *quis peccasset, ipse ne an parentes eius*, respondit Dominus, *neque hic peccauit, neque parentes eius, ut cæcus nasceretur, sed propter gloriam Dei*. Io.8. Vnde dicit Paulus: *Nolite iudicare, quo usque ueniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarū*. Et sanè non modò omnes flagellati nō sunt peccatores, imò uerò multocies sunt iusti: & ideò Dominus eos punit, ut per illas tribulationes plus mereantur, & illis tribulationibus & flagellis, gratiæ & glorię corona magis accrescat. Facit enim Dominus, ut, *qui seminant in lachrymis, in exultatione metant*. Vt impleatur illud Apost. Corint.4. *Quod in præsenti nobis momentaneum est tribulationis nostræ* (media patientia) *æternum gloriæ pondus operatur in nobis*. Quod etiam docuit Dominus, Matth. 16. dum dixit: *Mundus gaudebit, uos uerò contristabimini; sed tristitia uestra uertetur in gaudium*. Et Matth.5. *Beati qui persequtionem patiuntur propter Iustitiam; quoniam ipsorum est regnum Cœlorum*. C

Verùm hic insurgunt duæ dubitationes.

Prima est. Cur sæpè Deus patiatur seruos, sanctosq; suos eisdem malis affici, quibus improbi puniuntur?

Secunda est. Cur Deus non semper à malis corporalibus eripiat Innocentes? D

Quoad primam dubitationem, dicimus: in scripturis constare sæpè numero, Dominum è flagellis quibus improbos castigat, mirabiliter sanctos suos liberare. Sic Noè ex diluuij aquis media arca conseruatur; Loth similiter è Sodomæ incendio, Angelis precedentibus eripitur. Tres pueri in Fornacem Babilonicam ardentem immissi, Dei ope à flammæ incendio præseruantur. Hebræi quoque, ab Ægyptijs plagis liberantur. Etenim *non semper iustus unà cum Impio perditur*; quemadmodum Gene.18. dixit Abraham Domino Sodomā uolenti flammis uastare. *Nunquid perdes Iustum cum Impijs*? Nonnumquam tamen patitur Deus eisdem malis, pœnisque quibus Impij afflictātur, innocentes inuolui, prouidētia Dei sic exigente, quæ ex malo bonum educit, ut Copiosè D. Augustinus libro primo de Ciuit. Dei, à cap.8. usque ad decimumquartum. Sic Daniel in captiuitatem cùm impio Rege Ioachim abstractus, eisdem malis afflictatus est. Et 3. Reg.17. afflixit Dominus uiduam, hospitio Eliam excipientem; propter quod Propheta ad Dominum clamauit, dicens; *Domine, Deus meus, etiam ne uiduam, apud quam ego ut cūq; sustentor afflicti, ut interficeres filiū eius*? Aliquādo uerò grauiori

Grauiori pœna afficit Deus bonos, quàm malos. Vnde Esdra cõturbatus in suo cubiculo anno trigesimo ruinæ Syon, stans in medio Babylonis afflictum videns populum suum, clamãs ad Dominum dixit: *Nunquid meliora faciunt qui habitant Babilonem, quoniam vidi, quomodo sustines eos peccantes, & pepercisti impiè agentibus, & perdidisti populum tuum, & conseruasti inimicos tuos, & non significasti?* Et infra: *Nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates, & eorum qui habitãt in sæculo, & non inuenietur nomen tuum, nisi in Israel.*

Aliquando Deus grauiori pœna afficit bonos, quã puniat malos.
3. Esdræ.

Flagellat autem Deus æqualiter Bonos, & malos multis de causis. Primò ne Boni in sua Iustitia confidentes, malis se præferant, & anteponant; sed colaphizati ab Angelo Sathanæ, Deo annuente, in officio, & humilitatis virtute se contineant.

Deus; bonos, & malos æquè flagellat propter quatuor.
Primò.

Secundò, vt agnoscant præmium suarum virtutum non in commodo aliquo, seu bonorum temporalium affluentia esse constitutum; sed sibi in cœlesti gloria reseruatum, sic ait Nazianz. in oratio. de amore pauperum ferè in principio, cuius verba sunt hæc: *Illud quoq; fortassè non temerè, ac sine ratione, nimirum, vt nos infirmitatis nostræ submoneant, illudq; nobis persuadeant, vt nulli rerum præsentium, atq; in oculorũ*
B *sensum cadẽtium, velut firmæ, & stabili, animum adyciamus.*

D. Greg. Nazianze.
Secundò.

Vnde dicebat Paulus ad Hebræ. 10. *Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionũ.* Et infra: *Nam & vinctis compassi estis, & rapinã bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam.* Quoniam ex pœnis, & ieiunijs huius sæculi, pro Dei amore, & honore perlatis, maiorem iusti acquirunt dignitatem, & gloriam, iuxta illud: *digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Sic Paulus vehementer in Domino gloriabatur 2. Cor. 11. dicens; *Ministri Christi sunt, & ego, vt minus sapiens dico, plus ego, in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.* Nec solùm maiorem gloriæ gradum Sanctos in cœlo pro susceptis laboribus consequturos dicimus; impleto dicto Apost. *Momentaneum, & breue tribulationis nostræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis*; sed hic etiam in terris sui Apostolatus maiorem dignitatis, & honoris gradum habituros, quippe, qui ea sunt passi, quę ad eorum officium in fidei incremento spectabant. Inter ministros enim Christi, qui magis persequtiones, & pœnas patiuntur, in Apostolatu dignitatem acquirũt; posse enim pati pro Christo, & pro virtute, dignitas est in

Heb. 10.

Ex iniurijs ꝓ Dei amore perpessis, maiorẽ iusti acquirũt dignitatem, & gloriam.
2. Cor. 11.

Sancti ẽt hic in terris laboribus susceptis pro Christo, maiori laude & honore afficiuntur.
Nota.
Posse pati ꝓ Christo, est dignitas in Ecclesia.

Ecclesia Sancta Dei; *digni* (ait Apostolus) *habiti sunt pro Christo contumelias pati.* Vnde Martyres primum sibi in fidelium cętu locum obtinent. C

Tertiò. Persecutiones sunt tentamenta veræ virtutis. D. Hieron. Nazian.

Tertiò. Quoniam flagella, & persequtiones, sunt tentamenta virtutis, sunt fidei, & amoris erga Deum verę probationes. Ita Hieronymus in Epist. 319. ad amicum ægrotum.

Idem docet Nazianzenus in Oratio. de amore pauperum, ijs verbis. *Ego verò vel huius vitæ cruciatum improbitati, vel res lætas, & secundas pietati omnino ascribere vereor. Nō quòd aliquando, & ob aliquam vtilitatem hoc contingat, nempe vt vel per improborum calamitatem cursus vitij reprimatur, vel per bonorum fœlicitatem, virtuti via muniatur; Sed quia non semper, nec omninò, verùm hoc futuri tempo ris sit, in quo alij virtutis præmijs, alij scelerum pœnis afficientur, Et* post multa, addit. *Ac mihi hæc quoq; causa esse videtur, cur nullum huiusce vitæ bonum hominibus certum sit, ac diuturnum, atq; hoc, vt si quid aliud, rectè ab artifice verbo, & sapientia illa mentem hominum superante factum esse, vt nos in ijs quæ in aspectū cadunt, atq; aliàs aliter mutantur, & mutant, ac sursum deorsumq; feruntur, & inuertuntur, ac prius quàm manu teneantur, fuga se proripiunt, eludamur, nimirum vt perspecta eorum instabilitate, ac varietate, ad futuræ vitæ portum contendamus.* D

Dan. 10. Inter Angelos quare exortum fuit prælium.

Vltimò deniq;. Quoniam ex pœnis, quas sancti patiuntur, sæpè numero apud Reges, & populos veri Dei cognitio elucescit; quod abunde factum esse in captiuitate Danielis in eius libro non uno loco narratur, & præcipuè capit. 10. Vbi cùm Daniel vnà cum suo populo in Babylonicam seruitutem esset redactus; quia ex mānsione Hebręorum multa bona populis Babyloniæ consequebantur; Angeli vario voluntatum suarum ense adinuicem præliati sunt. Angelus enim Persarum, quia ex mora, & seruitute filiorum Israel veri Dei cognitio infidelibus elucebat; Ideò nolebat eos abire. Vn̄ dixit Angelus Danieli. *Ego veni propter sermones tuos. Princeps autem Regni Persarum restitit mihi viginti, & vno diebus, & ecce Michael vnus de Principibus primis venit in adiutoriū meum, & ego remansi ibi iuxta Regem Persarum;* Et D. Aug. in Epist. 122. quæ est ad Victorianum, inquit, *Fornacem ignis, ex qua mirabiliter tres pueri deinde liberati fuerunt, multum consuluisse Nabuchodonosor ad salutem, vt per miraculum ex ea factum, Rex ille deueniret in cognitionem veri Dei*, Pleræq; ue aliæ rationes de hac re afferri possent; sed concionatoribus hęc dimittamus.

D. August.

Ad

A Ad Secundam dubitationem, cur videlicet non semper Deus Innocntes malis quibus affliciuntur, aut preripiat, aut eripiat. Benedictus Perer. lib. 3. comment. in Danielẽ, super illa verba, *Ecce Deus noster potest nos eripere de camino ignis ardentis*, plures causas assignat. Benedic. Pererius.

Prima (inquit) vt stet ratio suæ prouidentiæ, qua sapienter, ac suauiter gubernãs omnia, sinere debet causas secundas, suas vires naturales exercere, suos motus agere, & ordinem sibi à Conditore suo impositum tenere. Deus multocies innocentes non eripit à malis quibus afficiuntur, propter multa. Primò.

Deinde, vt cùm serui Dei miraculosè à Deo liberantur, clarissimè appareat, illud esse Diuinæ omnipotentiæ opus, nec ad aliquam Naturæ occultã vim referri posse, vt de Psyllis, & Marsis, qui serpentes, & venenata animalia innoxiè tractabant, ab antiquis proditum est. Secundò. Aduersitates sunt prosperis rebus vtiliores.

Si enim liberatio Sanctorum, semper vel frequenter fieret, non haberet admirationem. Ideoq; cessaret ratio miraculi; & ex eo ad multos permanãs vtilitas; nec tam puro, & sincero animo ad fidem Christi amplectendam homines accederent, nec in tolerantia omnis generis cruciatuum, & acerbissimæ mortis perpessione tanta fidei, & gratiæ Christi efficacitas, tanta seruorũ eius magnitudo animi, & Cõstantia, tanta Diuini nominis gloria eluceret. Quocirca hos tres iuuenes ex manibus Nabuchodonosor liberauit Deus; septẽ autem pueros Machabæos de manibus Regis Antiochi liberare noluit. Hæc ille. D. Greg. Nazian. Deus innocẽtes castigat, vt inter se sint magis magisque in charitate vniti. D. Greg. Nazian.

B Nec multocies Sanctos suos Deus malis atque aduersitatibus huius vitæ eripit, quoniam sæpè aduersitates sunt prosperis rebus vtiliores. Vt patet ex Nazianzeno, orat. 17. quæ est ad ciues graui timore perculsos, ubi sic dicit. *Memores simus tum tempestatis in tranquillitate, tum gubernatoris in tempestate: nec in afflictionibus frangamur animis, ac debilitemur, atque improbos seruos imitemur qui confitentes quidem Domino, cùm benefaciat eis, verùm eidem corripienti, nequaquam pari studio, & voluntate adiunguntur; cùm tamen interdum accidat, dolor sanitate, & admonitio remissione, & indulgentia, & uisitatio neglectu, & castigatio venia melior sit, & præstabilior*, Et tandem ideò Deus à malis innocentes non eripit, immò verò flagellat eos, vt inter se sint magis magisque in Charitate vniti. Vnde idem Nazianzenus, oratio. 3. aduersus Iulianum sic ait. *Si quid nobis molestiæ intulit Deus, non nostri contemptu id fecit, nec vt nos contumelia afficeret, aut quòd alijs, quibusdam potius, quàm nos commodare cuperet: sed vt omnes in vnum coiremus, animorumque consensione iungeremur,*

mur, nec per schismata inter nos dirempti, atque dissecti essemus. C

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrum homo possit peruenire ad talem peccatorum statum, vt à Deo mereatur deseri, & non adiuuari?

FEcit Deus hominem rectum, præditum virtutibus, donis suæ gratiæ refertum, & ornatum, ac præsidio Iustitiæ originalis munitum; Verùm *ipse* (Deo permittente) *immiscuit se multis quæstionibus*, & apposita sibi probitatis aqua, cùm à Deo constitutus esset, *in manu consilij sui*, ea vltrò relicta, ad vrentem peccati flammam manum voluntariè porrexit. Vnde crematus est: non solùm autem ipse; sed etiam filij eius, dicente Paulo, *In quo omnes peccauerunt*. Inter quos aliqui ita peccatorum vinculis ligati in sacris literis dicuntur, vt addentes iniquitatem iniquitatibus in profundum peccatorum deuenisse, & quasi in perpetuos carceres coniectos vix ab eis posse liberari scribatur. Vnde D. Gregorius super illa verba, Iob. 12. *si incluserit hominem, nullus est qui aperiat* (inquit) *Omnis homo qui malè agit, quid sibi aliud, quàm conscientiam carcerem facit?* D

D. Greg. Iob. 12. Mala cõsciẽtia, est animæ carcer.

Qui profectò status, maximum, & grauissimum spirituale Dei flagellum esse, nemo est qui dubitet. Et quamuis flagella etiam temporalia à Deo immittantur hominibus ad animæ eruditionem, ne recedat à Deo, ne fortè Deus ponat illam, vt desertam, & inhabitabilem terram, iuxta illud Ierem. 6. *Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te desertam, terram inhabitabilem*. Et Hieronymus ibidem; *per hoc* (inquit) *discimus, quod flagellat Deus omnem filium quem recipit; & idcirco plagis, atque tormentis eruditur Ierusalem, vt corrigatur, & non recedat anima Dei ab ea, & redigatur in solitudinem*. Sunt tamen aliqui tam perditi homines, & vultum meretricis habentes; qui inter talia flagella faciem indurant, & de lima rubiginem contrahunt, quos tandem Deus proijcit, & ut suo tractu indignos repellit, de quibus ibidem in fine dicitur; *Malitiæ eorum non sunt consumptæ, argentum reprobum vocate eos, quoniam Dominus proiecit eos.*

Hiere. 6. D. Hierony. Cur plagis Hierusalem eruditur. Peccatores inter flagella indurantur, & de lima correptionis rubiginẽ contrahunt.

Maxima misericordia Dei est, peccatores flagellis non ad interitum, sed ad correctionẽ uerberari; Vt 2. Machab. 6.

2. Mach. 6.

dicitur:

A dicitur: *Obsecro vos qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputent ea quæ acciderunt, non ad interitum; sed ad correptionem generis nostri*. Magnum Dei beneficium est peccatoribus, plagis, & aduersitatibus vias præcidere, ne ex arbitrio agant, vt quasi fræno illi à præcipitio, & culparum profundo retardentur. Etenim, ut ibidem dicitur; *multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia prospere agere, sed statim vltionis remedium adhibere, magni beneficij est indicium*. Maxima quoque gratia Dei est, quando aliquos immatura morte præuenit, ne peccent, vt Sapien. 4. dicitur. *Raptus est, ne malitia immutaret sensum eius, aut fictio deciperet animam illius*. Maximum denique Dei beneficium est, quòd aliquando hominibus certum, & præfinitum tempus ad pœnitentiam peragendam concedat: sicut è contra maximum flagellum est, quòd spatium veræ pœnitentiæ contemnentibus, & concesso tẽpore abutentibus breuiet, & præcidat. Sic docet D. Hieronymus, libro Hebreicarum quæst. exponens illud Genes. 6. *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est; sed erunt dies eorum anni centum, & viginti*. *Ne videretur*, (inquit) *in eo esse crudelis, quòd peccantibus, pœnitentiæ locum non dedisset, adiecit; sed erunt dies centum, & viginti anni eorum, hoc est habebunt centum, & viginti annos ad pœnitendum*. Nec humana vita, vt multi errant, tunc in centum viginti annos contracta fuit; sed præfatum temporis spatium generationi illi ad pœnitentiam agendam fuit concessum: quam illi contemnentes agere, noluit Deus tempus expectare decretum; sed viginti annorum spatijs amputatis, induxit Diluuium anno centesimo agendæ pœnitentiæ destinato. Nec imminuto tempore, auxilium Dei vllo pacto minui, vel decrescere existimandum est: cùm semper *stet Dominus ad ostium, & pulset*; sed ideò tempus minui dicitur; quoniam etiamsi fuisset protractum, nihilominus donum Dei contemnentes, tali auxilio abusi fuissent. Quocirca non erat cur amplius deberet à Domino hæc vinea expectari, vt bonas vuas daret. Fecit enim, & semper faciet lambruscas. Vnde ablata sæpè, *in aprorum*, idest Dæmonum *conculcationem*, traditur. Esaiæ 5.

(B marked in margin at "ginti anni eorum")

Benefficium Dei est dum aliquis immatura morte præuenitur.

Sapien. 4.

Benefficium Dei est concedi alicui tẽpus ad pœnitentiam.

D. Hierony.

Orig. homil. 14. sup illud Leui. 24. homo qui male dixerit deo suo.

Gen. 6.

Nota benè.

Isa. 5.

Et quoniam inter Theologos disceptari solet, an detur in hac vita vltimus hominis terminus ad resurgendũ: si omni scilicet tempore, sufficiens Dei auxilium ad pœnitendum singulis hominibus tradatur; quod (meo iudicio) non minimam continet difficultatem; Ideò operepræcium hoc loco esse

Dubium arduum.

co esse duximus, eam controuersiam exactè discutere, in qua quæritur, An homo taliter à Deo peccatorum funiculis flagellari possit, vt in eum statum collocetur, quod nec ipse veniam consequi possit, nec à Deo adiuuari mereatur. C

Titulus Varius dubij.

Solet alijs nominibus hæc quæstio proponi, videlicet, An Deus recipiat peccatores per pœnitentiam absq; vllo termino? Et iterum, An lapsi toto huius vitę tempore, reparari possint? Rursus, An homini semper maneat facultas verè pœnitendi, aut sit certa periodus Diuinæ miserationis, vltra quam homini nequaquam conceditur pœnitere?

Et multa sunt argumenta, quæ negatiuam partem efficaciter videntur probare.

Primum argumentum. Heb. 6.

Primò ex verbis Apost. ad Hebrę. 6. *Impossibile*, (inquit) *est, eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus sancti. gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesq; sæculi venturi; & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam.* Non ergo semper lapsis datur reparatio. Addit Apostolus. *Rursus crucifigentes in semetipsis filium Dei, & ostentui habentes*, (id est, vt ex

Versio Grçca.

Græco habetur) *diffamantes, & derisioni, contentuiuè, ac ludibrio Christum exponentes*; quibus videtur Paulus denegare, quibuscumque lapsis post Baptismum, reparationem, quemadmodum nec Christus amplius moriturus est, & ipsi ea denuò faciunt, propter quæ ille mortuus est; & quemadmodū Christum iniquis operibus ipsi despiciunt, infamemq; ac ludibrium quantùm in se est faciunt; sic quoq; ipsi à Deo iusto iudicio despici, deseri, & contemni merentur. D

Secundum argumētum.

Secundò ex eod. cap. vbi huiusmodi prolapsos reprobos, maledictos, ac combustionis exterminio destinatos docet, adiecta similitudine terræ, quæ si imbrem superuenientem bibat, & generet herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit vtique benedictionem à Deo; proferens autem spinas, & tribulos, maledictioni subiecta erit, & eius consumatio in combustionem. Igitur peccatores huiusmodi non inuenient apud Deum remissionem suorum peccatorum.

Tertium argumentum. Hæb. 10.

Tertiò ex alio loco Pauli, ad Hebręos 10. *voluntarie* (inquit) *peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia: terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios*; Quòd si hostia non relinquitur pro huiusmodi peccato, neq; spes veniæ, nec Dei propitiatio, & auxilium erga illos relinquendum erit. *Non superest* (inquit Paulus) *nisi expectatio iudicij, & ignis deuorans, & comburens.*

Quartò.

A Quartò. Amos capi. 1. & 2. dicitur comminans Deus per Prophetam Damasco, Gazæ, Tyro, Ammonytis, Moab, Iudæ, & Israeli: *super tribus sceleribus eorum* (tanquam patiens, & misericors) *conuertam super quatuor autem non conuertam eos*. Atqui impossibile est, hominem ad Deum conuerti, nisi Deus se conuerterit, iuxta illud Io. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum*, Et 15. *sicut palmes non potest ferre fructum nisi manserit in vite, sic & uos, nisi in me manseritis*. Quartum argumentum. Amos. 1. & 2. Ioan. 6. Ioan. 15.

Idem videtur comprobari ex Genes. cap. 15. *Necdum impleta sunt peccata Ammorrhaeorum*, & ex Luc. 13. Vbi ficulneę parcitur vsq; ad quartum annum; qui terminus ex benignitate Domini assignatus illi fuit ad fructum peragendũ; aliàs in futurum succidetur. Igitur non semper, & quandocunque, homo ad Deum conuerti potest. Gen. 15. Lucæ 13.

Quintò. Oratio, & deprecatio ad Deum, est efficacissimũ, & necessarium medium, quo Deus recipit peccatores ad veniam, & indulgentiam. Sed datur status aliquis hominis, in quo dedignatur Dominus recipere orationes proprias, & etiam sanctorum pro aliquo fusas; ergo dabitur status, in quo homo veniam à Deo consequi non poterit. Quintum argumentum.

Minor Probatur. Ex 1. Reg. 16. Vbi cùm Samuel oraret pro Saul, & lachrymas funderet, dixit Dominus: *vsquequò tu lu*- Probatur minor.
B *ges Saul, cùm ego proiecerim eum, ne regnet super Israel*, Et cap. præcedenti in vltimo ait, *Triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur*. Et Ierem. 7. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem & non obsistas mihi, quia non exaudiam te*. Cur vtiq; prohibuisset Prophetæ Dominus orare pro populo, si irremediabilis eorum ruina non fuisset? Et 2. Machab. 9. de Antiocho dicitur, *orabat scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consequturus*. Et ad Hebræ. 12. de Esaù apertè dicit Apostolus: *Ne quis fornicator, aut prophanus, vt Esaù, qui propter vnam escam vendidit primogenita sua. Scitote enim quoniam & postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est; non enim inuenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam*. 1 Reg. 16. Hiere. 7. 2. Mach. 9. Hæb. 12.

Sextò. Plurima habentur loca in scripturis, in quibus Dominus dicitur indurare, & obcæcare cor alicuius, vt Exo. 4. 10. 11. & 14. ut de Pharaone: *Ego indurabo cor eius*, & ad Roma. 9. *Quem vult indurat, & cuius vult miseretur*. Deuter. 2. *Indurauerat Dominus spiritum eius, & obfirmauerat cor illius*. Iosuè 11. *Domini fuit sententia; vt indurarentur corda* Sextum argumentum. Exo. 4. 10. 11. & 14. Rom. 9. Deuter. 2. Iosuè 11.

Actorum 19. *eorum*. Idem Ioan. 12. & Act. 19. Huc faciunt pleraque alia testimonia sacræ scripturæ, quæ in Ierusalem destructionē, & desertionem terribiliter proferuntur, vt Esaiæ 5. *Auferam sepem eius, & erit in direptionem, & diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam, & non putabitur, & non fodietur; & ascendent super eam vepres, & spinæ, & nubibus cœli mandabo, vt non pluant super eam imbrem*. Et licet hæc de *vinea Domini exercituum*, quæ *Domus Israel* erat (secundùm sensum litteralem) accipienda sint; moraliter tamen ad animam referenda esse docet ibidem Hieronymus, & alij Doctores communiter. Item Ierem. 6. *Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, & ponam te desertam, & inhabitabilem*. Quibus verbis omnis auxilij Diuini subtractio complectitur. Et præcognoscens Propheta illam in suis peccatis perseueraturam, subdit: *Cui loquar, & quem contestabor, vt audiat? Ecce incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt: ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud. Holocaustomata vestra non sunt accepta, & uictimæ uestræ non placuerunt mihi, malitiæ eorum non sunt consumptæ, argentum reprobum uocate eos, quia Dominus proiecit illos*. Quæ omnia, peccatorem à Deo desertum, & à facie eius sine spe auxilij proiectum designant.

Isa. 5.

D. Hierony. Hiere. 6.

Isa. 3. Verùm uerba Esaiæ, quæ cap. 3. habentur, *eo quòd filiæ Syon eleuatæ sint, & collo extentæ ambulauerint, & nutibus oculorum applaudentes iuerint*, perbellè animæ denudationem ab habitibus virtutum, & expoliationem designant, quæ huiusmodi sunt. *In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactorilia, & inaures, & annulos, & gēmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & specula, & Syndones, & uittas, & theristra. Et erit pro suaui odore fœtor, & pro Zona funiculus, & pro crispante crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. Pulcherrimi quoque uiri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio, & mœrebunt, atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit*.

Animę denudatio per peccatā elegās, & iucūda descriptio.

Septimū argumentū. Septimò. Est aliquod peccatum cuius venia denegatur, & irremissibile appellatur tam in hoc sęculo, quàm in futuro, vt Matth. 12. & Marc. 3. & Lucæ 12. disertissimis his berbis habetur: *Spiritus blasphemiæ non remittetur; & quicunq; dixerit uerbum in filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc,*

Matth. 12. Marci 3. Lucæ 12.

A *In hoc, neque in futuro sæculo.*

Octauò. Est peccatum ad mortem, pro quo non est orandum, ut 1. Ioan. 5. *Quis* (inquit) *scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei uita, peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut oret quis.* Igitur est irremissibile. Octauum argumentum.

In hoc genere reponenda est incredulitas Iudæorum, qui in Christum credere non poterant; & propterea non poterant credere, inquit Ioan. 12. cap. sui Euangelij; *quia excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, ut non uideant oculis, & non intelligant corde.* Ioan. 12.

Amplius, ex uerbis Petri Act. 8. non obscurè colligitur, peccatum aliquod esse irremissibile in hac uita, dum inquit Simoni; *Age pœnitentiam, & roga Deum, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis uideo te esse.* Igitur relinquebatur dubium, An esset consequuturus ueniam, etiam si oraret, & ageret pœnitentiam. Actorum 8.

Nonò, ex dictis sanctorum. Hionymus primo prologo in Amos sic scribit; *Et quia* (inquit) *Propheta ait, super tribus impietatibus, & super quatuor non conuertā eum, tertiò peccatorū indulgentiā Deum dare posse significat: quem quartò eadem* B *peccata admittentibus, nec pœnitentiam, nec indulgentiam daturum annunciat.* Nonum argumentum. D. Hierony.

D. Augustinus, libro de Vita Christiana docet, certam periodum, tempusq; à Deo determinatum esse pro uenia peccatorum consequenda, ultra quod remissio peccatorum non obtinetur. D. August.

Vnde dicit. *Ne tardes conuerti ad Dominum, neq; differas de die in diem. Subitò enim uenit ira eius, quod in plerisq; impleretur, quibus ob nimia peccata; & in præsenti Dei ira superuenit, & in futuro seruatur. Sed hoc nemo intelligit, nemo cognoscit, nec quisquam aduersa sustinens malis suis æstimat irrogari sed quod pertulerit consuetudinis potius putat esse, quā criminis: Et idcirco Deus in præsenti non uidetur punire peccātes; quia cùm punit, non cognoscitur. Multi sunt, quos nemo intelligit, qui ob multitudinem peccatorum iam ante iudicij diē, in præsenti etiam iudicātur.* Et infra: *Nos enim plurimorū habemus exempla: per quæ probare sufficimus sceleratos, & impios peccatorum suorum fine completo, & hoc tempore iam iudicari, & præsentem eis uitam negari non minus, quàm futuram.* Et in libro de quantitate animæ, capit. 14. & 24. scribit, quòd *homo interior, dum in hac uita peregrinatur, præfixam habeat pe-*

rio-

riodum, qua in moribus, & scientia continuò crescere debet. C

D.Grego. Ierem. 51.

Gregorius tractans illa uerba Ieremiæ: *Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & eamus unusquisq; in viam suam, quoniam peruenit usque ad cœlum iudicium eius*, Vult Angelos nostri curam habere ad morem medicorum, qui non cessant quantùm ars patitur, & industria medicinæ, curare ægrotum, sed si ægritudo tanta fuerit, ut repugnet curationi, aut æger contra facit per impatientiam doloris quòd iubetur, relinquit eum medicus, dubitans, ne expiret inter eius manus, & mortis uideatur reus. *Vnde patet*, (inquit) *quòd abscessio medici, condemnatio sit tua irremediabilis, nolentisq; curari.*

Angeli custodes curā habēt nostri ad modum medicorum.

Decimum argumentum.

Isai. 1.

Glos. Isa. 6.

Decimo. Quoniam propter magnitudinem scelerum, & ob peccatorum demerita, Deus decreuit multis nō dare gratiam pœnitendi. Quod probatur ex illo Isai. 1. *Cùm extenderitis manus uestras auertam oculos meos à uobis, & cùm multiplicaueritis orationes, non exaudiam.* Et ex illo Glosæ Isai. 6. super uerbo. *conuertantur, ut sanē eos. Quamuis* (inquit) *grauæ peccatum sit, si conuertatur quis potest saluari; sed hi præ magnitudine sceleris pœnitentia sunt indigni*, Et ex D. Gregorio dicente. *Cùm superna indignatio sese (ut ita dixerim) medullitus mouet; hanc oppositio humana non prohibet, nec utiliter se cuiusquam deprecatio obijcit, cùm Deus semel aliquid ab intimis irascendo disponit; qua sola causa moyses Deum de diffidentia ad petram Oreb placare non potuit, ut terram promissionis ingrederetur.* D

D. Grego.

Deus multoties subtractionem gratiæ ab aliquo designat in persona suorum prophetarum.

Cur dominus uoluit prophetam cathenis onerari, & alterum alapa percuti.

Cur dominus iusserit Ezechieli sumere gladiū.

Ezech. 5.

Ezechie. 3.

Solet autem Dominus hanc auxilij, & gratiæ subtractionis pœnam in Prophetarum personis multoties significare, & ueluti in quadam charta adumbrare. Vnde uoluit Dominus, ut Propheta collo catenis oneraretur, ut captiuitatem Ierusalem pronūciaret: Et Propheta, Alapa, (se uolente, & quæ ente,) percuteretur, ut superuentura populo opprobria indicaret: Quod manifestè etiam apparet in Ezech. capit. 5. cui iussit Dominus sumere gladium; *Et tu* (inquit) *fili hominis sume tibi gladium acutum, radentem pilos, & duces illum per caput tuum: & per barbam tuam, & sumes tibi stateram ponderis, & diuides eos.* Cùmq; fecisset tres partes; primam combusisset, secundam cominuisset, & tertiam in uentum dispersisset, gladiumque post eos euaginasset, dixit Dominus: *ego quoque confringam, & non parcet oculus meus; tertia pars tui peste morietur, & tertia pars gladio cadet; tertiam autem partē tui in omnem uentum disperdam*, Et cap. 3. Populi peruersè in pec-

A peccatis obduratam reticentiam significare uolens, ligauit linguam prophetæ, eamque palatui adhærere fecit; *Et tu,* (inquit) *fili, hominis, Ecce data sunt super te uincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum, & linguam tuam adherere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi uir obiurgans, quia domus exasperans est.* Quo facto denotauit, propter peccata, hæc mala populo euentura, ut peccatorum, & iniquitatum maximarum catenis ligatus, mutus remaneret, neque ulla (iusto Dei iudicio,) resipiscentis uerba proferret. Cur Ezechieli alligata fuit lingua.

Vndecimò. Deus aliquorum peccata, repentina, & improuisa morte punit. Quemadmodum legitur de Baldasare filio Nabuchdonosor apud Danielem cap. 5. Et de Anania, & saphira, Act. capit. 5. Vndecimum argumentũ. Dan. 5. Act. 5.

Non ergo semper concedit Deus congruum tempus ad pœnitentiam.

Hanc controuersiam latissimè pertractant Andreas Vega lib. 13. *De lapsis, & eorum reparatione,* capit. 14. super Decret. Concil. Triden. de Iustifi. & Sot. 4. distin. 14. quæst. 1. artic. 10. & 15. quæst. 1. artic. 1. Adria. 4. in quæst. 3. de pœnitentia, & Caiet. ienta. 8. quæst. 3. Driedo, *de reparatione humanæ naturæ,* tract. 5. capit. 2. par. 2. Castr. contra hæreses, lib. 12. tertia hæresi de pœnitentia. Andreas Vega. Adria. Caiet. Driedo. Castro.

B Circa hũc articulum, in quo de possibilitate reparationis lapsorum agitur, multi extiterunt errores, quos summatim hoc in loco referemus. Varij errores recensentur.

Primus fuit Montani, qui dixit; quodcumque peccatum lethale esse irremissibile à Deo, & quod homini post peccatum non sit locus ullus pœnitentiæ, nec ueniæ; de quo errore, & sectatoribus eius, in epist. octaua ad Marcellam contra Montanum D. Hieronymus sic scribit; *Illi ad omnem pœnè delictum Ecclesiæ obserant fores, nos quotidie legimus, malo pœnitentiam peccatoris, quàm mortem. Et nũquid qui cadit, non resurgit dicit Dominus: et conuertimini ad me filij conuertentes, & ego curabo contritiones uestras. Rigidi autem sunt, non quòd & ipsi peiora non peccant; sed hoc inter nos, & illos interest, quòd illi erubescunt confiteri peccata, quasi iusti, Nos dum pœnitentiam agimus, facilius ueniam promeremur.* Hæc Hieronymus. Quam hæresim, ut auctori, & hæresiarchæ antiquissimo Montano insuper tribuit Idem Hieronymus in li. 2. aduersus Iouinianum. Primus error Montani. D. Hierony.

Secundus error fuit Nouati, Romani Presbyteri, & Nouatiani eius asseclæ, qui putarunt, peccatum posse dimitti per Baptismum: peccatorum uerò post Baptismum commissorũ, Secundus error Nouati.

D.Ambro. D.Epipha. D.August. Cathari sequti sunt errorē Nouati, & unde cathari sint appellati. D. Cypria. Eusebi. D.Hiero. Nouati falsū dictum.

dixerunt, nullam esse remissionem, ut ex Ambro. lib. 1. de pœ- C nitentia colligitur. Epiphanius lib. 2. tom. 1. hæresi 59. & D. Augustinus lib. de hæresibus ca. 302. dicunt, Catharos hunc errorem sequtos esse, arrogantes sibi hoc superbissimum nomen, *Cathari*, id est mundi, qui quoniam numquam peccabant (ut ipsi aiebant) mundi appellandi essent. D. Cyprian. lib. 1. epistolarum epistola. 1. & libro. 2. epist. 2. ad Cornelium Papam. Et Eusebius lib. 6. Historiæ Ecclesi. cap. 33. 34. & 38. & Hieronymus in epist. ad marcellam tradunt, Nouatum asseruisse omnes negantes Christum post Baptismum susceptum, quocumque metu, uel occasione id egissent, uel etiam Idolis sacrificassent, ad pœnitentiam, & reditum ad communionem Ecclesiæ admittendos non esse, tamque peccatum irremissibile esse, atq; ipsissimam spiritus sancti blasphemiā.

Nouatiani non omniū peccatorum pœnitentiā negabant, ut ait D. Hiero. sed tantùm maiorum. Theodor.

Idem Hieronymus super psal. 95. dicit, *Nouatianos non omnium peccatorum pœnitentiam negare, sed maiorum dumtaxat, puta fornicationis, homicidij, & similium: minorum uerò, ut mendacij, periurij, et furti nequaquam*. Qui omnis quēadmodum Baptizatis adimebāt sacræ Chrismatis unctionem, (ut tradit Theodoretus hæreticarum fabularum lib. 3. cùm neque ipsimet Nouatus in lecto baptizatus sigillo spiritus sancti obsignatus fuisset, ut Cornelius Episcopus, apud Eusebiū D historiæ libro. 6. cap. 35. scribit). Ita & pœnitentia sacramentum.

Tertius error Almachani.

Tertius error fuit Armachani, li. 9. quęstionum Armenorum, capit. 27. qui asseruit, aliquod genus peccati esse in hac uita irremissibile, nec ei concedi locum pœnitentiæ. Et sicut aliquos Deus in gratia confirmauit, ut Apostolos (quę cōfirmatio non fuit liberi arbitrij ablatio, sed donum Dei, ut numquam peccarent) mortaliter sic iste arbitratur esse quorumdam peccata, ueluti peccata Dœmonum firmata, & irremissibilia, quibus positis, gratia ulterius non datur. In quo errore, (ut refert Athanasius) fuit antiquus quidam Origenes, & alius, qui Theognostus appellabatur, atque etiam Augustinus aliquando, ut uidere est in sermone de uerbis Domini in monte, quamuis recantauerit in libro primo retractionum.

D. Augustin⁹ (ut ipse ait) aliquādo fuit in errore Almachani. Quartus error Tertulliani.

Quartus fuit Tertulliani, libro de penitentia in principio, asserentis semel tantùm remitti peccatum post Baptismum, quo suscepto, unita uice dari locum Pœnitentiæ. *semel* (inquit) *satis est, sed amplius numquā*; quamuis uideatur post pauca temperasse, seu correxisse tale dictum, & iterata mala ualetudine, iterandam esse medicinam asserat.

Quin-

A Quintus error est quorundam Iudæorum, qui perperam intelligentes uerba Amos superius citata, in ea fuerunt opinione, quòd post acceptam gratiam, primo commisso peccato, secundo item, ac tertiò remissionem, & locum pœnitentiæ concedi putabant; sed quartum omninò esse irremissibile.

Quintus error è Iudæorum.

Sextus Error est quorumdam Theologorum, qui putant esse certum aliquem numerum peccatorum in hoc mundo, ad quem perueniens homo, non potest cōsequi ueniam, nec eorum remissionem.

Sextus error quorundam theologorū.

Septimus dicendi modus est, quem multi tenent, qui asserunt, quòd homo aliquando ad talem statum peccatorū peruenit, ut destitutus, culpa sua, diuino auxilio, non possit de lege ordinaria iam amplius resipiscere, & tales homines in sacra scriptura dicuntur indurati, obcæcati, traditi in reprobū sensum, deserti à Deo, & alia id genus.

Septimus dicēdi modus.

Pro decisione huius quæstionis, pono sequentes conclusiones.

Prima. Post Baptismum peccata etiam grauissima, & in maximo numero commissa, remittuntur per pœnitentiam. Hæc conclusio est contra illos primos quinque errores, & probatur.

Prima Conclusio.

Peccata etiā grauissima cōmissa post baptismum, per penitentiā remittuntur.

B Primò ex scriptura. Apoca. 2. Vbi Ioannes reprehendit illos, qui post baptismum peccauerunt, & eos hortatur ad pœnitentiam. *Et Angelo* (inquit) *Ephesi Ecclesiæ scribe: Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum. Scio opera tua, et laborē tuum, et patientiam tuam, et quia non potes sustinere malos, et tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, et non sunt: Et inuenisti eos mendaces, et patientiam habes, et sustinuisti propter nomen meum, et non defecisti: Sed habeo aduersum te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquisti. Memento esto itaq; unde excideris, et age pœnitentiam, et prima opera fac; sin autē uenio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiā egeris.* Et primo Corit. 5. Paulus excommunicauit illum fornicarium, *ut spiritus eius saluus fieret in die Domini*. Item Matt. 9. *Non est opus ualentibus medico, sed malè habentibus; Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores.* Matth. 3. *Pœnitentiam agite; appropinquabit enim Regnum Cœlorum.* Ezec. 18. *Si Impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, uita uiuet.* Et capit. 33. *Nolo mortem Impij. Numquid uoluntatis meæ est mors Impij dicit Dominus?* Ecclesiast. 21. *Fili, peccasti, ne adijcias iterum, & de præteritis deprecare, ut tibi dimittantur.*

Probatur Primò. Apoch. 2.

1. Cor. 5.

Matt. 9.

Matt. 3. Ezech. 18.

Ezech. 33.

Eccle. 21.

Isai.

Isa. 55. Ioel. 2. Isai. 55. *reuertatur ad Dominum, et miserebitur eius, quoniam* C
multus est ad ignoscendum, Et Ioel. 2. *Conuertimini ad me in to*
to corde uestro. Huc faciunt parabolæ centesimæ ouis, quæ
magna solicitudine à Domino quęritur, & humeris pro-
Lucæ. 15. prijs deportatur, atque etiam filij prodigi per pœnitentiam
ad patrem reuertentis, & ab eo benignè recepti, Luc. 15.

Probatur Secundò. Conc. Rom. Eufeb. Conc. Nicæ. Secundò probatur ex Cócilijs. Et primò ex Concilio Ro-
mano sexaginta Episcoporum, & totidem præsbyterorum, à
Cornelio Papa congregato, sub anno 252. Cuius meminit
Eusebius li. 6. c. 34. ubi expressè, & ex professo damnatur ista
hæresis, & in Concilio Nicæno, can. 8. quod habetur. 1. quęs.
7. can. si qui uoluerint, decretum fuit, *ne reciperentur peccato*
res ad pœnitentiam, nisi expressè abiurauerint hæresim Noua-
Conc. Agat. Conc. Lateranen. *tianorum*. Item ex Concilio. Agathen. can. 37. & lateranen.
sub Innocen. 3. Vbi ita legitur. *Et si post susceptionem Baptis-*
mi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per ueram potest
semper pœnitentiam reparari. Quæ uerba repetuntur in cap.
Conc. Flore. Conc. Tri. firmiter, de sum. Trini. & sid. catho. Idem in Conc. Florent.
sub Euge. 4. in Bulla unionis, quæ incipit, *lætẽtur Cæli, et exul*
tet terra, decretum fuit, *lapsos post Baptismum posse per pænitẽ* D
tiam omnes peccatorum sordes abluere, atque adeò fructus di-
gnos facere pænitentiæ, ut cùm decesserint è vita, Deum trinũ,
et unum sicuti est, conspiciant. Quæ ueritas tandem definita
fuit in Conc. Trident. sess. 6. capit. 14. & can. 23. & 29.

Probatur tertio. D. Cypri. Tertiò ex sententijs Doctorum. D. Cyprianus librũ scrip
sit de lapsis aduersus hanc hæresim, in quo & lapsos ad pœni
tentiam cohortatur, & contradicentes alienos esse à Christi
uisceribus, dicit. Et in quadã epist. ad Cornelium Papam ita
Aurea sentẽtia de pœnitenti æ sacramento. D. Chrysost. scribit: *Primus gradus fælicitatis est non delinquere, secundus*
est delicta cognoscere. Illic currit innocentia integra, et illibata
quæ seruet, Hic succedit medela, quæ sanet, & alia uerba in
hanc sententiam. D. Chrys. idem docet in duobus libris de
pœnitentia, & in libro de reparatione lapsi, & hom. 80. de pę
nitentia ad popu. Antiochenum dicens: *Si peccas quotidie,*
quotidie pænitentiã agas. Et homil. 2. super psalm. 50. *Glorificas*
(inquit) *Deum indesinenter, quia ablatum est peccatũ tuum.*
Sed uolo (inquit) *et cicatricem extenuare, ablatum est uulnus,*
uolo et pulchritudinem recipere. Idem hom. 41. de pœnitentia.
Abradamus, quæso (inquit) *fratres, peccatorum nostrorom sene*
ctutẽ, dum tempus habemus, lauacro quidẽ non possumus, possu-
mus autem hic pænitentia. Et homil. 40. ad eumdem populum
Antiochenum tota in hoc uersatur, quòd non oporteat de
se ipso lapsum desperare, uel torpescere.

D. Hie-

A D. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum in principio & in limine epist. 49. ad Oceanum hunc errorem *Cainam hæresim* appellat, quòd & Cayn crediderit, aliquod esse peccatū in hac uita irremissibile. Aurea eius uerba hæc sunt. *Nunquā, fili Oceane, fore putabam, ut indulgentia principis calumniam sustineret reorum, & de carceribus exeuntes post sordes, & uestigia cathenarum, dolerent alios relaxatos. In Euangelio audit Inuidus salutis alienæ. Amice, si ego bonus, quare oculus tuus nequam est? Conclusit Deus omnia sub peccato, ut omnibus misereatur, ut ubi abundauit peccatum superabundet & gratia. Cæsa sunt Aegypti primogenita, & ne iumentū quidā Israeliticum in Aegypto derelictum est. Et consurgit mihi Cayna hæresis, atque olim emortua uipera, contritum caput leuat, quæ non ex parte, ut ante consueuerat, sed totū Christi subruit sacramentum. Dicit enim esse aliqua peccata, quæ Christus nō possit purgare sanguine suo, & tam profundas scelerum pristinorum inhærere corporibus, atque animis cicatrices, ut medicina illius attenuari non queant. Quid aliud agit, nisi, ut Christus frustra mortuus sit? frustra autem mortuus est: si aliquos uiuificare non potest. Mentitur Ioannes Baptista, & digito Christum, & uoce demonstrans: Ecce Agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi, si sunt adhuc in sæculo, quorum Christus peccata non tulerit. Aut enim ostendendi sunt, non esse de mundo, quos Christi ignoret indulgentia; aut si de mundo sunt, eligendum è duobus alterum: Liberati à peccatis, Christi potentiam probāt. Non liberati, quasi adhuc rei, imbeccillitatem demonstrant. Sed absit hoc de omnipotente credere, quòd in aliquo impotēs sit. Omnia, quæ pater facit, et filius facit similiter. Infirmitas filij redundant ad patrem. Cuncta ouiculæ membra portata sunt. Totæ Apostoli epistolæ Christi gratiam insonant, et ne parum uideretur simplex gratiæ nuncupatio: Gratia* (inquit) *uobis, et pax multiplicetur. Multiplicatio prommittitur, et à nobis paucitas affirmatur.* Hæc ille.

Quid, & quæ sit hæresis Cayna. D. Hiero.

Matt. 20. Rom. 11. Rom. 5.

B Ioan. 1.

1. Pet 1.

D. Augustinus in quæstione noui, & veteris testamenti, quęst. 102. & in epist. 108. ad Seleucianum, in libro de uera, & falsa pœnitentia capit. 5. in libro de contritione cordis. In libro de pœnitentiæ medicina, & de utilitate agendæ pœnitētiæ, subtilissimè scribit, peccatores posse per pœnitentiam reparari: traditque tria genera pœnitentiæ in Ecclesia usitari. D. August.

Primum, in renouatione hominis per Baptismum.

Secundum, quo quotidiana peccata, de quibus quotidie dicimus, Dimitte nobis debita nostra, diluuntur.

Tertium rigidius, & seuerius pro peccatis mortalibus

post

post Baptismum commissis, de quibus singulis egregiè, & C
eruditè pertractat, & lib. 1. de adulterinis coniugijs capit. 28. & lib. 2. capit. 16. vbi dicit, *homicidium à Baptizato commissũ, pœnitentia, & reconciliatione sanari; sicut à non Baptizato per Baptismum ablui*. Et de fide ad Petrum capit. 3. *Omni homini* (inquit) *in hac uita potest esse utilis pœnitentia, quam quocumque tempore egerit quantumlibet iniquus; quantumlibet annosus, si toto corde renunciauerit peccatis præteritis, et pro eis non solùm corporis sed etiam cordis lachrymas fuderit, et malorum operum maculas bonis operibus diluere curauerit, omnium peccatorum Indulgentiam mox habebit.*

D. Ambros. in suis lib. de pœnitentia, perpetuò ostendit, *Deum, neminem eorum, qui ad se reuertuntur, eijcere foras, et omnes per pœnitentiam saluari*. Et in Apologia Dauid cap. 2. *maiora* (inquit) *crimina, maioribus abluntur fœtibus.*

D. Hilari. D. Hilarius canone 18. in Mat. ita ait. *Numerus dandæ ueniæ, concludi ex præscripto legis non debet; Cùm per Euangeliũ gratiam sine modo nobis eam Deus indulserit.*

D. Leo 1. D. Grego. D. Basi. Idem dicit Leo Primus epist. 89. Gregorius. Papa homi. 31. 32. 33. & 34. Super Euangelium; & libro 7. epistolarum epist. 53. & alibi sæpissimè; & D. Basilius in duabus epistolis ad Monachos lapsos. D

D. Cyril. Cyrillus etiam in commentario super Ioannem contra negantes, quibuscunque lapsis post Baptismum, uel pœnitentiam dari locum ad ueniam, sic ait. *Hi denique misericordiæ fontem uberrima suæ gratiæ fluentia nobis largissimè communicantem inuide re uidetur hominibus, et immensum certis uelle concludere limitibus, et finibus constringere, ut non nisi prima deleat peccata; alijs uerò delendis aut non sufficiat, aut non admoueatur.*

D. Ansel. D. Anselmus ad Hebræ. 6. in comment. suis, peculiariter in Montani, & Nouati hæreses uehementer insurgit. Origenes quoque super leuiticum homil. 8. sic scribit. *In uulneribus corporum posteaquam curata fuerint, remanet interdum ipsius uulneris signum, quod cicatrix appellatur. Vix enim est, qui ita curetur, ut nullum suscepti uulneris residere uideatur Indicium. Transi nunc ab ista legis umbra ad ueritatem eius, et intuere, quomodo anima, quæ peccati uulnus acceperit, etiamsi curetur, tamen habet peccati cicatricem, in loco uulneris residẽtem, et inde uide, quia etiam si quis mundetur à peccato, et non sit iam in opere peccati; ipsa tamen uestigia sceleris commissi purificatione indigent.*

Probatur Quarto. Quartò Idem ostenditur ex epistolis decretalibus summorum

A morum Pontificum. Cælestinus.n.Primus epist.1.can.11.ex pressè definit, *lapsis pœnitentiæ remediũ dari in Ecclesia*. Cornelius Pontifex Rom. in epist. ad Ecclesiã Antiochenã Idem decernit, significans Fabiano eius Episcopo ea, quæ à Concilio Romæ congregato circa hoc statuta fuerunt.

Quintò ex vsu vniuersalis Ecclesiæ, quæ ex Apostolica traditione semper publicè in suis collectis, & præsertim in officio sancto Missæ vbiq; terrarũ orat pro peccatoribus; & pro lapsis, vt per verã penitentiã ad Dñm conuertantur. Pulchrè hunc ritũ declarat mos orandi Ecclesiæ in diæ S. Parasceues. Hoc argumentum est Cęlestini Papæ, ubi supra, cuius uerba libuit hic subijcere. *Obsecrationũ*, (inquit) *Sacerdotaliũ sacramenta respiciamus, quæ ab Apostolis tradita in toto mũdo, atq; in tota Ecclesia Catholica vniformiter celebrantur, ut legẽ credendi, lex statuat supplicandi. Cùm .n. sanctarum plebium Præsules mandata sibimet legatione fungantur, apud Diuinã clementiã humani generis agunt causam; & tota secum cõgemiscente Ecclesia postulant, & precantur, ut infidelibus donetur fides, vt Idolatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus; vt Iudæis, ablato cordis velamine, lux veritatis appareat; ut Hæretici Catholicæ fidei perceptione resipiscant; ut schismatici, spiritũ rediuiuæ charitatis accipiant: ut lapsis pœnitentiæ remediũ* B *conferatur: ut deniq; Cathecumenis ad regenerationis sacramenta perductis, cælestis aula misericordiæ reseretur. Hæc autem non perfunctoriè, neque inaniter à Domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus.*

Probatur, Quintò.

Sextò. Qm̃ huiusceemodi errores, auferunt vnũ ex sacris Ecclesiæ, Pœnitentiam videlicet, & frustra data fuisset facultas remittendi peccata, Ioan.20. frustra dictũ fuisset: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt*, Mat.22. & iterum: *quæcunq; ligaueritis super terram erunt ligata & in Cœlis.*

Probatur, Sextò. Ioan.20. Matth.22.

Vltimò. Qm̃ maior est gratia nouę legis, quã ueteris; sed in veteri lege nõ erat determinatus numerus peccatorũ; nec status dabatur, in quo penitentiæ non daretur locus; sed quotiescũq; peccator conuertebatur, recipiebatur ad veniam, iuxta illud Ieremiæ: *In quacumq; die ingemuerit peccator, uita uiuet, & non morietur.*

Probatur 7.

Secunda Concl. Deus recipit semper peccatores per verã penitentiã ad se reuertẽtes, ẽt post quãcumq; receptionẽ sacri penitentiæ. Contrariũ huius conclusionis, est heresis in scripturis apertè condemnata. Ioelis, 2. *præstabilis est Deus super malitia*. i. uincit eius misericordia quodcumq; peccatũ; ergo

Secunda Cõclusio. Deus recipit semp. peccatores p uerã pęnitentiã ad se reuertẽtes, ẽt post q̃cũq; receptionem sactamẽti pænitentiæ. Ioel.2.

T quo-

quotiescumq; conuertitur, semper ad ueniam admittetur: C
aliàs peccatum uinceret Dei benignitatē, contra illud Pauli,
Isa.49. *Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia.* Vnde Isa.
49.dr̄. *Nunquid potest obliuisci mulier infantem suum, vt non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui:* sed mulier sua clementia vincit quodcūq; peccatum filij; ergo multò magis Dei misericordia, quæ est infinitè maior, vincet iniquitates nostras, & si reuertatur anima
Isa.59. ad eum, suscipiet illam. Vn̄ ca. 59. Isa. dr̄: *Non est abreuiata manus Domini, ut saluare nequeat, neq; agrauata est auris eius*
Ezech.18. *ut non exaudiat.* Et per Ezechielem 18. *Nunquid uoluntatis meæ est mors Impij dicit Dominus Deus, & nō, ut conuertatur*
Ezech. 33. *à uijs suis, & uiuat?* Et c.33. *In quacūq; die conuersus fuerit ab*
Ibidem. *impietate sua, impietas Impij non nocebit ei.* Et infra. *Si dixero Impio morte morieris, & egerit pœnitentiā à peccato suo, omnia peccata eius, quæ peccauit, non imputabuntur ei, iudiciū, & Iu-*
Matth. 18. *stitiam fecit, uita uiuet.* Vn̄ Mat. 18. Petenti Petro quoties Fratri suo peccanti parsurus esset, si fortè *septies*; respondit Dominus. *Non tibi dico septies, sed septuagies septies*, id est, semper, & quandocumque.

Probatur Secundo. Secundò. Probatur Concl. ex vniuersali ritu Ecclesiæ; quæ D semper hortatur ad pœnitentiam quoscumque peccatores, illos excitando prædicationibus, minis, exemplis, miraculis, & alijs sanctis operibus.

Probatur Tertio. Cōcil. Florē. Cōcil. Trid. Tertiò ex Concilijs, præsertim Florentino. Vbi solū tria sacra irreiterabilia esse decernitur, & in Trid. Ses. 14. ca. 2. & Can. 1. Vbi habetur, *Si quis dixerit in Catholica Ecclesia pœnitentiā non esse uerè, & propriè sacramentum pro fidelibus, quoties post baptismū in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro institutū, anathema sit.* Vn̄ in subsequenti Canone 2. rectè pœnitentia appellatur *secunda tabula*, quoad naufragiū. Idem Ses. 6. ca. 14. & Can. 23. & 29. & D. Hiero. to. 1. in epist. ad Demetriadē, epist. 98. quæ incipit. *Inter oēs*, & c. 3. Isa. & Pacia. epist. 1. ad Simpronianū, Nouatianū: & Ambr. ad Virginē lapsam c. 8. & Tullia. lib. de pœnitentia. Ita ēt habetur in Can. *secunda tabula*, d. 1. & apud Alex. de Ales. 4. par. q. 63. memb. 3. & Bona. 4. d. 22. q. vltima, & Ricardum d. 14. super litteram.

(Pœnitētia est secunda tabula post naufragium. D. Hiero. Pacianus. D. Ambro. Tertullia. Ale. de Ales. D. Bonauen. Ricar.)

Probatur quarto. D. August. D. Leo Papa. D. Fulgen. D. Isido. D. Greg. Quartò ex Doctrinis sanctorū. Aug. in lib. de vera, & falsa pœnite. c. 1. Leo Papa Ser. 4. de Epiphania, *dum* (inquit) *homo in corpore uiuit, nullius est desperāda reparatio.* Fulgentius in Epist. ad Venantiū, de recta pęnitētia, circa finem. Isido. lib. 2. de Summo bono, ca. 5. D. Greg. in Comment. super psalmos

pœni-

A pœnitentia'es. Quibus accedunt infinita alia loca sanctorum hanc rem affirmantia, quæ non est opus hoc loco congerere.

Quintò, Probatur rationibus. Nam in hoc differt homo ab Angelo, quòd cùm Angelus immobiliter per intellectum apprehendat, post electioné immobiliter adhæret, & sic eius peccatum est irreparabile. Hominis verò voluntas, tam antea, quàm post electionem flexibilis est, cùm non immobiliter apprehendat, sed mobiliter, discurrendo de uno in aliud, & sic eius peccatum remediabile est. Ita S. Thom. 1. par. q. 64. arti. 2. & 1. 2. q. 80. ar. 4. ad tertium, & 3. par. q. 4. ar. 1. ad 3. & q. 6. artic. 2. ad secundum, & q. 46. artic. 1. ad quartum, & q. 86. artic. 1. ad secundum. Atqui si peccatum hominis esset in hac vita irremissibile, non esset differens à peccato Angeli, quod falsum esse, Damascenus satis explicat in ea vulgata sententia dum dixit: *Quod hminibus est mors, hoc Angelis est peccatum*: hoc est, Angeli per primum peccatum amiserunt liber tatem mutandi se à malo in bonum, quam homines per solam mortem perdunt.

Probatur Quinto.

Quare pecca tũ Aagelt sit irreparabile.

D. Tho.

D. Damasce. Quod hominib' est mors. hoc Angelis est peccatũ.

Scio plurimas alias rationes de differentia peccati Angeli, & peccati hominis afferri à D. Thom. in 3. senten. dist. 1. q. 1. art. 2. ad secundum, & dist. 2. q. 1. art. 1. quæstiunc. 1. & quæstiunc. 2. ad secundum, & d. 3. q. 1. ar. 1. quæstiun. 1. & d. 20. art.
B 1. q. 1. ad tertium, & hæ sunt quinque.

D. Thn.

Prima. Quia Angelorum natura, non propagatur ex vno, ex quo uitium contrahat sicut humana.

Secunda. Quia Angelus potentiam appetijt, nec de uenia cogitauit, nec alio suggerente peccauit.

Tertia. Quia proprio arbitrio peccauit.

Quarta. Quia nõ in uno primo Parente peccauit, sicut hõ.

Quinta. Quia peccauit in termino viæ, quod homini non accidit, cùm uiator remaneat.

Peccatũ Angeli à peccato hoĩs in qn que differt. Primò. Secundò. Tertiò. Quartò. Quintò.

Verùm has oés rationes tamquam non omninò necessarias, reprobat in 2. sent. d. 4. ar. 2. ad 1. & d. 6. ar. 2. ad 3. & dis. 7. q. 1. art. 2. & d. 43. ar. 4. ad 4. & ar. 6. ad 5. Attamen radix huius veritatis est illa, quam in prima ratione exposuimus, quæ etiam ponitur, in 4. contra gentes, c. 55. ad quartum, & in quæstionibus de veritate, ar. 10. & in quæstionibus de malo, & in opusc. 2. cap. 5. Quæ etiam ratio coincidit in quinta superius narrata.

Sexta rõ. Quia aliàs euacuaretur virtus passionis Christi, *qui pro omnibus mortuus est, & pro peccatis totius Mundi*: Et profectò si daretur peccatum aliquòd irremissibile, illius ma

Probatur Sextò.

Nota optimã rationem.

litia vinceret, ut diximus, passionem Christi, cùm per illam C
non deleretur.

Probatur Septimò.

Septima, & vltima ratio. Quia præfati errores, tanquã abominabiles à Repub. Christiana arcendi sunt, cùm homines similes faciant Dæmonibus, qui obstinati in inferno inflexibiliter cruciantur, & in laqueum desperationis homines coniјciant.

Tertia Cõcl. Nulli hominũ Deus denegat auxiliũ sufficiens.

Tertia Concl. Nulli hominũ Deus denegat auxiliũ sufficiens, quo mediante possit ad gratiã peruenire. Explico conclusionem. Non est existimandum, Deum semper tale auxilium dare homini, quo statim immediatè ad gratiã conuertatur; sed quod disponatur ad gratiam, licet aliquando statim cum eo conuertatur. Probatur Conclusio.

Probatur Cõclusio Primò. Sapien. 11.

Primò ex scripturis. Sapiẽtiæ 11. dr̃. *Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam.* Et profectò si nõ dat auxilium, odit, sed non odit, ergo illud præstat.

Sapien. 12.

Item Sapien. 12. *Si in libro seruorum tuorum, & debitos morti cum tanta cruciasti attentione, & liberasti, dans tẽpus, & locũ, per quæ possint mutari à malitia: cum quanta diligẽtia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta, & conuentiones dedisti bonarum promissionum?*

Item 1. ad Timoth. 2. inquit Apost. *Deus vult oẽs homines saluos fieri.* Si ergo voluntas Dei efficax erit, auxilium sufficiens utiq; præstabit, & Apoca. 3. dr̃. *Sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* D

Probatur Secundò. D. Aug. Pulchra Sñia.

Secundò probatur Concl. ex dictis sanctorum. D. August. lib. de prædest. & gra. c. 15. ostendit, q̃ mali suæ obstinationis culpam in Deum nõ reiјciant, exemplo duorũ Regum, Pharaonis, & Nabuchodonosor. *Quantùm ad naturam* (inquit) *ambo homines, quantùm ad dignitatem, ambo Reges, quantùm ad culpã, ambo Dei populũ possidẽtes, & opprimentes, quantùm ad pœnã, ambo clementer flagellis Dei admoniti, quid est, q̃ tam vtriusq; fines fecit esse diuersos? Nisi, q̃ vnus Dei manũ sentiẽs in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit, alter libero cõtra Dei misericordissimã veritatẽ pugnauit arbitrio?* Quæ August. sñia habetur in Decretis 23. q. 4. can. Nabuchodonosor.

D. Cyril.

Cyrillus, lib. 1. super Ioan. c. 11. explicãs illud, *Et mundus eũ non cognouit. Si illuminat oẽm hominẽ, q̃uo mundus eum nõ cognouit?* ait & Rñdet: *Lumen cecidit super oẽs; sed aliq clause runt oculos, diligẽtes magis tenebras, quã lucẽ.* Quod ibidem

D. Chrysost.

Chrysost. eodẽ modo exponit. *Quãtùm ad se ipsum* (inquit)

per-

A *pertineat illuminare, omnem hominem in hunc mundum venientem; sed quidam oculos mentis claudentes noluerunt huius luminis radios videre.*

Damascenus, lib. 2. de fide, c. 29. dicit, *quòd uoluntate antecedenti, idest, quantùm in se est, Deus vult omnes homines saluos fieri, et praesto est per auxilium suum omnibus subuenire.* Idem Hieronymus in Ezech. cap. 18. D. Damasce, D. Hierony.

Tertiò. Idem rationibus demonstratur, Deus omnibus hominibus imposuit obligationem seruandi præcepta Decalogi; per quæ vitam æternam consequimur, ergo dat omnibus id, quod necessarium est ad ea seruanda, aliàs iniquissima obligatio esset, vt potè ad impossibile obligans. Probatur tertiò.

Quartò. Iudicium Dei est de omnibus actibus singulorum hominum, cùm Deus debeat iudicare, & discernere omnium facta, dicente Propheta, *scrutans corda, et renes Deus*, & Act. 1. dicitur. *Tu Domine, qui corda nosti omnium*, ergo omnibus dat auxilium sufficiens ad benè operandum. Non enim in iudiciũ uenit, quòd homo non potest operari, & cùm discussio generalis esse debeat, auxilium quoq; sufficiens omnibus generaliter communicari debet. Estq; argumentum D. Augustini, contra Faustum, in lib. de gratia, & libero arbitrio. Probatur. Quartò. Actor. 1. Argumẽtum hoc est D. Augustini.

B Quintò. Exhortationes, & vocationes scripturæ sacræ ad omnes homines se extendunt. In ea omnes exhortantur ad bonum; omnes à malo declinare admonentur; omnes uocantur ad pœnitentiam; omnes inuitantur ad salutem, Igitur omnes habent de facto auxilia ad hæc consequenda, & implenda; aliàs vana, & frustratoria essent hæc omnia, perinde, ac si insensatis lapidibus proposita essent. Vnde Dominus Oseę. 3. in persona boni Pastoris loquens dicit, erepturũ se ouem suam de ore leonis, si remaneat extra auricula aut crus, quasi spiritualiter denotaret, se stare semper ad ostiũ, & pulsare intimam nostri a peccato deuorati cordis ianuã. Si ergo ouis suo redempta cruore ẽt in peccato detenta auriculam extra præbuerit, verbum Domini internè audiendo, & implere curando, & moraliter operum bonorũ crura habere curauerit, eruetur de ore leonis quęrentis quem deuoret, & à peccati tenebris ad sanctitatis claritatem per gratiam adducetur. Oseæ 3. Nota pro prædicatoribus, & pro peccatorum cõuersione. Act. 2. Marth. 8. Lucæ 3.

Deniq; *Christus pro omnibus* (nullo dempto) *mortuus est*, & meruit, quantùm ad sufficiẽtiam pro omnibus vitam eternam, ergo meruit media, quibus sufficienter homines illam consequerentur; sed unum medium est huiusmodi auxiliũ,

D.Hieron.

igitur, & illud omnibus præstatur. Vnde D.Hiero.epist.ad Letam de institutione filie ait, *de nullius salute esse desperandum exemplo latronis, qui in cruce conuersus, eodem ipso die, etiam in limbo Beatitudinis pignus meruit accipere, & Nabuchodonosoris, qui in extremo vitæ, recepit salutem.* C

Quarta Conclusio. Auxilium efficax quo homo de facto ad Deum cõuertitur, non semper Deus dat cuicumq; homini.

Duplex est Dei auxiliũ. Idem auxiliũ sufficiens, est efficax si homo vult.

Deus quõ dicatur cor alicuius indurare.

Quarta Concl. Auxilium efficax, quo de facto homo ad Deum mouetur, & conuertitur, non semper Deus dat cuicunq; homini. Explico. Duplex est auxilium Dei erga homines, unũ quo si homo vult potest ad Deum uenire, & dr̃ sufficiens; Alterũ, quo de facto uenit, & appellatur efficax, nõ ꝙ illud primum non sit sufficiens, ut statim homo ad Deũ conuertatur, si uellet, sed quia homo non vult, non dr̃ efficax. Illud autem, quod est sufficiens, si homo vellet conuerti, esset efficax. Neq; alia rõne probatur Conclusio, q̃ ex locis scripturæ: in quibus homo dr̃ obcæcari, obdurari, deseri, & relinqui in suo reprobo sensu, quia Deus illis hoc efficax auxilium denegat. Et quamuis id directè non faciat; tamen cùm homo semper auxilium sufficiens à Deo recipiat, nec ob id conuertatur, sed in suis iniquitatibus perseueret fit, vt maior peccator euadat, & sic dicitur Deus indirectè, seu occasionaliter indurare hominum corda.

Homini ẽt in abysso peccatorũ existenti, nunq̃ denegatur auxiliũ sufficiẽs, quo mediante, si velit, conuerti posset.

Quinta Concl. Quamuis propter grauitatem, & multitudinem peccatorum, homo se in eum statum coniiciat, ut maioribus, & fortioribus Dei auxilijs se priuet: quæ si Deus daret, de facto conuerteretur: non tñ illi denegatur auxilium sufficiens, quo conuerti posset, si vellet, licet quantùm ad hoc contraria sñia non sit omninò improbabilis. D

Auxiliũ Dei speciale, hẽt duos gradus. ex Soto. Apoch. 3.

Explico Conclusioné. Auxiliũ Dei speciale, vt optimè notat Sot. in 4. d. 15. q. 1. ar. 1. habet suos gradus. Nam datur auxilium ordinarium in tanta mensura, quæ vnicuiq; sufficit per se vt resurgat: & hoc cuicumq; homini etiã flagitiosissimo Deus non denegat, ut Apoch. 3. *Ego sto ad ostium, & pulso.* Aliud præterea est excellentius auxiliũ, quo homines in profundũ peccatorũ collapsi, indigent re ipsa, vt resurgant, quod Deus non semper offert, & culpæ illorum imputandum est, qui in tam difficilem statum suę salutis se constituunt. Modò Probatur Concl. Et prima pars, videlicet ꝙ Magnis peccatoribus denegentur aliqñ maiora auxilia, patet ex illo Euangelij. *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida; quia si facta fuissent in Tyro, & Sidone, quæ facta sunt in te vtique pœnitentiã egissent in sacro, & Cilicio,* & oẽs Doctores concedunt, hmõi auxiliũ esse inæquale: Qm̃ illud Deus dat, quibus vult, ut Paulo, Magdalenę, & similibus, & huic etiam auxilio posset homo re-

Nota. Auxilio efficaci posset ho

mo re-

mo absoluiè resistere, sed de facto non resistet.

Adria.

Amo resistere si uellet, sed de facto non resistit. Et quamuis co gnoscat Deus, hoc esse futurum infallibiliter, homo tñ liberè conuertitur, & hoc multis negatur, propter eorum grauissima peccata. Vnde Adrianus loco citato optimè dicit, ꝙ ad carnalia corda conuertenda .i. peccatores, opus est plus, q̄ sufficienti gratia, seu Diuina assistentia, sed abundanti, & quæ onus in parte magna alleuiet. Hanc scilicet gratiam abundantem ob hominum demerita, quasi ab indignis sæpè subtrahit, vt sint *quasi uulnerati dormientes in sepulchris.*

Quare Deus neget multis nationibus p̄dicationes, reuelationes, & miracula.

Nota.

Spiritus Domini qnare prohibuit p̄dicari Euangeliũ in Asia.

D. Grego.

Actorum 4.

Secundò multis Infidelium nationibus Deus denegat prædicationes, reuelationes sanctas, miracula, exempla sanctorum, & similia ob turpissima eorum peccata contra legem naturalem commissa. Item multis Prouincijs, & Regnis donum fidei subtrahit, permittendo cadere illos in fidei errores. Sic D. Greg. dicit, *Spiritum Domini prohibuisse prædicari Euangelium in Asia; quia necdùm ad uitam reparari merebantur.* & Act. 4. *Oportebat primùm loqui uobis uerbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos uos iudicastis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit Dominus.*

Tertiò. Quoniam scriptura pronunciat multos peccatores omni auxilio Diuino destitutos, nec sine magna difficul
B tate resipiscere posse. Hæc autem difficultas, non solùm est ex parte hominis cum malis habitibus comparata, tum prauorum suorum actuum frequentatione pressius confirmata; sed etiam ex parte ipsius Dei, qui ob nimiam duritiem eorum, & magnorum peccatorum perpetrationes, tales peccatores deserit, qui non solùm communibus auxilijs, sed etiam alijs multo maioribus ad pœnitendum indigerent. Ita Salomon, & Iob videntur significare. Ecclesiastici 7. *Nemo potest corrigere, quem ille despexerit.* Iob 21. *Si destruxerit, nemo est qui ædificet; si incluserit hominem, nemo est, qui aperiat:* Quæ uerba repetens D. Grego. 11. Moral. cap. 5. per illa uerba, *Destruere, & recludere* derelictionem peccatoris in tenebris uitiorum docet significari. Addens, quod *Cain Diuina uoce admoneri potuit, sed mutari non potuit, quia exigente culpa malitiæ, iam intus Deus cor reliquerat, cui finis ad testimonium uerba faciebat.* Et 1. Reg. 2. explicans illa uerba. *Si in Deum peccauerit uir, quis pro eo orabit?* Dicit: *plerique eorum, qui ad intercedendum pro alijs instituti sunt, peccatorum suorum magnitudine in impœnitentis Cordis caliginem proijciuntur; & nulla hominis adhortatione resipiscunt.*

Nota benè.

Ecclesiast. 7.

Iob 21.

D. Grego.

Aureũ dictũ. Caym Diuina voce admoneri potuit, sed mutari non potuit.

1. Reg 2.

Secunda verò pars Cõclusionis, quæ videtur. Aug. trac. 53.

tum ex argumentis factis in principio quæstionis, tum e- C
tiam ex alijs locis scripturæ videtur comprobari. Ierem. 13. *Si potest* (inquit Dominus) *Ethiops mutare pellem suam, & Pardus uarietates suas, ita & uos poteritis benefacere, cùm didiceritis mala*: & Prouerb. 18. *Impius, cùm in profundum uenerit peccatorum, contemnit*; & Ierem. 3. *Frons mulieris meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere, Culpa quippè frequens atterit frontem cordis in impudentiam, ut quò crebrius committitur, eò de illa committentis animus minus uerecundetur*, ut inquit Greg. homil. 10. in Ezechiel.

Hiere. 13. Prouer. 18. Hierem. 3. D. Greg.

Quare peccator difficile resurgit à peccatis.

Hæc autem impossibilitas resurgendi à peccato non est, quòd homo non possit, (Dei gratia mediante) conuerti, sed quia, vt ait Salomon: *adolescens iuxta uiam suam* (videlicet peccandi) *cùm senuerit, difficile recedet ab ea*. Voluntas quidem libera est, sed habitu malo trahitur homo in deterius, & venit in profundum peccatorum, ut contemnat. Talis fuit Pharao Rex Ægypti, qui obstinata voluntate suffocatus est. Hos ergo Dominus adiuuare non potest, non quia non possit, cùm absolutè possit, & velit, sed quia ipsi Indignos se præbent Dei adiutorio, & Dominus in pœnam, Iustitia sic eius volente, respondit. *Curauimus Babylonem* per monitiones, instigationes, conscientiæ stimulos, *& non est sanata, relinquamus eam*. Vnde Domino abeunte, sequitur illud Prophetæ. Relinquitur enim anima, *Sicut tugurium in uinea, & in Cucamerali, ut sit Cubile ululæ, & serpentibus*, Inferni. Quod etiam ipsemet Adria. in quæstione de Sacramento pœnitentiæ dubio 3. §. ex his, non negauit, iuxta illud Augustini: *Hac animaduersione percutitur peccator, ut moriens obliuiscatur sui, qui dum uiueret, oblitus est Dei*, hoc est offendiculum coram peccante ponere, gratiam excitationis ad conuersionem nolle adhibere, Ezechiel. 3. *Si Iustus conuersus à Iustitia sua, fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo.*

Nota. D

Adria. Pulchra Sniã D. August. de Peccatore. Ezech. 3.

Reliquum est modò, ut argumenta in principio quæstionis facta, dissoluamus.

Ad Primum. Hæreticorum responsio. Epistola ad Hebræos est D. Pauli. Concil. Trid. Cõci. Cartha. Concil. Florent.

Ad primum. Hæretici negarent hanc Epistolam ad Hebræos esse Canonicam, vel esse à D. Paulo conscriptam, sed allucinantur. Præterquàm enim huius rei extet Decretum Concilij Tridentini in Sess. 4. in Decreto de Canonicis scripturis, antiquissimum, & semper certissimũ dogma fuit in Ecclesiastica, inter Canonicas scripturas, & hanc ad Hebræos connumeratam fuisse. Ita in can. 84. Canonũ Apostolicorum, in Conc. Carthaginen. 3. c. 47. Concil. Flor. in Epist.

A pist. Eugenij ad Armenos. Ita in can. sancta Romana, distin. 15. Qua in re turpiter errauit Caietanus in suis commet. in primum caput dictæ epistolæ. Certum enim est esse à D. Paulo conscriptam, & esse canonicam: certum quoque est hebraicè esse exaratam, sicut & Euangelium Matth. sed de hoc aliàs.

Error Caietani dicentis Epistolam ad heb. non esse D Pauli.

Solutio aliquorum Catholicorum.

Aliqui alij Catholici, ut à D. Paulo acerbitatem huius sententiæ remouerent, mendacium, & falsitatem ei imposuerunt, dicentes: Paulum excessu quodam, & potius animo deterrendi peccatores eam tam tremendam comminationem pronunciasse: adducti illis Apost. subsequẽtibus uerbis. *Confidimus autem de uobis, dilectissimi, meliora, et uiciniora saluti, tametsi ita loquimur. Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis uestri, et dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, et ministratis,* Sed absit à Paulo tanta impietas, non inanem enim sed uerum terrorem, & metum incutit peccatoribus. Nec illa uerba ullo pacto ad lapsos post Baptismum (ut dicemus) referenda sunt; quod ex alijs uerbis euidẽter colligitur. *Non enim iniustus est* (inquit) *Deus, ut obliuiscatur operis uestri, et laboris, et dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, et ministratis.* Quæ uerba omninò referenda sunt ad eos, qui
B in gratia existebant. Operibus enim extra gratiam factis nõ est iniustus Deus si præmium non retribuat.

Triplex responsio ad locum D. Pauli.

Qua propter huic loco triplicem Catholici afferunt responsionem.

Prima est D. Augustini, libro de uera pœnitentia capit. 3. & Chrysost. homil. 9. in epistola ad Hebræos, & D. Tho. in 3. p. q. 84. artic. 10. ad primum, & in comment. super eamdem epistolam, & Cyrilli lib. 5. in Ioan. cap. 17. & Ambrosij libro. 2. de pœnitentia capit. 2. qui omnes dicunt, loqui Paulum ibi de renouatione per Baptismum. Erant enim apud Iudæos (ut ibidem notat D. Tho.) quædam lauacra secundùm legem instituta; in quibus pluries se ab immunditijs purgabant, & aliqui Iudæorum credebant, per lauacrum etiam Baptismi, aliquem pluries purificari posse. Ad quem errorem excludendum Apostolus scribit Hebreis, quod *impossibile est, eos qui semel sunt illuminati scilicet per Baptismum, rursum renouari ad pænitentiam,* scilicet per Baptismum, *qui est lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti,* ut dicitur ad Tit. 3. & rationem assignat ex hoc; quòd per Baptismum homo Christo Commoritur. Vnde subdit; *Rursus crucifigentes sibimet ipsis filium Dei.*

Prima D. Augustini. D. Chrysost. D. Tho. D. Cyril. D. Ambro.

Varia lauacra erant apud Iudæos.

Ad Tit. 3.

Quę

Expositio germana.

Quæ Expositio germana censenda est, tũ ex illo uerbo, ***impossibile*** est, non tantùm difficile, quòd in Baptismate, cùm sit irreiterabile, non in pœnitentiæ sacramento locum obtinet quod reiterari potest; tum etiam ex alio uerbo, *Renouari*, quod non pœnitentiæ conuenit, cùm (ut D. Augustinus habet in epistola ad Romanos) Baptizati melius curari dicantur per pœnitentiam, quàm renouari. Baptismus etenim lauacri, & regenerationis est sacramentum, non autem pœnitentia, ut ad Rom. 6. & ad Tit. 3. tum quoque propter tertiũ illud uerbum, *Rursum crucifigentes filium Dei*, quod propriè Baptismo conuenit; cùm per Baptismum uerè homo Christo cõmoriatur &, qui iteraret Baptismum quasi una mors Christi, & unum Baptisma non sufficeret, iteraret etiã mortem Christi, ut ex ea iterata, fieret iterata remissio, ut optimè ibidem glossa.

D. August.

Rom. 6. ad Tit. 3.

Secunda expositio est. D. Hiero. D. Ambro. Nicolai de lyra. Lucæ 18.

Altera expositio est D. Hieronymi, lib. 2. contra Iouinianum, & D. Ambrosij lib. 2. de pœnitentia cap. 2. & Nicolai de lyra, qui intelligunt locum de pœnitentia, sed illud uerbum, *Impossibile*, exponunt sic, id est, difficile, iuxta illud lucæ 18. *Impossibile est, diuitem intrare in Regnum Cælorum*, id est, difficile; & experientia docet, quàm difficile sit prolapsis, à peccatis resurgere.

Tertia expositio lyræ. D. Ambro. Hugo.

Tertia expositio est eiusdem lyræ, & D. Ambros. & Vgonis de sancto Victore, lib. 2. de sacramento par. 14. c. 4. qui etiam explicant hanc sententiam de ipsa pœnitentia, & illud uerbũ, *Impossibile*, sumunt in propria significatione, & aiunt, dici à Paulo Impossibile esse prolapsos resurgere ad gratiã, à qua ceciderunt, quoad se ipsos, non quoad Deum, iuxta illud Lucæ eodem loco, *Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum*. Et Amos. 5. *Cecidit filia Israel, & non adijciet, ut resurgat*. Et sapientiæ secundo: *Omnes qui ingrediuntur ad Deum, non reuertentur*, id est, proprijs uiribus.

Lucæ 18. Amos. 5. Sapientiæ 2. Nota. Ad Secundũ. Adria. Nota uerba D. Pauli.

Sed hæc expositio non est ad mentem D. Pauli, cùm hoc modò, id est, proprijs uiribus, non solùm reparatio post lapsum; sed etiam regeneratio ipsa impossibilis sit, & hostia pro peccatis non solùm in hoc casu quando uidelicet post acceptam notitiam ueritatis uoluntariè quis peccauerit, ex uiribus naturæ non relinquitur; sed etiam peccantibus antè notitiam ueritatis acceptam.

Ad secundum. Adrianus quæst. 3. de pœnitentia in solutione ad primum negat consequentiam; Imò docet potius sequi contrarium. Non enim dicit, maledictam esse teram il-

lám,

A liam. *sed maledictioni, seu maledicto proximam*; quod uerbum, ut exponit Chrysostomus Homil. 10. ad Hebræos, maximum solamen nobis affert. *O, quantam* (inquit Chrysostomus) *habet hic sermo consolationem, maledicto proximam, non maledictam. Qui autem necdum in maledictionem incidit, sed proximus est, & longè fieri poterit, & non hoc solo consolatus est, sed etiam in eo, quod sequitur. Non enim dixit, reproba, & maledictioni proxima, quæ comburetur. sed quid? Cuius consummatio est in adustionem, si usque ad finem permaneat; inquit, si abscindamus, si aduramus spinas, poterimus mille bonis perfrui, & fieri probabiles, & benedictionis participes.* D.Chrys.

Ad tertium ex decimo ad Hebræos, D.Chrysostomus homil. 20. exponit textum de hostia Baptismatis, per quã Christo commorimur; & quòd in hoc discrimen ponatur cum hostijs ueteris testamenti, quæ offerri consueuerunt pro peccato, ita ut sit sensus: Non est alia mos, cui per Baptismum cõfiguremur, nec est alia hostia, cuius oblatione sufficientissimè, & ad plenum Deo satisfiat, sicut Baptismus; Nec uerba intelligenda sunt de hostia pœnitentiæ; in quem sensum accipienda sunt uerba D. Cyrilli lib. 5. in Ioan. cap. 17. cùm inquit, Non dixit Paulus, non est ultra pœnitentia; neque dixit, non est ultra remissio, sed *hostia* (inquit) *ultra non est*, hoc est, crux secunda ultra non est. Hostiam quippè hanc uocat. Vna namque hostia perficit in perpetuum eos, qui sanctificantur. Eandem sententiam, & explicationem affert D. Augustinus in epistola ad Romanos.

Ad tertium. Expositio prima D. Chrys.

Paulus de qua hostia intelligatur. Hæb 10.

B

D.Cyril.

D.August.

Altera huius loci expositio habetur ex Glossa, quæ intelligit de hostia sacramenti pœnitentiæ, & est sensus: quòd uoluntariè peccantibus, id est, in peccato persistentibus, & permanentibus non relinguitur hostia pœnitentię; Imò nec suffragantur alia sacramenta, & ita est. Secunda expositio glosę.

Tertia expositio potest addi, quòd Paulus loquatur de his, qui ad infidelitatis errorem reuertuntur, quibus non relinquitur alia hostia pro peccati expiatione; quoniam, ut dicitur. Act. 4. *Non est aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi Iesu Christi.* Et uidetur hæc expositio maximè quadrare litteræ. Tertia expositio. Act. 4.

Ad Quartum ex Amos primo, & secundo, dicimus cum D. Hieronymo, in prologo ibidem; & Glossa in uerbo *super tribus sceleribus Damasci*, quod allegoricè primum peccatũ est mala cogitare, secundum consentire in malo, Tertiũ opere malum; quartum illius non pœnitere. Qui ergo in tribus prioribus peccat, si pœnitet, conuertit eum Deus ad uultum

Ad quartum. D.Hiero. Glos. Nota expositionem loci. Amos. 1.

suæ

suæ clementiæ: super Quartum uerò scilicet, non pœniten- C
te., Deus auertendo faciem suam ab eo non conuertit eum.

Secunda Solutio..

Secundò magis ad litteram dicendum est. Quòd locus ille debet intelligi de pœna, & captiuitate temporali, *super quartum non conuertam*, id est, non liberabo eum à pœna temporali.

Ad Quintū.

Ad Quintum. Respondetur negando minorem; & ad probationem de planctu samuelis pro Saule reiecto à regno Israel respondeo. Dominum proiecisse Saulem à Regno Israel propter peccatum suum, & impœnitentiam eius. Non enim fuit uera pœnitentia Saulis dum dixit Samueli, *peccaui*, sed fuit simulata, & pro conseruando Regno, & obtinendo honore apud populos. Vnde textus habet hec uerba. *Et ait Saul peccaui, sed nunc honora me coràm senioribus Populi mei, & coràm Israel, & reuertere mecum, ut adorem dominum Deum tuum*. Cùm ergo fictè Saul pœnituerit, ideò Dominum non parciturum dicitur pœnitenti, & sic intelligitur illud, quod præcedit paulò antè, *Triumphator in Israel non parcet, & pænitudine non flectetur*, id est, ficta pœnitentia, aliàs enim uerè pœnitentibus parcit Dominus, & quia Saul fictè pœnitebat, ideò dicit Dominus Samueli, ne lugeat Saul, quoniam proiecit eum, primò à Regno Israel, ne temporaliter regnet, secundò à cœlesti, à quo pro sua impœnitentia excludetur. D

Pænitentia Saulis fuit ficta.

Nota expositionem.

Hieremiæ locus quomodo sit intelligendus, & de qua pæna. Gen 15.

Et ad locum Ieremiæ, dicimus, intelligi de pœna temporali, qua Deus uoluit eos punire, & exigentibus sic eorum peccatis, nullus relinquitur euadendi locus. Sic accipienda sunt uerba Genes. 15. *Completæ sunt iniquitates Amorrhæorum*, propter quas pœnis temporalibus affici debent. Sic etiā præfata uerba Amos, & Ieremiæ possunt intelligi. Similiter dicendum est de Antiocho, quòd non erat consequturus, quod petebat à Domino. Petijt autem uitam temporalem, uel certè si aliud petiuit, non uerè pœnitendo petiuit, & principaliter propter pœnam fugiendam pœnitebat, & orationē ad Deum fundebat. Vnde cùm primum (ut scriptura refert) fætorem suum ipse ferre non posset, ita ait: *Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Orabat autē hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consequturus.*

Rex Antiochus petijt, à domino uitā temporalem.

Esau quomodò dicatur nō inuenisse locum pænitentiæ quoad Deum.

Nec Esau dicitur *inuenisse locum pænitentiæ* quoad Deū de suis peccatis, sed ad litteram intelligendum est, non inuenisse locum pœnitentiæ ab homine Isaac patre suo. Ab ipso enim cum lachrymis non impetrauit benedictionem primo geni-

A geniti, quamuis impetrauerit benedictionem minorem, sic (ut benè Caiet. in Comment. ad Hebræ.ca.12.) Qui semel perdunt virginitatem, nunquam inueniunt locum pœnitentiæ apud Deum, quoad priorem dignitatem. Similiter *nec Esaù inuenit pœnitentiæ locum*, reponentem eum ad benedictionem, & primitiua, quæ cupiebat hæreditare.

Qui semel perdunt Virginitatē nunquā inueniūt locum pœnitentiæ, apud Deū, quoad priorem dignitatem. Caietanus.

Vel dicamus, Esaù non rectè pœnituisse, sed suæ pœnitentiæ commiscuisse, & addidisse aliud graue peccatum. Vnde Glossa interlinearis in illo verbo, *Non inuenit, &c. caruit* (inquit) *benedictione, non quòd non pœniteret; sed quia non pœnituit, vt debuit, dicens: Veniet dies luctus patris mei, & occidam Iacob Fratrem meum*, & in alio verbo, *quamquam cum lachrymis*, inquit Glossa, *ex indignatione, & dolore amissi honoris contra Fratrem; non ex vera pœnitentia*. Ex his autem omnibus non habetur, quòd Esaù uel Antiocho veræ pœnitentiæ locus denegatus fuerit.

Secunda expositio super Penitentia Esau.

Expositio Glosæ notanda.

Iniquitas Esau cōtra Fratrem suum.

Ponderatio Glosæ.

Ad Sextum respōdeo primò, ad illud de obduratione, & obcæcatione, quòd Deus dicitur obdurare, & obcæcare, quia dat multa auxilia, quibus peccator abutens, maiorem contrahit culpam, & animæ duritiem. Vnde quatenus homo occasionē sumit suæ obdurationis ex Dei auxilio, obduratur, seu excæcatur à Deo. In quo sensu, tantùm abest ut B obdurare sit subtrahere ab homine auxilium sufficiens; ut potius includat in hoc sensu multa, & plura Dei auxilia, quibus abutens homo, dicitur obcæcari, & obdurari. Sed (meo iudicio) non est hæc propria ratio obcæcationis, & obdurationis, ut euidenter colligitur ex D.Tho.1.2.q.79.artic.3.vbi habet, quòd *obcæcatio, & obduratio duo important, & motum animi humani inhærentis malo, & auersi à Diuino lumine, & subtractionem gratiæ: ex qua sequitur, quòd mens diuinitus non illuminetur ad rectè videndum, & cor hominis non emolliatur ad rectè viuendum*, & hoc modo verè dicitur Deus causa aggrauationis aurium, & obdurationis cordis. Quoniam huiusmodi excæcatio, & obduratio ex parte huiusmodi subtractionis, sunt quædam pœnæ, ex quibus homo non fit deterior, sed deterior factus per culpam, has incurrit. Et quamuis excæcatio ex sui natura (cùm sit præambulum ad peccatum) ordinetur ad damnationem eius qui excæcatur, propter quod ponitur etiam reprobationis effectus; tamen ex Diuina misericordia, & prouidentia, excæcatio ad tempus, ordinatur medicinaliter ad salutem eorum qui excæcantur: non quidem omnium, sed prædestinatorū, quibus *omnia cooperantur in bonū*, vt dicit Paulus ad Ro.8.

Vnde

Ad Sextum. Respondetur Primò.

Deus quomō dicatur excæcare, & obdurare.

Obduratio includit in se multa Dei auxilia, quæ qa homo spernit, obdurari dicitur. D.Tho.

Excæcatio, & obduratio duo important, inhæsionem malo, & auersionē à bono, & à gratia.

Quomodo Deus dicatur aggrauere aures.

Excæcatio licet ex sui natura sit pãmbulū ad dānationē, tñ excæcatio ad tps, ordinatur à Deo medicinaliter ad salutē eorū qui sūt pdestinati Rom. 8.

Excæcatio quantùm ad quosdã, est actus diuinæ misericordię quantũ ad alios verò, diuinæ Iustitię.
D. Aug.
Nota dictum Ioan. 17.
Non inuenit locus in scriptura, in quo apponat sub tractio totius Diuini auxilij.
Exo 8. 10. 11. & 12.

Vnde quãtùm ad quosdã, excæcatio ordinatur ad sanatio C nem, & est actus Diuinæ misericordiæ; quantùm autem ad alios ad damnationem, & est actus Diuinæ Iustitiæ, vt D. Augustinus dicit, in 3. de quæstionibus Euangelij. Nam semper finalem auxilij Diuini subtractionem excæcatio importat: Immò pleraque loca scripturę, subtractionem alicuius dumtaxat adiutorij Diuini ad resipiscentiam peccantium denotant, puta miraculorum, prædicationis, & similium, vt Ioan. 17. *Non pro mundo rogo*: quibus uerbis auxilium orationis Christi à reprobis, & filijs huius sæculi subtractum esse declaratur. Nec locus vllus scripturæ adducetur, in quo totius Diuini auxilij subtractio apponatur. Nam & Pharaoni, & Ægyptijs, ut Exodi 8. 10. 11. & 12. habetur, non defuerunt flagella, tribulationes, & crebræ Diuinæ admonitiones factæ per Moysen ad Pharaonem, ut populum Dei dimitteret, & sui peccati verè pœniteret.

Aliqñ homo p peccata priuatur aliquibus Diuinis auxilijs maioribus, quæ si homo haberet, de facto conuerteretur.
Quomodo Deus dicatur animam deserere.

Dico tertiò. Quòd homo aliquando per peccata priuaturalijs Diuinis auxilijs maioribus, & efficacioribus, quæ si Diuina misericordia illis concederentur, vtique de facto conuerterentur. Et quamuis his sufficiens auxilium vsque D ad ultimum vitæ terminum non denegetur: tamen efficacissimum, ut dictum est, propter eorum grauissima peccata, iusto Diuino Iudicio subtrahitur; & cùm excusationem sui peccati non habeant, damnantur. Et in hunc sensum dicitur quoque animam deseri, desertam relinqui, & ab ea auferri gratias, ornamenta, & dona, quibus à Deo per gratiam tam gratum facientem, quàm gratis datam, decorata erat.

Aliquis dr reprobari à Deo, in q̃tũ non vult ei Deus bonum vitę æternæ.
Quomodo reprobatus à Deo nõ possit gratiã adipisci?

Hæc autem desertio, seu derelictio à Deo, est effectus reprobationis, quæ non est causa culpæ, sed tantùm pœnæ æternæ. Reprobari verò, vel odio haberi quis dicitur à Deo, in quantũ illi non vult hoc bonum, quod est uita æterna, licet omnes homines Deus diligat, in quantùm illis vult aliquod bonum, quamuis non omnibus velit quodcumque bonum; & quatenus huic, uel illi non vult bonum gratiæ, uel finaliter, uel pro tempore, dicitur eos reprobare, & derelinquere. Et licet reprobatus à Deo, & derelictus, non possit gratiam adipisci, (quod non est intelligendum, secundùm impossibilitatem absolutam, sed conditionatam) tamen, quòd in hoc peccatum, uel illud homo labatur, contingit ex libero arbitrio eius, qui reprobatur, & à gratia deseritur. Quocirca meritò illi imputatur ad culpam, iuxta illud Prophetæ, *perditio tua ex te*. Sed hæc fusius

sius

A sius habentur in S. Thom. prima parte, quæst. 23. artic. 3. Nec excæcatio aliam causam habet meritoriam, nisi malitiam, ut 1. 2. quæst. 79. artic. 3. ad tertium docet Idem S. Tho. D.Tho. Excæcatio nullã aliam causam meritoriam habet nisi malitiã.

Vt autem Animæ, quę Diuinę gratiæ habitibus uestita, & ornata fuit, nuditatem, quæ ex detractione, & expoliatione Diuinæ gratiæ nascitur, clarissimè agnoscamus, lubet ea uerba Isaiæ in ca. 3. dilucidissimè exponere, ut animæ gratia ornatæ degradationem percipientes, peccatum quod eius causa est, longius fugiamus. Quibus ornamentis anima per peccatum expolietur.

Pro eo, quòd eleuatæ, (inquit Dñs) *sunt filiæ Syon, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebãt. Ideò decaluabit Dominus uerticem filiarum Syon, & Dominus crinem earum nudabit.* Sed quæ pro peccato in persona filiæ Syon peccanti animæ eueniunt, audiamus. Isai 3.

Auferet (inquit) *Dominus, à filia Syon ornamentum calceamentorum*, id est sui ipsius cognitionem, & humilitatem; & anima, quæ prius suæ cognitionis calceamentis ornata incedebat, & à Diuino suo sponso amabiliter, & iocosè audiebat, *quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis*, nunc oblita sui ipsius, & calceamentis suę cognitionis spo- Humilitas est calceamentũ animæ. Cant 5.

B liata, à spõso repudiatur. Vnde acerbè ab eodem repellitur dicens: *Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post uestigia gregum tuorum, & pasce ædos tuos iuxta tabernacula pastorum.*

Auferet lunulas, id est, cœlestium, supernarumque rerum contemplationes; & felix anima quæ prius cum Paulo dicebat, *conuersatio nostra in cœlis est: & cupio dissolui, & esse cum Christo:* Et cum Regio Propheta clamabat; *Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita & anima mea ad te Deus*; quæ gemẽs, & anxiè cum eodem suspirabat dicẽs: *quando ueniam, & apparebo ante faciem Dei*; nunc infelix facta peccato, *iniquitatem meditata est in cubili suo*, terrena sapit, & carnalibus delitijs indissolubiliter adhæret; renuẽs apparere in conspectu Domini, *ne uideatur ignominia eius, & appareat nuditas illius.* Lunilæ animæ, est contẽplatio rerum cælestium. Philip. 3. d. Philip. 1, e. Psal 41 a. Psal. 41. a. Psal. 35 a. Philip. 3. d. Abach. 2. c. Torques animæ, est bona conscientia.

Aureum bonæ conscientiæ torquem, Castum, pectus ornantem, anima primò in gratia manẽs gestabat, & cum Paulo multocies (& si humiliter) dicebat; *nihil mihi conscia sum; sed non in hoc iustificata sum*; & cùm Iob; *verebar omnia opera mea, sciens quia non parceres delinquenti:* & cùm Dauid. *Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.* Quæ una tantùm Domini lotione non contenta, per pœnitentiã 1. Cor 4. a. Iob. 9. d. Psalm. 18. Psal. 50. Prouerb. 19. b

cum

Iob.15.
Prouerb.21.c.

cum eodem Propheta amplius lauari cupiebat dicens: *Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.* C
Verumtamen per peccatum, ablata bona conscientia, *deuorat iniquitatem:* & (ut ait Iob) *iniquitatem quasi aquam bibit,* & tandem *gloriatur cùm malè fecerit, & exultat in rebus pessimis.*

Monile animę est iugum timoris Domini.
Matt.11.
Tren.3.c.
Apoc.5.e.
Hiere.2.

Perdit insup *monilia.* Sed quod est istud monile animę collum perstringens: Non aliud utique, nisi iugum timoris Domini: de quo Dominus dicebat, *tollite iugũ meũ super uos. Iugũ enim meum suaue est, & onus meum leue.* Suaue quidem iugum, de quo propheta dicebat: *Bonũ est uiro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua.* Sed proh dolor. Misera anima per peccatum, Domini iugum relinquit, cui seruiendo regnabat, illud proijcet, & uincula eius disrupit. Vnde Dominus per Ieremiam dicebat: *à sæculo confregisti iugũ, rupisti uincula, & dixisti, non seruiam.* Sed quod peius est, relicto iugo Domini, Diaboli iugum anima sumit, non dantis requiem, dicente Propheta; *Seruietis Dijs alienis die, ac nocte, qui non dabunt uobis requiem.*

Relicto Domini iugo suaui, anima per peccatũ Diaboli iugũ graue assumit.
Ierem.16.
Armillæ animæ, sunt bonæ operationes.
Prouerb.31.

Perdit etiam *armillas,* id est, bonas operationes. Et anima, quæ prius simi is mulieri forti, *quæ manum suam mittebat ad fortia; cuius digiti apprehendebant fusũ, quæ manũ suam aperiebat inopi, & palmas suas extendebat ad pauperem:* nunc D
per peccatum, beneficientiæ, & misericordię uiscera clausit.

Mitra animæ, est donum sapientiæ.
Prou.24.a.

Perdit insuper *Mitram,* id est, donum sapientiæ, succeditque ei per peccatum mentis deprauatio; quia *rapinas meditatur mens eius, & fraudes labia eius loquuntur.*

Discriminale animæ, est sãcta discretio.
3.Reg.3.
1.Cor.12.

Quod in causa est, ut *discriminalia* capillos hinc inde diuidentia, id est sanctam discretionem deperdat: Quæ discriminalia, quamvè discretionem enixè Salomon, cùm esset paruulus petiuit à Domino dicens: *Dabis ergo seruo tuo cor docile, ut populũ tuũ iudicare possit, & discernere bonũ, & malũ,* Quę discretio est maximum Dei donum, de quo dicebat Paulus *alij discretio spirituũ,* sed anima peccatrix, inter bonum, & malum, & inter amarum, & dulce non discernens, cœlestibus relictis delicijs, cœnoso peccatorum uolutabro, porcorũ more uolutatur.

Periscelidæ animę, sunt donum fortitudinis.
Psal.17.
Psal.26.a.
Prouerb.13.b.

Perdit *Periscelidas,* uincula scilicet fortitudinis; quibus primò in gratia manens, peccatis resistebat; Imò nil metuẽs, cum Regio Propheta dicebat: *In Deo meo transgrediar murum:* & alibi, *si consistant aduersum me castra, non timebo:* quia (ut ait Salamon) *qui timet Deum non trepidabit;* sed quia

Dominum

A Dominum non inuocauerunt peccando; ideò *ibi trepidauerunt timore, vbi non erat timor.*

Amittit quoque anima per peccatum *Murenulas* firmę spei, & quæ prius cum Apostolo sperante clamabat, *in reliquo reposita est mihi corona Iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex*; & cùm Iob: *Reposita est spes mea in sinu meo*; & cùm Dauid: *Ego autem in Domino speraui*, & iterum: *Credo uidere bona Domini in terra uiuentium*; Iam per peccatum non nisi terrena sperat, non nisi terrena sapit, & caduca desiderat dicens: *Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur*. Et alibi: *Nullum sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra; & coronemus nos rosis antequàm marcescant.*

Murenulę animæ, sunt Spes sancta. 2. Tim. 4. 6. Iob 19. 6. Psal. 30. Psal. 26. d. Philip. 3. d. Sap. 5.

Olfactoriolis quoque priuatur anima per peccatum, dum perdit gustus, & diuinas suauitates, quibus prius delectabatur. Post peccatum enim, cepis, allijsque repleta, nauseat super cibo cœlesti, & manna suauissimo.

Olfatoriola animę, sunt gustus & suauitates spirituales.

Inaures amittit, scilicet fidem multoties, quæ est per auditum, & verbi Dei prædicationem, nec valent quidquã amabiles Dei voces, & admonitiones, quibus clamans, dicebat: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui*. quoniam *obturauit aures* B *suas more aspidis surdæ, ne audiat vocem incantantis. Incircumcisæ enim sunt aures eorum* (vt ait Propheta) *Et audire nolunt, &c.* Nec est, quod in aure & fidei formatæ subula peccantis animæ auris perforetur: quoniam non placet seruire Domino, neque habitare in Monte sancto eius.

Inaures aïæ, sunt fides, q̃ est ex auditu. Exo. 21. Deut. 15.

Annulos quoq; perdit aureos, idest, recedit à fidelitate, & desponsatione Dñi. Annuli.n. fidelitatis, & desponsationis signũ sunt. *Quia verò sponsauit eam sibi Dominus in Iustitia*; Qm̃ creator, Conseruator, & saluator eius extitit; Ideò fidelitatis, & despõsationis suæ præciosissimos illi aureos annulos tradidit; sed fornicata cum amatoribus multis, charissimo suo sponso extitit infidelis.

Annuli aïæ, sunt fidelitas, desponsationis eius cum Deo. Oseæ 2.

Gemmas rursus in fronte pendẽtes. i. donum intellectus, Consilij, & scientiæ deperdit, quæ per peccatum mentis corpore conturbata quid faciat ignorat.

Gemmæ animæ, sunt donum intellectus, consilij, & scientiæ.

Demuntur rursus ab anima *mutatoria* virtutum; Quę.n. primo in gratia manens per uarios gradus ab una in aliã uirtutem pergebat implendo illud prophetę, *Ibunt de virtute in virtutem nunc*, ab iniquitate in iniquitatẽ sine charitate descendit. *Abyssus.n. abyssum inuocat: & peccatũ quod per pœnitentiam non deletur, suo ipsam pondere ad aliud trahit.*

Mutatoria animæ, sunt uirtutes. Psal. Psal. D. Aug.

Palliola, & linteamina animæ, sunt verecundia, &c.
Hier. 3.
Hier. 2.
Prou. 12. a.

Palliola insuper, *& linteamina* auferuntur ab ea, hoc est, G
peccandi verecundia, frontis perfricacite succedente. *frons* (inquit) *meretricis facta est tibi*, & iterũ: *In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix.* Neque mirum. *Impius enim cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit.*

Acus animæ, est cõpunctio & remorsus conscientiæ.
Specula aĩæ, sunt exempla sanctorum.

Hinc est, q̃ acu ẽt priuetur, & eam amittat. i. cordis perdat compũctiones, & ictus. Succedatq́; ei ficta pax; quę tñ, dum ait *pax, pax, nõ est pax.* Quia *nõ est pax impijs dicit Dominus.*

Specula quoq́; .i. Sanctorum exempla deperdit: dum peccatores alios sequitur, & per ipsorum semitas decurrit; *abit post vestigia Gregum suorum, & pascit ędos suos iuxta tabernacula pastorum.*

Sindon aĩæ, est gratia.

Sindone quoq́; .i. charitatis veste; *quæ operit multitudinem peccatorum*, expoliatur: vt sic ablato Diuinæ gratiæ tegumẽto, impleatur in ea verbum Domini seuerum dicentis: *ostendam in gentibus nuditatem tuam.*

Vittæ stringẽtes caput aĩæ, sunt firmitas mentis.
Hier. 3.
Tren. 1.
Prou. 11.

Vittas quoq́; caput ligantes, & firmiter stringentes nõ habet; quia mentis firmitate per peccatum priuatur. Vñ Hieremias dicebat: *Peccatũ peccauit Hierusalẽ, propterea instabilis facta est:* & Salomon dicebat: *Impius facit opus instabile.*

Theristra aĩę, sunt oẽs virtutes meritorię.
Caluitiũ aĩæ, peccantis, est eius perpetua confusio.
Cilicium peccantis animę, sunt pęna sensus, & damni.

Deniq́; misera anima per mortale peccatũ *Theristis*. i. Vir D
tutibus omnibus meritorijs priuata, repleta iniquitatibus, nec sanata, aut sanari volens, relinquitur à Domino in obstinatione sua, vt expletis temporalibus doloribus, & ærumnis peccati fœtore vndiq́; cõspirante, funiculo reatus ipsam constringente, caluitia perpetuę confusionis ipsam deturpante, tandemq́; pœnarum sensus, & damni crudelissimo cilicio ipsam premente, & pungente, mœrens, ac lugens, in perpetuæ obliuionis terra, profundo .i. Inferni lacu desolata sedeat.

Ad Septimũ. Multiplex acceptio peccati in spiritum sanctum.
D. Aug.

Ad Septimũ. Multipliciter Doctores respondent, secundũ varias acceptiones peccati in Spiritum sanctum. Et quoniã exponere quid sit peccatum in Spiritum sanctũ (vt D. Aug. placuit) de verbis Domini sermone 11. difficillimum est, vinci q́; omnem aliam sacræ scripturæ difficultatẽ; ideò semper illam dicit se euitasse in concionibus ad Populum. Qua propter quid de eo Doctores senserint, summatim referamus.

D. Athana.
D. Hila.
D. Ambro.
D. Hiero.
D. Chrysost.
Duran.
Quid sit peccatũ in Spiritũ sanctum.

D. Athanasius, Hilarius, & Ambros. Hieron. & Chrysost. homi. 40. in Matth. & Durand. in 2. d. 43. q. 1. peccatum in spiritum sanctum, dicunt esse blasphemiam contra Spiritũ sanctum essentialiter, vel etiam notionaliter acceptum, vt cùm Iudæi Christum blasphemabant in his quæ operabatur, vt Deus; sicut dum opera quæ faciebat virtute propria Diuini-

A tatis, Beelzebub principi Dæmoniorum attribuebant.

D. Augu. loco citato, peccatum in Spiritum sanctum dicit esse finalem impœnitentiam: cùm videlicet quis in peccato mortali moritur. Et cùm sit contra remissionem peccatorũ, quæ tertiæ personæ attribuitur, dicitur peccatum in Spiritum sanctum. D. Augu. opinio.

Alij putant omne peccatum ex industria, & ex malitia cõmissum appellari debere peccatum in Spiritum sanctũ; non quidẽ ex inclinatione habitus praui, qui malitia dicitur; sed prout ex speciali contemptu remouetur id, quod electionẽ peccati poterat impedire. Ita D. Tho. 2.2. quæst. 14. art. 1. 2. & tertio: S. Bonauen. & Gabr. in 2. d. 43. Gerson in suo tractatu de peccato in Spiritum sanctum par. 2. & Nicolaus de lyra in cap. 12. Matth. Sotus verò, in dicta d. q. 1. putat, desperationẽ de Diuina misericordia, quæ non ex ignorantia, vel passione, sed ex malitia proficiscitur, propriè appellari peccatum in Spiritum sanctum. Opinio aliorum. D. Thom. D. Bonauen. Gabr. Gerson. Nicolaus de Lyra. Soti opinio.

Et quamuis prima sententia videatur esse ad litteram, vt ex Marci 3. colligitur, & Hiero. in Epist. ad Marcellam latius explicat: tñ sñia D. Tho. mihi valdè probatur, ꝙ tunc tale peccatum committatur, cùm homo ex malitia, & ex iniqua electione, sibi viam præcludit ad salutem, negligitq; remedia ad peccata vitãda, mediaq; ad virtutẽ adipiscendam vltrò abijB cit. Et huius sũt sex filiæ, Desperatio, Obstinatio, Impœnitentia, Præsumptio, Impugnatio veritatis agnitæ, & Inuidentia charitatis fraternæ. Marci 3. D. Hierony. D. Thom.

Dr̃ autem irremissibile, ẽm primã sñiam; quia homo, peccando cõtra opera Diuinitatis, præsertim Diuinitate apertè reuelata, nullam excusationem hẽt, nec uenia, & remissione est dignus. *Vnde Iudæis* (vt inquit Chrysost.) *tale peccatum remissum non fuit, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro. Quia pro to passi sunt pœnã & in præsenti quidẽ vita, per Romanos; & in futura in inferno.* Vel irremissibile dr̃, iuxta Augustinum, ob finalem impœnitentiã: cùm neq; in hac vita, neq; in futura dimittatur. Vel iuxta tertiã sñiam, irremissibile dr̃, qñ ex malitia procedit, quia ex suo genere non hẽt causam, uel mediũ remissionis, cùm oĩa media ex malitia negligant, nisi mutẽt propositum ex diuina misericordia; per quam aliquando tales, quasi miraculosè, spiritualiter sanantur. Cur peccatũ in Spiritũ sanctum dicatur irremissibile. Cur peccatũ in Spiritũ sanctum dicatur irremissibile secundũ Aug.

Ex quibus patet, ꝙ ex parte omnipotentiæ, & misericordiæ Dei, numquam præcluditur uia sanandi, & remittendi peccata. Ex parte tamen liberi arbitrij, quod in hac uita semper est uertibile, cùm quãdoq; abijciat à se id per quod uerti Ex parte Dei nũquàm præcluditur uia ad remittendum peccata.

potest ad bonum: efficitur ex parte sua peccatum irremissibile, licet Deus possit illud remittere. C

Peccatum ad mortẽ ꝓpriè est peccatum finalis impœnitentiæ.
Magister.

Ad Octauũ respõdeo. Peccatum ad mortem propriè, esse peccatum illud, in quo homo moritur, in eo perseuerans usque ad mortem inclusiuè. Ita Magister in 2. dist. 43. & Aug. lib. 1. retractationum cap. 19.

Nulla iniquitas ex ꝓprio genere habet vt sit peccatũ ad mortẽ ẽm Caietanum.

Caiet. ab auctore partim mordetur, & benè.

Peccatum autem ad mortem, (ut rectè notat Caiet. super Ioan.) *Non est species peccati. Nulla .n. iniquitas ex proprio genere est peccatũ ad mortem, sed aliunde habet, vt sit ad mortẽ, nempe ex parte peccantis, cùm affectum habeat ad peccatũ aliquod, puta fornicationem, vsuram, hæresim, &c. vt velit in eo perseuerare vsq; ad mortẽ, pro quo non est orandum, cùm hæc sit pessima peccatoris conditio, & directè contrarietur tam veniæ, quã petitioni, & orationi alterius pro illius venia.* Ita Caie. cuius hæc postrema uerba, mihi non probantur, uidelicet: *Quòd si quis habeat animũ perseuerandi in peccato et vsq; ad mortẽ inclusiuè, non sit pro eo orandum.* Semper .n. pro aliquo orãdum est, quousq; in hac uita est: cùm in quacumque die, concurrente Dei gratia, quæ nunquã deficit, peccator homo conuerti ad Deum possit. Vñ D. Aug. loco citato inquit: *De quocũq; pessimo in hac vita constituto, non est vtiq; desperandũ, nec pro illo impatienter oratur, de quo non desperatur.* Sed peccatum ad mortem propriè illud dicendum est, in quo homo moritur, & uitam finit, sic Aug. ibidem, retractans quæ dixerat primo de sermone Dñi in monte, ubi dixerat, *Peccatũ Fratris ad mortem, pro quo non est orandum, esse oppugnationem fraternæ gratiæ ex inuidia*, recantans palinodiam addit: *Si in hac tamen scelerata mentis peruersitate finierit hanc vitã.* Itaq; dum in hac uita quis est, orare pro eo debemus, ut Augus. dicit ibi, dum uerò uitam finierit quis in peccato, pro eo orandum non est; cùm sit peccatũ ad mortem, extra spem salutis, & Inferno destinatum, iuxta illud, *si ceciderit lignum ad Austrum siue ad Aquilonem ibi manebit.* D

De conuersione cuiusque quantacunq; peccatoris nõ est desperandum, dum est in hac vita.
D. August.
D. Augustini retractatio.

D. Greg. quõ dicatur Traianũ ab Inferno liberasse.
D Soto.
Cano.
Alfonsus Ciacon.
D. Tho.

Nec obijciatur illud D. Gregorij de Traiano, qui post trecẽtos annos suscitatus dicitur de inferno eius precibus, licet Soto in 4. dist. 45. quæst. 2. art. 2. & Cano. lib. 3. locorum Theologicorum durissimum creditu uideatur, quamuis uerissima sit historia. De qua copiosè, & stylo admodum elaborato, librum scripsit Frater Alphonsus Ciacòn. Qm̃ uel est dicendũ non fuisse finaliter damnatum, sed precibus B. Gregorij ad uitam reuocatũ, gratiamq;, & remissionem peccatorũ consecutũ, tandemq; mortuũ salutẽ adeptũ fuisse, & à pœnis inferni immunẽ euasisse, ut tradit S. Tho. in 4. d. 45. q. 2. arti. 5. ad 5.

sicut

A sicut factum est de alijs, qui iam damnati precibus Apostolorum resuscitati, saluati sunt.

Vel dicendum est suspensam fuisse pœnam illius in Inferno vsque ad diem Iudicij, & id Gregorium precibus suis obtinuisse. Lege D. Thomam in primo d.43. quæst.2. arti. 2. ad quintum; & in quæstionibus de veritate, quæst. 6. artic. 6. a d quartum.

Nec audiendus est Abulensis, in 4. lib. Regum quæst. 57. dicens: *in oratione pro Traiano, quem credebat esse damnatum, Diuum Gregorium mortaliter peccasse.* Quoniam sicut B. Martinus, & Apostoli orauerunt pro alijs iam mortuis, vt saluarentur, ita & D. Gregorius: non quidem, vt ex inferno immediatè in Paradisum ij ducerentur; sed vt ad vitam reuocati, agentes pœnitentiam, & in gratia è vita decedentes sine peccato ad mortem, de qua loquimur; ad cœlum euolarent. Vnde fallitur Abulensis in eo, quod subijcit, *propter has petitiones, & impetrationes, D. Gregorium à Domino continuo pedum, & stomachi dolore fuisse percussum:* Sed quia cùm suis orationibus Traiani animam à gehennæ pœnis liberasset, & facta consecratione Ecclesiæ Sancti Andreæ in Cliuo scauri suis precibus obtinuisset à Domino, ut fidelium ibi sepultorum animæ ab Inferni pœnis liberarentur, ne (ut Apostolus

B 2. Corint. 12.) à multitudine reuelationum, & fauorum Dei extolleretur, pro humilitate conseruanda, ijs stomachi, pedumq; laboribus, (Ioanne, & Petro Diacono referentibus) afflictatus est.

Abulẽsis malè dicit, dum ait D Grego. orãdo ꝓ Traiano mortaliter peccasse.

Falsũ est D. Grego. fuisse dolore stomachi percusũ, quia pro Traiano rogauit.

2. Corin. 12.

Ioã. & Petrus Diaco.

Vel melius dicamus. Huiusmodi dolores non esse illi datos post illas petitiones, & continuatos; cùm etiam illis, ante præfatas orationes affectus fuisset. Sed hæc digressionis causa dicta sint.

Ad confirmationem argumenti de incredibilitate Iudæorum dicimus: non potuisse credere, quia nolebat. Ita Augustinus in Ioannem, cap. 12. *Quare* (inquit Augustinus.) *non poterant credere? si à me quæratur, citò respondeo, quia nolebant: Malam quippe voluntatem eorum præuidit Deus, & per Prophetam pronunciauit ille, cui futura abscondi non possunt; sed aliam causam (inquis) dicit Propheta, non voluntatis eorum, quam causam dicit Propheta? quia dedit Deus spiritum compunctionis, oculos, ut non uideant, aures, ut non audiant, & excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum; & hoc eorum voluntatem meruisse respondeo. Sic enim excæcat, sic obdurat Deus, deserendo, non adiuuando, quod occulto iudicio facere potest, iniquo non potest.*

Ad confirmationem argu.

Iudæi nõ poterãt credere quia nolebãt D. August.

Adrianus. Nota, quo intelligatur ly, (quia).

Adrianus adhuc nodum difficultatis solutum esse nō censet. Quoniam causam impossibilitatis credendi reddit Dominus ex pronunciatione Isaiæ Prophetæ, nihil memorans de voluntate Iudæorum. Vnde concludit, quòd ly, *Quia*, dum dicit, *quia excæcauit oculos eorum*, non denotet causalitatē, sed solùm sit nota illationis, ut sit sensus: Quia Isaias prædixit, eos non esse credituros, necesse est, eos non credere. C

Ad confirmationem. Actorum 8. Iere. 26. Matth. 22.

Et ad aliam confirmationem, Act. 8. dico, quòd ly, *Fortè*, non dicit dubium, sed difficultatem rei, ut Ierem. 26. *Si fortè audiat*. Ezech. 3. *Si fortè audiant, & quiescant*, & Matth. 22. *Forsan verebuntur filium meum*. Non quòd Deus dubitaret, sciebat enim quid essent facturi; sed quòd videret hoc illis esse difficile.

Ad Nonum. D. Hierony.

Ad nonum respondeo, quòd D. Hieronymùs cum ibi in vim probationis subdat hæc verba; nam per ignis similitudinem, quem in prædictas gentes mittendum prædixit, grauem, atq; irreuocabilem iram Dei, ad euersionem earumdē Ciuitatum processuram voluit demonstrare, videtur locutus non de Indulgentia culpæ, sed pœnæ, & quod pro eo nō sit eis daturus pœnitentiam liberantem: In quem sensum interpretatur illud Iacobi 2. *Iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam*: Et intelligitur de misericordia liberante, non excludendo misericordiam mitigantem, quam Deus in punitione semper exhibet, cùm culpas puniat citra condignum. D

Iacob. 2. Augu. quo sit intelligēdus.

Ad dictum autem D. Aug. Respondeo, humanæ vite periodum plerisq; ob peccatorum multitudinem, & grauitatē breuiari certum esse in scripturis Sapientiæ 4. *raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut fictio deciperet animam eius*, Et Psal. 54. *viri sanguinum, & dolosi, nō dimidiabunt dies suos*. Vbi lyra exponit, *non peruenient ad dimidiam ætatem naturalis vitæ, quia putabant scelesti in peccatis ducere dies suos, & postea pœnitere*. Item Psal. 101. *Ne reuoces me in dimidio dierum, meorum, paucitatem dierum meorum nuncia mihi*. & (vt Adria. ait) *maxima clementia fit, vt in dimidio dierum suorum auferantur è vita, qui in finem permansuri essent impœnitentes, cùm & sibi peccata peccatis addendo, cumularent, & malæ vitæ exemplo alijs plerisq; nocerent*. Semper tamen in quocumq; termino homo à vita reuocetur, facultas resurgendi à peccato per Dei auxilium ei non denegatur.

Sapien. 4. Psal. 54. Nota pro prædicatoribus. Psal. 101. Adrianus.

Ad D. Grego. Respondetur

Ad dictum D. Gregorij similiter dicitur, ꝙ semper Deus, quantùm est ex se, paratus est curare hominem infirmū, sed malitia hominum prohibetur, iuxta illud Isaiæ 59. *non est abbreuiata*

Isa. 59.

A *breuiata manus domini, vt saluare nequeat, neque est agrauata auris eius, vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.* Ad Vndecimum.

Ad Decimum. Negamus, Deum unquam viatoribus decernere non dare gratiam: quamuis ob peccati demerita sub trahat plerisque auxilium sanæ doctrinæ, immittat Doctores malos, & pseudo Prophetas, per quos pereant, ut Glossa ad Rom. 10. Immò aliquando mittit illis Deus operationem errorum, ut credant mendacio, & consentiant iniquitati; vt patet in Rege Israel qui cùm uellet contra Domini uoluntatem Syriam expugnare & ob id superbè suorum Prophetarum responsa spectaret, veniẽte Dei Propheta Michea, cùm à Rege iniquè interrogaretur respondit. *Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris, & à sinixtris, & ait Dominus, quis decipiet Achab Regem Israel vt ascendat, & cadat in Ramoth Galaad? & dixit vnus verba huiuscemodi, & alius aliter. Egressus est autem spiritus, & stetit coram Domino, & ait, ego decipiam illum, cui locutus est Dominus, in quo? & ille ait. Ero* B *spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius, & dixit dominus. Decipies & præualebis: egredere, & fac ita.* Sic etiam accidit viro Dei in sermone Domini de Iuda in Bethleem venienti, cui cùm præcepisset Dominus, ne ibi panem comederet, neque aquã biberet, aut per eamdem viam per quã venit reuerteretur, ab alio Propheta deceptus est, qui reuocauit eum, & duxit in domum suã mendacibus illis verbis dicens: *Et ego Propheta sum similis tui, & Angelus locutus est mihi in sermone Domini dicens, Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam, & fefellit eum.* 3. Reg. 13. Immò, vt dictum est, sæpè ob ante actas iniquitates subtrahitur homini facultas illa vberioris gratię, sine qua non pœnitebit. Et quamquam, absolutè loquendo, semper habeat facultatem pœnitendi, quòd illa numquam deperdatur, cùm sit semper liber, dũ est in uia, *& in manu consilij sui,* tamen, quia superabundante malitia, & cor eius excæcante nunquam illa gratia Dei utetur; ideò dicitur Deum ei gratiã non dare: quocirca tota perditio ex parte hominis dumtaxat accipienda est. Nec unquam in viatore consumata Dei sententia est de subtractione sufficientis auxilij ad pœnitendum.

Ad Decimũ.

Nota.

3. Reg. vlti.

3. Reg. 13. Ob peccata anteacta sępè subtrahit̃ homini facultas huberioris gratiæ.

Cur Deus dicatur homini gratiã non dare.

Ad illud autem Isaiæ primo dicimus, Deum eos non exaudire; quia ex toto corde non conuertuntur, quod si

conuerterent, vtique exaudirentur. C

Ad Vndecimum. Theodore. Nabuchodonosor curfuit ad tēpus punitus, nō aūt Balthasar.

Ad Vndecimum. Theodoretus super quintum caput Danielis, mouens quæstionem cur Deus superbiam Nabuchodonosoris ad certum aliquod tempus puniuerit; superbiam verò filij eius Baldasaris subita morte ultus fuerit? respondit. Deum futurorum præscium, quia præuiderat Nabuchodonosor eo supplicio emendatum iri, dignamq; acturum pœnitentiam; propterea animaduersionem in ipsum certi temporis spatio determinasse. Quia verò prænouerat Baldasarem fore omnino incorrigibilem; ideò repētina morte, eius scelera puniuit.

Iosephus. Dorothæ. D. Epipha.

De Nabuchodonosoris conuersione, & salute habetur loculentissimum testimonium Iosephi lib. 10. antiquitatum, & Dorothæi in Synopsi, & Epiphanij in uita Danielis, qui aiūt, propterea Nabuchodonosor tam durè castigatū esse à Deo, quia Deus ipsum perire noluit.

Ananias, & Saphira cur statim mortui sunt.

Ad illud autem de subita Ananiæ, & Saphiræ morte, respondeo. Ideò mortuos esse statim, quia peccarunt peccato in Spiritum sanctum. Vnde dicit eis Petrus: *Anania cur tentauit Sathanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de precio agri?* Quia ergò peccans in Spiritum sanctum non habet remissionem sui peccati, neque in hoc sæculo, neque in alio; ideò statim expirarunt, & huic longissimæ quæstioni sit finis impositus. D

ARTICVLVS QVINTVS.

An flagella, quibus à Deo in præsenti uita punimur, sint satisfactoria?

Titulus quęstionis.

SEnsus quæstionis est; Vtrū mala pœnæ, puta infirmitates, tribulationes, mortes parentum, cęteræq; ęrumnę, & iniurię erga bona, famam, & personas proprias, operentur ad satisfactionem pœnæ debitę pro peccato? Et uidetur, quòd non.

Primum argumentum.

Primò. Huiusmodi pœnæ, seu flagella nō nascuntur ex nostra electione, & uoluntate, cùm à Deo, medijs externis caussis, multoties nobis etiam inuitis; infligantur, ergo nō sunt satisfactoria: ad rationem enim satisfactionis requiritur, ut opus sit voluntarium. Nam vt dicit Philosophus 8. Ethic. *In uirtute, principale quid est electio.* & Dauid Psal. 118. *Voluntaria oris mei beneplacita fac tibi.*

Aristo. Psal. 118. Secundum argumentum.

Secundò. Huiusmodi flagella non possunt esse meritoria non

A non enim meremur, nisi per ea, quæ sunt in nobis, ergo nec satisfactoria: nihil autem est satisfactorium, quod non sit quoque meritorium.

Tertiò. Huiusmodi flagella, sunt communia bonis, & malis, id est promiscuè Deus punit per illa iustos, & iniustos. Igitur ex se non possunt habere rationem satisfactionis, quæ solum bonis contingit. Tertium argumentum.

Quartò. Flagella sæpè uiri sancti patiuntur, qui satisfactione, quæ respicit peccata præterita, non indigent, ut patet in Iob. Tobia, Innocentibus, & alijs. Non ergo ad soluendas pęnas peccatorum à Deo infliguntur. Quartum argumentum.

Quintò. Si per huiusmodi flagella homo satisfaceret, posset quis, adeò in hac uita flagellari, ut purgatorio non indigeret; sed consequens uidetur falsum, ergo & antecedens. Quintum Argumentum.

Sextò. Si hæc flagella essent satisfactoria, id esset, quia sunt opera pœnalia; & tunc quantò flagellum aliquod magis pœnale esset, tantò esset magis satisfactorium, & per consequẽs calamitates eximiæ, & infortunia magna Improbis aduenientia, magis essent satisfactoria, quàm parua aliqua pœna Iusto inflita; & Improbus non assuetus ad pœnas, cùm maiorem habeat repugnantiam, & difficultatem ad illas sufferendas, magis satisfaceret, quàm Iustus qui sæpè à Deo castigatur, B nullam, uel minimam repugnantiam habens in illis supportandis, quod tamen est falsum. Sextum argumentum.

Septimò. Deus non delectatur in pœnis, & perditionibus nostris, ut dicitur Tobiæ 3. *post tempestatem enim* (inquit) *tranquillum facis*, & post lachrymationem, & fletum gaudiũ infundis; ergo per huiusmodi pœnas, in quibus Deus non delectatur satisfactio fieri non potest. Septimum argumentum. Tobiæ. 3.

D. Thom. in 4. distin. 15. quæst. 1. artic. 4. quæst. 2. & Sotus in 4. distinc. 19. quæst. 2. arti. 2. egregiè pertractant hanc difficultatem. Et pro decisione illius notanda sunt quatuor. D. Tho.

Primum. Quòd opera satisfactoria sunt in duplici differentia; aliqua quæ in iudicio Confessionis, seu foro pœnitentiali à sacerdote pœnitenti imponuntur. Aliqua uero, quæ uolutario ad puniendum peccatum commissum à pœnitente assumuntur, uel ab exteriori causa illi illata uoluntariè tolerantur. Nota primò. Opera satisfactoria, quędã iniunguntur à cõfessio pænitenti quædam uero à pænitenti assumuntur.

Secundum est notandnm cum Soto. Quòd quamuis omnes ærumnæ, & calamitates præsentiș uitæ, flagella Dei, generaliter loquendo, appellari possint, propter peccatum originale humano generi inflicta: iuxta, illud Amos. 3. *Si erit malum in Ciuitate, quod non fecerit Dominus*; illæ tamen pro- Nota secundò. Soto. Amos. 3.

priè,

Quæ sunt specialiter quæ in quæstione flagella Dei appellentur. Nota Tertiò. Pœna duplex est, corporis, & animæ. D.Tho. Vnus pro alio non punitur in bonis spiritualibus. D.Hiero. Ezech. 18.

priè, de quibus præcipuè est hic sermo, flagella Dei nuncupā C tur, quæ speciali eius prouidentia, & peculiari eius uoluntate supra ordinem naturalium causarum mittuntur in orbem; ut diluuia, Incendia, submersio Ægyptiorum, mors filij Dauidis, terræ motus, pestilentiæ, & similia.

Tertium notandum est, quòd cùm duplex sit pœna, corporis, & animæ, hic non loquimur de pœna animæ, quæ nō infligitur, nisi pro peccato proprio; nec est medicina, ut ait D.Thom. 1.2. quæst. 87. artic. 8. & 2.2. quæst. 108. artic. 4. Nec pœnæ spirituali, seu in bonis animæ unus pro altero punitur, ut dicit D.Hieronymus in epist. ad Auitum, quem citat. D.Thom. & sic intelligitur locus Ezech. 18. *Omnes animæ meæ sunt, & filius non portabit iniquitatem patris*. Sed nobis sermo, est de pœna corporali, seu temporali satisfactoria, de qua dicit Augustinus libro primo retractationum cap. 9. *quòd omnis pœna iusta est, & pro peccato aliquo impenditur.*

D. August.

Nota quarto. Pœna tripliciter pōt considerari, ex D Tho.

Quartum notandum est. Quòd pœna potest considerari tripliciter, ut colligitur ex S.Thom. par. 1. quæst. 48. artic. 5. & 1.2. quæst. 87. artic. 2.6.7. & 8. uel primò ut est satisfactoria, & uoluntariè assumpta, uel secundò in ratione pœnæ, ut pro peccato infligitur; & sic inuoluntaria, aut contra uoluntatē est: uel tertiò ut est medicinalis, & habet rationem medicinę, quatenus per pœnalia exercitia, sanantur cunctæ animæ uires, quæ per peccatum præcedens deordinatæ fuerunt, & ad D remouendum scandalum aliorum, ut in pœna ædificentur, qui scandalizati fuerunt in culpa, uel ad æqualitatem Iustitię restituendam.

His positis de pœna secundùm omnem modum considerata, pono sequentes propositiones.

Prima Conclusio. Nota. Conclusio est de fide. Concil. Trid.

Prima conclusio. Opera pœnalia in foro pœnitentiali imposita ad satisfactionem peccatorum à sacerdote pœnitenti, non solùm sunt satisfactoria ex natura operis, sed etiam ex ui clauium. Conclusio est de fide, ut patet in Concilio Tridētino sess. 14. capit. 8. & can. 12. 13. 14. & 15. & sess. 6. can. 30. & est doctrina communis omnium Theologorum, & præsertim S.Thom. quodlib. 3. q. 13. arti. 28. Et ratio est. Quoniam claues sacerdotibus non solùm ad soluendum, sed etiam ad ligandum quantùm ad pœnas à Domino Iesu Christo concessæ sunt. Præter Christi enim satisfactionem, quę semel in corpore Christi crucifixi peracta est, nostra quoque satisfactio, qua dignos pœnitentiæ fructus agendo, antè actæ uitæ peccata, saltem ex parte aliqua compensamus, necessaria est, ut Patres communiter docent. Ita idem Gregorius in caput

D.Tho. Præter Christi satisfactionem quæ peccata nostra deleuit, opus est ut nos satisfaciamus ꝑ pœnitētiā. D Grego.

9. libri

A 9. libri primi Reg. & libro 9. Moral. cap. 27. & Basilius quæst. 12. in regulis breuioribus: Chrysost. homil. 80. ad Populum Antiochenum. Et in 3. cap. Matt. hom. 10. & in psalm. 50. Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis, & remissione, cap. 34. & libro. 22. contra Faustum, capi. 67. & tractatu 124. in Ioan. Cyprianus epis. 59. ad Fidum præsbyterum, & epis. 10. ad Clerum, & in sermone de lapsis, & in epist. 55. ad Cornelium. D. Hieronymus epist. 27. ad Eustochium: Ambrosius ad Virginem lapsam, cap. 28. & libro secundo de pœnitentia cap. 5. & plerique alij, quos Petrus Canisius in suo opere cathechistico in tractatu de pœnitentiæ sacramento, & Bellarminus in 2. to. Controuersiarum, in secunda generali controuersia libro 4. de pœnitentia, per totum, agens de satisfactione amplissimè, & exactissimè. Et antè illos Ecchius in tom. 4. homiliarum homil. 49. 50. & 51. de satisfactione citant, & referunt. De qua re est quoque legendus Andreas Vega, lib. 13. de lapsis, à cap. 36. usque ad finem.

D. Basil. D. Chrysost. D. August. D. Cypria. D. Hieron. D. Ambro. Petrus Canis. Bellarmi. Andreas Vega.

Quòd autem de Iure Diuino, & in clauium potestate sit, ut opera quidem laboriosa à sacerdotibus pœnitentibus imponantur, Leo Papa lucu'entissimè tradit in epis. 91. ad Theo-
B dorum, his uerbis. *Mediator Dei, & hominum, hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, ut & confitentibus actionem pœnitentiæ darent, et eosdem salubri satisfactione purgatos, ad cōmunionem sacramentorum per Ianuam reconciliationis admitterent*. D. Gregorius lib. 3. in 1. Reg. super caput septimum idem scribit. *Afflictio*, inquit, *pœnitentiæ ad delenda peccata idonea est, cùm sacerdotis fuerit iudicio temperata, cùm ab eo cōfitentium actibus discussis, pro modo criminis, onus eis decernitur afflictionis*. Idem habet Cyprianus in sermone de lapsis. Idem Gregorius Nazianzenus in oratione 14. ubi ait antiquissimum morem in Ecclesia Dei esse imponendi canonicas pœnitentias.

D. Leo Papa. D. Grego. D. Cypria. D. Greg Naz.

Est autem hoc in loco animaduertendum, quòd in foro Iudicij Dei semper redditur pœna pro quantitate culpæ, non autem in foro humano Canonico, ut docet D. Tho. quodl. 1. artic. 8. Vbi exponens cur pœna non semper proportionetur culpæ, & aliquando grauius punitur minus peccatum, quàm maius, sic ait: *Interdum, maior pœna pro minori culpa infligitur, quandò grauius nocumentum imminet hominibus ex minori culpa; sed secundùm Dei iudicium grauior culpa grauiori pœna punitur*. Sic etiam contingit in foro pœnitentiali, & sacramento pœnitentiæ. Nam satisfactiones, quæ ibi iniungūtur, non ad totam pœnam temporalem persoluendam dirigun-

Nota. In foro Poli, semper redditur pœna pro quātitate culpæ; non autē in foro fori, seu in foro humano. D. Thom. In pœnitentiæ sacramento, regulariter remittitur pars pœnæ.

Confessio sæpè iterata fructuosa est, & quare.
Secunda Cõclusio.
Opera pœnalia assumpta extra sacramẽtum, & si sint satisfactoria; nõ tamen tantùm quantum si essent iniuncta, & suscepta in foro sacramentali.
Ex D.Tho.
Probatur conclusio primò.
Secundò.
Opus factum ex uoto, est magis meritorium quã opus factum sine uoto.
D.Tho.
Actus ex uoto, procedit ex maiori uirtute quàm actus sine uoto.
Tertiò.
Cur in absolutione apponuntur illa uerba quidquid boni feceris.
Tertia conclusio.
Mala ab extrinseco homini aduenientia, si lubenti animo sufferantur, non solũ possunt esse meritoria, sed etiam satisfactoria.
D.Tho.
Conc. Tridẽ.

guntur; sed regulariter partem pœnæ remittunt, & si tanta C possit aliquando esse pœnitentis contritio, ut tota ei temporalis pœna remittatur. Sacerdos autem, quamuis pœnitenti indicare debeat quanta pœnitentia esset ei pro peccatis iniũgenda; debet tamen imponere quòd tunc tollerabiliter ferre potest, ex cuius impletione assuefiat, ut maiora impleat.

Hinc est, quòd cõfessio sępius reiterata fructuosa est, quoniam semper est culpæ commissæ expiatiua. Et toties posset iterari, quod tota pœna debita temporalis solueretur, ut ex doctrina S.Tho. in 4.distin. 17. quæst. 3. artic. 1. quæstiunc. prima ad quartum apparet.

Secunda conclusio. Opera pœnalia extra confessionem proprio arbitrio assumpta, sunt quidem satisfactoria; sed nõ tantùm, quantùm si in foro pœnitentiali iniuncta fuissent. Est doctrina D.Tho. in dicto artic. 28. quodli 3. Et probatur. Quoniam hæc est satisfactio sacramentalis, illa uerò nequaquam.

Secundò. Quia sicut idem opus factum ex uoto laudabilius, & magis meritorium est, quàm si fiat sine uoto, ut docet D.Tho. quodl. 3. art. 12. & 2.2. quæst. 88. artic. 6. & quæst. 189. artic. 2. & opusculo. 17. capit. 12. & opusculo 18. capit. 13. cùm ille actus ex digniori uirtute procedat, puta ex latria, sic opera ex ui clauium, & Christi passione in sacramento, D sunt magis satisfactoria.

Tertiò. Idem probatur ex laudabili illa antiquissima consuetudine Ecclesiæ, quæ in forma absolutionis sacramentalis, uim hanc satisfactoriam sacramentalem pœnitentiæ attendens, laudabiliter apponit illa uerba: *Quicquid boni feceris, et mali sustinueris sit tibi in remissionem peccatorum*. Ex hac enim generali iniunctione efficitur, ut etiam ea quę prę ter expressam iniunctionem imposita sunt, etiam uim expiationis culpæ præteritæ ex uirtute sacramenti obtineant, iuxta ea quæ dicit D.Tho. in dicto artic. 18.

Tertia conclusio. Flagella, & pœnæ ab extrinseco homini inflictæ, si patienter, & lubenti animo perferantur, non solùm possunt esse meritoria; sed etiam satisfactoria. Conclusio est S.Thom. in 4. distin. 15. artic. 4. & est communis, atque de fide, & definitur in Concilio Tridentino sess. 14. capit. 9. ubi sic scribitur. *Docet præterea, tantam esse Diuinæ munificentiæ largitatem, ut non solum pœnis spontè à nobis pro uindicando susceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis; sed etiam, (quod maximum amoris argumentum est temporalibus flagellis à Deo inflictis, et à nobis, patienter tolleratis,*

apud

A *apud Deum patrē per Christum Iesum sasisfacere ualeamus.* & Can. 13. eiusdem sessionis dicitur: *Si quis dixerit, pro peccatis quoad pœnam temporalem minimè Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & pacienter tolleratis, uel à sacerdote iniunctis, sed neque sponte susceptis, ut ieiunijs, orationibus, eleemosynis, uel alijs etiam pietatis operibu, atque ideò optimam pœnitentiam esse tantùm nouam uitam, anathema sit.*

Verum declaranda est Conclusio. Quando recompensatio offensæ commissæ, non fit ab eo qui offendit, sed ab alio; tunc huiusmodi recompensatio magis habet rationem uindictæ, & uindicationis, quàm satisfactionis: quod si ab eo fiat, qui offendit habet utique rationem satisfactionis. Ideò si flagella quæ à Deo infliguntur, fiant aliquo modo ipsius patientis, rationem satisfactionis planè accipient. Fiunt autem ipsius, si lubenti animo acceptet illa, & patienter illis utatur ad peccatorum purgationem. Ex quo capite non solùm uim satisfactoriam consequuntur, sed etiam meritoriam, si in charitate perpetiantur. Cōclusio declaratur. Nota. Quomodò flagella fiunt patientis.

Probat autem conclusionem D. Thom. ex Glossa ad Roma. 5. *Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem*, idest à peccatis purgationem, quæ purgatio est ipsamet satisfactio. Item Act. 14. *Per multas tribulationes*, inquit B Paulus (post susceptam lapidationem usque ad mortem) *oportet nos intrare in regnum Dei.* & Luc. 3. *facite fructus dignos pœnitentiæ.* Inter alios autem fructus pœnitentiæ, ponit Paulus uindictam in satisfactionem peccatorum, siue hæc ab alio infligantur, siue à se ipso assumantur. Probatur Cō clusio. Glos. Rom. 5. Actorum 14. Lucæ 3.

Quarta Conclusio. Hæc flagella non solùm ex ipsa uirtute patientiæ, qua homo præditus est sunt satisfactoria; sed etiam per se, & ex obiecto. Declaro conclusionem. Tria hæc Patientia, flagelli acceptatio, & Dei gratia, necessaria quidē sunt in homine, ut huiusmodi mala rationem satisfactionis, & recompensationis habeant, sed non pro quantitate, & gradibus patientiæ solùm pœna debita remittitur, sed sæpè ex natura, & difficultate operis afflictiui mensura satisfactionis desumenda est. Quarta Con clusio. Flagella nobis inflicta à Deo, non solum rōne patiētiæ; sed et ex se, & ex obiecto, sunt satisfactoria. Sæpè mēsura satisfactionis attēditur ex natura & difficultate operis afflictiui.

Et probatur conclusio. Magis satisfacit, qui cum æquali patientia ieiunat in pane, & aqua, quàm qui ieiunat in pane, piscibus, & fructibus, ergo ex pęnalitate operis à parte rei, quantitas etiam satisfactionis pensanda est. Probatur Cō clusio primò. Nota pro ieiunantibus.

Secundò. In satisfactione difficultas ex parte operis attenditur pęnes pœnalitatem, ut habet S. Doctor in quæstioni- Secundò. In satisfactione difficultas ex parte operis attenditur penes pœnalitatem. ex D. Tho.

bus

bus de ueritate q.26.ar.6.ad uigesimum secundum. Ergo, ubi maior est difficultas, & pœnalitas, ibi maior erit satisfactio cæteris paribus. C

Tertiò. D. Tho.

Tertiò. Sicut se habet difficultas ad meritum, ita se habet pœnalitas ad satisfactionem; & est proportio D. Thom. in dicto, artic. 4. sed difficultas ex parte ipsius actus auget meritum, ergo similiter maior ratio pœnalitatis ex parte actus auget rationem satisfactionis.

Sotus multa dicit reprehẽsione digna.

Sotus in dicta distin. 19. quæst. 2. articu. 2. circa hanc conclusionem dicit aliqua, quæ (iudicio meo) censura, & castigatione sunt digna.

Primum dictum Soti.

Dicit primò. Hæc flagella, quæ præter naturæ ordinem accidunt, Deum per se ipsum infligere, non per secundas causas.

Secundum dictum.

Secundò dicit. Quòd licet non sint sacramentalia, tamen, quia Deus illa mittit ad uindicandum, & ulciscendum peccata, sunt per se satisfactoria per quandam similitudinem ad illa, quæ Confessarius in sacramento imponit: quemadmodum pœnæ purgatorij.

Tertium dictum. Nota de morte filij Dauidis.

Tertiò dicit. Quòd flagella Iob, magis fuerint ei satisfactoria, & Dauidi mors filij, quàm si per causas naturales illa accidissent.

Quartum dictum.

Quartò dicit. Quòd flagellum, seu opus ipsum exterius fit liberum per acceptationem: & non solùm ipsa interna acceptatio est libera, sed etiam ipsum flagellum. D

Quintum dictum. Differentia flagellorum Dei, & flagellorum naturalium.

Quintò dicit. Quòd illud discrimen est inter flagella Dei, & naturalia, quòd illa si infligantur existenti in gratia, licet nullum actum habeat positiuum uoluntatis, sed tantũ non obmurmuret, opus ipsum esset satisfactorium.

Sextũ dictũ.

Sextò dicit. Quòd quamuis acceptatio illorum flagellorum esset peccatum ueniale, licet illa acceptatio non esset meritoria; probabile, & sustentabile est, quòd sit satisfactoria. Quia culpa uenialis, sicut non est obex gratiæ; ita neque obstat satisfactioni quæ à Deo infligitur.

Septimum dictum.

Septimò dicit. Quòd in calamitatibus naturalibus, nisi sit actus positiuus acceptandi, non est satisfactio, neque si iste actus esset peccatum ueniale. Quia tota illa satisfactio, in illo actu interno consistit.

Octauum dictum.

Octauò dicit. Quòd si Iustus per flagellum Dei subitò moriatur, mors illi est satisfactoria, licet nullum habere possit actum acceptandi.

Nonũ dictũ. Dan. 3.

Nonò dicit. Quòd Nabuchodonosor, q (ut legitur Danielis tertio) repentina insania diuinitus castigatus fuit, per illã, si erat

A si erat in gratia, poterat satisfacere; & tamen si illa accidisset naturaliter, non esset satisfactoria. Quæ doctrina uidetur & aliqua pugnantia sibi ipsi, & aliqua falsa continere.

Soti superiora dicta refelluntur, & acriter refutatur.

Primum dictum, non puto esse uerum. Quoniam quamuis Deus quidquid facit per causas secundas, possit per se ipsum sine illis immediatè facere; tamen illæmet calamitates quas Sotus flagella Dei propriè appellat, & quæ supra naturę ordinem mundo eueniunt, puta diluuia, submersiones Ægyptiorum, quòd terra aperiatur, & deglutiat uiuos homines, & id genus alia, non semper per se Deus operatur, sed medijs secundis causis, in quibus etiam ministerio Angelorum tam bonorum, quàm malorum, tamquam Iustitiæ ministris utitur.

Multa flagella operatus est Deus, nō se solo, sed medijs causis secundis.

Vnde Apocal. 7. legimus, *quatuor Angelis datum esse nocere terræ, & mari, & arboribus*; Et capit. 14. *alius Angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem*; Et cap. 16. inducuntur *septem Angeli, habentes septem phialas plenas iræ Dei, quas singuli in singulas mundi partes effuderunt:* Et 2. Paralip. 32. dicitur, *Angelum Domini noctè plurima milliaria de exercitu Regis Senacherib occidisse* Et 1. Machab. 3. *Cùm Eliodorus templum Domini ingrederetur, depredaturus ipsum, apparuit illi quidam equus, terribilem habens sessorem qui ei prio-*
B *res calces elisit. Insuper apparuerunt duo Iuuenes uirtute decòri, & optimi gloria, qui circumsteterunt Eliodòrum, & ex utraq; parte flagellabant eum sine intermissione, multis plagis uerberantes.* Sic legimus Angelum percutientem primogenitos Aegyptiorum, una noctè gladio peremisse. Insuper cùm Sodoma esset incendio conflagranda, per Angelos castigata est: qui, (ut patet Gen. 19) dixerunt Loth. *Delebimus locum istum, eò quòd increuerit clamor eorum coràm Domino, qui misit nos, ut perdamus illos.*

Apoch. 7.
Apoch. 14.
Apoch. 16.
2. Paralip. 32.
1. Macha. 3.
Exo. 11.
Genes. 19.

Flagellum submersionis Pharaonis, nō est operatus Deus per se, sed mediante extensione manus Moysis

Quinimò submersio Pharaonis, & exercitus eius, quod flagellum per semetipsum Deum inflixisse dicit Sotus; nō sic est uerum, ut narrat. Moyses enim manu, tanquam instrumēto adhoc efficiendum usus est. Aliter enim si flagellum Dei dicitur propriè, quia per se infligitur; cur dixisset Moysi Dominus: *extende manum tuam super mare, & reuertentur aquæ ad Aegyptios, & currus, & equites eorum*? Si enim per se ipsum operari debebat, nec Moysis, nec extensionis manus eius mentio facienda erat.

Confirmatio dicti.

Virtus reducendi aquas ad locū suum cōtra Aegyptios, communicata est manui Moysis non per modū habitus, sed per modū transeuntis.

Virtus igitur reducendi aquas ad priorem locum, & suffocandi Ægyptios per eas, communicata fuit manui Moysis à Deo non per modum habitus, cùm illa tantùm uice id ope-

rari

ex D.Tho. & Abulen. D. Augustino.

rari potuerit, sed per modum transeuntis, ut eleganter Theo C logi dixerunt, & præcipuè D.Thom. prima par.quæst.110. artic.4.& 3.par.quæst.13.& 2.2.quæst.178.artic.2.& Abulensis quæst.26. super caput septimum Exodi, & quæst.131.in cap.24.Matth.& D.Augustinus, libro 83.quæstionum quæst. 79. ueruntamen certum quoque est, sæpè Deum sine secundarum causarum interuentu, mala pœnæ operari, ut patet in Dathan, & Abiron, Nadab etiam, & Abiù filijs Aaron flammis combustis, ut habetur Leuitici decimo. Igitur non semper uerum erit, illa mala, quæ propriè flagella Dei nuncupātur, à Deo immitti sine concursu secundarum causarum; cū præter ea, quæ proximè dicta sunt, pestilentiæ, bella, & fames ingentes, uerè, & propriè Dei flagella sint, ut superius dictū est; quæ mala per naturales causas etiam fieri nemo est, qui neget. Imò plagas quas Dominus Æypto immisit, per se partim, partim per Angelos bonos, & malos, partim tandem per homines cōpleuit. Nam per Aaron effectæ sunt tres plagæ primæ, per Mosen quatuor, scilicet prima, sexta, septima, octaua, & nona. De quarta, & quinta, non expressit Moses per quem factæ sint.

Multoties Deus sine secundarū causarum interuentu, mala pœnæ operatur. Leuit. 10.

Plagæ Ægyptiorum partim fuerūt à Deo immediatè, & partim per Angelos.

Plaga cædis Ægyptiorum facta est à Domino.

Vltima plaga cędis Ægyptiorum dicitur facta à Domino; & sanè ministerio Angelorū effici nullo modo illa potuit. Vsus præterea est Deus in alijs plagis, Angelorum ministe- D rio. Nam loquens Dauid de ijs plagis ait; *Misit in eos iram suam, & immissiones per Angelos malos*; & est sentētia Theologorum, miracula, & prodigia, quæ fiunt à Deo in hoc mūdo, fieri per Angelos, qui sunt de ordine Virtutum. Et Augustinus quidem super illū psalmū, putat Deum usum esse ministerio Dæmonum ad puniendum Ægyptios, non autem Angelorum bonorum. Nam eos Dauid appellat malos Angelos. Quoniam licet sancti, & iniqui affligātur per malos Angelos, ut patet de Assyrijs, & Sodomitis: an autem boni, & sācti affligantur per bonos Angelos, non audet dicere Augustinus, quia nunquam reperit in scriptura.

Miracula, & prodigia quæ fiunt in hoc mūdo, fiūt per Angelos qui sunt de ordine virtutum.

D. Augustin⁹ putat, Deū in puniendis Ægyptijs usū fuisse ministerio Angelorum malorum.

Sed contrarium probabilius uidetur, quòd etiam Ægyptij fuerint percussi per Angelos bonos. Namque à Dauide appellantur Angeli mali, non quòd mali sint ex affectu, sed ex effectu, quoniam nocuerunt Ægyptijs, & idem est dicere Dauid, *Angelos malos*, ac si dixisset Angelos nocentes, uel uerberantes, ut Euthimius in commentario illius loci affirmat.

Probabilius est dicere, Ægyptios percussos fuisse per Angelos bonos.

Angeli qui Ægyptios percusserunt, appellantur mali, non affectu, sed effectu.

Quod secundò loco dicit Sotus esse per se satisfactoria per similitudinem quandam ad mulctas, quę in sacramento

Secundū dictum Soti est falsum.

pœni-

A pœnitentiæ imponuntur: arbitror equidem esse falsum, nec dictum dignum Theologo; cùm ex vi clauium, & Christi institutione, & passione Sacramentum Pœnitentiæ ad pœnas remittendas se extendat, etiam ex opere operato; quod vt ipsemet inferius eodem in loco fatetur, huiusmodi flagella nequaquam habent. Et quod addit esse per se satisfactoriam, quemadmodum sunt pœnæ purgatorij, pugnat cum alio suo dicto: quòd dictæ pœnæ, actum positiuum voluntatis non requirunt ad hoc, ut sint satisfactoriæ, ut mox dicemus.

Tertium dictum, indiget aliqua animaduersione. Nam cęteris paribus, eadem flagella, eandem virtutem afflictiuam habentia, siue per causas naturales, siue immediatè à Deo homini iusto infligantur, parem habent uim satisfactoriam, nec ab efficienti causa acerbitas, & grauitas pœnæ desumenda est; sed ab obiecto, cuius pœnalitas si magna sit, magnam quoque purgationem in subiecto apto operatur. **Tertium Soti dictũ, est bene cõsiderandum.**

Quartum dictum, in eo quòd habet, *Flagellum liberum esse non nisi per acceptationem*, verissimum est; in eo autem quod dicit, *Non solùm acceptationem internam esse liberam; verùm & opus ipsum exterius fieri liberum*, non intelligo. Nam vt ipsemet superius dicit, *Flagellum fit liberum homini* B *per liberam acceptationem dumtaxat*; nisi liberum dicat respectu causæ efficientis, scilicet, quòd à Deo liberè infligatur; sed hoc non est ad rem. **Quartum Soti, dictũ partim est falsũ.**

Quintum dictum, *Quòd flagellum ipsum sit satisfactoriũ absq; actu positiuo voluntatis*, puto falsum esse. Nam licet actus positiuus electionis, non sit necessarius ita, ut liberè quis eligat hanc, vel illam pœnam ad satisfaciendum; quod etiam in pœnis à sacerdote iniunctis locum habet; tamen, quòd libera acceptatio voluntatis necessaria sit ad satisfaciẽdum viatori, nemo est qui neget. Et est doctrina D. Tho. in dicto, ar. 4. quæstiunc. 2. dicentis: *fiunt autem hæc flagella patientis, in quantum ea acceptat ad purgationem peccatorum.* Et subdit; quòd *si omninò eis per impatientiam dissentiat, per illa non satisfacit.* **Quintum dictum Soti falsum est ex doctrina D. Thomæ.**

Imò ipsemet Sotus in 4. d. 19. q. 3. art. 3. conclu. 1. dicit, satisfactiones pœnitentium in hac vita esse voluntarias, quia eliguntur. At dato, & non concesso, quòd sufficiat dumtaxat libera, & voluntaria acceptatio; cùm omne opus satisfactoriũ in præsenti vita, sit quoq; meritorium (si patiens sit in gratia Dei constitutus) quomodo actus voluntatis positiuus saltem acceptationis, non requiretur, cùm non habitibus, sed acti- **Sotus sibi cõtradicit.**

X bus

bus mereamur? Vnde quamuis non requiratur electio positiua; est tamen (meo iudicio) necessaria acceptatio positiua. Animæ verò pœnam purgatorij patientes, quoniam potius satispatiuntur, quàm satisfaciant, nec ullo pacto mereri possunt patienter, & æquanimiter, pœnas tollerando illis à Christo iudice inflictas, satisfaciunt, quo nomine dicuntur illæ pœnæ voluntariæ, id est, patienter perpessæ, & tolleratæ. C

Animæ ĩ purgatorio poti' satis patiũtur quàm satisfaciunt.

Quod Sexto loco dicit, nullo pacto existimo esse probabile. Nam si acceptatio illa esset peccatum veniale, profectò aliquo modo dissentiret, & interno actu plenè non acceptaret, quocirca neque satisfaceret. Externa enim pœna non fit nostra, nisi per plenam acceptationem. Vnde implicat posse satisfacere pro eo, quod non acceptatur.

Sextum Soti dictũ non est probabile.

Externa pœna, nõ fit nr̃a nisi pro plenã acceptationẽ.

Septimum dictum (quamuis verum) pugnat cum quinto, & sexto. Nam per ea quæ sunt extra nos, non satisfacimus, nisi aliquo modo in nostra potestate reponãtur, quod fit per patientem, & voluntariam acceptationem; & hoc est præcipuum huius disputationis fundamentum, à S. Tho. positũ.

Septimũ dictũ Soti, pugnat cũ 5. & 6. eiusdem.

Octauum, & nonum dictum, puto omninò falsum esse, propter eandem rationem. Mors enim illa subitanea, excluso actu, saltim virtualiter acceptationis, magis habet rationem vindictæ, quàm satisfactionis. Et dum Sotus dicit, *licet nullum habere possit actum acceptandi*, excludit profectò omnem talem actum tacitum, vel expressum, actualem, uel uirtualem. Nec Nabuchodonosor per illam insaniam, & bestialem statum ullo pacto satisfecit, cùm omni usu rationis careret, amens effectus, & in bestiam mutatus. Nec per ea quæ dum quis dormit, & somno captus patitur, satisfacit, propter eandem rationem. D

Octauum, & Nonum, Soti dictũ, est falsum.

Nabuchodonosor per illã insaniam & statum bestiale nullo modo satisfecit. Nullus satisfacit pro ea q̃ captus somno patitur.

Franciscus à Victoria, in tract. de satisfactione num. 207. addit his quæ Sotus dicit, vnum maximè mirandum, quod tamen ipse putat esse multum probabile, & verisimile, nempe, *Quòd quicumq; in gratia punitur à Deo in isto mundo, sufficienter punitur, & non punietur in alio saeculo, & maximè si morte eum puniat. Tunc enim, non dubito* (inquit) *quin mors inflicta à Christo (non loquor de morte naturali) omnem pœnã deleat*; & probat. Quia nulla est ratio iam, quando Deus punit aliquem in vita, cur puniat partem, & non totum.

Victoriæ dictum singulare.

Quod dictum puto falsum esse, & peccare in duobus.

Victoriæ dictũ falsum, & peccat in duobus.

Primum in eo q; dicit, *Quòd existens in gratia, si à Deo in hac vita puniatur, semper sufficienter puniatur, nec purgatorio indigeat*. Multos .n. iustos à Deo hic cruciatos post hanc

Primò.

vitam

A vitam ad purgatorium descendere, nemo qui bonam Theologiam callet negabit; & flagella Dei iustis inflicta, inæqualia esse omnes cognoscunt.

Peccat Secundò, dum dicit, *mortem à Christo illatam, omnem pœnam delere*. Hoc enim proprium est mortis, quam quis per martyrium patitur, & ex inæqualitate pœnarum à Deo immissarum, euidenter colligitur non semper totam pœnam, sed partem tantùm à Deo in hac vita remitti. Et profectò maiorem huiusmodi mors subitanea uirtutem haberet satisfaciendi, quàm claues in sacramento Pœnitentiæ, quæ sæpè numero partem pœnæ tantùm remittunt. Secundò. Sæpè Sacramentum pœnitentiæ partem tm̃ pœnæ remittit.

Ad argumenta nunc in fronte quæstionis facta respondeamus.

Ad Primum dicimus, flagella, etiam si inuitis nobis, accidant, per acceptationem fieri uoluntaria, & quodammodo nostra. Ad primum argumentũ.

Ad Secundum respondeo, quòd homini iusto, illa flagella, & meritoria sunt, & satisfactoria, ut expositum est. Ad Secundum.

Ad Tertium dicimus, Bonos, & malos indifferenter huiusmodi flagellis à Deo affligi, sed diuersis finibus. Bonos, ut per patientiam crescant eorum merita, ut Tobiæ, & Iob accidit, B uel etiam ad uirtutum protectionem, & custodiam, uel etiam ad corrigenda peccata, ut Mariæ lepra, Num. 12. uel ad aliquid populis significandum, ut Mosis leprosa manus ostẽdebat, & demiq; ad Dei gloriã manifestandam, ut cęcitas ei, qui in ea natus erat Ioan. 9. Malos autem, ut etiam in hoc mundo infernales pœnas initiatiuè patiantur, quod Pharaoni, Hærodi, & Balthasari accidit. Vnde (vt exemplo D. Gregorij utar) quemadmodum ex eodem igne aurum rutilat, & palea fumigat; & iuxtà illud Pauli 2. Cori. 2. *alijs sunt odor vitæ in vitam, alijs mortis in mortem*, & Iacobi 3. *ex eodem foramine manat aqua dulcis, & amara*: sic ex ijsdem flagellis boni emendantur, & mali cruciantur. Itaq; quamuis flagella communia sint utrisq;, quantùm ad effectum tamen satisfactionis, non conceduntur nisi bonis. Ad Tertiũ. Boni, & malis, eisdẽ quidem flagellis à Deo in hac uita puniuntur, sed diuersimodè. Num. 12. D. Greg. Simile. 2. Cor. 2. Iacobi 3. Flagella, cõia sunt bonis & malis quoad effectum, sed nõ quoad satisfactionẽ.

Ad quartum respondet D. Tho. *quòd flagella semper habent respectum ad culpam præteritam, sed non semper ad culpã personæ, sed naturæ, in qua si culpa non præcessisset, nulla fuisset pœna: & ideò personæ alicui diuinitus pœna infertur sine ipsius personæ culpa, ad meritum virtutis, & ad præseruationem peccati sequentis.* Ad Quartum. Flagella non sẽper habent respectũ ad culpã personæ.

Ad quintum dico. Quòd sicut per magnam contritio- Ad Quintũ.

nem tota pœna temporalis Purgatorij in hoc mundo deleri C
potest; ita etiam per maximum Dei flagellum, secundùm eius beneplacitum immissum, & patienter tolleratum; sed hoc rarò accidit. Quocirca de pœnis hic non solutis, necessarium est in Purgatorio expiationem facere, sed cum magno discrimine. Nam in hac uita, opus satisfactorium est quoq; meritorium ut dictum est; quod in purgatorio nō contingit, licet ibi satis patiantur.

De penis in hoc mūdo nō solutis, necesse est fieri expiationem in Purgatorio.

Nec sunt audiendi Scotus, & Gabr. in 4. distinc. 16. & 18. cùm dicunt, *posse pœnitentem sine peccato in hac vita pœnitentiam in Confessione ei à Sacerdote iniunctam recusare.* Hoc (inquam) falsum est, & contra grauiores Theologos, scilicet S. Thom. Paludanum, Ricardum, Duran. & plerosque alios. In super est contra ueteres Patres, qui tantùm abest ut huiusmodi renuentes absoluerent; ut nec ad communionem Eucharistiæ accedere permisissent, nisi prius salutari pœnitentia, & satisfactione se purgassent.

Scotus & Gabriel cōfutantur, cum dīt posse sine peccato penitentem recusare sibi à confessore iniūctā penitentiam. D. Tho. Paluda.

Nec Diuus Hieronymus unquam sensit, flagellatos in hoc sæculo à Deo, non debere cruciari in altero, quòd aliqui illi tribuunt dixisse, super nume. capit. primo, & habetur de pœnitentia distinc. 3. Canone *sunt plures*; nec illa uerba: *Non consurget duplex tribulatio*, uel secundùm le- D
ctionem septuaginta, *Non vindicabit Deus bis in idipsum in tribulatione*; generaliter de omnibus flagellis ullo pacto intelligenda sunt; sed cùm distinctione. Nam qui flagellis hic corripiuntur, non tamen ad peccatorum suorum mensuram iustè satisfaciunt; profectò in alio sæculo satisfacere debent, cùm nihil coinquinatum intrare possit in Regnum Dei. Nec est hæc bina punitio in idipsum, sed ambæ sunt una iusta. Qui uerò ita emendantur, ut ad iustam criminum mensuram, satisfecerint in hac uita, alia post mortem satisfactione non indigent, alioquin punirentur bis in idipsum, id est, pro eadem culpa. Alij uerò, qui indurantur Dei flagellis, & obstinati moriuntur, & hic, & in Inferno æternaliter punientur, ut inquit Diuus Augustinus super illud Deuteron. 22. *Ignis succensus est in furore meo, &c.* id est, *vindicta Dei hic incipiet, & ardebit vsque ad æternam damnationem*. Et habetur de pœnitentia, distin. 3. Can. *ignis*.

D. Hierony. quomodo intelligatur.

Nota benè.

D. Aug. Deutero. 22.

Neque hoc est punire bis in idipsum, sed potius eiusdem pœnæ protractio. De qua re legendus est Magist. in 4. d. 15.

Magister. Ad Sextum.

Ad Sextū dicimus, quòd difficultas, seu pœnalitas in operatione, & satisfactione, ex quadruplici capite pōt emanare,

Difficultas operis penalis in satisfactione, oritur ex quatuor capitibus.

Primò

A Primò ex ipso opere, & ex obiecto, quod in se arduum, difficile, & acerbum est, vt flagella, quæ vsq; ad sanguinem pertingunt, vt sunt filiorum mortes, detentiones, & macerationes in carceribus, & similia.

Primò ex obiecto, vel opere ipso.

Secundò ex naturali complexione operantis, vti sunt multi, quibus per difficile est ieiunare, peregrinationes pedester facere, continere ijs, qui à natura ad concupiscentiam procliues sint, & id genus alia.

Secundò ex cõplexione operantis.

Tertiò ex vitiosa operantis consuetudine, & praua eius dispositione.

Tertiò ex vitiosa operantis consuetudine.

Quartò ex extrinsecis impedimentis, seu periculis imminentibus, vt sunt ij, qui in sæculo, Impiorum consortio delectantur. Similiter è contra facilitas operandi potest prouenire ex quatuor capitibus oppositis, vt satis ex se patet.

Quartò ex extrinsecis impedimentis.

Facilitas operandi potest prouenire ex quatuor.

Quando igitur difficultas nascitur vel ex opere in se, vel ex naturali operantis complexione, dicendum est, augere rationem meriti, & satisfactionis; quemadmodum ex aduerso facilitas opposita minuit meritum, & satisfactionem. Difficultas verò, quæ ex vitio, & ex praua consue-B tudine prouenit, meritum, & satisfactionem non auget, sicut è contra facilitas ex studiosa consuetudine procedens, nequaquam meritum minuit. Nam quemadmodum vitium non suffragatur vitioso ad magis merendum; sic virtus, seu studiosa consuetudo non obest studioso ad merendum. Vnde ad Argumentum dicitur; quòd (cæteris paribus) pœnalitas ex parte operis, aut ex parte naturalis complexionis auget satisfactionem, non autem ex parte prauæ dispositionis subiecti, vel ex periculis imminentibus. Vnde D. Thom. in quodlib. 3. artic. 12. dicit, quòd, *qui remanent in sæculo etiam si maiorem habeant difficultatem benè viuendi, propter pericula quæ ibi imminent, quàm Religiosi; non ideò magis merentur*. Idem dicit, 1. 2. quæst. 114. articu. 4. ad secundum, & 2. secundæ, quæst. 155. articu. 4. ad secundum.

Difficultas q̃ nascit̃ ex vitio, vel ex praua consuetudine, non auget meritum nec satisfactionem.

Facilitas ex studiosa consuetudine p̃cedẽs, nõ minuit meritũ.

Pœnalitas ex parte naturalis cõplexionis, auget satisfactionẽ.

D. Tho.

Nota.

Ad Septimum dicendum est. Deum non delectari in pœnis hominum, ut pœnæ sunt, benè tamen, vt iustæ sunt; quemadmodum & sancti delectantùr de pœnis Impiorum, iuxta illud Isaiæ, 57. *Lætabitur iustus, cùm viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris*. Sic respondet D. Thom. in dicto, artic. 4. quæstiunc. prima ad primum. Vel etiam dicendum, quòd Deus per se primò non intendit pœnas, cùm omnium salutem cupiat; pœnam verò infert,

Ad Septimũ Deus nõ delectatur in pœnis hominũ, vt Pœnę sunt, benè tñ vt iustę sunt.

Isa. 57.

D. Tho.

fert, vel exigit, vel quia expediunt ad salutem hominum, vel C quia sic Iustitia eius exposcit.

ARTICVLVS SEXTVS.

An Deus hominibus pro alienis peccatis pœnam insligat, & An huiusmodi pœna sit illis sasisfactoria?

HOc loco duæ dubitationes proponuntur breuissimè expediendæ.

Primum argumentum. Ezech. 18. Prima est, An Deus flagellet aliquem pro alieno peccato?

Altera est, An per patientiam huius flagelli flagellatus pro alterius peccato satisfaciat.

Et circa primam, uidetur quòd non.

Deut. 14. Primò. Ezech. 18. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur; nec filius portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij*. & Deuteron. 14. *Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur*.

Secundum. Secundò. Quoniam iustitia naturalis dictat, pœnas debere suos actores tenere, nec culpam, seu pœnam, culpę auctorē debere excedere, iuxta illud Augustini: *Deus non prius est vl* D *tor, quàm aliquis sit peccator.*

Tertium. Tertiò. Quoniam concedendum esset, Deum innocētes pro nocentibus, & iustos pro flagitiosissimis peccatoribus etiam pœna mortis punire; quod si Iudex humanus faceret, iniustissimus esset.

Vltimo. Reprehenduntur Iudæi in Euangelio, eò quòd dicerent, *Patres nostri manducauerunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt.*

Nec uidentur posse esse huiusmodi penę satisfactorię pro altero, qui tantùm ad illas merè passiuè se habet.

Primū dictū. Ad dilucidationem harum difficultatum, dico aliqua.

Sępè Deus innocentes flagellauit propter aliena peccata. Gen. 16. Primò. Certum est tam in lege gratiæ, quàm ante illam, Deum sæpissimè hominibus nō solùm impijs; sed etiam Innocentibus flagella immisisse propter aliena peccata; & hoc constat clarissimè ex multis locis scripturæ. In Ciuitatibus enim Sodomæ, & Gomorrhæ, aliqui aderant Iusti adulti: paruuli quoq; per Circumcisionem, aut aliud sacramentum legis naturæ iustificati, qui omnes ob peccata maiorum, combustioni traditi sunt. In Diluuio quoq; multi Innocentes sal

tem

A tem infantes,ob crimina aliena interierunt. Et Num. 14.legitur: *Filij vestri erunt uagi in deserto quadraginta annis, & portabunt fornicationem vestram,donec consumantur cadauera patrum in deserto*. Et lib.3.Reg.c.21.dicitur,Acaz à Domino impetrasse, ut sui peccati pœna in posteros differretur. *Quia igitur* (inquit) *humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui, inferam malum domui eius*. Et Ionæ 1. legitur, tempestatem magnam accidisse nauigantibus ob peccatum ipsius Ionæ. Propter peccatum Giezi,lepra semini suo in sempiternum adhæsit, vt patet 4.Reg.1.Et 2.Reg.3.cùm Ioab in dolo occidisset Abner, maledixit ei Dauid,& semini eius dicens: *Non deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens, & leprosus, & tenens fusum,& cadens gladio,& indigens pane.*

Num. 14.

3.Reg. 21.

4 Reg.1.

2.Reg.3.

Paruuli aliqñ in pęnam peccatorũ parentum, à Dęmonibus abrepti sunt, ex D.Grego.

D.Greg.lib.15.Moral. cap.81.docet,paruulos aliquando à Dœmonibus arripi, propter peccata parentum,quia caro parentum sunt. Neq; hoc in loco alia exempla multiplicanda sunt; cùm certissimum sit, & exemplis Sanctorum Patrum fusissimè exploratum.

Vnde D. Ambrosius refert,in quadam Villa Tusciæ, vbi cum Fratribus tunc ipse morabatur,propter unius uiri peccatum qui nil aduersum in hoc mundo sustinuerat, vnà cũ B omnibus villæ illius habitatoribus ipsum adaperta terra absorptũ fuisse. Boni autem eodem essent supplicio affecti,nisi ipsius monitu à loco illo abscessissent.

Mirabile factum in villa Tusciæ ex D. Ambro.

Secundò dico. Certissimum esse,Deum in huiusmodi punitione Iustorum pro alienis peccatis iustissimum esse.Quoniam Deus nemini debet bona naturæ,uel gratiæ:quocirca si huiusmodi bona aliquibus negat,aut eisdem aliquos priuat,nullam eis iniustitiam facit.Et quemadmodum,cùm sit Dominus omnium,potest præfata bona pro solo nutu suæ volũtatis absq; iniustitia aliqua,à quibus vult auferre, potest similiter absq; aliqua iniustitia eadem à Iustis amouere ob aliena peccata.Et cũ homines sint membra,& partes societatis humanæ;rationabile,& conueniens est,ut ad mutuã charitatem exercendam,vnus pro altero patiatur:iuxta illud, *Alter alterius onera portate,& sic adimplebitis legem Christi.*

Secundum dictum.

Deus in puniendis etiã iustis pro alienis peccatis, iustissimus est.

Adde,quòd licitum est homini pœnas alterius hominis vltrò,& sua sponte subire,& in propria persona recipere;ergo & Deo absq; nota iniustitiæ,& citra iniuriam alicuius,licitum erit Innocentem pro nocente flagellare,& huius pœnã in illum reponere.

Licitũ est homini,pęnas alterius hominis vltrò subire.

Tertiò dico. Credendum esse, Deum huiusmodi flagella

Tertiũ dictũ.

hominibus, qui peccata, propter quæ illa infliguntur non C commiserunt, non sine causa aliqua inferre, nempe, vt dictum est, uel ad probationem, vel ad correctionem vitæ, uel ad punitionem peccatorum commissorum, uel ad Dei gloriam manifestandam, uel ut pœna in longius protrahatur. Quod fit, qñ in alijs personis ipsis peccatoribus coniunctis mala immittit, quorũ punitio in pœnam, & cruciatũ eorum qui peccauerunt, grauius redundat. Vti qñ per mortem filij peccatum patris punitur, ut accidit Dauidi, ob cuius peccatũ filius ex Bersabe fornicatione susceptus morte percussus est. vt 2. Reg. 12. Sic etiam aliquando peccatum Principis punitur in subditis suis. Propter peccatum enim eiusdem Dauidis, populus suus peste percussus est, ut 2. Reg. 24. & propter peccatum maioris, & patrisfamilias, aliquando tota eius familia flagellatur.

Nota. — *2. Reg. 12.* — *Peccatũ Principis, quandoque punitur in subditis.* — *2. Reg. 24.*

Quemadmodum uxor Abimelech cum ancillis ob scelus detensionis Sarræ uxoris Abrahæ plaga magna à Domino percussa fuit, ut habetur. Gene. 20.

Gen. 20.

Dico Quartò, & Vltimò. Hominem posse pro alieno peccato pœnam subire, & satisfacere. Quod dictum est de fide, ut in illo articulo, Sanctorum communionem docet Ecclesia, & abundè hanc ueritatem probat Tho. Valden. tom. 2. de Sacramentalibus titulo 10. cap. 100. & ad Galat. 6. & 1. Corin. D 12. Apostolus tradit, & apertissimè ad Colossenses primo, dicens: *Gaudeo nunc in passionibus pro uobis, & impleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia.* Et id confirmatur rationibus.

Quartũ dictũ. Homo põt ꝓ alieno peccato pœnã subire, & satisfacere. — *Thomas Valden.* — *Ad Galath. 6.* — *1. Corin. 12.* — *Ad Colos. 1.* — *Probatur rõnibus. Prima ratio.*

Prima. Quia potest unus alteri gratiam primam impetrare de congruo, saltem mediatè, iuxta dictum Christi ad Paraliticum Matth. 9. *Videns Iesus fidem illorum, dixit Paralitico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.*

Matth. 9. — *Aliena opera prosunt alteri ad gratiã ex D. Ambr. & D. Tho.*

Ex quo dicto, Diuus Ambrosius probat, aliena opera bona alteri ad gratiam prodesse; & est doctrina Diui Thom. 1. secundæ, quæst. 124. artic. 6. ergo à fortiori, poterunt prodesse alteri ad impetrandum ei remissionem pœnæ temporalis.

Secunda. Potest uiuus pro defuncto satisfacere, faciendo pro illo suffragia, iuxta communem doctrinam Ecclesiæ, & Sanctorum, ergo poterit similiter pro uiuo satisfacere, cùm utrobiq; eadem sit ratio, communio scilicet charitatis, quæ omnia facit communia.

Secũda ratio. Viuus põt ꝓ defuncto satisfacere, faciendo ꝓ illo suffragia.

Tertia. In foro humano apud homines (ubi magis Iustitia, quàm misericordia locum tenet) potest unus pro altero

Tertia ratio.

satisfa-

A satisfacere. Nihil.n.refert, quòd debitor soluat creditori per se, uel per aliũ; modò soluatur. Igitur sic apud Deũ, cui gratissimũ est, quòd proximorũ onera inuicem supportemus.

Quarta. Quia exemplis quàm plurimis compertissimũ est in scripturis, Deum ad preces Iustorum sæpissimè placatum fuisse, & iram quam contra alios peccatores conceperat, deposuisse; & sententiam punitiuam reuocasse. Sic Deus Gen. 19. liberauit Iob. propter Abraham, cuius Dominus recordatus fuit, & capit. 20. ubi cùm Dominus Abimelech, & domũ suam propter peccatum surreptionis Saræ flagellasset, dixit ad Abimelech: *Nunc ergo redde uiro suo uxorẽ, & orabit pro te, quia Propheta est.* Sic etiam Salomoni pepercit Deus propter Dauid patrem suum, ut legitur 3. Reg. 11.

Quarta ratio. Deus ad Iustorum preces sæpè placatus est. Gen. 19. Gen. 20. 3. Reg. 11.

Vltima. Thesaurus Ecclesiæ (ex quo indulgentiæ, & remissiones peccatorum dispensantur à summo Pontificè, & episcopis) non solùm conflatur ex infinitis, & inexhaustis Christi pœnis, & passionibus; sed etiam ex pœnis, & meritis sanctorum. In quo articulo turpiter errauerũt. Franciscus Maironus, in 4. disti. 19. quæst. 2. Et Durandus distin. 20. quæst. 3. Quamuis enim unumquodque opus ex charitate procedés,

B ratione meriti, mercedem, & præmium à Deo in propria persona recipiat; nihilominus, quatenus idem opus est satisfactorium, à Diuina prouidentia acceptatur in commodum aliorum fidelium, reseruaturque in bonum Ecclesiæ, ne suo fructu, & utilitate careat. Sic calamitates, & flagella Iob. cùm in statera apposita grauiora essent quàm eius peccata, in aliorum satisfactionem, qua ipsè non indigebat, redundabant. Sic etiam Paulus in loco citato ad Colossen. primo *Implebat ea, quæ deerant passionum Christi*, id est, satisfactionibus Christi, suas quoque pro illis adiungebat; in quo plurimùm gaudebat, dicens; *Gaudeo nunc in passionibus meis pro uobis.*

Vltima ratio. Thesaurus Ecclesiæ ex quo promanant Indulgẽtiæ, non solũ ex Christi, sed etiam ex sanctorũ pœnis cumulatur. Franciscus Maironus, & Durandus errauerunt. Colos. 1. Quomodo D. Paulus implebat ea quę deerant passioni Christi.

Igitur unum pro altero satisfacere posse certissimum est. Per Indulgentias enim, quarum dispẽsationis potestas Mat. 16. & Ioan. 20. Ecclesiæ Prælatis tradita est, pœnæ, & satisfactiones, quæ in Thesauro Ecclesiæ reconditæ sunt, suscipiẽtibus ita applicantur, ut per illarum concessionem fiat uera solutio, & remissio pœnarum (in uirtute tamen passionis Christi, & sanctorum) illis quibus applicantur.

Potestas dispẽsãdi Indulgẽtias, Ecclesiæ Prælatis à Christo cõcessa est. Math. 16. Ioan. 20.

Dico quintò. Satisfactionem propriam, homini plus ualere, quàm alienam. Explico iuxta doctrinam D. Bonauenturæ in 4. distin. 20. & aliorum. Valet opus satisfactoriũ, quod homo operatur ad tria.

Quintum dictum. Plus ualet homini satisfactio propria, quàm aliena. D. Bona. Valet opus satisfactoriũ quod homo operatur ad tria.

Primò

Primò ad gratiæ, & gloriæ augmentum. Primò ad gratiæ, & gloriæ augumentum, quod Christi meritis, & nostris proprijs in uirtute passionis Christi, non autem alienis consequimur, nisi de congruo.

Secundò ad sanandũ morbum. Secundò. Ad sanandum morbum, & tamquam medicamentum sanatiuum, & præseruatiuum ad sequelas morbi præscindendas; ad quod etiam prodest Christi actio, & nostra propria similiter, & non aliena

Tertiò ad soluendum debitum ex peccato contractum. Medina. Tertiò. Ad soluendum debitum ex peccato contractum ad quod etiam plus ualet propria, quàm aliena satisfactio, ut ait Medin. in Codice de pœnitentia tract. 3. quæst. 5. in responsione ad postremum argumentum: quod intelligendum est cœteris paribus, ut inferius dicetur.

Nota. Ratio dicti. Vnde infert, quòd si quis uellet pro se satisfacere, non esset ei tanta satisfactio necessaria, quanta esset, si per alium satisfaciat. Cuius rei argumentum est, quòd parua pœnitentia in præsenti uita uoluntariè assumpta, ualet ad remittendum magnam pœnam debitam in purgatorio; quoniam hæc est à Deo illata, illa uerò uoluntariè assumpta.

Primum corollarium. Mala quæ Deus pro peccatis peccatoribus mãdat, sunt maiora, quàm quæ ipsi ultrò in pænam eorũ assumunt. Ex quo duo sequuntur. Primum, quòd magna flagella, seu pœnæ præsentis uitæ à Deo immissæ, quantumuis patienter sufferantur, minus sunt satisfactoriæ, quàm pœna etiam minima, uoluntate propria, & ex electione suscepta, uel secũdùm canones pœnitentiales, aut aliæ pœnæ ex arbitrio sacerdotis iniunctæ. Maiora enim sine dubio solet Deus pro peccatis infligere mala, quàm quæ penitentes sibi assumunt; uel Ecclesia iniungat, puta pestem, bellum, terremotus, febres, & cœtera infortunia. Et tamen per has pœnas longè minores ex electione ab homine susceptas, & præsertim per contritionis dolorem, citius, & perfectius à peccatis homo liberatur. D

Secũdum corollarium. Si satisfaciẽs habeat maiorem charitatem, quàm ille pro quo satisfacit, minori pæna satisfaciet, quàm alter in cuius gratiam satisfacit. D. Tho: Sotus. Secundùm quod infertur est, quòd quando is qui satisfacit, maiorem charitatem habet, quàm ille pro quo satisfacit, tunc propter illius maiorem charitatem, minor pœna requiritur in eo, qui pro alio opera huiusmodi satisfactionis exhibet, quàm pro principali. Ideò enim proximè dictum est, cæteris paribus, hoc est, æquali charitate existente in utroque. Nam si satisfaciens habeat maiorem charitatem, utique minori pœna satisfaciet, quàm alter in cuius gratiam satisfacit, quando minorem charitatẽ habet. Est hæc doctrina D. Tho. in terminis in 4. distin. 20. artic. 2. quæst. 3. & Soti in 4. distin. 19. quæst. 2. artic. 4. dubio ultimo, conclusione secunda. Et dant rationem. Quoniam pœna habet uim satisfaciendi, maximè ratione charitatis, qua homo ipsam sustinet, & quia

maior

A maior charitas apparet in hoc, quòd aliquis pro alio satisfacit, quàm si ipse satisfaceret; Ideò minor pœna requiritur in eo qui pro alio satisfacit, quàm pro principali requireretur. Et affert D.Tho. exemplum ex uitis Patrum, ubi de quodam legitur; quod cùm fecisset ex feruore charitatis magnam pœnitentiam pro peccato quod non commiserat, alteri qui illud perpetrauerat remissum fuit; & reuera ita est. Nã si roget quis uirum sanctum, ut pro suis peccatis ieiunium faciat, profectò ieiunium illius sancti magis erit satisfactoriũ, & Deo acceptum ad remissionem peccatorum alterius, quã si ipsemet ieiunaret; & id ratione maioris charitatis illius sãcti. Et hoc punctum Medina non animaduertit; & est doctrina Paludani in 4. distin. 20. quæst. 3. art. 3. conclusione secunda, & Syluest. uerb. satisfactio.

Nota benè. Ieiunium sãcti uiri pro aliquo peccatore facto, est magis meritoriũ, quàm sit ieiunium illius peccatoris pro se ipso.

Medina. Paluda. Syluest.

Sextò dico cùm Soto loco citato, & Francisco à Victoria, in summa sacramet. trac. de satisfactione, numero 216. & Iosepho Angles, in prima parte Theologicarum quæstionum in quæstione de satisfactione, quarta difficultate, conclusione prima: Angelo uerb. satisfactio, numero tertio. Tabi. eod. uerb. Pœniam, seu satisfactionem quæ regulariter à sacerdote imponitur pœnitẽti in sacro confessionis, nemo alius pro ipso pœnitẽte potest adimplere, & optimè id à Soto probatur.

Sextũ dictũ. Sotus. Victoria Ioseph Angles. Angelus. Tabie.

B Quoniam omnes huiusmodi pęnæ, in medicinam, & tanquam satisfactoria remedia alterius subsequentis peccati, adhibentur; Atqui liquidò constat, ieiunium, aut flagellum unius, nihil alteri directè prodesse ad castigationem corporis, & carnis macerationem; sed tantùm per accidens, & indirectè, quatenus bona opera alterius qui est in gratia, de cõgruo merentur alteri augumentum gratiæ, quod proprium non est satisfacere, sed pro altero mereri.

Prima ratio. dicti.

Secundò probatur. Quoniam huiusmodi mulctę sunt onera personalia, quæ ab ipsismet quibus iniunguntur persolui debent. Nec id D.Thom. repugnat, cùm dicat, *non esse permittendum, quòd aliquis pro alio pœnitentiam agat, nisi defectus aliquis appareat in pœnitente.*

Secũda ratio.

Vnde optimè Paludanus in 4.d.20.quæst.3. & post illum Syluester uerbo satisfactio, nu. 3. distinguut circa hoc. Nam si sacerdos alternatiuè imponat ieiunare per se, uel per aliũ, ire ultra mare, uel mittere, proculdubio pœnitens per alium satisfacere potest. Similiter si indifferenter dicat, ieiunes, uel des eleemosynam, quamuis per alium non possit ieiunare, potest tamen per manum alterius facere elemosynam. Item si aliquid impositum sit pœnitenti, quod non possit per se soluere,

Paluda. Syluest.

uere,

uere, puta, quia Infirmus, aut moritur, poterit per alium sol- C
uere; cùm intentio imponentis uerisimiliter noluerit eum obligare ad impossibile, nec ad pœnas purgatorij condemnare.

Additio Paludani.

Addit Paludanus, *quòd si quis ob nimium amorem carnis suæ uellet facere per alium, quod esset sibi impositum, utique non satisfaceret. Verum si occupet se in alijs Deo magis acceptis, & quæ sunt maiora remedia contra peccatum, & nihilominus illud, quod est sibi iniunctum, uult facere per aliũ, uidetur, quòd sit plena satisfactio apud Deum. Quoniam uidetur etiam esse uoluntas præsumpta imponentis.* Et dat exemplum. *Si pugnando* (inquit) *contra hostes fidei, uel prædicando, aut peregrinando, aut alijs pijs operibus æquè domet carnem & paratus sit nihilominus opus impositum facere per se, uel de suo, quod alius uult pro se, uel de suo: & mallet per se, quàm per alium; nisi quia credit istud magis Deo acceptum, tunc omninò uidetur satisfacere. Quemadmodum etiam in humanis, si satisfaciens sciret aliquid aliud magis acceptum esse offenso, quàm illud quod est impositum à Iudice, uel à lege pro emenda, si & illud uellet facere per alium, & seruitio magis grato illi amico offenso se occupare, non est dubium, quòd satisfaciet.* Hæc Paludanus: cuius uerba nec plenè, nec fideliter refert Syuester loco citato.

Syluest.
Septimum dictum.
Pro mortuo, non põt quis satisfacere, nisi per modũ suffragij.
Sotus.

Septimò, Et ultimò dico. Quando unus pro alio uiuente D satisfacit, de Iustitia, & de condigno satisfacit pro altero. Pro mortuo uerò nõ, nisi per modum suffragij. Hoc dictũ est Soti loco citato, & in eodem 4. distin. 21. quæst. 2. artic. 3. Et quoniam non est præsentis instituti id exactè discutere uel probare, Ideò huius articuli tractationem in nouum opus de Iubileo, quod Deo fauente molimur, reijciamus.

Ad Primum argumentum Respondeo primò ex D. Augustinus.
D. Tho.
Paruuli decedentes in peccato originali, iustè pœna damni puniũtur.

Ad primum igitur Argumentum initio quæstionis factũ respondetur dupliciter. Primò cùm D. Augustino, quòd dictum Ezechielis intelligendum sit de pœna, seu retributione finalis Iudicij, seu alterius sæculi, secundùm quam nequaquam filius portabit iniquitatem patris, nec è contra, nisi in quantum de ipso peccato participauerit; uel intelligendum de pœna spirituali, seu pœna animæ, qua nemo afficitur, nisi ob peccatum proprium, iuxta ea quæ dicit D. Thom. 1. 2. quæst. 87. artic. 8. & 2. 2. quæst. 108. artic 4. ad primum. Et sic paruuli decedentes in peccato originali, iustè pœna damni puniuntur; cùm peccatum originale omnibus insit, unicuique proprium, non immitatione, sed propagatione transfusum, ut decernitur in Concilio Tridentino sess. 5. in Decreto de peccato originali.

Ad

A Ad secundum Dicimus cum S.Thom.ibidem, quòd pœna temporali aliquando unus pro peccato alterius punitur, ob triplicem causam.

Vnus pro peccato alterius punitur tripliciter.

Prima est. Quoniam unus homo temporaliter est res alterius, & ita in pœnam eius, ipse etiam punitur. Sic filij (cùm sint secundùm corpus aliquid patris) pro peccato patris quandoque puniuntur; & serui cùm sint quædam res dominorũ, pro peccatis eorumdem, ut dicitur Exodi 20. *Ego sum Deus zelotes, uisitãs iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem*. Vnde Giezi peccante, ad posteros lepra transmittitur, ut habetur 4.Reg.5. sanguis etiam Christi reddit obnoxios pœnæ successores Iudæorum, qui dixerunt Matt.27. *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*. Legitur etiam Iosuæ septimo, quòd pro peccato Achan Populus Israel traditus est in manus hostium, & primo Reg.4. populus corruit in conspectu Philistinorum pro peccato filiorum Eli. Proles quoque Cham maledicitur ob peccatum sui patris. Qui cùm non posset à Noè maledici, eo quòd & ipse Cham benedictus esset immediatè à Domino, maledictio Patris sui Noè, in suos posteres dimanauit.

Primò quia unusquisque homo, temporaliter est res alterius.

Exod.20.

4.Reg.5.
Matt.27.
Iosue 7.
1.Reg.4.
Cham quare non fuit maledictus, sed tantùm proles eius.

Secunda causa est. In quantùm peccatum unius deriuatur in alterũ, uel per immitationẽ, ut filij cũ peccata parentum; B & serui Dominorũ immitantur ut audacius peccent, uel per modum meriti, sicut peccata subditorum merentur Prælatũ peccatorem, iuxta illud Iob.34. *regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi* & Isa.3. dicitur propter peccatũ Hierusalem daturum esse ipsi Deum Principem insciẽtem. *Et dabo* (inquit) *pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis*. Vel etiam per aliqualem consensum, seu dissimulationem; sicut etiam interdũ boni temporaliter simul cùm alijs puniuntur, *quia eorum peccata non redarguerunt*, ut dicit D.Augustinus lib.1.de Ciuit.Dei c.9.

Secundò punitur quis pro altero, in quãtum peccatũ unius deriuatur in alterũ, uel per immitationem, ut serui & filij dum imitantur peccata dominorum & parentũ.
Iob.34.
Isa.3.
D.August.

Tertia causa est. Ad commendandam unitatem humanæ societatis, ex qua unus debet pro alio sollicitus esse, ne peccet; & ad detestationem peccati, dum pœna unius redundat in omnes, quasi omnes essent unum corpus, ut Augustinus dicit de peccato Achan, in libro questionum super Iosue q.8. tom.4. Atque ex his habetur solutio secundi Argumenti.

Tertia causa ad commendandam unitatem humanæ societatis.

Ad tertium argumẽtum.

Ad Tertium dicimus, discrimen esse inter humanum Iudicem, & Deum. Ille .n. si Innocentẽ pro alieno peccato occidat, esset utique iniustus; Deus autem, cùm sit Dominus uitæ, & mortis, & omnium bonorum, quæ pro uoluntate dat, & pro uoluntate potest data reuocare; etiam Iustis citra iniuriam,

Nota differẽtiam inter Iudicem humanum, & Deũ quòd humanus iudex, si innocentẽ occidit, facit ei iniuriã, Deus autem non.

riam, nullam iniustitiam facit si Insontes pro peccatoribus C
puniat.

Nota ex D. Tho.

Notat autem S. Thom. in dicto arti.4. in solutione ad secundum, quòd numquam secundùm humanum Iudicium sine culpa debet puniri aliquis pœna flagelli, ut occidatur, uel mutiletur, uel uerberetur. Pœna, uerò damni punitur aliquis etiam secundùm humanum iudicium, quandoque sine culpa, sed non sine causa. Et hoc tripliciter.

Pœna damni punitur aliqs etiam secundùm humanum iudiciũ quandoque sine culpa, sed non sine causa, & hoc tripliciter. Primò.

Primò. Cùm aliquis ex hoc quòd ineptus redditur sine sua culpa ad aliquod bonum habendum, uel consequẽdum, sicut propter uitium lepræ, aliquis arcetur ab administratione Ecclesiæ, & propter bigamiam, uel iudicium sanguinis aliquis impeditur à sacris ordinibus.

Secundò.

Secundò. Quoniam bonum in quo damnificatur, non est propriũ bonum, sed commune; sicut quòd aliqua Ecclesia habeat episcopatum pertinet ad bonum totius Ciuitatis, nõ autem ad bonum Clericorum tantùm. Vnde fit, ut iusto iudicio Dei ab humano Iudice, & si Clerici boni, & iusti sint, propter Ciuium crimina, honore, & titulo episcopatus, Ecclesia, & Ciuitas priuentur.

Tertiò. D.Tho.

Tertiò. Quia bonum unius dependet ex bono alterius, sicut in crimine lesæ maiestatis, filius amittit hæreditatem pro peccato parentis. Hæc omnia ex D.Tho. D

Ad Quartũ.

Ad quartum. Ex dictis patet solutio.

Ad Quintũ.

Ad Quintum ex altera parte, & ultimũ, Dicimus quòd charitas facit omnia communia, & compatitur aliorum necessitatibus, ut inquit Paulus 1. Corinth.13. *In quãtum enim duo homines sunt unum in charitate, unus pro alio satisfacere potest*, ut docet D.Thom.3. par.q.48. art.2.ad primum, ubi etiam dicit, *quòd non est similis ratio de confessione, & contritione. Quia satisfactio consistit in actu exteriori secundùm medium, ad quem actum assumi possunt instrumenta, interque etiam computantur amici: & licet satisfactio pro peccatis alterius habeat quasi materiam, pœnas, quas aliquis sustinet pro alterius peccato; habet tamen pro principio, charitatis habitum inhærentem animæ, ex quo inclinatur ad uolendum satisfacere pro alio; & ex quo satisfactio efficaciam habet. Non enim est efficax satisfactio, nisi ex charitate procedat.* Ita S.Tho.3.par. q.14.art.1.ad primum. *Et ipsamet passio, seu satisfactio, qua quis satisfacit siuè pro se, siuè pro alio, prætium quoddam dicitur, quo se ipsum, uel alium redimit à peccato, & pœna*, ut in eodem art.4.habet S.Thom. Hæc de hac quæstione dicta sufficiant; & de materia flagellorum.

1. Corin.13. In quantum duo homines sunt unũ in charitate, unus pro alio satisfacere potest. D.Tho. Dispar ratio confessionis, & contritionis. Non est efficax satisfactio, nisi ex charitate procedat, ex D. Tho.

QVAE-

A QVAESTIO NONA.

Quibus potius sit succurrendum tempore pestis?

IN hac quæstione, quis ordo in subuentione, & exhibitione operum misericordiæ seruandus sit, est enumerandus; ubi quindecim dubia satis curiosa explicabuntur.

Primum. An (cœteris paribus) homo magis teneatur subuenire Auo, quàm matri Infectis? Varia dubia exagitanda.

Secundum. An in pari extrema necessitate, magis subueniendum sit matri, quàm patri?

Tertium. An magis uxori, quàm patri, & matri?

Quartum. An magis filio, quàm patri quis succurrere debeat?

B Quintum. An magis diligendus sit filius, quàm uxor.

Sextum. An Iusto patri magis succurrendum sit in extrema necessitate, quàm extraneo peccatori?

Septimum. An potius melioribus, quàm coniunctioribus?

Octauum. An magis diligendi sint, qui nobis secundùm carnalem originem propinquiores sunt, quàm alij?

Nonum. An cæteris paribus, potius sit subueniendum patri Hæretico, quàm extraneo fideli?

Decimum. Si Inimicis Reipublicæ existentibus in extrema sit succurrendum?

Vndecimum. Si Inimico, à quo probabiliter quis timet mortem, laboranti in extremis, tenetur quis benefacere?

Duodecimum. An condemnatis ad mortem, ut fame pereant, liceat ministrare cibum?

Decimũ tertium. An aliquis in extrema necessitate positus, teneatur cum periculo uitæ subuenire Creditori in eadem necessitate posito?

Decimum quartum. An potius subueniendum sit creditori, quàm patri, uel consanguineo, æquali necessitate laborantibus?

Deci-

Decimum quintum. An extra casum magnæ necessitatis, melius sit opera misericordiæ corporalis exercere erga iustum minus indigentem, quàm erga peccatorem magis indigentem? C

PRIMVM DVBIVM.

An cœteris paribus, homo magis teneatur subuenire Auo, quàm Matri Infectis?

Nota pro intelligentia tituli.

VT intimè difficultatis huius nodum dissoluamus, sciendum est, quòd radix decidens hanc quæstionem, est ueritas alterius quæstionis; illius uidelicet qua quæritur, An secundùm naturalem Iustitiam, Nepos ex filio debeatur magis matri, quàm Auo? Ex huius enim resolutione, tanquam ex primò principio, & radice, alterius intelligentia emanabit. Cùmque superioribus annis facto contingeret in Vrbe, quæsitumque fuisset, Num mortuo Hæbreo patre, renuente matre Hebrea, posset Auus paternus Christianus Nepotem in potestatem suam trahere, & baptizare; multa satis hinc inde ab egregijs Doctoribus super hac re iussu S.D.N. P.Grego. decimi tertij cōscripta fuere. Inter quos cùm Martinus ab Aspilcueta Nauarrus huic rei insudaret, & ualidissimis rationibus defendere niteretur, eum non esse baptizandum: Dei auxilio, ego Pontificis etiam iussu commotus in dilucidationis palestram istam descendi, tandemque reportata pro mea parte palma, Summoque Pontifice sententiam meam approbante, & confirmante, in Ecclesia sancti Celsi mea manu sacro Dionysij Areopagitæ die, puer baptizatus fuit. Quapropter, quæ super hac re tunc à me scripta, uel adūbrata fuerunt, hoc loco adijcienda esse existimaui. Ex quibus facillimè deprehendetur, cui magis nepos debeatur matrine, an Auo? D

Narratur casus Romæ decisus.

Nauarrus in hoc casu particulariter scripsit.

Auctor, Palmam in hac materia reportauit Romæ.

Fuit igitur quæstio, An nepos, attenta naturali Iustitia, magis dandus, & consignandus sit matri, quàm Auo? Et sensus questionis est, quis nam in regimine pueri quadriennalis sit præferendus, Auus paternus, an mater?

Probatur puerum deberi magis matri quàm Auo.

Et uidetur prima facie, quòd matri sit assignandus.

Primò.

Primò. Mater est principium coniunctum, & proximum filij, auus uerò remotum, & distans, ergo magis, & prius est assignandus matri. Natura enim prius attingit proximum, q̃ distans, immò non peruenit ad distans, nisi per proximū, quemadmodū nec nepos reducitur ad Auū, nisi per Matrē.

Natura prius attingit proximum, quā distans.

Se-

A Secundò. Filius est pars matris, & portio eius. Nam 8. Ethic.cap.17. secundùm philos. *Filij sunt quasi partes seiunctæ parentum*, Aui verò nequaquam, igitur debetur matri. Probatur Consequentia. Pars enim impulsu naturali tendit ad totum, & in toto quiescit, & conseruatur, ex quarto, Physicorum. Secundò. Arist.

Tertiò. Filius est quædam res matris, & est quid matris, non autem quid Aui; à Matre igitur sine iniustitia auferri, non potest: Vnde infert S.Thom.2.2.quæst.10.articu.12.& Anton.2.par. quòd sicut puer quando à parentibus non distinguitur secundùm corpus, continetur in vtero matris; ita postquàm egreditur, antequam vsum rationis habeat, continetur sub parentum cura, sicut sub quodam vtero spirituali. Tertiò. D.Tho. D. Antoni.

Adde, quod ante vsum rationis, puer est sicut animal irrationale, bos, canis, vel equus. Vnde sicut bouem matris non licet accipere, inuita matre; sic nec filium ante usum rationis,

Quartò ex Amore naturali. Ratio naturalis docet, vt magis beneuolo, & amantiori res potius commendentur; atqui matres magis amant filios, quàm patres, & consequenter, quàm Aui, iuxta Philos.8.Ethic.cap.12.& 9.cap.17. Laborio-
B sior est enim generatio matrum, & magis sciunt, quòd sunt ipsarum filij; ergo conuenientius, amantius, & perfectius ab eis regentur, quàm ab Auo. Natura namque ex possibilibus semper, quod melius est operatur. Quartò ex amore naturali. Arist.

Quintò ex educatione. Educatio filiorum naturaliter est propria matris, sicut patris est erudire, vt ait Arist.1.& 3.cap. œcon. Igitur matri est filius relinquendus, præsertim cùm sit adhuc puer. Quintò ex educatione.

Sextò. Quia aliàs sequeretur, quòd Auus posset offerre filium Baptismo, & Monasterio, inuita matre, quòd videtur falsum. Sextò.

Septimò. Quia maior cultus, & obsequium debetur matri, quàm alijs, vt habet S.Tho.2.2.q.102.ar.3.ad 3.igitur, &c. Septimò ex cultu & maiori reuerētia.

In contrarium est, quòd Auus est radix, & origo sanguinis, & est principium essendi omnibus inferioribus, ergo & gubernationis, quod & iusgentium, & Ciuile confirmat. Opposita sententia. Auus est origo sāguinis.

Pro decisione supponenda sunt duo. Primum, quòd ex eo quòd aliquis est principium alterius, per se, & naturaliter ei conuenit, vt curam, & regimen illius habeat. Quod dictum est expresè S.Tho.2.2.q.189.ar.6.in corpo.& 1.par.q.103.ar.5. Eiusdē enim est rem producere, & eam gubernare. Vnde Nota Primò. D.Tho.

inter rationes Diuinæ prouidentiæ, & gubernationis est C
hæc potissima, quòd sit omnium causa, & principium. Secundùm eandem enim rationem competit Deo esse gubernatorem rerum, & causam earum. *Et patrijs legibus, statutisvè gubernamur, in quantum patria est nobis quoddã essendi principium.* Sic S. Tho. 2. 2. q. 101. ar. 3. ad vltimum, ergo causa, seu ratio quare quòd cura vnius naturaliter alicui competat, est quia vnum est principium, alterum principiatũ, illud causa, hoc effectus, illud origo, hoc ex origine, illud communicãs esse, hoc habens esse communicatum ab illo. Ex hoc fundamento duo sequuntur.

Primũ Corollarium.
Qđ est principium per se filiorũ ei conuenit filiorũ cura.

Primum est, quòd cùm parentes in quantùm huiusmodi, habeant rationem principij, per se illis conuenit, ut filiorum curam habeant. Ita docent D. Tho. 2. 2. q. 101. ar. 2. in corp. & ad 2. *Pater* (inquit) *habet rationem principij, filius habet rationem à principio existentis. Ideò per se patri conuenit, vt subueniat filio. Et propter hoc non solùm ad horam debet ei subuenire; sed ad totam suam vitam, quod est thesaurizare. Vnde ex aduerso filius debet patri, quod decet patrem in quantùm pater est, qui cùm sit superior, quasi principium filij existens, debetur ei à filio obsequium, & reuerentia.* Idem art. 3. *Pater est* D
principium connaturale producens in esse & gubernans. Et q. 102. ar. 1. in corp. dicit, quòd *Pater est principium & generationis, & educationis, & disciplinæ, & omnium, quæ ad perfectionem humanæ vitæ pertinent.* Idem ar. 3. eiusdem quæst. in corp. & ad 2. & Philos. 8. Ethic. cap. 12. *Parentes sunt causa essendi, alimenti, & educationis.*

Arist.
Parentes sunt causa essẽdi, alimẽti, & educationis.
Secundum corollarium.
Mater est principiũ generationis passiuam; pater verò actiuum.
5. Metaph. tex 1.
1. De gener. anima. ca. 19. & 20.
2. De gener. anima. cap. 4.
D. Tho.
Ratio principij actiui, nobilior est q̃ ratio passiui.
D. Tho.
Pater dat esse specificũ, mater aũt materiã informẽ.

Secundum quod sequitur est, ꝙ quantò quis hẽt excellentiorem, & perfectiorem rationem principij, tantò magis, ac principalius cura filiorũ ei debetur, ut de se patet graduãdo. Quocirca si fiat cõparatio inter patrem, & matrẽ: cùm mater sit principium generationis passiuum, pater verò actiuum, vt patet 5. Metaph. tex. 1. primo de generati. Anim. cap. 19. & 20. & 2. cap. 4. S. Tho. 1. 2. q. 81. arti. 5. 2. 2. q. 26. ar. 10. quodlib. 6, q. 10. ar. 18. Ratio aũt actiui principij sit excellẽtior, ac eminentior, quã passiui, fit, ut regimen filij iure naturæ magis ad patrem spectet, quã ad matrem, simpliciter loquendo; quẽadmodum pater per se magis est diligendus, quã mater. S. Tho. 2. 2. q. 26. ar. 10. & dato casu, cæteris paribus, prius patri, deinde matri subuenire debet, vt infra dicetur, dubio secundo; cũ ab illo magis dependeat, quàm ab ista, & plura, & maiora receperit ab eo beneficia, quã à matre. Pater enim dat esse specificũ, videlicet formam, mater verò materiam informem.

ut ait

A ut ait Arist. 1. de Gene. Anim. c. 19. S. Tho. dicto, ar. 10. ad 1. & 8. Ethi. lect. 12. Dat deinde eruditioné, atq; alia. Tum ét, quia pater dirigit filium ad altiorem finé, & terminũ, disponédo actiones eius, vel ad sciétias, vel ad artes, vel ad alia humana munera. Tum ét ratione sexus. Viri .n. est regere, & ordinare, habetq; rõné constantioris, & rationabilioris regiminis. Deniq; probatur rõne legali. Eò ꝙ non matris, sed patris familiã, sequatur, & c. lege Buridanũ, q. 17. super 8. Ethic. Dixi, *simpliciter loquendo*, qm̃ ſm quid, & ad tépus, rõne videlicet, infantiæ, propter corporis educationé; qñ. s. *quasi modò geniti infantes lac concupiscunt*, matri naturaliter est relinquendus, quarum propria est æducatio, vt ait Arist. 1. œconomicorum; Vnde lex huiusmodi tempus determinat optimè, vsque ad triennium, l. nec filium, C. de patr. pote.

Hinc sequitur ẽt, grauiter errasse Innocentiũ, & Panor. in c. 2. de regularibus, c. 2. nu. 6. affirmantes, *Deum sine distinctione præcepisse filijs honorare patrẽ, & matrem*. Hoc .n. falsum est. Qm̃, cùm *quæ à Deo sunt ordinata sint*, & in amore, & in obsequio, & obedientia materna, & paterna debeat esse ordo, pater præfertur, iuxta S. Tho. dicto artic. 10.

Secundum supponendũ principaliter est, ꝙ si fiat cõparatio inter Auum, & matré, sic ex certis ad incerta est discurré B dum. Certũ est in generatione matré se habere vt recipiens, Auum, vt agés. Virtus .n. actiua existens in semine patris, quę est huius hominis propinqua ratio seminalis, deriuatur originaliter ab Auo, vt ait. S. Tho. 1. par. q. ultima ar. vlti. ad 2. & ad vltimum, Et Aug. 10. super Genes. ad litteram, dicit: *omnes fuimus in Adam nõ solũ secundùm corpulentam substãtiam, sed etiam secundùm seminalem rationem*. Hinc est, ꝙ in scripturis dicitur, Auum generare nepotem, ut patet Matth. 1.

Secundò certũ est, ꝙ mater est propinquius, & magis coniunctum principium, q̃ Auus. Patet, quia inter matré, & filiũ nihil mediat, & inter Auum, & Nepotem mediat pater.

Tertiò certum est, ꝙ quãuis mater sit magis coniunctum principium; non tamen est eiusdem rationis, & ordinis; sicut nec materia, & agens.

Quartò certum est, ꝙ in Auo est perfectior, & excellentior ratio principij, quàm in matre. Quibus certis suppositis, sequitur euidens conclusio, quæ talis est.

Secundùm legé, & Iustitiam naturalem, mater non est pręferenda Auo paterno in cura, & regimine Nepotis. Probatur Conclusio.

Primò. Auus paternus est naturale principiũ essendi nepoti, &

Arist. D. Tho. Pater dirigit filium ad altioré finem. Viri est regere, & ordinare. Probatur ratione legali. Buridana. Quare puer dum est paruulus, matri est relinquẽdus. Arist. Panormit. Nota Secundò. Virtus actiua existens in semine Patris, deriuatur originaliter ab Auo. D. Tho. D. Aug. Quare ĩ scripturis Auus dr̃ generare nepotem. Matth 1. Mater qũo sit magis cõiunctũ principium quàm Auus. Mater quamuis sit magis coniunctum principiũ filij, quã sit Auus; nõ tñ est eiusdẽ rõnis, & ordinis. In Auo est perfectior, & excellentior rõ principij q̃ in matre. Probatur Cõclusio. Primò.

ti,& magis principiũ,quã mater,ergo illi potius,q̃ huic cura C illius debet. Hic discursus est notus ex fundaméto præiacto.

Secundò. Auus est origo & fons totius consanguinitatis.

Secundò. Auus est caput,origo,& fons totius cõsanguinitatis,sanguinis,esse, & existentiæ,ergo & gubernationis. *Primũ.n.in unoquoq; genere,oportet esse mensurã aliorum, à quo cætera regulantur, & diriguntur*, ut dicitur, 8. Metaphi.

Primum in unoquoq; genere,est mensura aliorũ. Arist.

Tertiò. Paluda.

Tertiò. Mater in filium nullã hẽt ptãtem nec naturalem, nec Ciuilé,nisi in defectum. Vel.n.haberet ptãtem Dñicam vel tutoriam,uel coniugalem,nec patriam, iuxta Palud. in 3. d.29.q.3.ar.1.Sed nulla harum reperitur in matre, existente Auo,igitur nec regimen,nec gubernatio,nec dispositio, seu ordinatio super filium,nec quantùm ad personam eius, nec quantùm ad bona ipsi debetur. Quapropter iure subtrahitur ei à lege,& Auo committitur.

Mater nõ habet pprié potestatẽ naturalé dirigendi infantem quantùm ad Diuina. D. Tho.

Nec rectè dici põt, hẽre matré ptãtem naturalé dirigendi infanté (q̃tũ ad diuina) qm̃ S.Tho.loc.cita.semp asserit, *filiũ esse sub cura parentũ*,i.pr̃is;nec umq̃ mẽtioné facit de matre,

Quartò.

Quartò. Si deberet hæc cura matri,esset q̃a iure sanguinis est magis proxima,& cõiũcta;sed hoc nõ obstat pp quatuor.

Primò. Quia quãuis ita sit, nõ tñ excedit gradũ,& influẽtiam passiui principij,& materiæ; Vnde semper remanet respectu actiui principij in imperfectiori,& remotiori gradu, D quoad gubernationem.

Secundò. Quia tunc alter duorum fratrum, qui sunt propinquiores inter se se,quàm Auus posset iustius secundùm naturalem rationem,alterius curam sibi uendicare,quàm ipse Auus, quod uidetur falsum.

Tertiò. Quia magis proximus iure sanguinis non semper hẽt regimen,& gubernationé eius,cui est magis cõiunctus; ut optimè notat Palud.ubi supra. Imò s̃m leges, Tutores extranei dantur,secluta matre,uel fratre,uel patruelo,&c.

Quartò Quia posita hac maiori cõiunctione,nõ sequit̃ talis gubernatio,secundũ leges,ut patet de patre,uiuente Auo.

Quintò. Sexto.

Quintò principaliter. Quia Patri uiuente Auo,non debetur secundùm leges talis cura,ergo multò minus Matri.

Sextò. Quia conuenientius est, ut talis puer tradatur curæ Aui,ratione sexus,ratione ætatis,& ratione religionis,idest, quia uir,quia senex,quia Christianus est.

Virtuti uniuersali subdũtur inferiora. D. Tho.

Septimò. Auus est tanq̃ causa cõis,uniuersalis,& superior iuxta Philos. *Virtus autem uniuersalis potior est, & magis ei subduntur inferiora*, iuxta S.Tho. 2.2.q.102.ar.3.ad primum.

Octauo. Homo magis tenetur obedire maiori potestati, quàm inferiori; ex D. Tho.

Octauò. Quòd sicut maiori ptãti magis tenet̃ homo obedire,q̃ inferiori. S.Th.2.2.q.104.ar.5.ita magis Auo,q̃ Matri.

Nonò

A Nonò. Gubernare est ordinare aliquem ad debitum finem S.Thom.2.2.quæst. 102. articu.2. sicut Nauta gubernat nauim, deducendo illam ad portum; omne autem mouens habet excellentiam quandam, & virtutem super id quod mouetur; quæ quidem duo viri propria sunt, non mulieris.

Decimò. Quemadmodum se habet princeps in Ciuitate, ita pater in familia, quæ est pars Ciuitatis; sed in Ciuitate primo, & suppremo Principi summa debetur obseruantia, timor, & obedientia; ergo & in familia primo patri, qui Auus est, pietas, & obedientia ante alios debetur. Nunc ad argumenta.

Ad Primum, iam responsum est. Quòd propinquitas sanguinis non est ratio, & causa gubernationis, sed esse principium, & magis principium, quàm alterum in essendo. Vnde ei, qui magis distat à ratione principij, sicut matri, minus principaliter conuenit gubernare.

Ad Secundum, & Tertium dico, quòd immò nepos est quid Aui, quoniam in illo præfuit secundùm seminalem rationem; sicut omnes homines sunt filij Adæ, vt D. Augustinus, & Doct. docent, & signanter S.Doctor, prima par. quæst. 119.art.2.in corp.& ad secundum, Vnde *Nepos Auo assimilatur per se, matri verò per accidens*, vt idem Doctor

B tertio senten. dist. 15.quæst. 1.artic.3.quæstiunc.2. & 4.d.40. quæst.1.ar.2.

Ad Quartum dico primò. Quòd ratio gubernationis naturalis non deriuatur, nec mensuratur ex amore, sed ex hoc, quod aliquis est principium generationis.

Secũdò dico. Quòd Amor matris est dulcior, & tenerior, amor verò uiri est perfectior, & constantior. Lege Buridanum, ubi supra.

Ad Quintum respondeo. Quòd puer relinquendus est vsque ad triennium in potestate matris, nisi ipsa sit suspecta, quòd insidietur uitæ pueri, vt iura dicunt. Glosa vers. post triennium, cap. ex litteris de conuers. Infid. leg. nec filium, C. de patr. pote.

Ad Sextum dico. Quòd Auus, inuita matre potest offerre filiũ Baptismo, vt conuincitur ex textu c. *ex litteris*, de Conuersione Infidelium. Neq; uis facienda est, quòd loquatur in patre, non in Auo. Quoniam omnes rationes expressę in eo textu, optimè ad Auum applicari possunt; quo casu rationes dicto præualebunt: Nam ratio est illa, quæ regit dictum, & illud ampliat, nõ dictũ rationẽ. l. cũ pater §. dulcissimis, & ibi Bartolus de leg.2.l. regula §. vltimò. ff. de Iur. & fact. ignor.

D Tho.
Omne mouens hẽt excellẽtiam, & virtutẽ quãdam super id qđ mouetur.
Decimò.
Ad Primum argumentũ.
Ad Secundũ.
D. Tho.
Nepos assimilatur Auo p se, matri verò p accidẽs.
Ad Quartũ.
Ad Quintũ.
Puer relinquendus est in ptãte matris vsq; ad trienniũ, nisi ipsa vitę pueri insidietur.
Glos.
Ad Sextum.
Auus inuita matre pueri, põt puerũ offerre baptismo.
Bartolus.

Prima ratio textus.

Prima ratio expressa in eo textu est ratio patriæ potestatis, G & quòd filius patris, non matris familiam sequitur: sed huiusmodi ratio militat etiam in Auo. Nepos enim ex filio in potestatem Aui est. Institut. quibus modis ius patriæ potestatis soluitur §. nam mortuo, in princip. & ibi glossa in verb. patre, & quòd filius, mortuo patre, remaneat sub potestate Aui paterni, & non matris; est textus expressus Institutioni. de patr. potesta. §. ult. & l. iusta, ff. de uerb. signi. l. si maritus C. de patr. potesta. l. mulierem C. de adoptioni. l. nulla ff. de suis, & legiti. §. nemine.

Ius Aui in Nepotem nõ solùm est de iure Ciuili, sed ẽt de iure naturæ.

Est autem hic animaduertendum, quòd ius Aui in nepotem non solùm est de iure Ciuili: uerùm prouenit ex iure Naturæ, & ex iure sanguinis, quod est immutabile. Quoniã nepos ab illo descendit, ut à causa, & origine, sicut superius expositum est. Vnde, quamuis patria potestas, quantùm ad aliquos effectus, sit ex iure Ciuili; originaliter tamen prouenit ex iure naturæ. Nec comparatio fieri debet inter ius naturale matris, & patriam potestatem Aui, sed inter ius naturale matris, & ius naturale Aui; & proculdubio fortior, & potentior est actio naturalis Aui in puerum, quàm matris: sicut principalior pars pueri est anima, quàm corpus informe.

Patria potestas, originaliter ꝓuenit ex iure naturæ.

Apud Auum est legitima patria Potestas, nõ autẽ apud matrẽ.

Cùm igitur apud Auum, & nõ apud matrem sit legitima potestas in hunc puerum, cùm habeat à lege, & à Natura ius, D & auctoritatem in illum; sequitur, quòd licitè potest ad se illum trahere, & baptizare. Non. n. alia ratione probat S. Thō. 2. 2. q. 10. ar. 12. & quodlib. 2. ar. 7. & quodli. 3. ar. 11. quòd inuito patre non debet baptizari, *ne violetur iustitia, & ordo naturalis, secundùm quem sub cura patris existit.*

Cur puer inuito patre baptizari nõ debeat ex D. Tho.

Secunda ratio textus.

Secunda ratio in eodem textu expressa est. *Quoniam infans non debet remanere apud eam, quæ posset illum inducere ad infidelitatis errorẽ;* sed ista rõ militat ẽt in proposito, ergo & dispositio militare debet, Vulgat. l. illud; ff. ad legẽ Aquiliã.

Tertia ratio est fauor fidei.

Glos.

Soto.

Tertia ratio est fauor fidei christianæ, quæ pariter in casu isto locum habet. Semper enim in fauorem fidei est inclinandum, maximè ubi ansa aliqua, & uoluntas exhibetur. tex. in d. cap. ex litteris, & Gloss. ibi. cap. gaudemus, de diuort. & Soto in 4. d. 5. q. unica, artic. 10. Maxima enim ratio est illa, quæ pro religione facit. l. sunt psonæ. ff. de relig. & sumpt. funerũ.

Qnarta ratio.

Cõcil. Tolet.

Matre ueniente ad Baptismum, Patre in sua infidelitate remanente, proles debet matri.

Accedit ad pdicta quarta ratio, ex Can. Iudæi, 28. q. 1. Vbi Concilium Toletanum decernit, quòd matre ueniente ad Baptismum, remanente patre in infidelitate, proles debetur matri, & dẽt baptizari, non obstante principaliori, & naturali actione patris in filios, igitur multò magis, renuente matre,

A tre, quæ nullam in filios habet potestatem, maximè Auo volente, qui locũ patris à iure, & à natura obtinuit; proles Auo debetur, & debet baptizari. Vbi .n. est potentior causa, ibi debet esse potentior effectus operationis. Bald. in l. hoc iure, de Iustitia, & Iure.

Vbi est potentior causa debet esse potentior effectus operationis. Baldus.

Probatur quintò. Quia *gratia non destruit naturam; sed illam supponit, & perficit*, vt ait S. Tho. 1. par. q. 1. ar. 8. & 2. 2. q. 26 ar. 9. ad 2. & 3. par. q. 71. ar. 1. ad 1. *Sicut neq; lex euangelica legem naturæ tollit*. Caie. 2. 2. vbi supra. Cùm igitur lex naturalis, nepotē in potestatem Aui constituat, lex fidei non debet illum ab eo subtrahere, sed reponere, & baptizãdo perficere.

Quinta ratio. Gratia non destruit naturam. D. Thom. Lex Euangelica nõ tollit legẽ naturæ.

Sexta ratio. Firma, & constans est doctrina Theologorũ, quòd si Eua peccante, Adam non peccasset, filij eorum peccatum originale non contraxissent, Ad Rom. 5. *In quo omnes peccauerunt*. S. Thom. 1. 2. q. 81. ar. 5. & 2. sent. d. 31. q. 1. ar. 2. ad 4. & 4. d. 1. q. 2. ar. 2. q. 2. ad primum, & de malo q. 4. ar. 7. ad quartum & quintum, & ad Rom. 5. lect. 3. & 1. Corin. 15. lect. 3. Cuius dicti ratio à priori est illa de principio actiuo, & passiuo generationis; quamuis Euæ peccatũ grauius fuerit, quàm peccatum Adæ, vt ait S. Thom. 2. 2. q. 163. ar. 4. 2. sen B ten. d. 22. q. 1. ar. 3. Turrecr. super cap. illud autem aduertendum, d. 40. num. 6. Rationes igitur desumptæ ex Deo, ex gratia, & natura, non matrem attendunt, sed patrem. Et confirmatur. Nam si quis etiam ex carne matris miraculosè formaretur sine semine (quod accidit in Christi generatione) nequaquam peccatum traduceret. Adde, quòd si Eua non peccasset, & Adam peccasset, peccatũ sequtũ fuisset. Quemadmodũ igitur in perditione humani generis, filij nõ sequntur matrẽ, ita & in casu nostro regenerationis per Baptismũ, hic puer matrem sequi non debet, quãuis fauore Religionis mater Christiana trahat filium, vt dictum est.

Sexta ratio. Nota pulcrã rationem. Rom. 5. D. Tho. Ratio dicti. Euæ peccatũ grauius fuit quã peccatũ Adæ, vt ait. D. Thom. Turrecre. Cõfirmatur. Si mõ quis ẽt ex carne matris sine semine miraculosè conciperetur, nequaq̃ traduceret peccatũ originale. Peccante Adamo ẽt si Eua nõ peccasset, peccatum sequtum fuisset.

Septima ratio. Marci 10. Matth. 19. Luc. 18. Christus indignè tulit comminantes discipulos offerentibus paruulos, vt imponeret eis manus; dixitq;: *sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos. Talium est .n. regnum Dei.* Eos igitur, quos Deus, & natura vocant, & offerunt ad Baptismum, prohibere impium, iniquum, & sacrilegum est, diuinaque indignatione, & obiurgatione dignissimum.

Septima ratio. Marci 10. Matth. 19. Lucæ 18.

Neq; huic decisioni obstat Bulla Martini 5. quæ dicit, *quòd inuito patre, & matre, filij non sunt baptizandi*: Hæc enim intelligenda est ſm regulam iuris cõis, & præter quàm ꝙ dicta Bulla loquatur, qñ pater est superstes, Dicimus, ꝙ appellatione parentum venit Auus dicta l. iusta, ff. de verb. signif.

Bulla Martini 5. non obstat dicto Auctoris. Bulla intelligitur secũdũ ius cõmune. Auus venit appellatione parentis.

Quod fit volente Auo nõ fit inuitis parẽtibus, quia Auus venit appellatione parentis ex. Paluda.

Nec quod fit, volente Auo, dr̃ fieri inuitis parẽtibus; Imò, C
vt optimè notat Palud. vbi supra, in tali casu appellatione parentis non venit Mater, sed Pater, & Auus; cùm mater nullam habeat in filium potestatem.

Quomodo intelligaẽ ly, inuitis parẽtibus.

Adde, ꝙ ly, *inuitis parentibus*, nõ est accipiendũ strictè, sed sensus est, inuitis parentibus, vel tutoribus, seu alijs habentibus curã eorum. Ita Duran. 4. d. 4. q. 6. nu. 9. & D. Aug. epis. 23.

Duran. D. August. Caiet. doctrina nõ obstat.

Neq; obstat secundò doctrina Caiet. 3. par. q. 68. art. 10. ubi supra, & in 2. 2. q. 10. ar. 12. Vbi hẽt, *quòd hæc consequentia non valet. Puer põt licitè auferri, & rapi, ergo põt licitè baptizari, sicut in simili. põt filius serui licitè ad Dominum trahi, inuito parente, non tamen sequitur, ergo & eo inuito baptizari. Nã fit transitus ab eo, ꝙ licet iure Ciuili, ad ordinem iuris naturalis, & diuini: & ab illo, quod est per se, ad illud, quod est per accidẽs. Nam Dominus per se loquendo, quantũcumq; possit auferre filium à seruo; nõ tamen põt ea ratione auferre illum, ut baptizet. Quia Baptismus, & ablatio sunt diuersorũ iuriũ. Nam Baptismus iuris est Diuini, & per hoc ad patris ius spectãs; ablatio verò Ciuilis est iuris, & per hoc ad Domini ius spectat, & propterea falsum est, ꝙ liceat ablatũ filium à seruo Baptizare inuitis parentibus. Ablatio. n. Ciuilis, nõ tollit ius parentũ in filios erga diuina.* Hæc Caiet. Ergo à simili in casu nostro, quamuis ad Auum trahatur iure patriæ potestatis, non tñ inuita matre D
erit baptizandus, quia ſm parentũ dispositionem, sunt circa pueros diuina agenda. Non (inquam) obstat hæc doctrina. Qm̃ non est simile exemplum de Dño, & Auo. Nam in illo est tantùm ordo, & ius ciuile; in isto, ordo, & ius naturale, etiam quoad diuina circa puerum agenda.

Nota vnum, ꝙ Dñs, quantumcũq; possit auferre filiũ à seruo, nõ tñ põt illum seruo inuito baptizare.

Ablatio ciuilis non tollit ius parẽtũ in filios erga diuina.

Nota.

Pater quantũ ad ea quæ sũt diuini iuris, est immediatus curator, & gubernator pueri. D. Thom.

Et aduerte, ꝙ ſm ea, quæ colliguntur ex D. Tho. in 3. par. locis citatis. Pater quantũ ad ea quæ sunt diuini iuris, est immediatus curator, & gubernator pueri; Vñ Auus nõ põt (cõtradicente patre) filiũ impuberem offerre religioni, ut ait Syluester uerbo patria potestas: uerũ non superstite patre, totũ ius in puerum tam circa naturalia, quàm circa diuina, residet in Auo; nec mater attenditur nisi in fauorem fidei: quẽadmodum ex facto D. Timothei confirmatur, qui Auiam, & matrem conuersam sequutus est, ut patet 2. ad Timoth. 1. relicto patre in Gentilium impietate, & errore, ut scribit D. Chrysostomus homil. de nomine Abraham.

Auus cõtradicente Patre pueri, nõ põt filiũ impuberem offerre religioni. Syluest. 2. ad Tim. 1.

D. Chrysost.

Nota.

Nec obstat cõis doctrina, ꝙ Auus, inuita matre nõ possit filiũ offerre Monasterio, quẽadmodũ nec pr̃ ipse, inuita matre. Ita Innoc. & Panormit. ca. 2. de regularibus nu. 6. Syluest. verb. patria ptãs, & Armilla eod. verb. & rõnem assignant.

Syluest. Armilla.

A Quia *in re communi, potior est conditio prohibentis.* Nam dicimus, quòd non est eadem ratio de Baptismo, ac de monasterio: cùm baptismus sit ianua salutis, & simpliciter ad uitam æternam necessarius; monasterium uerò nequaquam. Vnde fauor religionis christianæ hoc concedit Auo, etiam exclamante matre, quemadmodum idem Ius matri concedit, & tribuit, etiam renuente patre. Ratio autem illorum soluitur. Quoniam intelligenda est illa regula; quãdo res illa est æquè communis, ac de pari; At supra ostensum est, quòd puer magis est debitus auo, quàm matri. Nec uerum est, quòd mater, inuito Auo, uel patre, possit offerre, uel reuocare filiũ à monasterio, non obstante patria potestate, ut ibidem Innocentius asserit, ut est Glosa can. 2. 2. quæst. 1. uerbo mater, quæ dicit, *mater non posse filium religioni tradere.* Et est expressa sẽtentia Archidia. ibidem, & Panormita. in d. capit. 2. de regular. num. 6. quidquid dixerit glossa in can. 1. uerb. aut unus, 20. quæst. 2. Ratio autem, quæ mouet Innocentium uana est; quamuis Panormitanus appellet illam singularem, nec obliuioni tradendam, uidelicet, quòd in spiritualibus magis est obseruanda ratio naturalis, quàm Ciuilis. Nam patria potestas est de Iure Ciuili; naturaliter autem filius est obligatus obedire matri, sicut patri. Vnde Deus sine distinctione præ-

B cepit, patrem, & matrem honorari. Hæc ille; sed in primis falsum est, quòd ex æquo filius teneatur obedire matri sicuti & patri. *Inter hos enim debet esse ordo honoris, obedientiæ, & dilectionis, & semper pater præfertur,* ut ait S. Thom. 2. 2. quæst. 26. artic. 10. Immò & ipsa uxor est sub uiro. *Mulieris enim caput est uir, uiri autem Deus,* ut ait D. Paulus. Eph. 5.

Secundò quòd in spiritualibus ratio ciuilis locum non habeat, non omninò uidetur probari. Nam Gregorius Nonus in capit. ex litteris pro Baptismo communis prolis, Prima ratio quàm affert, est ratio patriæ potestatis, quam etiam considerat Panorm. ubì supra, & S. Thom. quodlib. 2. quæst. 4. artic. 7. in responsione ad primum, utitur argumento paternæ potestatis, & in argumento: Sed contra.

Tertiò, quia non rectè se fundat Innocentius in regula illa, quòd in re communi potior est conditio prohibentis, tum quia, quando non est æquè communis res, ut dictum est, uoluntas prohibentis non attenditur; tum etiam, quoniam regula fallit in Baptismo, ut clarè patet in dicto can. Iudæi 28. quæst. 1. *Vbi in communi prole redamantis actio non admittitur.* Ex doctrina ergo tradita apparet resolutio eius, quod in in principio huius dubij quærebatur, cuinam magis

In re communi potior est conditio prohibentis.

Fauor Religionis Christianæ, concedit Auo ut in uita matre trahat puerũ ad se.

Superior regula quomodo sit intelligenda.

Glos. Archidia. Panormit. Glos.

Patria potestas, est de iure Ciuili.

Reprehenditur Innocentius dum ait æqualiter nos teneri obedire matri ac Patri.

D. Tho. Ephes. 5.

Regula illa, scilicet quod in re communi potior est conditio prohibentis, fallit in multis, & particulariter in Baptismo.

Ratione coniunctionis magis est diligẽda mater quã Auus, & uxor quàm Pater & mater, tamen ratione obiecti magis est diligẽdus Auus. ex D.Tho.

magis subueniendum sit Auo, uel matri. Sicut enim maiora C beneficia ab Auo recepimus; ita maius debitum naturale erga illum præponderat. Et quamuis ratione coniunctionis sit magis diligenda mater quàm Auus, & uxor, quàm pater, & mater; tamen ratione boni, seu obiecti dilectionis, quod est bonum, magis est diligendus Auus, quàm mater; sicut parentes, quàm uxor: quia diliguntur sub ratione principij, & excellẽtioris cuiusdam boni. Quod dictum elicitur ex D.Tho. 2.2.quæst.26.artic.9.& 10.& hæc de primo dubio.

SECVNDVM DVBIVM.

An in pari extrema necessitate magis subueniendum sit Matri, quàm Patri?

D.Tho.

S.Thom.2.2. quæst.26.articu.10. & 3. distin.29.articu.7. ad quartum, & quintum: & ad Eph.9.lect.7.docet, quòd *per se loquendo*, uidelicet de dilectione patris in quantùm pater est, & matris in quantùm est mater, *magis est diligendus pater, quàm mater. Quoniam cùm hæc duo diligãtur ut quædam principia naturalis originis, & ut causa essendi, illud erit magis diligendum, quod excellentiorem rationem principij obtinet; Et cùm pater sit principium per modum agentis, mater uero* D *per modum patientis, & materiæ, quæ infimum gradum inter principia obtinet; pater erit magis, & per prius diligendus. Mater enim in hominis generatione, materiam corporis informem, & rudem ministrat; quæ per uirtutem formatiuam in semine patris existentem, formatur, actuatur, distinguitur, ac ad susceptionem animæ rationalis, quæ deforis aduenit, proximè, & ultimò disponitur. Cùm itaque maiora beneficia à patre, quàm à matre filius suscipiat (ab illo enim esse specificum, rationale, ab aliis distinctum, atque bonum formæ adipiscitur) sequitur necessario, quòd pater maiori dilectione est prosequendus quàm mater, & consequenter in pari necessitate tam spirituali, quàm corporali, potius patri, quàm matri est succurrendum.*

Maiora beneficia suscipit filius à Patre quàm à matre.

Post positio amoris circa patrem & matrem, non facit peccatum mortale.

Verùm huic doctrinæ, duo sunt addenda. Primum sit, quòd qui præter mitteret hunc ordinem, licet graue ueniale committeret peccatum, non tamen meo iudicio peccaret mortaliter, præsertim si aliqua inter patrem, & matrẽ disparitas intercederet. Vti si filio uita, & salus corporalis matris, magis proficeret, ut puta si pater octagenarius esset, & proximus interitui, uel si in infamiam, seu notabilem depressionẽ sui status incidisset; mater uerò ad promouendum filium ad

Mater quandoq; utilior est filio quã sit Pater.

bona

A bona fortunæ; & ad amicitiam, & famulatum magnatorum aptior esset. Alterum est, quòd potest esse tanta distantia uirtutis, & malitiæ inter illa duo, ut amicitia, quæ etiam debetur secundùm generationis rationem, soluatur, & minuatur, reddatq; minus amabile, & consequenter minus obliget ad succurrendum illi, qui aliàs, attenta præcisè amicitia originis, magis amandus, & subleuandus esset.

Dominicus Bañes, in commet. super dicto artic. 10. 2. 2. q. 26. exemplificat, *quando mater erga filios in temporalibus, & spiritualibus ualdè benefica, & proficua esset. Pater uerò uitiosus, & negligens circa curam filiorum. Similiter etiam*, inquit, *in ordine ad bonum commune, possunt esse aliquæ rationes in patre, quæ non sint in matre*. Hæc ille, & benè. Enim uerò absolutè loquẽdo, & formaliter, ut optimè eo in loco notat Caie. Patri prius, quàm matri subueniendum est, secundùm iustitiam naturalem. Dominicus Bañes.

TERTIVM DVBIVM.

Num magis uxori, quàm Patri, & Matri sit benefaciendum?

B QVamquam uerum sit, quod Gen. 2. scribitur, quòd *propter uxorem relinquet homo patrẽ, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*; uerum quoque illud sit, quod ad Eph. 5. Paulus dicit, *uiros debere uxores diligere, sicut se ipsos*; sunt tamen proculdubio parentes magis diligendi, quàm uxor; & consequenter beneficia tam spiritualia, quàm corporalia, prius illis, quã huic faciẽda sunt. *Quamuis enim uxor ratione coniunctionis carnalis, quæ non finis, sed causa est amoris coniugalis*, ut optimè Caietanus, intensius ametur; maior tamen reuerentia, & beneficentia parentibus est exhibenda. Vnde sequitur optima conclusio.

Gen. 2. Eph. 5. Nota. Caietanus. Conclusio. In necessitate extrema, magis homo tenetur succurrere parenti quàm uxori.

In necessitate extrema, magis homo debet parenti, quàm uxori subuenire: tam in tẽporalibus, quàm in spiritualibus. Quoniam erga parentes maius est debitum, & antiquius; & ratio boni quod est dilectionis obiectum, magis relucet, & est eminentior in parente, quàm in uxore. In ijs tamen quæ pertinent ad officia coniugalia, potius tenetur homo subuenire uxori, quàm patri, & matri. In amicitia enim quæ est ad uxorem, multæ rationes dilectionis concurrunt, ut dicit Philos. 8. Ethic. capit. 12. quæ secundùm rationem coniunctionis carnalis, amicitiæ paternæ præponderant.

Ratio boni magis relucet in Patre quàm in uxore. Homo in ijs quæ pertinẽt ad officium coniugale, magis tenet subuenire uxori quàm Patri, & matri. Arist.

Vnde

Nota casum in quo relinquitur Pater, & attenditur uxori.

Vnde si occurrat casus, in quo alterum horum sit faciendum, uel parenti in necessitate subueniendum, uel uxori petenti reddendum debitum coniugale, magis homo, & principaliter tenetur hoc secundum adimplere, quàm primum. C

Caietanus.

Nec quantùm ad omnia, ut rectè Caietanus in commentario super art. 11. quæst. 26. 2. 2. deseritur pater, uel mater propter uxorem; sed quantùm ad copulam unionis carnalis, & cohabitationem, relictis omnibus parentibus, obligatur homo adhærere uxori.

QVARTVM DVBIVM.

Num quis magis filio, quàm Patri succurrere debeat?

EST expressa doctrina D. Tho. 2. 2. quæst. 31. art. 3. ad quartum, & quæst. 26. artic. 9. ad ultimum, quòd *in necessitatis extremæ articulo, magis licet deserere filios, quàm parentes quos nullo modo deserere licet propter obligationem beneficiorũ susceptorum.* Quod idem asserit Arist. 8. Ethic. cap. ultimo, & D. Ambrosius.

Arist. D. Ambros.

Argumenta Bañes. Primum.

Bañes aduersus hanc doctrinam tria proponit argumenta quæ rectè soluit. Primum est, quoniam Sanct. Thom. in solutione ad primum dicto articu. 9. dicit, *quòd quamuis parentibus magis debeatur honor, quàm filijs; tamen cura prouisionis magis debetur filijs, quocirca in articulo necessitatis erit idem ordo, & uniuersa prouisionis cura erga filios erit dirigenda.* Soluit dictum D. Thom. dicens, accipiendum esse extra articulum necessitatis extremæ, uel grauissimæ, in quo, relicto filio, tenetur patri succurrere; sed profectò in dicto D. Thomæ non est contradictio. Quoniam in articulo tertio asserit, filiorum utilitatibus à parentibus prouidendum esse, excepto necessitatis articulo, in quo filius obligatus est è susceptis beneficijs, ut parentibus maximè prouideat. Hæc clarè S. Thomas. D

Solutio.

Secundum argumentum.

Obijcit Secundò, quòd in articulo necessitatis non tenetur homo seipsum deserere propter patrem, ergo nec filiũ, qui est aliquid patris. Soluit, quòd quamuis filius sit aliquid patris, nõ est tamẽ ipsemet pater. Vnde nec est eadem ratio.

Solutio.

Tertium argumentum. Solutio.

Obijcit tertiò, experientia notum esse, homines naturaliter propensiores esse ad filios, quàm ad patres in procurandis rebus temporalibus. Soluit, quòd experientia testatur, huiusmodi naturalem inclinationem erga filios extra articulũ necessitatis locum habere, secus autem in articulo necessitatis;

A tis; in quo naturali propensione magis homo fertur in beneficium erga parentes. D. Bonauent. in 3. distin. 29. quæst. 4. & Gabr. ibidem quæs. 1. censent, *quòd naturali dilectione magis homo diligit filium, quàm patrem, sicut magis se ipsum, quàm Deum*. Quod idem asserit Altisiodoren. libro tertio artic. 3. tract. 5. capit. 3. quæst. 1. & Albert. 3. distin. 29. artic. 1. & docet, naturam, & gratiam in hoc esse contraria.

D. Bonauet.
Gab.

Altisiodor.
Alber.

Quæ doctrina profectò est falsa. Quamuis enim natura ipsa ex se, secluso omni alio extrinseco, puta iustitia naturali, seu gratia (sermo est de appetitu rationali) non possit actum elicere uoluntatis, quo diligat Deum supra se, & supra cuncta, hoc enim non habet, nisi per gratiam; ex uiribus tamen essentialibus naturæ inclinatur, ac naturalem propensionẽ habet, ut diligat Deum supra se, & plus, quàm se. Hæc enim inclinatio, cùm sit indita à Deo naturæ per creationem, est magis homini intrinseca, quàm propria passio. At uerò cũ Deus non sit auctor alicuius malitiæ, & peruersitatis. *Deus enim fecit hominem rectum*, etiam quantùm ad naturalia; illa autem inclinatio, qua homo plus se, quàm Deum diligit, sit peruersissima, & contraria omni debito iustitiæ, & amoris naturalis; sequitur, quòd illa non sit à Deo indita naturæ.

Quamuis natura ex se, secluso omni alio (ut gratia) non possit elicere actũ uoluntatis quo diligat Deum supra se, ex uiribus tamen naturæ inclinatur & propensionẽ habet ut diligat Deũ supra se

Deus nullius malitiæ est auctor.

Adde, quòd sicut impium esset asserere, quòd homo posset B creari cùm habitu peccati mortalis, scilicet cùm habitu intemperantiæ, odij Dei, & similium; Ita quoque magis iniquum erit dicere, hominis naturæ esse connaturale, ut magis se, quàm Deum diligat. Hæc enim inclinatio magis peruersa est, quàm quicunque habitus malus. Minus enim inclinat, & mouet habitus, quàm ipsa natura.

Impiũ est asserere hominẽ posse creari cum habitu peccati mortalis.

Huc accedit, quòd gratia perficit, non destruit naturam, & complet id, quod natura non potest per se attingere. Si ergo natura magis inclinat, ut homo se diligat quàm Deum, profectò potius destrueretur à gratia, quàm perficeretur: Et pari ratione, cùm ex dilectione charitatis magis homo teneatur diligere patrem, quàm filium, concludendum erit, quòd etiam naturali dilectione id debetur erga parentes, ut eleganter S. Tho. ad secundum.

QVINTVM DVBIVM.

An magis diligendus sit filius, quàm uxor?

CAietanus, & post illum Bañes, proponunt hoc dubium in articulo 12. dictæ quæstionis. Et duo dicunt.

Caietanus.
Bañes.

Pri-

Primum dictum.

Primum, quòd ratione obiecti, cùm uxor excellentiorem C obtineat rationem boni. Est enim principium ad filiorũ procreationem, magis est diligenda, & subuenienda, quàm filius.

Secundum dictum.

Secundò dicunt, quòd ratione coniunctionis, magis filius amatur quàm uxor; cùm sit magis patri coniunctus; sed, absolutè loquendo, prius, & magis puto subueniendum filio, quàm uxori in articulo extremæ necessitatis. Quamuis enim uxor, sit eadem caro cùm uiro, ratione commixtionis carnalis; filius tamen est pars naturalis, & aliquid substantiæ patris, cui naturaliter thesaurizat, prouidet, & beneficia procurat: uxor autem non est pars uiri, sed principium generationis. Nec ualet ratio, quòd principium, seu comprincipiũ, ut inquit Bañes, excellentiorem habeat rationem boni, quã filius qui est effectus. Nam uxor non est principium mariti, nec cernitur debitum mariti erga uxorem, tanquam principium, & causa esſẽdi marito. Quod enim dicitur, quòd principium habet excellentiorem rationem boni, intelligendũ profectò est ratione eius, cuius est principium; quod non cadit in uxorem respectu mariti, sed patris respectu filij. Quocirca magis filius est diligendus, quàm uxor. Cuius rei signũ naturale non ineuidens est, quòd pater maiori naturaliter afficitur tristitia, (cœteris paribus) de morte filij, quàm uxoris. D

2. Cor. 12.

Vxor non est principium, sed comprincipium.

Filius magis est diligẽdus quàm uxor.

Pater maiori afficitur tristitia de morte filij, quã uxoris.

SEXTVM DVBIVM.

An iusto Patri magis succurrendum sit in extrema necessitate, quàm extraneo peccatori?

Opinio. Almain.

ALmain. in 3. dist. 29. quæst. unica circa finem, mouet hoc dubium. Num uidelicet si pater alicuius bonus, & iustus, & qui paulò antè sacramenta receperit in extrema necessitate corporali sit constitutus, quidam uerò alius publicanus, & peccator in pari sit periculo, potius ille teneatur succurrere peccatori, quàm patri suo? Et sentit, quòd potius peccatori succurrere debet, deserto patre. Quoniam ille est in periculo utriusque mortis, temporalis, & spiritualis. Pater uerò in periculo mortis corporalis dumtaxat.

Opinio Bañes.

Bañes egregius doctor reputat, oppositam sententiam esse uerissimam, & tribus argumentis probat.

Probatur Primò.

Primò. Quia cùm in huiusmodi casu sint duæ necessitates distinctæ speciei, media quoque immediatè ordinata ad illas erunt distincta. Vnde cùm cibus sit per se medium ordinariũ

ad ui-

A ad uitam corporalem, non debet denegari patri in huiusmodi necessitate constituto; nec sunt facienda mala, ut succurratur uitæ spirituali alterius.

Secundò. Quoniam opera misericordiæ spiritualia, sunt media ordinata ad uitam spiritualem, puta exhortatio ad pœnitentiam, ministratio sacramentorum &c. ergo cibi oblatio extraneum medium erit ad hunc finem, & uiolaretur iustitia, si hæc cibi exhibitio auferretur ab eo, cui primò debetur, & illi cui secundariò est debitum conferretur; nec quis debet esse iudex ad succurrendum uitæ corporali alicuius per media improportionata; puta, An sit in statu gratiæ, an peccati, non existentibus cœteris paribus. Satis est certum, quòd peccat contra pietatem, & honorem parentum, si quis patri opem non tulerit. Secundò.

Vltimò confirmatur, & benè. Quia aliàs peioris esset conditionis pater eò quòd iustus sit, quàm si iniquus esset. Vltimo.

Adde, quòd præceptum de eleemosyna corporali, in eo casu est secundùm ordinem charitatis exercendum, qui exigit, ut ex iustitia coniunctiori, & meliori succurratur; circa spiritualem uerò necessitatem, regulæ in prima nostra quęstione traditæ sunt seruandæ.

B

SEPTIMVM DVBIVM.

An melioribus potius succurrendum sit, quàm coniunctioribus?

QVantùm ad bona supernaturalia, nulli dubium est, quòd magis debemus diligere sanctiores homines, quam nobis coniunctiores, hoc est, debemus uelle maioré gloriam ei, qui maiori sanctitate est præditus, quàm consanguineo, aut etiam patri; aliàs esset peruersus ordo desiderare maius præmium minus digno; quamuis accidat, ut etsi coniunctioribus minorem gloriam optemus; illam tamen intensius, & efficacius exoptemus. Nec enim omnibus iustis ęqualia præmia beatitudinis desideranda sunt, cùm *stella differat à stella in claritate*, & *in domo patris mansiones multæ sint*; sicut nec cuicumq;. uiatori tota gratia quam quisque potest recipere in uia, cuiusvè sit capax pura creatura, exoptãda est, ut censuit Durandus in 3. distin. 29. quæst. 1. artic. 1. num. 8. sed supposita ordinatione Diuina, cùm non omnes æqualis boni capaces sint, *sed secundùm mensuram donationis Christi* gratia petenda, & desideranda est.

Quo ad bona supernaturalia, magis debemus diligere sanctiores, quàm nobis coniunctiores.

Non sunt desiderãda omnibus iustis æqualia præmia beatitudinis.

Non est exoptanda cuicunque uiatori tota gratia cuius pura creatura ē capax, ut censuit Duran.

Si quis

Si quis enim desideraret patri, uel fratri suo tantam gratiam, quantam habuerunt Apostoli, aut Beata Virgo, profectò peruersum esset desiderium Quoniam nullus est uel esse potest æquè sanctus ac Beata Virgo. Aliàs incideret in errorem, & hæresim Lutheri, qui in sermone de Natali. B. Mariæ, & in commentario Epistolę Petri dicit, omnes Christianos esse æquè sanctos & iustos atque est Mater Dei. Ex quo sequitur esse æquè beatos, quod falsissimum est. Quoniam *in domo patris mei* (ut ait Christus) *mansiones multæ sunt*. Lucæ 15. & Christi mater locum habet præ cæteris eminentiorem, ad instar Bersabeę, cuius solium, ut dicitur 3. Reg. 2. iunctum fuit solio Salomonis: & de ea dicitur *multæ filiæ congregauerunt sibi diuitias tu uerò supergressa es uniuersas*, Siquidē in gratiæ ac gloriæ thesauris, nullam Virgo maria puram creaturam nouit æqualē. Vnde Bernardus serm. 2. de Beata Virgine ait. *Omnibus per partes; Maria verò tota se ĩfudit plenitudo gratiæ.* Vnde ab Angelo ore pleno *gratia plena* nominatur. Lucæ 1. Fas est autem illum gradum gratiæ exoptare, qui ex Diuina uoluntate, & ordinatione cuicunq; destinatus est. Lege Caietanum 2.2. quæs. 26. in q. quam ibi facit super artic. 7. Quantum uerò ad bona temporalia, præsertim in articulo necessitatis, magis coniunctos amare debemus; & consequenter potiùs illis subuenire in temporalibus; in spiritualibus uerò necessitatibus semper minus sanctiori; cùm plus indigeat, est subueniendum, iuxta dicta in prima quæstione.

> Si quis desideraret Patri. uel fratri suo tantam gratiam quantā habuerūt Beata Virgo, & Apostoli, peruersum esset desiderium.
>
> Lutherus dixit oēs Christianos esse æquè sāctos, & iustos, atq; est mater Dei.
>
> Lucæ 15.
> 3. Reg. 2.
> D. Bernardus.
> Lucæ 1.
>
> Caiet.
> Quantùm ad bona temporalia, p̄sertim in articulo necessitatis, magis cōiunctos amare debemus.

OCTAVVM DVBIVM.

An magis diligendi sint qui magis nobis sunt coniuncti secundùm carnalem originem?

EX articulo 8. dictæ quęs. 26. D. Thom. colligitur hæc doctrina, quòd quantùm ad necessaria naturę, & in corporalibus subsidijs prouidendis, potius tenetur homo subuenire consanguineis magis coniunctis in necessitatibus corporis positis, quàm alijs. Quantùm autem ad subuentionem in alijs officijs, & amicitijs, unusquisque diligēdus est magis in eo, quod pertinet ad illam coniunctionem, secundùm quam diligitur. Verbi gratia. In his quæ spectant ad ciuilem cōuersationem, plus debemus diligere conciues, in bellicis commilitones, & similiter in alijs; singulis enim propria & congruentia sunt attribuenda, iuxta Philos. 9. Ethic. Verùm in

hoc

A hoc dubio aliquæ sunt difficultates à nobis particularius explicandæ.

PRIMA DVBITATIO EST.

An possit esse necessitas corporalis tam grauis, aut extrema, in qua potius esset succurrendum Amico, quàm consanguineo?

VErbi gratia. Est amicus cui multùm debeo, est consanguineus, & sit frater, uterque in pari necessitate extrema, cui potius teneor subuenire? Varia Dubia. Primum dubium.

Arist. ubi supra dicit, hoc dubium esse difficile, & ualdè benè considerandas esse omnes circumstantias quæ mouent ad benè faciendum, nec considerandum esse solùm consanguineum; & amicum, ut amicum, sed consanguineum cũ omnibus circumstantijs, & pariter amicum: factaq; collatione circumstantiarum, id ad quod mouet honestas, & ratio dictat, esse faciendum. Et quamuis absolutè in se cõsiderato gradu sanguinis, propinquior esset magis diligendus, ac cœteris præferendus; coniunctis tamen cœteris circumstantijs in amico, seu minus propinquo concurrentibus, inclinãdum esse ad gradum remotionem. Ad cuius rei maiorem dilucidationem pono has conclusiones. Arist.

B Prima sit. Aliquando ratione circũstantiæ, est potius amico benefaciendnm, quàm fratribus, & alijs quibuscumq; cõsanguineis inferioribus. Vnde si esset amicus, à quo ex uitæ periculo essem liberatus, uel alia ingentia beneficia accepissem; & esset frater, à quo hæc minimè habuissem; potius succurrendum esset mihi amico tali, quàm fratri, uel alijs consanguineis. Et rõ est. Qm̃ maior est ratio debiti respectu amici, quàm fratris; ergo maior est obligatio ad illum, q̃ ad istũ. Prima Conclusio. Aliquãdo ratione circum stãtiæ potius subueniendũ est, amico, q̃ patribus, & alijs quibuscunque consãguineis inferioribus.

Secunda Conclusio. Patri est potius benefaciendum, quã cuicumq; amico, etiam à quo ingẽtia beneficia accepimus: quidquid dicat Hierard. ut refertur apud Burid. 9. Ethic. q. 3. Et probatur conclusio, ex celeberrimo dicto Philosophorũ, & Theologorum: *Dijs, & parentibus referre æquale non possumus:* Et quoniam esse, & uitam à patre accepimus, quod superat quodcumque beneficium; nec amicus uitæ principiũ dare potest, sed tantùm continuationem, & prolongationé. Lege D. Tho. in ar. 3. q. 31. 2. 2. in solu. ad 3. Nullius benefactoris beneficium est tantũ sicut parentum; Et ideò parentes in recõpensandis beneficijs sunt omnibus alijs præferendi, nisi necessitas ex alia parte præponderaret, uel alia conditio, puta cõis utilitas Ecclesię, uel Reipublicæ. Sed fallit Cõclusio. Nã, ut ibi- Secunda Cõclusio. Patri est potius subueniendũ q̃ cuicumq; amico, cõtra Hierardum. Probatur Primò. Dijs, & parẽtis referre æquale nõ possumus. D. Tho. Cõclusio fallit in aliqbus ex D. Tho.

ut ibidem inquit D. Tho. in corpore, *in aliquo casu magis est subueniendum extraneo, puta si sit in extrema necessitate, quã* C *etiam patri, non tantam necessitatem patienti*. Ex quibus infertur, ut si extraneus sit in extrema, & pater in graui necessitate, quòd potius extraneo, quàm patri subueniendum sit.

Tertia Conclusio.
In extrema necessitate potius est benefaciẽdũ filio quàm cuicunq; amico.
Maius est debitũ iustitiæ quàm debitũ gratitudinis.

Tertia Conclusio. In extrema necessitate, potius est benefaciendum filio, quàm cuicunq; amico. Patet. Quoniam debitum amici oritur ex gratitudine, debitum filij est ex iustitia; Atqui magis est debitum iustitiæ, quàm gratitudinis, ergo potius succurrendum est filio, quàm amico.

Quarta Conclusio.
Amico q maxima mihi beneficia cõtulit potius ẽ succurrẽdũ quàm consãguineo, & fortè in 2. gradu.
Bañes.

Quarta Cõclusio. Amico qui magna beneficia tẽporalia aut spiritualia in me contulit in magna necessitate constituto, potius est succurrendum quàm consanguineo, & fortè in secũdo gradu in eadẽ necessitate existenti. Conclusio est Bañes in 2.2.q.26.art.8.concl.2. ubi ait, sub peccato mortali talẽ ordinem seruari debere. Quia ratio debiti, maior est erga talem amicum, quàm ergo consanguineos. Quod etiam si circa hoc ultimũ, qđ pecet mortaliter in cõsanguineis in tertiò, & quarto gradu uerũ sit, ĩ secũdo aũt gradu nõ crediderim.

Quinta Conclusio.

Quinta Conclusio. Quãuis sit probabilis sẽtẽtia D. Tho. in 3. sente. & Mag. in 3.d.29. quæ uidetur S. Amb. à Magistro citati, uidelicet quòd possit esse tanta malitia in patre, uel filio, ut illis liceat anteponere amicũ, puta si pater sit iniquus, & maleuolus filio, si exhæreditauerit illũ sine causa, uidetur D eo casu amisisse (inquiunt) ius petendi auxilium in extrema necessitate; quocirca potius asserunt esse succurrendum amico, à quo ingentia beneficia sint accepta; contrarium tamen probabilius est. Vnde D. Tho. 2.2.q.31.art.3.ad 4. dicit, *quòd parentes nullo modo deserere licet, propter obligationem beneficiorum susceptorum*, ut ait Arist. 8. Ethic. Itaq; nulla malitia potest uincere debitum erga patrem. Et dictum D. Ambrosij, quo ait, *benefaciendum potius domesticis, quàm iniquis filijs*, accipiendum est extra casum extremæ necessitatis.

Arist.
D. Ambros. quomodo sit intelligẽdus.

Vltima Conclusio.
Extra extremam necessitatẽ non est peccatum cõuertere huius modi ordinẽ, quod si ẽ peccatum erit tantũ ueniale.

Vltima Conclusio. Extra necessitatem extremam, non est peccatum hunc ordinem conuertere; Imò in ipsamet extrema necessitate potest esse tam parua differentia, & excessus tam minimus, ut nullum sit peccatum, uel saltem ueniale. Vt uerbi gratia. Debeo succurrere duobus fratribus, maiori, & minori, & duobus cõsanguineis in quarto, & in tertio, duobus item amicis æqualibus, si succurro minori, uel alteri in quarto, non erit peccatum, nisi fortè ueniale (cœteris paribus) & aduertendum, quòd pro singulis casibus non potest uniuersalis regula adhiberi, sed prudentia opus est, ut docet

Arist.

A Arist.ubi supra,& D.Tho.2.2.q.31.art.3.in corp.& ad 3. Vnde rectè S.Tho.d.art.3.ad primum concludit his uerbis: *Si autem duorū, unus est magis coniunctus, & alter magis indigens, nō potest uniuersali regula determinari cui sit magis subueniendū, quia sunt diuersi gradus, & indigentiæ, & propinquitatis; sed hoc requirit prudentis iudicium.* Hæc S.Tho.

Arist.
D.Tho.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An coniunctis spiritualiter subueniendum sit magis, quàm coniunctis secundùm carnem?

Secundum Dubium.

Coniuncti spiritualiter appellantur, qui habent coniunctionem, & ordinem quendam inter se in uinculo, & gradu, seu statu aliquo spirituali; ut Episcopus cum subditis suis diœcesanis, Religiosus cum suo Præposito, & superiori, & Parochus cū suis parochianis. Ponatur igitur casus, in quo Episcopus in extrema necessitate sacramenti Confessionis sit, & Pater in pari extrema necessitate, quæritur, cui potius debeat subuenire filius sacerdos, suo patri, uel episcopo? Rursus Episcopus, quando hæresis grassatur in sua Diœcesi, debet ne in ea manere, uel potius ire ad subueniendum patriæ suæ, in qua patrem, fratres, & consanguineos habet, si ea quoque hæresi ibi laboretur?

Qui dicantur cōiuncti spiritualiter.

Casus notandi.

B S.Tho.in 2.2.q.26.art.8.ad 2.& D.Ambros.lib.1.de officijs cap.7.censent, quòd quantùm ad beneficia spiritualia, quæ pertinēt ad cōmunicationē gratiæ, magis debet homo subuenire filijs, quos spiritualiter genuit, quàm filijs corporalibus.

D.Tho.
D.Ambro.

Aduertendum autem, quòd uarius est gradus coniunctionis spiritualis, sicut, & carnalis. Qui enim sunt sub eodem Episcopo, habent coniunctionem paternitatis, & filiationis cùm suo Episcopo, & Prælato: habent item coniunctionem confraternitatis proximè, cum alijs subditis eiusdem Episcopi: cum subditis uerò, & Episcopis alterius diœcesis habēt cōiunctionem confraternitatis remotam. Monaci item habēt Præpositos loco patris, cum monacis eiusdem ordinis confraternitatē propinquā, & cum alijs diuersi ordinis cōfraternitatē remotā. Hoc supposito, pono quatuor Cōclusiones.

Varijs gradus coniunctionis spiritualis.

Monachi habent suos prępositos, seu superiores loco Patrum.

Prima sit. Si pater carnalis comparetur, seu concurrat cū patre spirituali, potius est subueniendum in extrema necessitate spirituali huic, quàm illi. Patet. Quia ita se habet pater spiritualis ad spiritualia, sicut pater carnalis ad temporalia; sed in temporalibus potius subueniendum est patri carnali; ergo in spiritualibus spirituali. Hanc opinionem sustinet Caietanus in dicto articu.8.

Prima Conclusio.
Potius ē subueniendū Patri spirituali in extrema necessitate posito, quàm Patri carnali posito in eadem necessitate.

Secunda Cōclusio. In eadem necessitate spiri tuali, potius est subueniē dū fratribus spiritualibus propinquis, q̄ fratribus carnalibus propinquis.

Secunda Conclusio. In eadem necessitate spirituali, potius est subueniendum fratribus spiritualibus propinquis, quàm fratribus carnalibus propinquis: propter eamdem rationem, quæ in proxima conclusione dicta est. C

Tertia Conclusio. In pari necessitate spirituali., potius est subueniēdum Patri tēporali, quàm fratribus spiritualibus remotis. Explicatur Conclusio. Probatur Cōclusio Primò.

Tertia Conclusio. In pari necessitate spirituali, potius est subueniendum patri temporali, quàm fratribus spiritualibus remotis. Explicatur Conclusio. Religiosus debet potius sacramento Confessionis succurrere suo patri secundùm carnem, quàm suis fratribus spiritualibus remotis: & potius fratri carnali, quàm spirituali remoto. Probatur Conclusio. Nā gradus paternitatis, & fraternitatis carnalis (stante inæqualitate coniunctionis spiritualis) habent fortius uinculum, quàm illi, qui remota spirituali coniunctione, uniuntur.

Corollariū. Episcopus potius dēt subuenire suis subditis, quā consanguineis.

Adde, ꝙ pater, & frater est ét illi cōiunctus in spūalibus cū gratia, fide, spe, & charitate: & ꝙ alter sit Monachus, est per accidens. Ex his sequitur, quòd Episcopus potius debet subuenire suis subditis, quàm consanguineis; nec tempore hæresis, seu pestis debet relinquere suum gregem, uel Diœcesim, ut succurrat patriæ seu parentibus, & consanguineis in simili periculo hæresis, uel pestis constitutis. Quod eo solo argumento euidentissimum fit, quòd in consecratione sua obligatur speciali uinculo ad ponendum non solùm substantiam, & bona temporalia; sed etiam uitam, & animam suam pro ouibus suis, ut habetur in forma Episcopalis consacrationis in Pontificali, cùm ei dicitur: *Accipe Euangelium, uade, prædica populo tibi commisso &c.* Et amplius: *uis ea quæ ex diuinis scripturis intelligis; Plebem, cui ordinandus es, & uerbis docere, & exemplis?* Et similibus. D

Episcopus in consecratione speciali uinculo obligatur ad ponendam uitā pro ouibus suis.

Secundò probatur.

Secundò etiam probatur. Quoniam sicut subditi negligere debent totam consanguinitatem propter Episcopum; ita & Episcopus propter suum gregem; sunt enim membra, & ille caput, congregata in tali Ecclesia.

Quarta Conclusio.

Quarta Conclusio; Iste ordo non est seruandus existente necessitate inæquali. Potest enim esse tam magna necessitas consanguinei, & tam parua patris spiritualis; ut magis illi ex lege charitatis teneamur succurrere.

Nota.

Adde, quòd extra necessitatem extremam, huiusmodi ordo non obligat. Vnde religiosus potest plures preces effundere pro suis consanguineis, quàm patre, & fratribus spiritualibus, extra casum extremæ necessitatis:

Additio Bañes.

Bañes in 2.2. quæst. 26. artic. 7. dubio 2. addit unum, *quòd respectu ultimi finis, homo potest, & debet secundùm ordinem charitatis uelle beatitudinem magis patri carnali, quàm spirituali.* Et

A li. Et dat rationem. *Quia respectu ultimi finis, coniunctio est cõmunis erga omnes proximos, & insuper specialis obligatio erga patrem, est magis intima*, Ergo concludit; *dummodo ego non deficiam in exercitijs specialibus erga fratres, & patres spirituales, possum, & debeo potius parentibus carnalibus optare beatitudinem, & orare pro illis, quàm pro parentibus spiritualibus.* Cuius doctrinæ resolutionẽ, puto esse, ex mente S. Tho. arti. 7. in corp. in illis uerbis: *Possumus charitate uelle, quòd istè qui est mihi coniunctus, sit melior alio; & sic ad maiorem beatitudinis gradum peruenire possit.* D. Tho.

NONVM DVBIVM.

An cœteris paribus, potius sit subueniendum Patri hæretico, quàm extraneo fideli?

GLossa in can. non satis, uerb. domesticos, distin. 86. dicit, hanc quæstionem appellatam esse à Petro Manducatore *nebulam, & tenebrosam aquam in nubibus aeris*, & concludit, quòd *patrem (qualiscumque sit) debemus præponere extraneo etiam sancto, in his quæ spectãt ad opus misericordiæ in prouidendo ei in necessarijs, nisi alter magis indigeat. Nam tunc* B *potius tenemur extraneo subuenire*, ut 86. distinc. capit. Pasce. Quod idem asserit Nauarrus, de pœnitentia distin. 2. capit. charitas §. diligere, nume. 2. Quæ doctrina ueritatem habet tam in operibus misericordiæ corporalibus, quàm spiritualibus. Imò, quia fides catholica est fundamentum salutis, & prima radix, & origo iustificationis, ut ait Concil. Trident. sess. 6. capit. 8. *Sine fide enim impossibile est placere Deo.* vt dicitur ad Hebræ. 11. & ad Roma. 3. Homini hæretico, nedum patri subueniendum est. Turrecre. distin. 86. capit. non satis, nu. 11. decernit, magis subueniendum esse patri impio, quàm extraneo Iusto.

Glos. Petrus manduca. Nauar. Fides est radix, & origo iustificationis. Concil. Trid. Hæbr. 11. a. Turrecre.

DECIMVM DVBIVM.

Si inimicis Reipublicæ existentibus in extrema necessitate Paganis, Iudæis, Turcis sit succurrendum?

REspondeo, quòd quando bellum iustum est indictum, non tenetur quis succurrere in extrema necessitate inimicis. Quia sicut unusquisq; potest illos occidere positiuè, ita subtractiuè: & quandocumque licitè potest quis occide- Primum dictum.

re hostem, licitè potest ei non benefacere; & iste est usus universalis belli, ut auferantur cibaria: At extra tempus belli tenetur unusquisque benefacere in extrema necessitate inimico, sub præcepto peccati mortalis, quia proximus est.

Secundū dictum. Bañes. Nota.

Secundò dico cùm Bagn. 2. 2. quæst. 31. arti. 2. dub. 1. quòd si sint induciæ, tenetur subuenire inimico; quæ si non essent, posset priuatus miles priuatum hostem, in extrema necessitate positum non occidere; sed captiuum facere, & ita intelligendus est. S. Tho. cùm dicit, *quòd teneor subuenire hostibus, quando possum aliàs non occidere, iuxta illud Euangelij. Diligite inimicos uestros.*

VNDECIMVM DVBIVM.

Si inimico, à quo probabiliter quis timet mortem laboranti in extremis, tenetur quis benefacere?

Titulus quæstionis.

Verbi gratia. Tuus hostis qui certò uult te occidere, sit à latronibus comprensus queritur, an tenearis illum liberare?

Resolutio.

Respondeo, quòd non teneris. Neque hoc est occidere directè: sed negatiuè; & id licet quando timetur mors, uerisimiliter, & probabiliter secundùm humanam prudentiam, non autem secundùm propriam imaginationem (quicquid in hoc dicant aliqui) & probatur.

Quoniam licet illum occidere ob uitæ meæ defensioné; ergo & possum me habere negatiuè ad illius mortem.

Nemo tenetur subuenire proximo cum periculo uitæ suæ.

Secundò. Quia ego non teneor subuenire proximo cùm periculo uitæ meæ; ergo non teneor tunc uitam illius defendere, quia est cùm periculo uitæ propriæ.

Tertiò. Si ille inuaderetur ab aliquo homine, non teneor illum defendere, ergo nec in præsenti teneor illum cibare, ut optimè Bañes lo. cit. dub. 2.

DVODECIMVM DVBIVM.

An condemnatis ad mortem ut fame pereant, liceat ministrare cibum?

Ministris iustitiæ non licet ministrare cibū condemnatis ad mortem famis; alijs autē benè licet,

Respondeo. Ministris iustitiæ non licere ministrare cibū sicut nec illis aperire carcerem, ut fugiant, cùm sint custodes iustitiæ; alij autem licitè possunt subministrare cibū

sed

A sed non tenentur; & quod possint patet. Quia istorum non est seruare, seu exequi ordinem iustitiæ. Quòd autem non teneantur, colligitur ex doctrina D. Thomæ dicente d. articu. 2. ad tertium. *Nisi secundùm ordinem iustitiæ paterentur*. Et quia licitum est cuicumque priuato uelle efficaciter, quòd iusta iudicis sententia exequtioni demandetur. Et si uerum est quod aliqui existimant, inter quos est Sotus, libro quinto de Iust. & Iur. quæst. 6. articu. 4. quòd talis condemnatus tenetur non comedere, sed à cibo se abstinere, profectò sequitur, quòd neque ego teneor illi panem dare, etiam si possim. Soti uerò sententiam non approbo; sed puto uerius cum Caietano secunda secundæ, in commentario articu. 4. quæst. 69. ad octauum dubium, & cum Bagn. ubi supra dubio tertio, quòd talis condemnatus tenetur comedere, ut ius naturæ seruet. Nullus enim nec priuata, nec publica autoritate potest se ipsum licitè occidere. Sententia enim debet esse de actu iustitiæ: non est autem actus iustitiæ seipsum occidere. Et ideò D. Thom. ibidem ad secundum dicit; *quòd si aliquis sit condemnatus, ut fame moriatur, non peccat si cibum sibi occultè ministratum sumat; quia non sumere esset seipsum occidere.*

D. Tho.

Sotus.

Soti opinio auctori non placet.

Caietanus.

Bañes.

Condemnanatus ut fame pereat, debet comedere, ne moriatur.

Occidere se ipsum, non est actus iustitiæ.

D. Tho.

B

DECIMVM TERTIVM DVBIVM.

An aliquis in extrema necessitate positus, teneatur cum periculo suæ uitæ subuenire Creditori in eadem necessitate posito.

CAsus est. Ego indigeo decem aureis, seu libra panis, in extrema necessitate ita, ut sine illis peream, & est creditor meus in eadem necessitate constitutus: quæritur, an tenear, me relicto, illi dare?

Ratio dubio.

Scotus in 4. distin. 15. quæst. 2. in solut. ad quartum, expressè tenet, quòd si ambo simul deueniant in articulum extremæ necessitatis, quòd detentor cum periculo uitæ suæ sub peccato mortali tenetur reddere, & succurrere creditori. Hunc sequitur Gabriel ibid. ad tertium casum, post secundam conclus.

Scoti opinio.

Gabri.

Nauarrus in suo Manuali. Confess. capit. 17. nume. 60. distinguit: quoniam (inquit) quando res accepta eadem apud me manet, siuè quando dominium eius quod restituendum est, semper penes Creditores remansit, teneor

Nauar.

Quando debitor creditori debitũ reddere tenetur, & quãdo nõ.

restituere, quando Creditor eadem necessitate premitur; q. C si res eadem non est apud me, sed eius obligatio solùm, restituere non teneor.

Sotus. T. bien. Caiet.

Sotus, lib. 4. de Iust. & iur. q. 7. ar. 1. & Tabien. verb. restitutio, §. 4. & Caiet. eodem verbo aiunt; & benè, quòd nullo modo tenetur subuenire illi, dummodo non surripuerit, quando erat in extrema necessitate; & ratio est. Quia tunc temporis omnia sunt communia, & ita, qui habet rem in manibus, est iustus possessor, & dominus illius, saltem quantũ ad vsum: nec Ius Gentium, per quod rerum diuisio, & appropriatio facta est, debet derogare iuri naturali, secundũ quod in extrema necessitate omnia sunt communia ad usum ita, ut efficiantur propria primò occupantis.

DECIMVMQVARTVM DVBIVM.

An potius subueniendum sit Creditori, quàm Patri, uel consanguineo æquali necessitate laborantibus.

Soti opinio.

SOtus, ubi supra tenet, ut probabile, quòd Patri, vxori, & filijs, tenetur quis magis, quàm creditori subuenire (cœteris paribus.)

Oppositum alij tenent, & probant. Quoniam debitum parentum est ex charitate, debitum creditoris est ex iustitia, & maius est debitum ex Iustitia, quàm ex charitate. Illud autem addunt: quòd si Pater esset persona publica, & utilis Reipub. tunc non solùm Patri; sed cuicumq; potius quàm creditori est succurrendum. D

Auctoris opinio. D. Tho.

Nos verò censemus certò, patrem, & matrem præferendos esse in eodem casu creditori, cùm D. Tho. q. 31. 2. 2. ar. 2. ad secundum, vbi innuit, *quòd prudentis Iudicio relinquitur, quando consanguinei præferendi sunt creditoribus*; quod proculdubio locum habet in extrema necessitate, præsertim erga coniunctos in supremo gradu consanguinitatis.

Nota.

Adde, quòd ex pietate, & debito naturæ, id prædictis præstatur. An autem frater, uel magnus amicus, à quo beneficium vitæ accceptum fuit, sit præferendus creditori, esto problema.

Problema auctoris. Victoria. Bañes.

Doctissimis Victoriȩ, & Bagnȩ placuit, non solùm fratrẽ, sed etiam insignem amicum, qui pluris æstimatur apud uiros prudentes, quàm frater, esse creditori præferendum.

Ad Argumẽtum respondetur.

Et ad argumentum in contrarium respondetur. Quòd quemadmodum pietas est excellentior virtus, quàm Iustitia commuta-

A commutatiua; vt colligitur ex D. Thom. 2. 2. quæst. 101. ar. 3. & 3. sentent. 34. dist. quæst. 1. artic. 2. ad 8. Ita quoq; debitum, quod ex virtute pietatis debetur, maius est, & antiquius, quã illud, quod debetur ex particulari Iustitia. Vnde concluditur, quòd in casu extremę necessitatis, illud sit exercendum, istud prætermittendum. D. Tho.

DECIMVMQVINTVM DVBIVM.

An seclusa magna indigentia, sit melius opera misericordiæ corporalis exercere erga minus indigentem, & Iustum, quàm erga magis indigentem, & simul peccatorem?

CAietanus, in Commentario supra, art. 3. quæst. 32. in solutione ad primum, & Bañes ibid. notab. secundo decernunt, quòd nisi mensura indigentię multò maior sit in uno, quàm in altero, melius est dare eleemosynam minus indigenti iusto, quàm magis indigenti peccatori: & pariter minus indigenti meliori, quàm magis indigenti non æquè bono. Rationem dicti assignant, quia bonitas actus magis augetur, & crescit ex ratione charitatis, quàm ex alterius uirtutis; cùm ipsa sit primò bona, & forma reliquarum virtutum: & ubi est maior ratio charitatis, ibi est maior uirtus, & maior ratio misericordiæ. Atqui in bono, vel meliori homine maior est materia, & ratio charitatis, quamuis in magis indigenti maior sit materia misericordię, puta miseria. Etenim ideò alicuius miseremur, quia ex charitate eius indigentiam, uti propriam ex vnione affectus existimamus, & hæc est doctrina D. Thomæ d. artic. 3. ad primum. *Dare*, inquit, *magis indigenti (cæteris paribus) melius est; sed si minus indigens sit melior, & melioribus indigeat, dare ei melius est.* Et D. Ambros. lib. 1. offic. cap. 30. scribit; *Si omnibus debetur misericordia, iusto amplius.*

Caietanus. Bañes.

B

Melius est dare eleemosynã minus indigenti iusto, quàm magis indigenti peccatori.

Ratio dicti.

In meliorĩ homine, est maior materia, seu ratio charitatis.

D. Tho.

D. Ambr.

Quocirca ex dictis concludimus, quòd excluso gradu extremæ, & grauis necessitatis, meliori minus indigenti potius subueniendum est.

Hæc de ministerijs, & muneribus circa viuos laborantes operandis, exhibendisque dicta sufficiant; nunc autem ad secundam disputationem, & ad ea quæ circa eosdem iam vita functos, officia exercenda teneamur, accedamus.

DISPV-

DISPVTATIO II.

De ministerijs à Parochis præstandis erga iam peste extinctos.

Diuisio disputationis.

IN hac disputatione, tres quæstiones agitabimus.

Prima erit. An sepelire cadauera mortuorum, sit in præcæpto?

Secunda. An exhibitio, uel carentia sepulturæ, faciat ad essentialem beatitudinem, vel damnationem defuncti?

Tertia. An sepulchrum Christi fuerit caussa efficiens nostræ salutis?

QVAESTIO PRIMA.

An sepelire cadauera Mortuorum peste extinctorum, sit de præcepto?

Varia genera misericordiæ. D. Tho.

PRincipio quæstionis huius in doctrinæ gratiam recenseamus oportet, numerum, vel genera operum misericordiæ, seu uerius eleemosynæ: omne enim obsequium impensum proximo propter Deũ, est eleemosyna, ut placet D.Thom.2.2.q. 32.artic.2.& D.Bonauen.4.dist.15. quæ à Canonistis opera charitatis appellantur.c.inter opera charitatis, de sponsali. Et Can.duæ, distinct.45. Et quamuis hæc inter scholasticas, ac Theologicas quæstiones inferiorem gradum obtinere uideantur; tamen, quoniam multùm faciunt,

Aciunt, egregièq; inseruiunt materiæ, quam ad pietatem excolendam tractamus, ea enarrare non erit inutile.

Albinus doctor eximius, apud Gratianum, distin. 45. Can. tria, enumerat tria genera eleemosynarum. Albi. Eleemosynarum triplex genus.

Corporalem primam, qua egenti damus quidquid possumus. Spiritualem aliam, secundùm quam dimittimus ei, à quo læsi sumus. Tertiam tandem, & vltimam, qua delinquentes corrigimus, & errantes in viam reducimus ueritatis: Isidorus, lib. 3. de summo bono cap. 8. & habetur eadem distinctione Can. duæ; qui Canon non est Augustini, vt ibid. Gratianus, sed Isidori, vt eodem loco perdoctè notauit Turrecremata, duo genera eleemosynarum distinguit: cordis nempe, & pecuniæ, id est, corporalem, & Spiritualem, ut eo in loco idem Turrecrem. Archid. & Vgo exponunt. Verùm D. Thom. loco citato, scilicet 2. 2. quæst. 32. artic. 2. & in 4. dist. 15. quæst. 2. artic. 3. quæst. 1. & 2. & Palud. eadem dist. q. 3. artic. 4. Medina, cap. de pœniten. tract. 5. quæst. de eleemosyna. D. Antonin. in Summa, 2. par. tit. 1. cap. 14. Et Turrecre. d. Can. tria, clarius distinguendo, dicunt, quòd sicut duplex est indigentia proximi, corporalis, & spiritualis; ita duplex est eleemosyna, Spiritualis, & corporalis; Illa ad animæ, hæc ad corporis indigentiam releuandam, illa ad defectus proximorum ex parte animæ: hæc ad tollendos defectus proximorum ex parte corporis instituitur. Et quoniam corporales indigentiæ communiter dicuntur esse septem; totidē etiam sunt eleemosynæ corporales. Homines enim cùm viuunt, indigentiam, & defectum circa corpus patiuntur in cibo, potu, vestitu, & habitatione, etiamsi sani sint. Solent etiam infirmi in uinculis constituti indigere subsidio, & recreatione, ut ab afflictione liberentur. Post mortem uerò indigent sepultura, ne hominis corpus post uitam dehonestetur, ac feris, aut bestijs dilaniandum temerè exponatur. Quibus indigentijs, septem eleemosynæ corporales, quæ hoc communi, ac trito carmine complectuntur, succurritur.

Isidor. D. Aug. Gratia. Isido. Turrecremata duplex genus cōstituit eleemosynę, spirituale, & corporalem. Archidia. Vgo. D. Tho. Paluda. Medi. D Antoni. Turrecre.

Pulcher discursus auctoris.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, Colligo, Condo.

Cuius numeri sufficientiam, scientificam Angelicus Doctor sapientissimè (ut solet omnia) loco citato ita tradit. *Defectus* (inquit) *Corporalis, aut est in vita, aut post vitam: siquidem est in uita, aut est communis defectus respectu eorum, quibus omnes indigent; aut est specialis, propter aliquod accidens superueniens. Si primo modo, aut defectus est interior, aut exterior. Interior quidem est duplex. Vnus quidem, cui*

subuenitur

subuenitur per alimentum siccum scilicet fames, & secundùm hoc ponitur, Pascere Esurientem. Alius autem est, cui subuenitur per alimentum humidum, scilicet sitis. Et secundùm hoc dicitur, Potare sitientem. Defectus autem communis respectu exterioris auxilij est duplex. Vnus respectu tegumenti. Et quantùm ad hoc ponitur, Vestire nudum. Alius autem respectu habitaculi; & quantùm ad hoc ponitur, suscipere hospitem. Similiter autem si sit defectus aliquis specialis, aut est ex causa intrinseca, sicut infirmitas, & quantùm ad hoc ponitur visitare infirmum. Aut est ex causa extrinseca: & quantùm ad hoc ponitur redimere captiuos. Post vitam autem exhibetur mortuis sepultura. Hæc D. Thom. Qui numerus eleemosynæ corporalis habetur explicitè in scriptura, Matth. 25. & Tobię, 1. & est de fide, & obligat præcepto Diuino, & naturali non solùm fideles; sed etiam infideles, sicut & reliqua præcepta decalogi; ut colligitur ex D. Tho. 1. 2. q. 100. arti. 3. ad 3. & ar. 5. ad 6. & 2. 2. q. 122. artic. 1. & 3. & ex Soto lib. 1. de Iust. & Iur. quæst. 4. art. 4.

Matth. 25. Tobiæ 1. D. Tho. Sotto.

Hæreticorũ opinio tẽpore D. Augus. qui dicebãt, hominẽ tm̃ per misericordiæ opera saluari.

Tempore D. Augustini, fuerunt hæretici, qui putarunt, quòd exhibitio operum misericordię corporalium, eatenus Christiano erat necessaria, ut illa ommittendo, propter solam omissionem damnarentur; asserentes per misericordię opera dumtaxat, hominem saluari; etiam si homo in peccato mortali moreretur; & nusquam pœnitentiam egisset. D Moti ex Euangelica sententia in nouissimo die ferenda, vbi premium Regni Cœlorum datur ijs, qui ea opera fecerint; & illis negatur, qui ea omiserint. Lege D. Augustinum lib. 21. de Ciuit. Dei, capit. 22. & cap. ultimo: & in Enchyrid. ad Laurentium. cap 75. 76. & 77. hunc errorem detestantem, & Castr. libro, de hæresibus, uerbo eleemosyna. Et ex sententia D. Pauli 1. Corint. 13. efficacissimè hæc falsitas redarguitur. *Si distribuero* (inquit) *in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

Castro. 1. Cor. 13.

Dupliciter subuenitur eleemosyna spirituali. Primo. Secundò. Tripliciter humanũ auxilium alicui possumus impendere. Primò contra deffectus intellectus. Secundò modo.

Quoad indigentiam verò spiritualem, secundùm quam homo deffectus in anima patitur spiritualibus actibus, dupliciter (ex doctrina, D. Thomæ) *subuenitur. Vno modo poscendo auxilium à Deo, & quantùm ad hoc ponitur, oratio, qua quis pro alijs orat. Alio modo, impendendo humanum auxilium, & hoc tripliciter. Vno modo contra deffectus intellectus; & siquidem si intellectus speculatiui sit deffectus, adhibetur ei remedium per doctrinam. Si autem practici, adhibetur ei remedium per consilium. Alio modo est deffectus ex passione appetitiuæ uirtutis, inter quos maximus est tristitia, cui subuenitur per consolationem.*

A *lationem. Tertio modo ex parte inordinati actus, qui quidem tripliciter considerari potest. Vno modo ex parte ipsius peccantis, in quantùm procedit ab eius inordinata volūtate, & sic adhibetur remedium per correctionem. Alio modo, ex parte eius in quem peccatur; & siquidem sit peccatum in nos, remedium adhibemus remittendo offensam: si autem sit in Deum. l. proximū, non est nostri arbitrij remittere, vt Hiero. ait super Matth. Tertio modo ex parte sequelæ ipsius actus inordinati, ex qua grauantur ei conuiuentes, etiam præter peccantis intentionem; & sic remedium adhibetur supportando, maximè in his, qui ex infirmitate peccant, secundùm illud Rom. 15. Debemus nos firmiores infirmitates aliorum portare, & nō solùm secundùm quòd infirmi sunt, siue graues, ex inordinatis actibus; sed etiam quæcumque eorum onera sunt supportanda, secundùm illud Gal. 6. Alter alterius onera portate.* Hæc D. Tho. Verùm circa dicta dubium oritur.

Tertiò modo. Rom. 15. Galat. 6. D. Tho.

DVBIVM.

Dubium.

Cur Dominus, Matth. 25. non numerauerit inter opera misericordiæ, sepelire mortuos?

Matth. 25.

B AD quod respondeo, varias esse caussas huius omissionis. Prima est (vt ait D. August. in lib. de cura pro mortuis ca. 78.) *Quoniam* (inquit) *est inter opera misericordiæ, minimū ex his, quæ possunt fieri: cui etiam, vti alijs operibus minoris gradus, puta Visitare Infirmos, Captiuos redimere, & similibus, maximum Regni Cœlorum præmiū, & Corona respondet.*

Dominus inter opera misericordiæ, non numerauit sepelire mortuos ppter tres causas. Prima causa est D. Aug.

Secunda est D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 2. ad primum. *Quoniam enumerantur à Domino alia opera misericordiæ, tanquam euidentioris, & maioris necessitatis; cùm viuenti, & sensum, seu vitam habenti exibeantur. Sepultura verò omittitur numerari, quia mortuo, quantùm ad sensum, quem post mortem non habet, non apparet necessaria, nisi in quantùm remouet defectum, quem mortuus contrahit, si insepultus remaneat, ne in memorijs hominum sine sepulturæ honore quasi dehonestatus viuat.*

Secunda ratio est D. Th.

Tertia est eiusdem D. Tho. in commentario super Matth. loco citato dicentis, *Dominum non enumerasse sepulturam, vt excluderet errorem quorundam, qui existimabāt, animas non quiescere, nec requiem æternā acquirere, donec corpora essent insepulta.* In hoc errore fuerunt Ethnici poetæ, qui inhumatorum animas per centum annos errare dicebant, donec sepulturæ honore darentur. Vnde Virgilius Æneid. 6.

Tertia ratio est D. Tho. Christus inter opera misericordiæ nō numerat sepulturam, vt excluderet errorem existimantiū aīas nō quiescere donec corpo-

sic

ra fuerint sepulta.
Aeneid.6.

sic Sybillam introducit cum Ænea loquentem.

Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare prius, quàm sedibus ossa quierunt.
Centum errant annos, volitantq; hæc littora circum.
Tum demùm admissi, stagna exoptata reuisunt.

Quarta est D. Chrysost.

Quarta est D. Chrysost. homil. 84. super Ioan. & 66. super Genes. *vt reprehenderet, & detestaretur Dominus superba, & ambitiosa sepulchra, nimiamque sollicitudinem hominum in sepulchris condendis.*

Quinta ratio.

Quinta. Quoniã homines recordatione, & calcari adhoc opus sepeliendi non indigent, cùm absque vlla difficultate vbique gentium id præstetur. Quocirca necessarium nequaquam fuit, hominibus persuadere, vt mortuos sepelirẽt. Et quamuis apud Matth. sepulturæ mentio non fiat: ex alijs locis scripturæ, & præsertim ex libro Tob. id habetur. Vnde, qui negaret, corpora mortuorum non esse in cœmiterijs, & locis sacris condenda; vel qui negaret, mortuos sepelire esse religiosum, bonum, & pium opus, hæreticus esset, & contra catholicam fidem sentiret, vt infra dicemus. Vt quid enim Tob. maximè commendatur in sacris scripturis, nisi quòd mortuos sepeliebat? Nonne Abraham, Isaac, & Iacob studiosè & propria, & aliena sepulchra curarunt? Ioseph, & Nicodemus vtique apud Euangelistas commendãtur, quòd corpus Christi honorificè, *ut mos erat Iudæis*, sepelierunt. In martyrologijs Romano, Bedæ, & Vsuardi, laudantur vehementer Christiani, qui operã studiosè in sepeliendis Martyrum corporibus adhibebant; ob quam rem sæpè martyriũ & ipsi passi sunt. Lege D. Ambros. in lib. de Tob. cap. 1. Vbi dicit, *prætermittere sepulturam esse bestialitatem.* Et in psalmo 78. *Ibi: posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus Cœli*, apertè declarat, *Corpora fidelium insepulta remanere, incongruum, indecens, & absurdum esse.*

Nunquã fuit necessariũ persuaderi hominibus mortuos sepelire. Hæreticus esset qui negaret esse pium opus sepelire mortuos.

D. Ambros.

Psal. 78.

Quatuor autem causæ sepulturam commendãt; & quòd sit maximum testimoniũ fidei, resurrectionis carnis, & magnum pietatis opus, & humanæ conuersationis, & vitæ cõseruatiuum, & præseruatiuum, atque etiam fraternæ charitatis, & affectus benigni erga mortuum continuatio. Sicut enim exequens ordinata à defuncto, voluntatem eius consumat, & quasi durantem adhuc facit; ita sepeliens, affectum cõtinuat, quem defunctus ad corpus habebat. Lege D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 2. ad tertium.

D. Tho.

Nec solùm esset hæreticum negare mortuorũ sepulturã; verùm etiam, qui damnaret morem sepeliendi cum debito hono-

Qui dãnaret morẽ sepeliẽdi mortuos i

A honore, & moderata pompa, hæreticus censendus esset; cùm ritum vniuersalis Ecclesiæ reprobaret, & minus pro dignitate de resurrectione cogitaret. Iuxta illud Macchab. 12. Vbi laudatur Iudas, quòd miserit pecuniam multam offerendam in templo, pro peccatis mortuorum, *iustè, & religiosè de resurrectione cogitans*. Ecclesia, esset hæretic⁹. 1. Mach. 12.

Nec D. Chrysostomus loco citato reprehendit sepulchra, sed excessum qui fieri solet in ædificandis sepulchris, & in funeribus Diuitum. *Tu autem,* (inquit) *cùm audieris nudũ Dominum resurrexisse, cessa quæso ab insana funeris impensa. Quid sibi hoc superfluum vult, & inutile dispendium, quod ipsis qui faciunt, plurimum affert detrimenti, mortuis nullam vtilitatem, vel damnum potius? sumptuosa namque sepultura non nunquam causa est, vt fures cadauer effodiant, & nudũ, & insepultum proyciant: sed ò inanem gloriam, quantam etiam in luctu vim, quantam amentiam ostendit?* Et plura in hanc sententiam affert. D. Chrysostomus non reprehendit sepulturã dari.

Sed quædam alia verba Chrysost. in ead. homil. nobis negocium facesserent, nisi ipse exponeret, dum dicit, *Christo hæc funera nulli curæ sunt. Inquit enim, Esurientem me vidistis, & dedistis manducare, sitientem, & dedistis mihi bibere, nudum, & induistis me, non autem mortuum, & sepelistis*. Verùm illicò sanum sensum horum uerborum reddit:

B *Hóc ego, non vt sepulturam tollam dico, absit: sed luxuriã, & superfluam ambitionem*. Hæc Chrysostomus. D. Ambro.

D. Ambrosius, in dicto libro de Tob. adeò hanc virtutem sepeliendi mortuos præclaram dicit, vt nil ea sit præstantius. Quod secundùm aliquam rationem accipiendum est, quatenus fidem resurrectionis magnum pietatis officium uberrimè testatur. His suppositis, quæstioni propositæ satisfacio per sequentes Conclusiones. Prima Conclusio.

Prima Conclusio. Episcopus cum magistratu temporali Ciuitatum, & Locorum, tenetur curare, ne corpora Mortuorum peste extinctorum iaceant inhumata. Et probatur.

Primò. Ob bonum commune, ne pestifera contagione malignitas aeris magis magisque intendatur, vt sic putrefactio euitetur. Probatur Cõclusio Primo.

Secundò. Propter articulum necessitatis, cui ob multitudinem cadauerum nequaquam vnicus Parochus supplere potest. Secundò.

Tertiò. Quoniam malo vniuersali, à causa vniuersali, (ut optima seruetur proportio) remedium petendum est, nec ab inferiori Parocho lex, seu modus expectandus est, secundùm Tertiò.

dùm quem toti Ciuitati succurratur, sed à superioribus causis videlicet, Gubernatoribus spiritualibus, vel téporalibus. C

Quartò.

Quartò ab exemplo, & experientia. Quia his temporibus consueuit Magistratus, seu Respub. loca publica, foueas, seu puteos, extra Ciuitates, lógeq; à vijs publicis deputare, ut vidimus in Ciuitatibus nostris Recinetensi, & Lauretana, quò cadauera transferantur; & huiusmodi loca ratione boni regiminis tenentur deputare, certosque plebeos homines ad hæc munera præstanda destinare, & rationabili pro hoc stipendio assignato, illos conducere: & nolétes, cogere tenentur, ut sic communi, maioriq; populi infectioni occurratur, & corpora mortua, inhumata non remaneant.

Cura, & diligentia Ciuitatis Recinetensis in deputãdis locis quo corpora peste extincta deferentur.

Secunda Cõclusio.

Cùm nullus est qui sepeliat, tunc om mittens sepelire mortuũ, peccat mortaliter.

Secunda Conclusio. Quando quis sine suo incommodo potest sepelire mortuum, & non est alius, qui sepeliat, & omittit sepelire, peccat mortaliter. Patet, quoniam omnia opera misericordiæ quamuis sint in consilio, nec obligent pro semper, obligant tamen sub præcepto duobus casibus, videlicet in extrema, & graui necessitate proximi, iuxta communem, & ea quæ notat Nauar. in Manua. Confess. cap. 24. num. 5. 9. & 10. & Bañes. 2. 2. quæst. 32. arti. 2. in sua quæst. Conclusione tertia. Et profectò maximum signum est cordis in humani, & charitate Dei carentis, omittere opus hoc misericordiæ in prædicto casu. D

Prima ratio.

Quæ sunt de cõsilio, in casu sũt de præcepto.

Nauar.

Bañes.

Sed proh dolor, abundauit iniquitas, & refriguit charitas multorum. Olim. n. peste in populis grassante, non sinebantur à ualentibus ęgri, imò cibabantur, consolabantur, animabantur, recreabantur, & dira extincti peste, mundificatis plagis, lotisque corporibus decenter sæpeliebantur. Cuius rei non iniucundum extat testimonium D. Antonini, qui tertia parte historiali, titulo, 22. cap. 22. §. 3. sic ait.

Nunquã autẽ apparet tantum exterruisse homines talis contagio morbi, vt nũc, ita quod parẽtes filiorũ, & filij parentũ obliuiscantur in fectorũ, & cũ difficultate reperiantur, qui necessaria eis administrent, tam corpori, quam animæ, uel procurent vt sacramenta, & Ecclesiasticam sepolturam habeant.

Quãuis aũt nulla sit lege prohibitũ ad loca diuertere ab infectione libera, ex quo morbus est ualde cõtagiosus (vt quotidiana docet experiẽtia) ac ẽt liceat conuersationẽ domesticã, & locutionẽ cũ infectis, & veniẽtibus à locis ẽt infectis effugere, nisi cura animarũ eis immineat (quos de necessitate salutis suæ oportet per se, vel per aliũ idoneũ sacramẽta ministrare quantũcunq; infectis) tantũ tamẽ abhorrere infectos, vt necessaria eis subtrahãtur, est cõtra omnẽ charitatẽ, humanitatẽ, & Christianam

Peste ĩfectos adeò abhorrere, ut nonnulli faciũt, est cõtra Christianam pietatem.

A *nam pietatem. Itaque & si humanæ prudentiæ est, & de ratione medicinæ, vitare infectos, tamen contra dilectionem, & Christianam pietatem est subtrahere infectis necessaria, seu nõ ministrare animæ, & corpori, & ita abhorrere eis ministrantes sacramenta, & corpori necessaria, vt habeantur tanquã Ethnici, & publicani: nec audiantur eorum missæ, & officia, nec patiantur Sacerdotes ire ad infirmos, in quo nullo modo debent eis assentire. Communitas autem piè, & charitatiuè prouidit infirmis ex eo morbo illo tempore, scilicet anno Domini* 1448. *tẽpore pestis. Nam tria millia florenorum statuit assignanda Archiepiscopo Ciuitatis certo tempore, modo, & forma, vt infectis prouideretur. Vnde quidam optimi Iuuenes per Ciuitatem discurrebant, quærendo infectos, & dando pullos, confectiones, & alia necessaria.* Hactenus Antoninus. Qui eadem parte, tit. 24. cap. 5. §. 1. sic addit.

In anno autem Dominicæ Incarnationis, 1400. *Cùm pestis lõgè, latèque per Italiam grassaretur, Senas etiam morbus ipse inuasit, & inter cætera loca, hospitale sacratissimum, & nobile Sanctæ Mariæ Scalarum: ita vt multi peregrini euntes, vel redeuntes à Iubileo infirmati ibi spiritum reddiderint, sed & ex* B *famulis cõmissis, & alijs seruitoribus infirmorum, plurimi morerentur, & difficulter inueniebatur, qui in illud incendium infectionis locum occupaturus vellet intrare. At Bernardinus caritate feruens, animam suam sponte posuit, non solùm pro amicis suis conciuibus, sed pro alienigenis peregrinis, ad idemq; hortatus est quosdam sodales suos deuotos. Quod proculdubio intensæ, & perfectæ dilectionis signũ videtur, exponere se mortis periculo verisimili, & quotidie cõtingenti, & morbo infectis vltrò se ingerere ad obsequendum, & præsertim si is sit qui adhoc vinculo animarũ curæ non extat obnoxius, in administratione saltem sacramentorum, vt Curatus. Hic autem vir Dei Bernardinus, etsi sacramenta infirmis non ministrabat, quia nondum Clericus erat; tamen solicitus erat ad exortandũ infectos, vt medicos animarum vocarent, pro quibus, & ipse mittebat. vel ibat, medicos corporũ adducebat, eis seruiebat, infirmos consolabatur ad patientiã, & pœnitentiam suadendo. Ipse curuatis genibus, pedes aduentantiũ abluebat, cibos ministrabat, sanguinem putrescentem ex vlceribus educebat, saniem abstergebat, cuncta fastidia, & labores in huiusmodi æquanimiter tolerabat, defunctis etiam de sepultura prouidebat.* Hæc ille. Sed probatur iterum conclusio.

Inseruire peste laborantibus piũ valde opus.

Secundò. Quia omnia consilia, & præcepta affirmatiua, & opera charitatis (quantùm ad animi præparationem) sunt

Secũda ratio.

in præcepto; iuxta communem, & S.Tho. 1.2.q.108.artic.3. C ad 2. & ar.4. ad 4. Vnde D. Paulus ad Thimot.5. dicit, quòd *si quis suorũ, & maximè domesticorũ curã non habet, fidem negauit, & infideli est deterior*; ergo cùm opportunè, & sine suo incommodo potest, tenetur.

ad Tim.5.

Tertia Cõcl. Parochus nõ tenetur cadauera præfata sepelire.

Tertia Conclusio. Parochus non tenetur cadauera præfata sepelire, nec funeri, seu sepulturæ interesse. Probatur.

Probatur primò.

Primò. Ob periculum vitæ suæ, quæ non debet exponi incommodo mortis ob vitam temporalem Proximi; ergo multò minus illa extincta, in seruitium eius corporis.

Secundò.

Secundò. Ob multitudinem morientium, quorum funeribus moraliter supplere non posset.

Tertiò.

Tertiò. Quoniam tunc temporis cadauera non sepeliuntur loco sacro, nec processionaliter deferuntur, neque exequiæ adhibentur, nec preces recitantur, nec cum facibus associantur. Vnde Parochus non tenetur interesse. Quòd si quis pertinaciter instet, corpus Defuncti sepeliri in loco sacro: si periculum ob id sit contagionis, Parochus constanter debet id denegare, & nullo pacto consentire. Argumẽto à simili de leproso, qui non debet cum alijs sepeliri. Abb. in cap. sacris, num.6. extra de sepultuta, Petr. de Ancar. ibid. Syluest. verb. sepultura, num.17.

Abbas. Pet. de Anca. Syluest.

Quarta Conclusio. Pium est societatem fideliũ instituere ad hos mortuos humandos.

D

Quarta Conclusio. Pium, & laudabile esset, societatem fidelium instituere, vt in præfatis locis, & cęmeterijs publicis cum Cruce, & aqua benedicta semel saltem in hebdomada, preces funerales facerent. Parocho autem satis esset, si in parochiali Ecclesia communem illorum faciat commemorationem. Associare corpora tam Clericis, quàm Laicis (exceptis deputatis) vti periculosum, ita minus laudabile iudicandum est.

Quinta Conclusio. Episcopus debet tpe pestis prohibere, ne cadauera ad Ecclesiam deferantur. Ratio dicti.

Quinta Conclusio. Episcopus debet his temporibus prohibere, ne cadauera deferantur ad Ecclesiam. Tum vt Ecclesia tutior, ac salubrior conseruetur ad missas, & diuina officia celebranda; tum quia si id esset liberum, pauimentum Ecclesiæ vniuersum perforationibus obuium foret: quod indecens esset, atque hæc circa hanc primam quæstionem dicta sufficiant.

QVÆ-

QVAESTIO II.

Vtrum carere ſepultura, faciat ad eſſentialem Beatitudinem, vel damnationem Defuncti?

PRoximè ſequitur quæſtio, An ſi corpora inhumata remaneant, aliquid deſit illorum beatitudini, quorum erant corpora? Et quamuis ſatis plana ſit, nec nodoſam contineat difficultatem, propter aliqua tamen loca ſacræ ſcripturæ, quæ explicanda erunt à nobis, pręſenti loco agitabitur. Quare hæc quæſtio tractetur.

Primum igitur, ſepulturã nihil prodeſſe, probatur ex c.8. Matt.& Luc.9. *Sine, ut mortui, ſepeliãt mortuos ſuos, tu aũt uade, annuncia regnũ Dei, & ſequere me:* vbi apertè patris ſpernitur ſepultura, & immediata ſequela Chriſti præcipitur; nihil ergo ad meritum, vel ad præmium ſepultura operatur. Primum argumentum. Matth.8. Luc.9.

Secundò. Luc.7. & can. *Vbicunque ſepeliantur*, & can. *habent* 13.q.2. flere mortuos ꝓhibetur; cũ id ex puſillanimitate cõtingat, ergo & oĩs alius cõmiſerationis affectus erga illos. Secundum. Luc.7.

Tertiò. Matth.23. execrantur Phariſęi, qui ędificabãt ſepulchra Prophetarum, & ornabant monumenta Iuſtorum. *Væ uobis ſcribæ, et Phariſæi, Hipocrytæ, quia ædificatis ſepulchra Prophetarum, etc.* Tertium. Matth.23.

Quartò. Ex can. *in præſenti ſæculo*, eadem 13. q.2. vbi dicitur, *in præſenti ſæculo ſcimus, ſiue orationibus, ſiue conſilijs inuicem poſſe nos adiuuari. Cùm autem ad Tribunal Chriſti uenerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noe rogare poſſe pro quoquã, ſed unumquemque portare onus ſuum*. Et hæc ex Hieronymo Gratian. ergo defuncto ſepultura prodeſſe non poteſt. Quartum. Gratianus ex D.Hieron.

Quintò. Ex D.Auguſt. in lib. de agenda cura pro mortuis, cap.7. & habetur ead.q. can. *Animæ*, qui canon non ex Auguſtino, ſed à D.Greg. in regiſtro ſumptus eſt, *quòd curatio funeris, cogitatio, & procuratio ſepulturæ, et his ſimilia, magis ſunt conſolationes uiuentium, quàm ſubſidia Mortuorum*; & ſi quid prodeſt impio ſepultura præcioſa, oberit Pio vilis, aut nulla. Item quidquid mortuis impenditur, non eſt præſidium ſalutis æternæ, ſed humanitatis officium. Quintum. Ex D.Aug.

Corpora quorundam Martyrum, pmissione Diuina exposita sunt canibus.

Addit Augustinus; *corpora quorumdam Martyrum canibus exposita fuisse permissione Diuina, ut Christiani addiscerēt,* C
dum uitam propriam contemnunt, multò magis contemnere sepulchrum, ergo sequitur, quòd sepultura Defunctis non prosit; quod enim prodest contemni non debet.

Sepultura in Ecclesia, prodest bonis, & nocet malis. D. Grego.

In oppositum est textus in Can. *Cùm grauia*, 13. q. 2. Vbi habetur. *Quòd sepultura in Ecclesia prosit bonis, & noceat malis*, & est D. Gregorij lib. 5. Dialo. cap. 4. Pro resolutione præsentis dubij, pono aliquas conclusiones.

Prima Conclusio. Sepultura nō auget beatitudinem essentialē, nec minuit damnationem. D. Aug. D. Chrysost. D. Prosper. D. Chrysost.

Prima Concl. Sepultura non auget Beatitudinem essentialem, nec minuit damnationem, sed voluisse illam habere, vel non, multùm prodest. Est concl. D. Augustini, lib. 1. de Ciui. Dei, cap. 2. *Quòd caruerunt* (inquit) *sepultura, nihil obest, uel prodest habere, nisi fuerint in causa, quòd carerent*. Et cap. 3. exponit, quare non obest Beatitudini essentiali, quod idem dicit D. Chrys. homil. 60. in Genes. & D. Prosper, in senten. 89. & Can. *Vbicumq;* (il secōdo) 13. q. 2. Quod est D. Chrys. in Epist. ad Hæbreos; *quemadmodum non prodest Damnatis sepultura preciosa, ita Sanctis uilis, uel nulla obest. Vbicumq; enim sepeliamur, Domini est terra, & plenitudo eius.*

Quòd autem voluisse carere sepultura sacra, obsit Beatitudini, & prosit damnationi, Patet. Quia recipiet vnusquisq; prout gessit in corpore; atqui velle carere aliquo, quod ad pie D
tatem, & religionē facit, sine peccato esse non pōt, ergo, &c.

Secunda Cōclusio. Sepultura sacra auget Beatis gloriā accidentalē, & similiter dānatis pęnam accidentalē.

Secunda Concl. Sepultura sacra auget Beatis gloriam accidentalem, Damnatis verò pœnam similiter accidentalem.
Prima pars probatur.

Sancti in cœlo vidēt se coli, & venerari à fidelibus hic in terra degentibus.

1. Reg. 30 Fideles uisis Sanctorū Sepulchris, ęternam ipsorū memoriam seruant.

Honor. n. exhibitus sanctis in die festiuitatis eorū, auget illis accidentalē gloriā. Oēs. n. ipsos colunt, & vt Dei seruos, æternaq; Beatitudine fruentes, venerantur. Vñ cùm illo die proprię festiuitatis cuiusq; à Christianis, orationibus, pijsq; alijs operibus in honorē eorum incumbatur; hinc est, ut ipsis gloria accidētalis maior, maiorq; eo die augeatur. Sic ēt, qm̄ vident Sancti in Cœlo à Fidelibus hic in terra degentibus corpora sua humari, ipsisq; gloriosæ sepulturæ honorē exhiberi, gaudent maximè, ac lætantur, uidentes impleri illud scripturæ. Tribui, scilicet, spolia, & honores remanenti ad sarcinas. Vñ cū anima corpore exuta, ad cęlestes Thalamos Diuini sponsi amplexibus fruitura perrexit, lętatur maximè, & accidētalis ei glorię cumulus accrescit, dùm corpus suum ęrumnis, ac macerationibus afflictatum, & pro Domino Tyrannorum gladijs confossum, glorioso sepulchro uident à fidelibus honorari.

Adde,

A Adde, quòd fideles, visis sanctorum sepulchris, æternam eorum habent memoriam, facta sanctorum recolentes, miracula enarrantes, prodigia edicentes, & vitam eorum imitantes. Quò fit, vt cùm omnia ista ex sepultura corporibus suis exhibita oriantur, accidentalis eis gloria accrescat.

Quid plura? Et ipsi Christo gaudium augetur accidentale, dum sepulchrum eius à fidelibus deuotè visitatur; dicente Propheta: *& erit sepulcrhum eius gloriosum*. Isa. 11. Quoniã enim Christo, nec dotes (sub tali ratione) nec aureolę à Theologis concedantur (licet ista dona in re perfectissimè possideat) accidentale tamen gaudium in eo non negatur, vt colligitur ex D.Tho.3.p.q.57.art.1.ad 2. vbi dicit, *quòd quando Christus ascendit ad cœlum, nihil ei accreuit, quantùm ad ea quæ sunt de essentia gloriæ, siue secũdùm corpus, siue secundùm animam; accreuit tamen ei aliquid, quantùm ad loci decentiã, quod est ad bene esse gloriæ, & de hac dicentia, gaudium quoddam habuit; non quidem quòd de hoc tunc nouiter gaudere inciperet quando in cœlum ascendit; sed quia nouo modo de hoc gauisus est, sicut de re impleta.* Atque in hoc (præter alia) differt Angelus beatus ab anima Christi. *Quamuis enim etiam Angeli proficiant in beatitudine accidentali* (vt ait D.Tho.1.p. q.62.art.9.ad 3.ex illo Lucæ 15. *gaudium erit in cœlo Angelis Dei, &c.*) *& exinde noua gaudia habeant; id tamen illis contingit*
B *vsq; ad diem Iudicij, propter nouas reuelationes eorum quæ de nouo cognoscunt* (vt ait D.Diony.cap.7. Cœlest.Hierar. & D.Ambros.lib.de ijs qui mysterijs initiantur, cap.7. & D. August.lib.5.super Genes.ad litte.cap.19.& Hierony. in c. 3. ad Ephes.& D.Tho.1.p.q.117.art.2.ad 1.quod non contingit in Christo: *cùm omnium singularium etiam cordium cogitationum sit cognitor*, vt ait D.Tho. 3.p. q. 10, & ab instanti suæ conceptionis inspector.

Hùc accedit, quòd virtus sanctorũ, etsi magna erat, dum hìc in terris viuentes multa miracula faciebant, Dęmonesq; fugabant; multò sanè maior nunc est in Cęlis, vbi maiori virtute, ac potentia decorantur. *Si enim Sancti* (inquit Bernard.Sermone 2.in festo Apost.Petri, & Pauli) *in terra adhuc positi, oĩa poterant, non quidẽ in se sed in Christo; Quid nõ poterunt hodie uiuẽtes in æterna felicitate cũ ipso? Mortales adhuc, & morituri imperiũ uitæ, et mortis uidebãtur habere, solo nimirũ uerbo mortificãtes uiuos, & mortuos suscitãtes, quãtò magis nũc, cũ honorati sunt nimis, nimis cõfortatus ẽ principatus eorũ?*

Et sanè maximè elucescit hodie sanctorum virtus in sepulchtis. Dæmones enim ad eorum sepulchra torquentur. Vnde

Isa. 11.
Christo licet dotes in re cõcedantur, ei tamen negãtur sub noĩe dotis.
In Christo est gaudium accidentale, ex D.Thom. qm̃ accreuit ei aliquid ſm loci decentiã, nõ quasi gaudiũ tunc illud in eo inciperet, sed quòd nouiter impletũ vidit, & in hoc differt Angelus beatus ab anima Christi.
Angelis crescit gaudium accidẽtale in dies vsque ad diem Iuditij.
D.Diony.
D. Ambros.
D. August.
D. Hieron.
D. Tho.
Christus est cognitor omniũ singulariũ, & oĩum cogitationũ cordium, ex D.Tho.
Sãcti maiori virtute, & potentia pollẽt post mortem, quàm ante.
D. Bern.
Pulcra sentẽtia de potentia, & virtute sanctorũ post mortem.
Act.5. & 9.
Psalm. 138.
Dęmones torquẽtur ad sepulchra sanctorum.

D Hieron.

Vnde Hieronymus in Epithaphio Paulæ Viduæ ad Eusto- C chium Epist. 27. cùm suam peregrinationem describeret, vidisse se narrat *duodecim Patriarcharum sepulchra, ubi multis intremuit consternata mirabilibus. Cernebat enim varijs Dæmones rugire cruciatibus, & ante sepulchra sanctorum ululare homines more luporum, uocibus latrare canum, fremere leonũ, sibilare serpentum, mugire taurorum, alios rotare caput, & post tergum terram uertice tangere.* Hæc ille.

Miracula ad Sãctorum sepulchra facta 4. R. 5. b.

Theodoretus

Antiquus mos ẽ ĩ Ecclesia, oblationes, & donaria tum cęrea tum argẽtea offerre pro acceptis à sanctis beneficijs.

Ex quo patet, quanta sit virtus Sanctorum in sepulchris, quamq; à Dęmonibus formidẽtur. Nec parua est sepulchrorum sanctorum gloria, non parua eorum miracula; cùm ibi cæcos illuminatos, claudos in pristinum cursum restitutos, leprosos mundatos, tandemq; mortuos (vt patet in Elisei sepulchro) ad pristinam vitam restitutos videamus. *Hinc est* (vt ait Theodoretus Cyren. Episcopus, lib. 8. de Græcarũ affectionum curatione (qui liber est de martyribus) *ut homines suis uotis facti compotes, sanctis magna dona persoluant, quæ sunt manifesta adeptæ sanitatis indicia. Nam alij quidem* (inquit ille) *oculorum, alij uerò pedum, alij porrò manuum simulacra suspendunt ex argento, auroq; confecta. Gratissima namq; accipit eorum Dominus qualiacumq; sunt dona, nec exigua, nec uilia dedignatur. Quippe qui, ea proferentis facultate metitur. Hæc itaque omnium spectaculo exporrecta, testantur* D *morborum depulsionem; cuius ipsa certissima signa sunt à sanitatem consecutis allata. Hæc, inquam, sepultorum, ibi Martyrum, quæ sit uirtus ostendunt.*

D. Chrysost.

Alexandri mors nihil habet coæquandum cũ morte Sanctorũ.

Vnde Chrysost. homil. 66. ad Popul. Antioc. sic ait. *Tu uerò mihi sepulchrum ostendas Alexãdri & profer diẽ, quo diẽ finiuit: Sed nihil horum insigne, sed omnia destructa sunt, & exterminata: Christi uerò seruorum, & sepulchra clara sunt regiam assequta dignitatem, & dies notissimi, Mundo festam afferentes lætitiam. Et illius quidem loculũ, & proprij nesciunt: horum autem sciunt & Barbari, & seruorum crucifixi sepulchra, Regijs aulis sunt clariora. Non magnitudine & ædificiorũ pulchritudine (nam & in hoc quidem superant) sed quod multo maius est: conuenientium studio.* Hæc Chrysost.

Stephani pro[illegible] & [illegible] corpora [illegible] reuelata.

Legimus in historijs Ecclesiasticis: Stephani Prothomartyris, Gamalielis, Nicodemi, & Abibonis corpora, tẽpore Ioannis Episcopi Hierosolimitani sub Theodosio Iuniore loco incognito multis temporibus iacuisse, postmodum Luciano præsbytero deuinitus admonito inuenta fuisse, honorificè sepulta, & in sanctam Ecclesiam Syon translata, Et apud D. Ambros. Geruasij, & Protasij corpora, Dei monitu inuenta

cùm

A cùm in Philippi ædibus sepulta essent; sacro, & insigni loco, eodem Antistite curante, collocata sunt. Nec alia de causa Sanctorum corpora, Deo reuelante, & iubente, illustriori loco, & tumulo condecorata sunt, nisi, vt populis pietas, & deuotio; Sanctis verò suis accidentalis gloria augeretur.

Adde, quòd Beatis de Deo gaudium crescere non potest; sed sicut accrescit eis gaudium de gloria corporis, vt ait S. Tho. in 3. distin. 15. q. 2. art. 5. quæstiuncula 2. & in 4. d. 12. q. 2. art. 1. q. 2. Ita quoque de omni eo, quod ad decorem suorum corporum ad Dei gloriam adhibetur.

Beatis accrescit gaudium de omni eo quod ad decorem suorum corporũ, ad Dei gloriã adhibetur. Vnde ẽt & de iniurijs eorũ corporibus post mortem illatis, gaudent, & lætantur.

Quid? quòd etiamsi ea exhumata profligantur, ac in mare, uel in ignem proijciantur; cùm ex hoc maior Dei gloria, & Martyrum, seu Sanctorũ virtus resultet. Etenim ex ignominijs sepulchris, & ossibus Sanctorum irrogatis (sicut ex malo bonum) maiorem sæpe Deus nominis sui gloriam, Populorum conuersionem, ingentia miracula, summa sua prouidentia elicit.

Hoc autem gaudium accidentale in Beatis, Paludan. in 4. d. 21. q. 1. art. 4. conclusione 3. dicit non esse æternum, seu cõtinuum. Quoniam non semper actu recolunt de omnibus, de quibus est eis gaudendum. Sed hoc decidere, non est huius loci.

Gaudium accidentale in Beatis, secundùm Paluda. non est continuũ, quia non semper actu recolũt.

B Secnnda verò pars Cõclusionis, de Damnatis, patet. Sicut enim de Iuda proditore dicitur, *quòd bonum fuisset illi si natus non fuisset*; sic de multis verè pronunciandum est, melius fuisset illis, si sepulti non fuissent: cùm ex eorum monumentis, illorum praua doctrina, & peruersi mores in hominum memoriam reuocentur, quàm ediscentes, & imitantes sibi ipsis æternam pœnam; ijs verò nouum gradum accidentalis pœnæ lucrantur. Nonne in Mahumeti famosissimo sepulchro, & multorum perditorum hæreticorum hæc verissima esse dices? Memoriam monumenta conseruant, etsi præciosa, vel amplissima sint, apud vulgus, illorum statum, & genus viuendi tanquam bonum, & laude dignum prædicant, & edicunt.

Marc. 14. Matth. 26.

Sepultura dãnatis pęnam accidẽtalem auget, quia dũ alij ea vident, recolentes, sepultorum facta, & imitantes, nouum defunctis pęnæ accidentalis gradum lucrantur.

Quòd autem Damnatis sepultura sacra noceat, clarius, euidentiusq; demonstremus. Dum enim vident sibi nõ prodesse, quòd aliàs (si absque peccato decessissent) profuisset; sciantque peccata commissa esse in causa, vt talis eis sepultura non prosit, maximè affliguntur, & torquentur, eorumq; pœna per accidens productior, & intensior euadit.

Optima ratiò cur malis, ex sepultura, pęna accidentalis accedat.

Amplius. Sicut Dæmones orationibus, hymnis, canticis, psalmodijs, aqua benedicta, atque alijs in eos sacris exe-

crationibus afflictatur, & distorquētur Ita dānati in sacris C cemeterijs sepulti, dú ibi ōnes, & diuina celebrātur, noua, & magna pœna afficiuntur: Cùm ab eorum utilitate, & cōmodo excludantur. Hoc est magnum chaos, quod inter Lazarum, & Mendicum intercedebat, impotentia, & inhabilitas ad Ecclesiæ suffragia consequenda.

Dānati ideo ex sepultura penā accidētalē habent, qa nihil ex ea utilitatis se percipere uident.

Adde, quòd sicut Damnati, uidendo gloriam Beatorum, *quod tantùm in generali, & vsque in diem Iudicij solùm illis permissum est*, (Iuxta doctrinam D. Tho. 4. d. 50. quæst. 2. arti. 2. quæstiunc. 3. & quodlib. 8. ar. 17.) magis cruciantur dum vident gloriam quæ sibi non prodest: ita eorum quoq; tristitia augetur, dùm loca sacra, Beatis ad gaudium prodesse cognoscunt; sibi verò nequaquam. Et quamuis animaduertant, elegisse sepulturam in loco sacro bonum opus fuisse; ex hoc, *sicut etiam ex cognitione omnium bonorum quæ fecerunt, non diminuitur dolor eorum, sed magis adaugetur*, vt docet D. Thom. 4. dist. 13. artic. 5. quæst. 1. ad quartum, & dist. 50. q. 2. artic. 2. quæst. 1. *Quinimò ex his quæ fiunt in hoc mundo, ea tantùm Damnatis ostenduntur, quæ possunt eorum tristitiam augere*. Ita S. Tho. 4. dist. 45. quæst. 2. ar. 2. q. 1. & d. 50. q. 2. ar. 2. quæst. 3. ad primum.

Damnati vident beatorū gloriā in generali, & hoc tm̄ vsque ad diem Iudicij. D. Tho.

Ex cognitione bonorum quæ in hoc mundo mali fecerunt, nō diminuitur in eis dolor. D. Tho.

Ex ijs q̄ fiunt in hoc mūdo ea tm̄ Damnatis ostendunt, quæ eorum tristitiā augere pñt. ex D. Tho.

Accedat huc, *Quòd ij sicut minus amant, quos prius inordinatè dilexerunt in hoc sæculo*, vt ait idem D. Thom. ead. d. 50. D quæst. 2. artic. 1. quæstiunc. 4. ad secundum. Ita multò minus eorum corpus, quod culparum, & pœnarum organum, & instrumentum fuit. Quocirca sicut illud odio prosequuntur, sic tristantur se loco sacro tumulatos fuisse, & meritò dolēt, ac pœnitent, se voluisse æde sacra humari.

Hoc etiam comprobatur ex Can. *Cùm grauia*, & Can. *quibus peccata*, 13. quæst. 2. Turrecre. ibid. concl. 4. num. 7. putat, hanc conclusionem procedere circa illum, qui non obstante, quòd cognosceret se indignum, sepulturā tamen in tali loco propter humanam gloriam procurauit. Quoniam si ipse hoc nō disposuit, non imputabitur ei ad peccatum. Et quantùm ad rationem culpæ benè dicit; sed nos circa pœnę augumentum conclusionem posuimus.

Turrecrema.

Tertia Conclusio. Damnatis aliquando carere etiam sepultura pœnam auget, & patet. Quidquid enim opprobriosum corporibus suis accidit, hoc pœnam illis accidentalem adauget. Vnde cùm se uident inhumatos, torquentur maximè, scientes propter peccata hæc omnia illis euenire. Recordantur enim verborum Domini per Prophetam contra eos, dicentem, *sepultura Asini sepelietur*, qui in agris inhumatus

Tertia Conclusio. Aliqñ damnatis, carere sepulturā auget pœnā accidentalem.

Hero. 22. c

ĉtus iacet, ferisque, ac alijs animantibus in cibum expositus. Sermo Domini Isai. 22. contra Somnam iniquum templi præpositum dilucidè id ostendit, dùm ab excisa sibi sepultura in templo reijcitur, & quasi pilam in spatiosum, & latum campum in sui ignominiam deijcitur. *Vade* (inquit Dominus) *ingredere ad eum, qui habitat in Tabernaculo, ad Somnam præpositum Templi, & dices ad eum. Quid tu hic? Aut quasi quis hic? Quia excidisti tibi hic sepulchrum; excidisti in excelso memoriale diligenter; in petra tabernaculum tibi. Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum subleuabit te, coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam, & spatiosam, ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui, & expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te*. Et rectè ut ait D. Thom. dicta dist. 50. q. 2. artic. 2. quæst. 1. & artic. 3. quæst. 1. *Nihil erit in Damnatis, quòd non sit eis materia tristitiæ, nec deerit eis aliquid pertinens ad tristitiam.* Et quamuis sit futura in illis pœnarum transmutatio, seu successio, secundùm illud Iob 24. *Ad nimium calorem transibunt ab aquis niuium; hæc varietas pœnarum, illos nō refrigerabit, sed magis affliget sine aliqua spe euasionis:* vt egregiè idē S. Tho. 1. p. q. 10. ar. 3. ad 2. & 1. 2. q. 67. ar. 4. ad 2.

Isai. 22.

Nihil erit in damnatis qđ nō sit eis materia tristitiæ. D. Thò.

Iob 24. d

Varietas pœnarū non refrigerabit dānatos. D. Th.

B Quarta Conclusio. Sepultura corporum in loco sacro, prodest animabus Defunctorum, existentibus in purgatorio. Hæc Conclusio est catholica, & contraria erronea.

Quarta Conclusio

Sepultura corporū prodest animabus defunctorū existentiū in purgatorio, & est de fide contra Æneam Syluium.

Æneas Syluius in libro de origine Boemor. c. 35. vt refert Castro, lib. 13. aduersus hæreses verb. sepultura, inter cæteros errores Valdensis, hunc recenset, *quòd nihil prosit animæ, corpus in loco sacro sepeliri*. Qui error meritò damnatur (inquit Castro) *Quoniam etsi nō prosit ad gloriam animæ augendam* (essentialem intellige) *aliam tamen habet non contemnendam vtilitatem*, vt ait D. Thom. ead. dist. quæst. 2. ar. 3. dicens: *quòd locus sacer prodest sepulto non ex opere operato, sicut sacramenta, & martyrium; sed ex opere operantis*. Et id (ut optimè exponit Turrecre. in dicto Can. *Cùm grauia*, num. 5.) multipliciter.

Castro.

Valdensis error.

Locus sacer prodest sepulto non ex opere operato sed ex opere operantis, ex D. Tho.

Turrecrema.

Primò, dùm ipse Defunctus, uel alius, corpus eius tumulari in loco sacro disponens, patrocinio Sancti illius Ecclesiæ se committit. Cuius precibus remissio pœnæ Purgatorij, credendum est citius impetrari.

Probatur Primò.

Sepultus in loco sacro cōmittit se patrocinio Sancti, illius Ecclesiæ.

Secundò. Quia (cœteris paribus) ex Diuina ordinatione triumphans Ecclesia specialiter orat pro illis, qui in illo loco sacro sunt sepulti.

Probatur Secundò.

Tertiò.

Probatur tertio. Tertiò Quia ministri, & psonæ Ecclesiasticæ, quæ eo loco deseruiunt, tenentur, cœteris paribus, frequentius, & specialius pro illis orare, quæ orationes multùm illis iuuant, *ut à peccatis*, id est pœnis, *soluantur*, ut dicitur 2. Mach. 12. C

2. Mach. 12. D Diony. Areo. Qualis fuerit ritus sepeliendi mortuos à tẽpore Apostolorũ. Dionysius Areopagita, in lib. Ecclesiastica Hierarchia c. 2. & 7. ritum sepeliendi sacerdotem à tempore Apost. sic seruatum describit, nempe. *Cuncti Cathecumœni, ministri, sacerdotes, postremò Pontifex Defunctum ante altare depositum cõsalutabant supra quem fundebat oleum Præsul, & oratione facta in laudẽ defuncti, Psalmisq; & hymnis decantatis, tandẽ honesto in loco ponebat corpus cũ æqualibus alijs corporibus sãctis.* Vide quãtũ ministrorũ Ecclesiæ orones auxiliẽtur mortuis.

Missæ sacrificij ualor. Denique in Ecclesijs sacrum officium missæ celebratur, quod ex opere operato mortuis, & præsertim ibi quiescentibus ad pœnarum remissionem prodest, & ualet. Quod certissimum est, tum ex ritu uniuersalis Ecclesię & Apost. traditione, ut Isid. lib. 1. de officijs Ecclesiasticis cap. 8. & Augustinus de uerbis Apostol. serm. 32. & Rabanus lib. 2. de institutione Clericorum, cap. 44. & Dionysius loco citato tradunt; tum ex generalium Conciliorum definitione, ut in Cabilonensi, & habetur de consecr. d. 1. in Concilio Florentino, in Decreto de sacramẽto ordinis, & in Trid. c. 2. & Can. 3. sess. 22.

D Isid. D. August. Raba. D Diony. Conc. Flore. Cõc. Triden. Tertullia. D. Cypria.

Adde quòd ueteres Patres, ritũ offerẽdi sacrificium Missæ pro mortuis, traditionem Apostolicam esse testantur. Ita Tertullianus, qui post Apost. spatio 200. annorum uixit, in libro de corona militum, Cyprianus lib. 1. epist. 9. ad Clerum & Plebem Furmitanorum: Ambros. lib. 2. epist. 8. Chrysost. homil. 1. in primam Epistolam ad Corinth. & homil. 21. in acta Apost. D. Augustinus libro de hære. ad Quod uuldeum, cap. 53. & in Enchyridion. capit. 110. & lib. 9. Confess. cap. 11. & 12. & 13. & li. de cura pro mortuis gere. cap. 1. & de uerbis Apostoli ser. 34. Gregorius 4. Dialog. 55. & Theophi. super illud Matth. *Eum timete qui potest mittere animam ingehennã.* Et Damasce. in sermone, *Quòd qui in fide hinc migrarunt, sacris operationibus, & uiuorum benefieys multùm iuuentur*, & Ephiphanius contra Ærium, hæresi 55. & Athanas. in sermone eorum qui obdormierunt. D

D. Ambro. D. Chrysost. D. Augnst. D. Gregor. Theophil. D. Damasc. D. Epipha. D. Athanas. Matt. 10. D. August.

Quòd si in ueteri lege offerebatur pro mortuis (quod affirmat D. Augustinus in libro de cura pro mortuis gerenda, & expresè habetur dicto c. 12. 2. Mach. quòd Iudas miserit duodecim mille dragmas, ut offerrerẽtur pro mortuis) quomodo nouæ legis sacrificium ad mortuos non se extendit? Nõne Christus Dominus in Cruce obtulit se pro mortuis?

Nonne

A Nonne instituit hanc oblationem faciendam in die Cœnæ in sui commemorationē pro omnibus uiuis, & defunctis? Immò ipsemet Christus, ut sacerdos in æternum, & caput Ecclesiæ in altari offert se, incruenter tamen, in remissionē omnium pœnarum, & culparum uiuorum, & mortuorum.

> Psal. 109. b

> Pœnæ fidelium mortuorum quō in Missa mitigētur.

Quocirca hoc sacrificium satisfactorium esse, & propitiatorium (quamuis non meritorium animabus purgatorij, cū augumenti gratiæ capaces nō sint in eo gradu gratiæ confirmatæ, in quo è vita discesserūt,) nemo catholicorū dubitat.

Mitigantur autem, & tolluntur eorum pęnæ in Missa, nō solùm ratione sacrificij; sed etiam ratione orationum, & precum, quæ in ea funduntur pro ipsis animabus nomine Sanctæ, & Catholicæ Ecclesiæ prolatarum. Quæ orationes, semper satisfactionis ualorem habent; quomodocumque Missa pro mortuis dicatur. Impetrationem uerò tunc habent, quando exprimitur petitio uerbis ad Deum: sicut cùm dicitur. *Fidelium Deus omnium conditor, & redemptor*, &c. Et huiusmodi alia. Vnde sequitur, melius esse pro mortuis Missam celebrare de requie, quàm de Sancto: Cùm in hac non habeatur illa impetratio, quæ habetur in Missa propria. Ex quo capite utilior illis existit, licet essentialis ualor, nem-

> Melius est ꝑ mortuis celebrare Missā de requie, q̃ de Sancto.

B pe ipsum sacrificium, æqualis sit illis in omni Missa. Ita S. Thom. 3. par. quæst. 82. artic. 6. Syluest. uerb. Missa, 1. num. 8. conclusione 2. Soto, in 4. dist. 13. quæst. 1. art. 6. per totum, & artic. 8 de precibus mali Sacerdotis, sed addit Idem S. Tho. *quòd hoc potest recompensari per maiorem deuotionem celebrantis, vel eius, qui facit eam celebrare, aut per intercessionem Sancti, in cuius venerationem celebratur, eius auxilium implorantis*, ut in 4. d. 45. q. 2. ar. 3. q. 1. ad 5.

> Valor essentialis sacrificij, æqualis est in omnibus missis.
> D. Tho.
> Syluest.
> Soto.

Vnde quidam non irrationabiliter iuxta Syluest. dicunt, nullam Missam Defunctis esse Salubriorem, quàm propriā diei: argumento text. in cap. 2. *de celebratione Missarum*; Et ita sentit Supplementum.

> Syluest.

Quinta Conclusio. Sepultura corporum, prodest uiuis sepelientibus, & alijs. Hæc Conclusio est Turrecre. ubi supra; & probat.

> Quinta Conclusio.
> Sepultura corporū prodest viuis sepelientibus, & alijs.
> Turrecrema.
> Probatur Primo.
> Secundò.

Primò, quātùm ad corpus. Ne homines aspectu deformi cadauerum perhorrescat, & ad euitandum fœtorem, & pestem arcendam.

Secundò, quantùm ad animam. Quoniam in depositis fides Resurrectionis astruitur, recordatio quatuor nouissimorum, Mortis, finalis Iudicij, pœnarum, & præmiorum in mente uidentium excitatur.

Tertiò.

Tertiò. Templum ex vi suæ consecrationis, habet uirtutem facilius impetrandi à Deo quod petitur.

Tertiò. Christiani prouocantur ad orandum pro defunctis, & magis ualet oratio in Ecclesia fusa pro defunctis, quàm extra. Quoniam templum ex ui consecrationis, habet uirtutem facilius impetrandi à Deo, quod petitur. C

Quartò. D. August.

Quartò. Quia homines mouentur ad opera misericordię facienda pro mortuis. Ita Augustinus in lib. 1. de Ciuit. Dei capit. 4.

Quintò. Tobias sepeliendo mortuos Deum promeruit ex Augustino. Tob. 12.

Quintò. Quia fideles facilius Deum promerentur, ac propitium sibi faciunt. Vnde dicit Augustinus ibid. *Tobiam, sepeliendo mortuos, Deum promeruisse.* Tob. enim cap. 12. dixit Angelus; *quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & abscondebas mortuos per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Deo.* Quæ omnia ei uisionis gratiam impetrarunt.

Octauò. Sepultura est cõsolatio cõsanguineorum.

Sextò. Quia funus, & sepultura, est consanguineorum, & affinium consolatio.

Septimò. Ex sepultura mortuus, & cõsanguinei honore afficiuntur.

Septimò. Quoniam mortuus ipse, & consanguinei ex sepultura, honore afficiuntur.

Octauò. Sine sepulturis mortuorũ memoria euanesceret.

Octauò. Quia aliàs memoria mortuorum apud homines euanesceret.

Ex sepultura dignoscũtur fideles ab infidelibus.

Adde, quòd ex hoc dignoscuntur fideles ab infidelibus, ut etiam mortui abinuicem separentur, ne communicent post mortem, qui in eadem fide uiuentes non communicarunt in uita. D

Nonò. D. Gregorius

Vltimò. Quoniam, dum uiuentes desiderium eligendi sibi sepulturam in loco sacro, & decenti habent, profectò religiosum actum exercent, (Cùm hoc per se sit expetendum) ut corpus suum apud alicuius sancti corpus in loco congruo, ubi multa pro defunctis suffragia funduntur collocetur, ut docet diuus Gregorius.

Vltima Conclusio. Luminaria, faces, panni, & alij sumptus in sepulturis, prosunt non per se, sed p accidẽs defunctis.

Vltima Conclusio. Luminaria, faces, panni, & alij sumptus funerum, prosunt non per se, sed per accidens defunctis; et hoc dupliciter.

Primò.

Primò, in quantùm pauperes etiam sacerdotes ex illis recreantur; & subueniuntur, & Ecclesia decoratur.

Secundò. Faces accensæ ꝓpter decẽ causas iuxta mortuos ponuntur.

Secundò, in quantùm uiui per talia excitantur ad compatiendum mortuis, & per consequens ad orandum pro eis. Accẽsæ uerò illæ faces, quæ circa monumẽta, seu corpora defunctorum, ponuntur, decem caussas, aut significationes habere possunt, ut docui dùm apud Vaticanum in Basilica S. Petri Theologum agerem in meis perlectionibus super psalmum tertium, quas hic consolationis gratia placuit adijcere.

Prima

A Prima est propter fidem. Adhibentur enim in argumentum & signum,quòd illud corpus circa quod accenduntur,est fidelis,& Christiani hominis,quod etiã arguitur ex illis Crucibus,quæ in sepulturis optimè adhibentur.

Secunda. Ad fidem,seu spem resurrectionis astruendã.Ecclesia enim non reputat illa corpora extincta,& perpetuò in pulueres resoluta mansura,sed iterum uixura,& resurrectura. Estq; ratio D.August.in psam.15. *Caro meo requiescet in spe*,& psalmo 4.*In pace in idipsum dormiam,et requiescam*.

Tertia.Quia fax illa accensa,est symbolum lucis,quo illorũ corporum animabus lucem æternam precamur. Iuxta illud. *Lux æterna luceat eis Domine.etc.*

Quarta.Faces illæ accensæ,sunt species oblationis pro usu Ecclesiæ,& ministrorum.

Quinta.In religionem,& cultum Dei.

Sexta.*Quia illa caro est pars.seu membrum Christi,templũ, et uas spiritus sancti, in quo gratia,fides,spes,et charitas habitarunt*,& est ratio D.Augustini.

Septima.Lucent candelæ, ut ostendatur Deo cuncta uiuere,& lucere,Iuxta illud:*Regem cui omnia uiuunt etc.* Et quoniam omnium cordium scrutator est Dominus,Act.1.& operum inuestigator. *omnia enim nuda, et aperta sunt oculis*
B *eius*,ut dicitur. Hæbreo.4.d.ideò accenduntur faces,quasi denotent Dominum defunctorum omnium merita,discussisse,& lucidissima iudicij sui face iudicasse.Dicitur enim:*scrutabor Ierusalem in lucernis*.Soph.1.

Octaua.Ad animæ immortalitatem profitẽdam. *Lucerna enim Domini,anima hominis est*.Prou.20.

Nona.Quò feruentius fideles excitentur ad orandum, & suffragandum.

Decima. Vt cognoscatur,Christianos hæc agere pro animabus,quæ sunt in Purgatorio,cuius flammas patiendo,purgantur. *Erunt enim saluæ quasi per ignem*.

Huiusmodi autem ritum accensarum candelarum circa sepulchra,antiquissimum esse testantur historiæ.Vnde Nicephorus lib.1.cap.20. narrat, Apostolos cùm facibus ardentibus interfuisse Beatę uirginis exequijs.Simeon Meta.in uita Beati Nicolai, meminit ad tumulos accendi solitas faces.Nazianzenus in oratione in obitu fratris. Cæsarei in Historia Tripartita lib.8.cap.1.lib.9.cap.38. lib.10.cap.8. & 26. Isido.7. Ethimo.cap.22.Rabanus lib.1.ca.19. & Athanasius apud Damascenum,sermone pro defunctis. Nunc autem reliquum est, ut ad argumẽta in princ.quæstionis posita respõdeamus.

Ad Pri-

Primò propter fidem.
Secundò ad astruendã fidem & spẽ resurrectionis.
D. August.
Psal.15.
Psal.4.
Tertiò quod fax accẽsa est symbolũ lucis.
Quartò quòd sunt oblationis species ꝑ Ecclesia.
Quĩtò ꝑpter Religionem & cultũ Dei.
Sextò quòd caro mortui, est pars, seu mẽbrũ Christi, ex D.August.
Septimò candelæ lucẽt ut ostẽdat, Deo cuncta lucere.
Acto.1.
Hæb.4.
Nota cur faces accendãt ante mortuos.
Sopho.1.
Octauò ad animæ immortalitatẽ profitendũ.
Prou. 20.
Nonò quòd fideles feruẽtius ad orandũ excitãtur.
Decimò ut cognoscatur, hæc Chistianos agere ꝑ aĩabus purgatorij q̃ igne purgantur.
Ritus accendendi faces iuxta sepulcra,antiquissimus fuit.

Ad primum. Christus non prohibuit sepulturam. Parentũ necessitas eximit filium ab obligatiõe ĩgrediendi Religionem. D.Tho. Religiosus ꝓfessus est iam mortuus mũdo. Cũ cultus parentũ eximit nos à Dei seruitio, non est pietatis actus insistere cultui parentum cõtra Deum. D.Hiero. quõ doceat calcare patrem, & matrem. Cur Christus prohibuit discipulo sepulturam patris, ex DD. Ambro. & Chrys. Filius qui sepelire patrẽ à Christo petiuit, non petiuit sepelire, sed secundũ D.Cyrill. sed ipsũ ẽt in senectute alere, quousq; sepeliretur. Caietani ponderatio. Quid sit mortuos sepelire mortuos suos ex D. Greg. Caiet expositio circa uerba Domini.

Ad primum ex Matth. & Luc. Respondeo, quòd ibi cùm Saluator prohibuit, mortuos sepelire, non intendit prohibere, seu improbare officium sepulturæ, aut obsequium patri à filijs debitum; sed sensus est, quòd quando quis vocatur ad altius munus, non debet retrocedere propter minus, nec humana Diuinis anteponenda esse. Ex quibus locis concludit S.Tho. 2.2.q.101.art.4. in corpore, & ad tertium, *quòd qui est in sæculo constitutus, si parẽtes eius absque suo obsequio possunt substentari, licitum est eorum obsequia intermittere, & ad Religionem transire. Secus in iam professo; cùm sit mortuus Mundo*. Et quando cultus parentum abstrahit nos à cultu Dei, iam non esset pietatis actus cultui parentum insistere contra Deum. Vnde Hieronimus in Epist. ad Eliodorum ait: *percalcatum perge patrem, percalcatam perge matrem ad vexillum Crucis euola, summum pietatis genus est, in hac re fuisse crudelem*.

Vnde D.Chrysost. & D.Ambros. dicunt, Ideo Dominum prohibuisse discipulo sepulturam patris, nec ei permisisse tãtam temporis dilationem, quantam poscebat, vt eum à multis malis eriperet. Solent enim post mortem patris oriri lites, & diuisiones hæreditatum, curæ temporalium discussio, & dispositio paterni testamenti, & alia huiusmodi; per quæ homines à sequela Christi auocantur, & hæc intendit Dominus prohibere: & præcipuè, quia alij erant, qui complere possent funeris sepulturam.

D.Cyrillus in Luc. exponit, discipulum illum petijsse non patrem iam Defunctum sepelire, sed adhuc viuentem in senectute sustentare vsque quò sepeliretur. Quod nec illi fuit concessum, existentibus alijs, qui eius curam habere possent consanguinitatis vinculo adstricti.

Caietanus similiter exponit, & ponderat non dixisse, *patrem meum mortuum*, sed absolutè, *patrem meum*, petens totum tempus vitæ paternæ, non autem exiguum tempus sepulturæ paternæ. Sed quem sensum habeant verba sequentia, *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*, pulchrum erit cognoscere.

D.Gregorius lib.4.Moral.cap.29. *mortui* (inquit) *mortuos sepeliunt, quando peccatores peccatorum fauoribus premunt. Qui enim peccantem laudibus prosequuntur, extinctum sub verborum aggere abscondunt; & qui hoc faciunt, amici, aut consanguinei sunt, qui dare operam potius debuerunt, vt mortuus suscitaretur, sicut sorores Lazari, quam vt sepeliretur*.

Caietanus, autem aliter exponit. *Sic enim*, (inquit) *Dominum*

A *minum fuisse loqutum, ad significandum proportionem, imò similitudinem inter Curatores, & Curandos; & mortuos appellat illos, quorum studium est circa mortalia, ac si apertè dixisset; Dimitte Curam rerum mortalium his, quorum studium est circa mortalia, tuum autem studium sit circa æterna.*

Ambrosius, Ilar. & Chrysostomus, diligenter ponderant pronomen, *suos*, ac si dicere voluisset, *Infideles mortuos, non esse sepeliendos, nisi à mortuis Deo; neque esse admiscendos memorijs Sanctorum, sed his qui sunt Deo mortui relinquendam sepulturam eorum, qui & ipsi Deo mortui sunt: quibus sacræ oblationis veneranda communio non suffragatur, Christianos verò Deo viuentes debere sepelire suos mortuos, & non simpliciter, eos debere sepulturæ committere; sed pro eorum salute, Dominum deprecari, suffragia præstare, & oblationem corporis Domini facere, quasi diceret: mortui Deo sepeliant mortuos Deo, mortui mundo, & uiuentes Deo sepeliant pariter mortuos mundo, Beati enim mortui, qui in Domino moriuntur.*

Ponderatio, D. Ambros. Ilar. & Chrysost. circa illud pnomē, suos.

Ad Secundum, ex Luc. 8. & 7. Respondetur, quòd saluator non prohibuit fletum. Nam Act. 8. & 9. Laudantur sepelientes Stephanum, & facientes planctum magnum super eum. Filij similiter Israel, mortuo Aaron in sumitate montis Hor, B *Fleuerunt eum triginta diebus per cunctas familias suas*, vt patet Num. 20. Nec Ioseph, dum sepeliret patrem, & fleret, peccauit. Genes. 50. Immò saluator, Maria, & Marta flebant in morte Lazari Ioan. 11. Verùm fletus qui non procedit ex vero amore, sed ex ficto animo, & mendaci intentione, damnatur. Fletus item verus, alius est cum spe Resurrectionis, vt est Christianorum, & hic est laudandus, Alter qui non admittit consolationem, aut spem Resurrectionis, vt D. Paulus ait, & hic prohibetur à Christo.

Ad Secundū. Actor. 8. & 9.

Num. 20. Gen 50. Ioan. 11. Quis fletus, & quę lachrymæ dānātur.

Fletus bonus admittit consolationē, & est eorū, qui spem hn̄t resurrectionis, fletus aūt malus, non. Nota.

Adde, quòd Saluator ibi non inhibuit fletum, sed uerbis hortatorijs usus est, tribuens spem Resurrectionis, & beneficij subsequentis; & mortuum quidem illum defleri prohibuit, quia mox vocis suæ potentia à morte ad vitæ limina erat reuocaturus.

Nec obstat, Dominum Num. 19. prohibuisse ingressum in domum mortui. Lex enim illa, quia *umbrā habebat futurorum bonorū*, quid nobis in lege gratiæ esset faciendum præfigurabat. Neque aliud sanè Dominus illo præcepto contendebat, quàm à morticinio peccati fugare suos, & à mortis, frigidissimo algore repellere.

Num. 19. Prohibitio Dn̄i in lege veteri, ne ad mortuū accedeē, quid nos in lege gr̄ę facturi essemus pręfigurabat.

Ad Tertium, ex Matth. 23. & Luc. 11. *Væ Vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum*, Respondeo cum Theoph. & Orige.

Ad Tertium. Theophil.

Orige. Orige. ꝙ non reprehenditur his in locis à Dño sepultura; C sed imitatio ipsorum, uidelicet, quia sepeliebant iustos, quos occiderant Patres eorum, & ipsi imitantes patres, iustos etiã occidebant, quos deinde sepeliebant.

Caietani pulcra ponderatio. Eleganter autem notat Caietanus, *Dominũ noluisse reprehendere ædificationem, & ornamenta sepulchrorum Prophetarũ. Hoc enim (si fiat affectu Religionis) actus laudabilis est, nec est mali testificatio; sed per retorsionem argumenti uoluisse concludere, esse filios homicidarũ, non solũ uerbo, (dicendo, quòd patres nostri interfecerunt) sed etiã facto, consumando opus paternũ occisionis, cũ exhibitione sepulturæ.* Consumatio enim operis circa mortuum occisum, est sepelire illum. Et merebantur Pharisæi hanc retorsionem suorum operum in malum, quia ex hypocrisi sepulchra Prophetarum condebant, & ornabant, ut significarent, se detestari crimina patrum suorum in prophetas, & tamen persequebantur Iesum caput omniũ Prophetarum.

Propter duo cæsis. l. mortuis monumenta exigũtur uel ad laudandum, cæsos, & cõfundendum cedentes, uel e è contra. Iansen. Iansen. c. 84. suæ concordiæ Euangelicæ, distinguit duplici intentione monumenta erigi cæsis, *aliquando in laudẽ cæsorũ, & occidentiũ uituperiũ, aliquando è conuerso, in uituperium Cæsorum, & in laudẽ, ac tropheũ eorũ, qui eos occiderunt.* Et dicit, phariseos hoc secundo modo erexisse. Quocirca meritò à Domino redargui, & execrari in illis uerbis. *Væ uobis,* D *qui ædificatis &c.*

Paulus de Palatio. Paulus de Palatio, mouet dubiũ, in quo peccauerint Pharisæi iustorum monumenta facientes, ut Dominus tantum væ illis minetur?

In quo peccauerunt Pharisæi. Et Respondet, duplici peccato *eos peccasse, primo quòd uiri iniqui, & prophani, ossa ossibus Prophetarũ auderent contrectare.* Si enim Sobnæ prophano Templi Præposito nõ occisori

Isai. 22. cuiusquam uolenti in loco sacro sepulcrum sibi excedere dictum fuit: *quis tu hic? Et quasi quis hic? quia excidisti tibi sepulchrum?* quibus uerbis significatum fuit, illi fas non fuisse in loco sacro sepeliri; quantò fortius dicetur his væ, qui cũ iniqui essent, & pleni sanguine, religiosa Sanctorum corpora tangebant? Quapropter sacrificia, incẽsum, & holocausta à sanguineis manibus exhibita, abominabilia Domino sunt: ut ait Isai. Ergo & funerales honores uiris sanctis à peruersis exhibiti, abominabiles Domino erant.

Isai. 1. b. Secundò peccabant, *quoniam in se ipsis confidentes dicebãt se non futuros fore malos, si tempore suorum maiorum adfuissent. Atque ita dicebant: si fuissemus in diebus patrum nostrorũ, non fuissemus socij eorũ in sanguine.* In quo peccabãt, cùm

& iu-

A & iusti sine Deo pecent, ac cadant; ut patet in Petro.

Ad Quartum. Gratianus glossat Hieronymum de impænitentibus, quibus quomodo sepultura non prosit, iam est expositum. Ad Quartū. Gratianus.

Ad Quintum. D. Augustinus uarijs in locis utilitatem sepulturæ tradidit, serm. 22. de uerbis Apostol. 1. de Ciuit. Dei, 13. & in lib. de cura pro mortuis gerenda, capitu. 1. 4. & 9. Et quamuis illa non prosint per se; prosunt tamen per accidens defunctis, modis supra assignatis. Ex promissione autem illa Diuina, quòd corpora Martyrum canibus tradita sint post mortem, discant Christiani, quòd propter temorem carendi sepultura, non debent illi à Christi fide trepidare, non autem, quòd sepulchrum debeat absolutè contemni. Ad Quintū. D. August.

QVAESTIO TERTIA.

An sepultura Christi fuerit causa efficiens nostræ salutis?

B

VIdetur, quòd non.

Primò uulnus lancea illatum à longino Christo Domino post eius mortem non fuit causa efficiens nostræ salutis, cū ante separationem animę à corpore Christi cōsumatum, & absolutum fuerit opus redemptionis humanæ, ergo multò minus eius sepultura. Primum argumentum.

Secundò. Nihil in Christo potuit esse causa salutis nostræ effectiua, quæ non fuerit eiusdem quoq; meritoria; sed meritum Christi terminatum fuit in eius morte, nec post mortem, Christus ullo pacto meruit, uel actionem meritoriam exercere potuit, cùm desierit esse uiator; igitur cùm sepultura, quæ morti succedit, meritoria causa nequeat esse; pariter nec effectiua erit. Secundùm.

Tertiò. Si salus nostra deberet adscribi actioni Christi post eius mortem, scilicet sepulturæ; ergo similiter quòd ex latere Christi pendētis in cruce iam mortui fluxerint sacramenta: sed hoc uidetur falsum, cùm sacramenta, uim, causalitatē, Tertium.

 & effica-

Ad Hebræ. 5. & efficacitaté habuerint à Christo uiuo patiente, Iuxta illud C Apos. *Qui in dieb⁹ carnis suæ, &c.* Ad Heb. 5. ergo & antedés.

Quartum. Quartò. In illo triduo mortis, Christus nõ erat, ergo in illo non poterat saluare, uel actus ad salutem exercere, & causare; non ergo sepultura fuit causa nostræ salutis.

Quintò. Corporale non põt esse causa spiritualis; sed sepultura Christi fuit quid corporale, ergo non potuit esse causa nostræ salutis, quæ est quid spirituale.

In contrarium est, quòd nihil circa Christum fieri debuit, quod non esset salutiferum nobis, aliàs superuacaneum fuisset Euangelistis enarrare, nedum ꝙ sepelierint eum, uerùm etiam modum, nempe ꝙ fuerit sepultus in horto, ꝙ in monumento alieno, & exciso in petra, ꝙ Ioseph in Syndone munda ipsum inuoluerit, & pręciosis aromatibus cõditum, sepeliuerit, & ꝙ à magnatibus Iosepho Ab Aromathia nobili Decurione Marc. 15. & Principe Iudæo. Nicod. Ioan. 19. Id factum fuerit. At ad Rom. 15. dicitur, quòd *quæcũque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.*

Ioan. 19.
Ad Rom. 15.

Hæc quæstio lubenti animo à me tractatur, ut quorũdam opinioné refellã, & erroneam (meo iudicio) in fide esse ostédam, qua dñt, sanguiné qui effluxit è latere Christi iam mortui, nihil cõtulisse ad redemptioné humani generis, neq; Ecclesiam ex latere Christi dormiétis. i. in Cruce mortui cõditã esse, inter quos est Abulésis, qui in q. 352. super, 18. c. Gen. D id tenaciter asserit, & Paulus Middelburgo, Episcopus Foro Semproniensis, in lib. de passione Domini.

Diuisio quæstionis, & de quibus tractari debeat.

Hic multa dubia explicanda sunt.

Primũ. An sepultura Christi sit causa effectrix nrẽ salutis?

Secundum. An ex latere Christi mortui, effluxerit uerus sanguis, & uera aqua?

Tertiũ. An naturaliter, uel miraculosè emanauerint è corpore iam extincto?

Quartũ. An erroneum sit sentire, ꝙ sacra minimè receperint uim, & efficaciã à sanguine ex latere Christi defluente post eius mortem, & negare, Ecclesiam tunc formatam esse?

Quintum, quid sanguis ille, & aqua mysticè significent?

PRIMVM DVBIVM.

Sepultura Christi operata est efficienter nostram salutem. Cõclusio est D. Tho.

QVantùm ad primum, sit unica Conclusio.

Sepultra Christi, operata est efficienter nostrã saluté, sicut & mors eius. Explico. Sicut mors Christi est causa efficiens gratiæ, & causa efficiens salutis nostræ; Ita & eiusdem Christi sepultura. Hæc concl. est in terminis D. Thom. 3. par. q.

A par.q.51.ar.1.ad 2.& ar.2.ad 4.& ar.4.ad 3.vbi ar.1.ad 2.probat ex Glossa ordi.per illud Isai.53. *Dabit impios pro sepultura .i.vt dicit Glossa, gentes, quæ sine pietate erant, Deo, Patrique dabit, quia mortuus, & sepultus eos acquisiuit.*

Probat. Primò. Glos. Isa.53.

Secundò ex dicto D. Hieronymi super Matth. *Sepultura Christi resurgimus; cùm per Christi sepulturam omnes innouemur, morte, & corruptione destructa.*

Secundò. D.Hierony.

Tertiò à signo. *Christus.n.sepulturã habuit in horto, ad significandũ, ꝙ per mortẽ, & sepulturã ipsius liberamur à morte, quam incurrimus per peccatũ Adæ in horto paradisi cõmissum,* vt dicit D.Tho.eod.loc.ar.2.ad 4. *Et ideò in aliena positus est sepultura, quoniã pro aliorũ moriebatur salute*, vt dicit Aug.ser.133.to.10.Et cùm sepulchrũ, mortis sit habitaculũ, in illo corpus suum habitare voluit, vt inde mortem expelleret, & fugaret.

Tertiò. Nota cur Christus sepulchrũ habuit ĩ horto. D.Tho. Christus in aliena positus est sepultura, quia ꝑ aliena moriebatur salute.

Quartò, & est ratio à priori. Qm̃ corpori Christi existẽti in Sepulchro, cõiuncta erat personaliter Diuinitas, quæ nec corpus emortuũ, nec animã ab eo separatã vnq̃ dimisit. Vñ tanq̃ organum coniunctũ personaliter verbo Dei, instrum erat ei⁹ ad miracula, & Diuinas virtutes faciẽdas, ex quo verè, & cõuenienter dr̃, ꝙ efficiebat, & causabat gratiã, & salutẽ nr̃am rõne Diuinitatis, ex qua talis efficiẽtia dependebat.

Quartò. Corpore Christi existenti in Sepulchro, coniuncta erat ꝑsonaliter Diuinitas.

B Ita S.Tho.3.p.q.56.ar.1.ad 4.& q.50.ar.6.in corp. Cuius verba sunt hæc. *Per mortem, Diuinitas separata non fuit à carne Christi, & ideò quidquid contigit circa carnem Christi, ẽt anima separata, fuit nobis salutiferũ, uirtute Diuinitatis vnitæ.*

D.Tho.

Caiet.in cõment.dictę, q.56. sup ar.1. in respõsione, ad 3. animaduertit, & benè, ꝙ *quãuis humanitas Christi sit vniuersale instrumentũ, ut organũ Diuinitati cõiunctũ ad miracula facienda; determinatur tamẽ ad esse instrumentũ ad hoc, vel illud opus miraculosum, per aliquã ipsius conditionem ita, ꝙ ex hoc ꝙ passa est, intelligimus cõicatam sibi per quãdã appropriationem, virtutem remissam peccatorũ. Quod profectò intelligendũ est, quantùm ad efficientiã, & causalitatem effectiuam; non quantũ ad meritum. Hoc.n.non solùm appropriatè, sed propriè passioni, seu Christo patiẽti tribuitur. Ita S.Tho. dicto. ar.1.ad vlti.& ar.2.eiusdẽ quæstionis ad vltimum; & ex hoc ꝙ resurrexit, cõicata est similiter sibi virtus suscitatiua mortuorũ, & sic de alijs similibus instrumentalibus actionibus, quæ humanitati Christi tribuuntur instrumentaliter; Deo autem principaliter.* Hæc Caietanus.

Caietani optima annotatio.

Nota benè.

Cuius doctrinã sequentes nos, similiter etiã dicimus, ꝙ multi sunt effectus, qui quãuis à Diuinitate primariò, & ab

humanitate Christi tanquam instrumento effectiuè, verè, & realiter proficiscantur; carni tñ Christi in monuméto iacenti, seu eius sepulturę (quod idem est) optima conuenientia, & congrua appropriatione peculiariter tribuuntur. C

Primus effectus sepulturæ Christi.

Quorũ primus, est vis liberatiua hominis à duplici morte, animę, & corporis. Quę liberatio facta est à Christo, remouendo per eius morté ea, quæ contrariantur nostrę saluti, videlicet morté animæ, & morté corporis. Per morté.n. Christi, dr̃ destructam esse in nobis morté animæ, quæ est p peccatũ nostrum: Iuxta illud ad Rom. 4. *Traditus est*, (.s. in mortem) *propter delicta nostra*. Item mortem corporis. Quoniã, vt inquit Paulus, 1. ad Corin. 15. *Absorpta est mors in resurrectionis uictoria*; & sic morte Christi, mortua mors est. Sic docet D. Tho. dicta, q. 50. ar. 6. in corp. & q. 51. ar. 2. ad 4. & art. 4. in corp. & communiter Doctores.

Rom. 4.

1. Corint. 15. D. Tho.

Secundus effectus.

Secundus effectus, est uis destructiua peccati, & corruptionis.

Tertius effectus.

Tertius, vis innouatiua hominis per depositionem ueteris vitæ.

Quartus effectus.

Quartus. Facultas moriendi peccatis, & *abscondendi vitã nostram spiritualem cum Christo in Deo*, ad Colos. 2.

Quintus effectus. Rom. 6.

Quintus. Vis demergendi peccata nostra, degluttiendi, & *sepeliendi veterem hominem cum Christo per Baptismum in mortem eius*, vt inquit Paulus ad Rom. 6. D

Sextus effectus.

Denique. Vis destructiua, tenebrarum pœnę, & culpę: In cuius signum, per duas noctes caro Christi permãsit in morte, & in sepulchro; ut nobis significaret, duas nostras illas mortes, & duplicatas tenebras culpæ, & pœnę, uirtute suę sepulturæ, summo mysterio remoueri, ut ex S. Tho. ead. q. art. 4. ad 3. Hi autem effectus, quãuis non solùm à carne Christi in sepulchro, sed ét ab eius anima separata, & ab integra humanitate eius instrumentaliter, & effectiuè proficiscebãtur; tamen opportunis conuenientijs, ut dictum est, eius sepulturæ attribuuntur. *Illud autẽ inter cætera sepulturæ Christi fuit proprium, quod ex mora trium dierum cõtracta in Sepulchro, veritas mortis, & humanitatis illius efficacissimo argumento elucescit*, ut ibidem S. Tho.

Quid significet, carnem Christi per duas noctes iacere in Sepulchro. D. Tho.

Sepulturæ Christi ex mora trium dierum in ea, veritas mortis Christi tribuitur, & euidẽti argumento cõprobatur. D. Tho.

Hæc de sepultura, quæ de morte quoque Christi non solùm prout est in fieri, sed prout est quoque in facto esse, id est, iam facta separatione corporis, & animæ. Iuxta D. Tho. dicto, artic. 6. q. 50. concedenda sunt. De morte autem Christi, prout est in fieri, id est, dum per passionem tendebat in mortem, quæ sic accepta nil aliud est, quàm eius passio,

idem

A idem iudicium erit, ac de eius passione. Quocirca non solũ est causa efficiens; sed etiam meritoria nostræ salutis: Passio enim Christi quinque habet causalitates in Iustificatos. Si enim comparetur ad Diuinitatem eius, agit per modum efficientiæ; comparata ad voluntatem animæ Christi, agit per modum meriti. In quantùm verò consideratur in ipsamet carne Christi, agit per modum satisfactionis, quatenus per eam à reatu pœnę liberamur. Rursus agit per modum redemptionis, inquantùm à seruitute culpę, per eam eripimur. vltimò agit per modum sacrificij, in quantùm per eam reconciliamur Deo. Fuit enim sacrificium Deo acceptissimũ, quòd Christus voluntariè passus sit. Vnde propter hoc bonum in natura humana inuentum, Deus placatus est, ac genus humanum reconciliatum fuit ei, vt ad Roma. 6. dicitur. *Reconciliati sumus Deo, per mortem filij eius*. Denique agit, vt remouens prohibens, dùm impedimenta, & obstacula ab ingressu Regni cœlestis, id est, peccata propria singulorum, quæ, vt ait Isa. capit. 59. diuiserunt homines à Deo suo, pręcio eius sanguinis *delendo Chirographum decreti, quod aduersus nos* erat, vt dicitur ad Colos. cap. 2. qui *introduxit nos in gloriam, uocans non dilectã dilectã: sponsam sibi ipsam faciens in fide, & in miserationibus*, Oseę 2. Quo illud
B nouum effecit Dominus, vt impedientem à paradiso Angelum amouerit, gladium uibrantem, & *Rompheam ex vtraque parte acutam* fregerit, & combuserit, implendo illud Psalm. 45. *Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni:* aperiendo librum clausum Regni cœlestis. Quare, & cum senioribus cantico nouo cantare ei liceat dicentes, Apocali. 5. *Dignus es Domine, accipere librum, & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos Deus in sanguine tuo.* Et hæc de primo Articulo.

Idem est iudicium de morte Christi in fieri atque in facto esse.
Passio Christi in iustificatos quinq; habet causalitates, agit enim.
Primò p̃ modum efficientiæ.
Secundò per modum meriti.
Tertiò p̃ modum satisfactionis.
Quartò p̃ modum redẽptionis.
Quintò p̃ modũ sacrificij.
Propter quid Deus Pater in Christi morte placatus est.
Rom. 6.
Ephe. 2. A.
Passio Christi agit, ut remouẽs prohibẽs.
Isa. 59. a
ad Colos. 2.
Oseæ. 2.
Gen. 3.
Psal. 45. b.
Apoch. 5.

SECVNDVM DVBIVM.

Circa Secundum, error fuit cuiusdam Petri Ioannis, vt refert Guido Carmelita, & Castr. lib. 4. aduersus hæreses. verb. Christus, hæresi decima, qui dicebat, Christo adhuc viuenti in Cruce, & nondum mortuo, vulnus lanceæ illatum fuisse. Hæc hæresis confutatur euidentissimè.

Primò, ex Euangelio Ioann. cap. 19.

Secundò, ex Conci. Viennensi, cuius definitio refertur in Clementina prima de summa Trini. Et fid. Catho. Vbi Clemens V. sacro approbãte Concil. ex claue scientiæ, ut de fide

Secundum dubium.
Error Petri Ioãnis de ictu lanceę Christi
Guido Carm.
Castro.
Probatur dictum Primò
Ioan. 19.
Secundò.
Concil. Vien.

Christus iam mortuus, & nō antea, fuit lancea ī Cruce percussus.

decreuit, *Christum iam mortuum, & non antea, lanceæ vulnus accepisse, nec per anticipationem, vel post positionem hæc à Ioanne eo ordine enarrata esse; sed verè in re gesta, ordinem à Ioanne descriptum, seruatum fuisse.* C

Tertiò. Theodore.

Tertiò. Theodore. enim in secundo Dialogo contra hæreses, qui dicitur inconfusus, similiter ex communi Sanctorum Patrum, & Doct. sententia. Aug. super Ioannem Serm. 120. & 15. de Ciuit. Dei cap. 26. D. Amb. super Epist. ad Rom. & Theoph. super Ioan. Glos. ordina. super illud ad Roma. 5. *in similitudinem præuaricationis Adæ, ex latere Christi dormientis*, S. Thom. 3. par. quæst. 62. ar. 5. Scotus super 4. & Alij ibidem. Hi omnes, & alij docent, *Christum emisso spiritu ad patrem, lancea percussum fuisse.*

D. August. D. Ambro. Theophi. Rom. 5. D. Thom. Scotus.

Quartò probatur ex figuris. Gen. 2.

Quartò ex figura. Quoniam Æua de latere primi hominis soporati fuit formata, Genes. 2. Et sic primi, & ueteris Adami figuræ, *qui* (secundùm Apostolum) *est forma futuri*, veritas non responderet, si de latere uiuentis Ecclesia, quæ est sponsa Christi formata fuisset, de quo inferius.

Quintò probat ex testimonio oculato Ioannis.

Quintò ex testimonio oculato hominis omni acceptione maioris, qualis erat Ioannes Euangelista. Quod amplissimā, ac certissimam rei quam proprijs oculis uidit, fidem reddit. *Et qui vidit* (inquit) *testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius.* D

Sextò ꝓbatur ex motiuo militum ad feriēdum Christum.

Sextò. Motiuum militum ad feriendum Christum lancea, fuit facere certiores Iudæos de morte Christi iam facta, & cùm crura primi latronis uiuentis, & etiam alterius nondū mortui milites fregissent, quamquam Iesus manifestè apparebat mortuus, cùm uoce magna clamans, & inclinato capite spiritum tradidisset, quò eius mors certior, & euidentior esset, insolentia quadam militari, *vnus militum lancea latus eius aperuit*. Quocirca supponebat iam Christum esse mortuum.

Immò lex crurifigij id planè suadet. Ritus enim, & lex frangendi crura crucifixis ad hoc seruabatur, ne depositi de patibulis euadere possent. Ita lyra super Ioannem: uel (ut alij censent) ut crucifixorum mors acceleraretur. Vnde uanè milites iudicassent, superfluum fore, Christo nondū deposito è Cruce crura frangere, nisi uidissent iam eum mortuum.

Lyra. D. Cyrillus.

Diuus Cyrillus libro, 12. capit. 39. dicit, quòd *miles ille dubitabat, an verè esset mortuus*. Quod etiam Lyra eod. loco. Quare, ut ipsemet certior fieret, dicunt Christi latus aperuisse.

Chrysost.

A Chrysost. hom. 84. in Ioan. & Theophil. atq; etiam Isidor. putant *id fecisse, ut placeret Iudæis*. Quod peccatum maius, seu grauius dicunt esse, quàm crucifigere. Verùm clarè Ioannes ait, quòd *omnes illi Milites cùm uenissent ad Iesum, uiderunt eum iam mortuum*; quid clarius?

D. Chrysost. Theophil. D. Isido.

Sunt qui dicunt, militem illum qui pectus Domini lancea transfodit, fuisse cœcum, Longinumq; appellatũ; sed vtrũq; Apochryphũ est, vt videre est apud Metaph. die 16. Octob. & Surium, to. 2. die 25. Martij, & apud Lippomanum, to. 6. & Baronium in Annalibus, anno Christi 34. Neque enim verisimile est ipsum cęcum fuisse. Primò, quia militiã actu exercebat; & secundò, quia si cœcus fuisset, nõ tam ex recto Christi Domini corpus lancea percussisset. Neq; cœcus hic, fuit Longinus nominatus, sed qui sic appellatus est, fuit ille Centurio, qui visis Christi miraculis in morte factis, confessus eũ vt Deum, & abdicata militia, ad martyrij postea palmam peruenit.

Apochryphũ ẽ dicere, Militem, qui lãcea Christum Dominũ percussit, Longinum appellatum esse, cęcumq; fuisse. Metaphras. Surius. Lipoma. Baronius.

D. Augustinus in Manuali, cap. 23. hunc militem Longinum vocat. *Longinus* (ait) *aperuit mihi latus Christi lancea, & ego intraui, & ibi requiesco securus*. Sed vel hic liber non est Augustini, vel populariter loquitur

Augustini dictum quõo intelligatur.

Causæ verò cur Dominus permiserit non sibi viuenti, sed B mortuo latus aperiri, quinq; sunt.

Quinq; sunt causæ ꝑpter quas permisit Dñs non sibi uiuẽti, sed mortuo iam, latus aperiri.

Prima est D. Ambrosij lib. 10. in cap. Luc. 23. *ne uulneris necessitate mori uideretur*. Cùm mors illi non necessaria, nec debita; sed omnimodò voluntaria fuerit. Ioan. 10. *Nemo tollit animam meam, ego pono eam*. Verba Ambrosij hæc sunt. *Quæro ergo cur ante mortem non inueniamus esse percussum, post mortem inueniamus? Nisi fortè, ut uoluntarius magis, quàm necessarius exitus eius fuisse doceatur*.

Prima est D. Ambros.

Secunda, ad nostram doctrinam, & instructionem, vt indicaret, per sacramenta Ecclesiæ, & præcipuè per Baptismum, & Eucharistiam, quorum alterum per aquam, alterum per sanguinem significabatur, hominès regenerandos, & saluandos esse.

Secunda.

Tertia ad demonstrandum effectum mortis eius. Sicut enim post Christi mortem, latus eius apertum fuit; ita ostiũ Regni Cœlestis (quod nemini patuit antequàm moreretur) per eius mortem, & passionem apertum, & patefactum fuit; Iuxta illud Ioan. *vidi ostium apertum in Cœlo*.

Tertia.

Apoc. 4.

Quarta ex D. Ambrosio eodem loco, *ut ordo nobis mysticus innotescat; non ante* (inquit) *altaris sacramenta, quàm Baptismum, sed Baptismum ante, sic poculum. Sine Baptismo*

Quarta ex D. Ambros.

enim reliqua sacramenta non suscipiuntur. C

Quinta ex eodem.

Quinta ex eod. ibidem, *vt scilicet conditio corporis Christi a nostrorum corporum qualitate dissimilis appareret. Deinde* (inquit ipse) *vt aduertamus, quòd licet corporis eius fuerit natura mortalis, licet qualitas similis; dissimilis tamen gratia. Nam vtique post mortem sanguis in nostris corporibus congelascit, de illo verò inquit Ioannes, continuò exiuit sanguis, & aqua.*

Grauiter sũt reprehendẽdi pictores, q Christi imagines in cruce vt viuas pingentes, cũ laterali lanceæ vulnere depingunt.

Hac antiqua hæresi confutata, acriter quoque reprehendendi sunt pictores, & Statuarij, qui imagines Christi in Cruce pendentis, adhuc superstitis cum tali uulnere iam recepto effingunt. Immò acriori censura arguendi essent Episcopi, qui huiusmodi imagines, tanquam falsi dogmatis testimonia, necnon rudibus, uulgò non periculosam erroris occasionem præbentes, à templis, & usu fidelium non reijciunt. In quam curam Episcopos diligenter incumbere vehementer uoluit sacrosancta Synodus Tridentina Ses. 25. in Decreto de sacris imaginibus.

Cura Episcoporum circa imagines.
Concil. Trid.

Potius claui qbus crucifixus est Dñs fuerunt quatuor, q̃ tres.

Nec est simile, quòd cum tribus clauis Dominus affixus cruci, ut plurimum depingatur: cùm fortè quatuor appensus fuerit. Quoniam etsi mihi ualdè probabile est, quatuor clauis Dominum in Cruce confixum fuisse: nam milites eius crucifixioni operam dantes, (ut ex tex. Ioan. apertè colligitur, quatuor erant, ac singuli simul, & quisque seorsim manus, & pedes Domini Cruci iam in altum eleuatæ affixerunt. D

Rufi.
Theodore.
Cardinalis Toletus.
Greg. Turon.

Quod ex Rufino libro primo Histor. cap. 8. & Theodoreto lib. 1. suæ Histor. cap. 8. ut etiam Cardinalis Toletus super capit. 19. Ioannis Annot. 14. dub. 7. notauit. Et id sentit Greg. Turon. lib. 1. de gloria martyrum cap. 6. dicens.

D. Cypria.

In stipite Crucis tabulam fuisse, in qua pedes Christi singulis clauis infixi fuerunt. Et Cyprianus in Sermone de passione, paulò post principium; *clauis Sacros pedes terebrantibus.*

Iacobus Pamelius.

Et Iacobus Pamelius ibidem annotatione quinta ad Cyprianum, & Beata Brigida in lib. 1. reuela. cap. 10. & Abulens. parado. 3. à cap. 7. usque ad 12.

Medina.
Doctores q solos tres fuisse clauos testantur, qbus Dominus cõfixus est.
D. Bonauen.
Landulphus.

Medina etiam, quæst. 46. artic. 11. dubio ultimo, in 3. par. D. Tho. putat hanc uerisimiliorem esse sententiam. Quod etiã antiquissimis picturis comprobatur; tamen id in sacris litteris expressè non habetur sicut de uulnere post mortem. Immò plerique scriptores, tres solos clauos fuisse testantur. Ita Bonauentura, in libro medita. Vitæ Christi, capit. 78. & Landulphus 2. par. Vitæ Christi, capitu. 63. & alij recentiores.

Vnde,

A Vnde, qui negaret huiusmodi clauos non fuisse quatuor, sed tantùm tres, dummodo quatuor vulnera manuum, & pedum concederet, hæreticus non esset: vti sine dubio reputaretur ille, qui assereret, ante mortem, Dominum lanceæ ictum suscepisse.

Qui negaret clauos quib' Christus crucifixus ē fuisse tres, dūmodo confiteretur quatuor fuisse uulnera manuū, & pedū Christi, non esset hæreticus.

Asserēs Christū ante mortē, lancea percussum fuisse hæreticus est.

In hoc eodem articulo, alia hæresis est confutanda, eorum scilicet, qui astruunt ex Christi percusso latere, non aquam, sed flegma, seu humorem flegmaticum egressum fuisse, propterea quòd aqua pura ex humano corpore exire non possit. Cui errori alium addebant, uidelicet, in sacramento Eucharistiæ, aquam Calici infusam in flegma conuerti.

Cōfutatur hęresis dicentiū ex Christi latere percusso nō sanguinē, sed flegma exiuisse.

Autor huius erroris fuit Magister Vgo Episcopus Ferrarien. vt dicit Glossa, & damnatur ex professo ab Innocentio Papa in sua Decretali Epistola; quæ habetur in capit. *In quadam*, de celebra. Missa. & in capit. *Cûm Marte*, eodem titu. & in Clement. 1. de summa Trinit. & fid. Cathol. Reprobat autem Innoc. hunc errorem quatuor rationibus.

Vgo fuit auctor erroris antecedentis.

Primò ex illo Ioan. Apost. in sua Epist. 1. cap. 5. *Tres sunt, qui testimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritussanctus, & hi tres unum sunt, & tres sunt, qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis: Et sicut naturæ diuinæ Christi irrefragabile dant testimonium tres diuinæ personæ in* B *unitate essentiæ; ita ueræ, & naturali humanitati Christi dant firmissimam comprobationem hæc tria, spiritus, idest anima, quàm emisit, sanguis, qui exiuit ex corpore, in quo ostendit corpus illud ex quatuor humoribus constare, & aqua, ut ex quatuor elementis conflatum esse significaret. Vnde moriens suæ naturæ humanæ efficax dedit testimonium, & se uerè mori manifestauit. Et sicut uerè spiritum, & sanguinem habuit: ita uerè aquam emisit.*

Error confutatur. Primò. 1. Ioan. 5.

Secundò probat. *Quia tunc Baptismus esset dandus in flegmate, & non in aqua: nec in Christi morte uerum regenerationis sacramentum fuisset ostensum, contra Patrum unanimem consensum. Cùm per sacramentum Baptismi, non regeneremur in flegmate sed in aqua.* Secundò.

Tertiò. *Quoniā in consecratione Eucharistiæ, aqua uino miscenda non esset*; quæ ratio paulò post à nobis declarabitur. Tertiò.

Quartò. *Quoniam figura huius rei, mendax, & falsa esset; cùm ex Silice Moysis uirga percussa non flegma, sed aqua exierit.* Quartò.

Quintò. *Ex testimonio oculato Ioannis: nam si non fuisset aqua, sed flegma, quæ de latere Saluatoris effluxit, ille,* Quintò.

qui

qui uidit, & testimonium perhibuit, profectò non aquam, sed C
flegmam dixisset. Hæc Innocentius.

Nota. Qua in re, illud animaduertendum est, quòd hæc veritas, non est de fide, propter illa quatuor priora argumenta; sed ob Pontificiam determinationem. Nec enim Papa vtitur argumentis in suis Decretalibus, vt propter illa, res declaretur de fide; sed de fide habetur, vel ob scripturę testimonium, vel ob Papæ Decisionem. De qua re legendus est Cano, in libris de locis Theologicis, & nos superius in 2. quæst. capit. disseruimus. (Cano.)

Hunc errorem nonnulli moderni hæretici suscitarunt; sed nos, & hos, & illos, vti cœcos, & æterno gehennæ igni addictos, dimittamus.

TERTIVM DVBIVM.

Tertiũ dub. Circa tertium dubium, An naturaliter, vel miracolosè sanguis, & aqua ex Christi latere emanauerit? Dico aliqua:

Primũ dictũ. Nõ est de necessitate sacramenti, ut in calice ponatur aqua elementaris, sed sufficit rosacea, ex D. Tho. Primò, huiusmodi aquam fuisse puram, & naturalem, vt dictum est. Verba enim Ioannis citata, clara sunt, & in propria significatione sunt accipienda, cùm historiam referat, in qua Metaphoricis, & improprijs locutionibus scriptores nequaquam utuntur. Neque ex hoc sequitur, quòd in calice de necessitate sacramenti debeat apponi aqua naturalis, sed sufficit rosacea, vt ait D. Tho. 3. p. q. 74. art. 7. ad 3. Quamuis cum pane ex rosacea, & artifitiali aqua confecto, & mixto, Eucharistiæ sacramentum confici non possit, cùm de necessitate sacramenti, aqua naturalis in huiusmodi mixtione requiratur. D

Secdm dictũ. Aqua emanata ex Christi corpore non fuit denuò creata. Aqua ex corpore Christi emanata, naturaliter fuit resoluta ex cõponẽtibus. Secundò dico. Quòd huiusmodi aqua emanata, non fuerit denuò creata, aliàs argumentum (vt Sot. optimè ait, in 4. d. 3. q. vnica, art. 4. dubio vltimo) ex ea sumptum ad veritatem corporis Christi comprobandam, inefficax esset. Nam etiam in fantastico corpore denuò miracolosè naturalis aqua potuisset creari, veluti & in aère. Quapropter exitus ille aquę, nullum præberet argumentum solidi, ac veri corporis. Fuit autem aqua ista naturaliter resoluta ex componentibus materialiter, & per venas cum sanguine delata ad cor. vt clarius in 4. dicto exponemus.

Tertiũ dictũ. Aqua ex corpore Christi emanata miraculosè ægressa est. D. Tho. Euth. Theoph. D. Cypr. Tertiò dico. Quòd miracusosè est egressa de corpore, cũ D. Tho. 3. p. q. 66. artic. 4. ad tertium & Euthimio in Ioan. & Theophilo apud Cathenam, & Cypriano in lib. de duplici marty-

A martyrio, & Nicolao de Lyra, super Ioan. & Turecrem. de consecra. d. 2. c. in sacrificando. Miraculum uerò non in eo consistit, quòd de nouo fuerit in corpore mortuo creata, ut dictum est; sed quòd exierit de corpore mortuo. De uiuente enim sine miraculo exire posse asserit Soto, etiam de mente D. Tho. *Poterat enim* (inquit Soto) *siuè in uenis, siuè in stomacho existere; at de mortuo nequaquam, cùm partes omnes consistant, nec effluant in extincto corpore.* Vnde Beda 1. Ioan. 5. *Nec reticendum est, quòd in hoc quoque sanguis & aqua testimonium illi dederunt, quòd de latere mortui uiuaciter effluxerunt: quod erat contra Naturam corporis mortuorum.*

Nicolaus de Ly.
Turrecre.
In quo consistat miraculum egressionis aquæ de Christi corpore.
Soto.
D. Tho.
Beda.

Dico Quartò (naturã, & exitũ huius aquæ præssius considerando) quòd Glossa in uerbo, *utrumq;* de consecra. d. 2. refert opinionem quorundam dicentium, aquam huiusmodi fuisse creatam extra corpus Christi in egressu, sicut etiã fuit illa aqua de petra deserti ictu uirgæ Mosis educta: sed errant. Hoc enim modo, non esset firmum argumentum ueri corporis Christi.

Quartum dictum.
Variæ opiniones de aqua egressa à Christi corpore.

Alij inter Catholicos, (ut refert Tostadus paradoxi 2. cap. 29. & 30.) dixerunt, aquam in corpore humano, semper cùm anima egreditur ex frigiditate naturaliter generari per flegmatis resolutionem; & ita in Christo moriente contingere
B potuisse.

Tostadus.

Sed hoc figmentum est, ab omnibus cùm ueris Philosophis, tùm bonis Theologis reprobatum. Et ideò alij, ut Suarez super 3. par. D. Tho. q. 51. art. 4. disput. 41. sect. 1. putant, nõ potuisse tam citò generari naturaliter ueram aquam, cùm ibi non esset principium à quo generaretur. Nam si fuisset, profectò etiam per clauorum fossiones, & foramina, aqua fluxisset; & ex omni similiter humano corpore recẽter mortuo, post aliquas horas posset naturaliter educi aqua, quod non potest: imò experientiæ repugnat. Vnde concedit Suarez, quòd licet illa esset (ut profectò fuit uera aqua) naturaliter tamen non potuit fieri, uel resolui.

Opinio Suarez.

At uerò in hac materia, duo certa sunt, ut antea tetigimus. Primum est. Quòd illa fuerit naturalis aqua.

Secundò quòd non fuerĩt naturaliter, sed miraculosè egressa, quæ duo sunt de fide.

Quomodo uerò sit generata, ambiguũm est. Et Innocentius in cap. *in quadam* dubium reliquit. Qua in re illud quoque certum est, aquam illam non fuisse uel intra, uel extra corpus Christi denuò creatam. Sic enim Valentini, & Manichæi hæreses fulcirentur: illius quidem, qui Christi corpus cœle-

Hæreses Valentiniani, & manichæi.

cœleste; huius uerò, qui fantasticum etiam dicebat. Nec ullo pacto huiusmodi aqua nobis humanitatis Christi ueritatem comprobaret, contra Patrum communem consensum, Cũ non ex intrinsecis principijs deducta esset, sed quasi per canalem profluens, ex eius corpore egressa fuisset. Vnde Beda in c. 5. primæ Epistolę Canonicę Ioannis ait, *cur de latere mortui in cruce sanguis & aqua manauit, quod nullatenus fieri posset, si ueram carnis naturam non haberet.*

Beda.

Certum, similiter est, huiusmodi aquam generatam esse ex componentibus Christi corporis partibus, tanquam ex materia. Naturaliter enim, (ut ait Innocentius) compositum in componentia, & elementatum in elementa resoluitur. Causam itaque materialem certam, meo iudicio, habemus, aliàs quomodo Christum esse hominem, aqua illa demonstraretur?

ILLVD SOLVM DVBIVM RESTAT.

An ex naturali causa efficiente, uel à diuina uirtute dumtaxat fuerit illa aqua ex componentibus resoluta?

Dubium in hac materia est, quæ scilicet sit causa efficiens resolutionis aq̃ profluxæ à Christi corpore in cruce.

Soti Opinio.

Lucæ 1.

Sanguis quẽ Christ⁹ ĩ horto effudit fuit sanguis naturalis.

CIrca quod Sotus in 4. d. 3. q. unica art. 5. dubio ultimo hoc asserens dicit, Innocentium tenere, per miraculum, id est Diuina operatione, non per naturalem causam fuisse resolutam. Quod tamen Innocentius non dicit, imò contrarium, cùm dat exemplum de sanguine egresso in horto, quẽ à naturali causa efficienti egressum esse certissimum est. Neque est facienda uis in miraculo. Nam etsi per causam naturalem esset resoluta, adhuc miraculum non excluditur, ut patet in egressu lateralis sanguinis, qui habuit omnes quatuor causas naturales, tam post mortem, quàm ante mortem, excepto eo Christi sanguine, qui in eius conceptione fuit adhibitus, quippe qui efficientem causam naturalem nullam habuit, sed solùm spiritus sancti efficacitatem, dicente Euageli sta: *spiritus sanctus superueniet in te &c.* Luc. 1. Et quòd sit egressus, miraculo rectè attribuitur.

D. Diony.
D. Ephipha.
D. Hiero
Iustinus martyr.
Hirenæ.
D. Athana

Vnde stãdo in Innocentij analogia, dicet aliquis, quòd sicut ex omnibus partibus corporis Christi egressus sanguis, fuit sanguis naturalis, etiam sanguis ille in horto (ut ait Dionysius Areopagi. in libro de cœlesti Hierarchia, Ephiphanius in Ancorato. Hierony. lib. 2. contra Pelagianum: Iustin. Martyr in Dialogo contra Triphonem, Hirenęus lib. 3. cap. 32. Athan. de Beatitud. Christi: Aug. li. 3. de consensu Euan-

gelist.

A gelist. & 11. de Trin. capit. 4. Bernardus de passione Domini cap. 37. & Caieta. in capit. 22. Luc. & Iansen. in concordia 137. Quod etiam determinatum fuit in Concilio Rom. sub Damaso; ubi sic habetur: *Si quis dixerit, non esse à Christo sãguinem in sudore emissum, anathema sit.*

D. August. D Bernar. Caiet. Iansen. Conc. Rom

Licet Theophila. & Euthimius non sine temeritate contrarium teneant: quorum ille *per hyperbolim*, hic *per similitudinē crassi sudoris* locum lucæ intelligant;) sic etiam aqua fuit naturalis, & naturaliter ex componentibus partibus resoluta Naturalis (inquiunt) tum ex parte materiæ, quæ sunt componentia, tum etiam ex parte effecientis, quæ potuit esse uel frigus, uel maxima illa extenuatio præcordiorum Christi, ex præcedenti rigore tormentorum antecedentium causata. Rigor enim intensissimus, magnitudoque tormentorum passionis eius; quæ omnem præsentis sæculi, & fortè futuri (ut uoluit Medina, 3. par. q. 46. art. 6. dub. 2. *non tamen Dānatorū*, (ut habet S. Tho. ibidem ad tertium & in 3. d. 15. q. 2. art. 3. quęstiunc. 3. ad quintum) *dolorē superat*, angustissimaq; mortis agonia, omnia membra, & præsertim interiora corporis Christi, (quod temperaturæ delicatissimæ fuisse nemo B dubitat) adeò uehementer exsiccauerat, & dissoluerat; ut rectè dixerit Psalmista: *Dispersa sunt omnia ossa mea, & tanquā cœra liquescens in medio uentris mei.* Illa enim sacrosancta caro, *adeò* (ut ait Cyrillus li. 12. in Ioan. c. 35.) *propter uarios cruciatus maximosq; dolores exsiccata fuerat; ut humido radicali, effusione sanguinis penè consumpto, & extincto, tā exhausta euaserit, ut etiā naturaliter sitierit, sitimq; corporalē, & propriā (quā tamen uoluntariè, ut cæteras passiones assumpserat,) in cruce habuerit.*

Theophil. & Euthimius. temerariè de sanguine Xpi in horto fuso opinantur.

Tormenta Christi, superarūt omnes pænas hominū huius sæculi, non tamen damnatorum.

Christus fuit temperaturæ delicatissimę.

D. Cyrillus. Christus in cruce naturaliter sitiuit.

Vnde ex corpore sic disposito, & taliter affecto, potuit deinde facilè naturaliter resolui aqua. Nec mirū fuisse tā citò resolutā, supposita tali dispositione in corpore. Nec per fissuras clauorum dimanare poterat. Quia illę partes externę nō erāt sic dispositæ, sicut internæ. Vnde, sicut in simili dixit Suarez, de sudore sanguineo in horto, uidelicet, *quòd ex uehemēti tristitia, & agonia in corde Christi posita, & ex corpore sic affecto, naturaliter potuerit sequi prædictus effectus sudoris.* Sic isti, *quòd ex tali dispositione corporis Christi, potuerit naturaliter generari aqua.* Addunt autem (quod omninò, ad minimum concedendum est) *egressum huiusmodi aquæ ex latere mortui, miraculosum fuisse.* Etenim quamuis Christus absque nouo miraculo naturaliter in horto sanguinē sudauerit (*deficiente enim sudoris materia, nēpe aquositate sanguinis, Christus*

Cur perfissuras clauorum aqua exire non poterat.

Christus absque nouo miraculo, naturaliter in horto sanguinem sudauit,

Caiet. Medin. Suarez.

stus magnitudine passionum, ui pellente sudorem, sanguinem pe C
pulit. Ita Caiet. in Luc. 22. & Medin. in 3. p. q. 46. art. 2. dubio penultimo, & Suarez in 3. p. q. 46. art. disput. 34. sect. 2. dicto 2.

Bedæ opinio, quòd fuerit cōtra naturā, Christū ī hoc tō sanguinē sudasse.

Arist. Ludou. Cęli. D Aug. Albert. Mag. Galenus.

Et quamuis Beda in Luc. dicat, *contra naturam esse sanguinis sudorem emittere*; id tamen accidisse naturaliter in alijs hominibus, testatur Aristot. lib. 3. de histor. animal. cap. 19. & lib. 7. cap. 16. & lib. 3. de partibus animal. cap 5. & Lud. Cęlius lib. 5. lectionum antiq. cap. 2. & D. Aug. 11. de Trinit. capit. 4. & Albert Magnus, & Galen. lib. de Vtilitate relaxationis, & experientia patet. In parte enim generatiua, deficiente semine, sanguinem natura ministrat, sicut in lactantibus, deficiente lacte, iuxta sententiam Salomonis. *Qui multū emungit elicit sanguinem*. Ex corpore tamen Christi exangui, & calore vitali exuto, non nisi miraculosè non solùm aquam, sed etiam sanguinem fluxisse intelligunt. Hæc isti.

Auctoris sententia, & resolutio.

Verùm Nos (vt nostram in hac re sententiam tandem proferamus, non solùm cognoscimus, & confitemur miraculum in egressione aquæ ex latere; sed etiam in eius productione, seu generatione intra corpus Christi, ex parte causæ efficientis; & asserimus, eius generationem partim naturaliter, partim miraculosè factam fuisse.

Aqua quæ à Christi latere in Cruce fluxit, partī miraculose, partī naturaliter ꝑducta est.

Aqua à Christo manās nō fuit tūc creata de nouo, neq; extrinsecus asportata.

Naturaliter quidem, ex parte causæ materialis, ex qua edu D
cta est (neque enim creata ibidem de nouo fuit, vel extrinsecus adsportata (vt quidam falsò crediderunt) sed ex interioribus componentibus Christi partibus ad eius veram, & naturalem compositionem ostendendam, vt Patres docent, resoluta. Quam eductionem, vel productionem, non natura, uel causa aliqua naturalis; sed Diuina virtus effecit. Sicut etiam conceptio Christi, fuit naturalis ex parte materiæ, vel principij passiui, ex parte verò causæ efficientis, seu principij actiui, supranaturalis: quia fuit ex Spiritu sancto. Non enim apparet sufficiens naturale principium, à quo dicta aqua potuerit generari. Nec illa corporis Christi extenuatio potuit esse tanta, vt per Physicam actionem, agens naturale ex tali cadauere, aquam resoluerit. Tum quia frigiditas illa externa aeris ambientis, erat quid commune, nec in alijs cum Christo patientibus quid simile operata est. Tum quia resolutio mixti in purum elementum, est vltima quæ fit à natura, vt volunt Philosophi, præcedentibus alijs resolutionibus Physicis in alia mixta inferiora, & imperfectiora, per longum tempus, quale ibi non intercessit.

Conceptio Christi humanitatis ex parte materiali fuit naturalis ex parte verò efficienti, nō.

Aer ambiens Christi corpꝰ fuit cōe cum alijs corporibus mortuis, & non potuit resoluere illā aquam.

Quòd si hoc loco quæratur. Quando fuerit hæc aqua generata; Ante mortem, vel in morte, vel post mortem Christi?

A sti? Facilis est responsio. Quòd emisso Spiritu, id Deus effecerit. Quoniam ante mortem superuacanea fuisset, cùm exitus illius tunc non esset paratus, vt superius ostendimus; sic enim potius cor suffocasset, cùm in magna quantitate exierit, vt infra dicemus. Neque in ipso tempore lanceationis producta fuit, sed paulò ante.

Statim emisso spiritu illa aqua ex Christi corpore ægressa, creata est, sed paulo ante ictum lanceæ.

Est autem animaduertendum, quòd lancea nō se habuit, vt virga Moysis: hæc enim instrumentaliter aquæ eductionem de petra operata est ad ictum suum per manus Mosis serui Dei; lancea verò nequaquam, cùm tātùm iter (Christi latus aperiendo) aquæ ad egrediendum præbuerit.

Percussio lanceæ, differt à pcussione virgę Mosis qua percussit petram.

Dico Quintò. Aquam, quę vnà cum cruore de Icona Saluatoris exiuit in Syria, miraculosè creatam fuisse. Retulit Petrus Nicomedię Episcopus in actione 4. secundæ Synodi Nicenæ, D. Athanas. libellum composuisse, qui inter opera Athanasij inseritur, atque etiam in tertio tomo Conciliorum, in quo historiam veram, ac singularem de cruore lateris Domini nostri Saluatoris, qui profluxit de Sancta imagine ipsius, quę crucifixa est in Syria, in Beritho Ciuitate, quinto Idus Nouembris, conscripsit. Quæ quoniam non modi B cam fidei Robur, ac populo fideli affert ædificationem; ideò hic adijciendam iudicaui. Historia autem hæc est.

Nota, aquam in Syria de Icona Saluatoris emanatā miraculosè creatā fuisse.

Syno. Nicæ. D. Athan.

Historia de Icona Christi narratur.

Est quædam Ciuitas in Syria inter terminos Tyri, & Sydonis, Beritus uocata, Antiochiæ subdita, in qua cùm multi Iudæi commorarentur, factò contigit, ut cùm ab una locanda domo Christicola egressus, ibi Iconam Saluatoris nostri Iesu Christi relinqueret. Hanc domum Hebræus deinde ad habitandum suscepit, & facti inscius, amicum suum quadam die ad prandiū inuitauit, ac illis epulātibus, eleuatis oculis inuitatus Hebræus Iconam illam conspexit, cùmq; uehementi furore exardesceret in illum iratus, contumelijs illum affecit, quòd Iconam Christi apud se retineret; cūque hac de causa ipsum apud Synagogæ Principem accusasset: illi (mane facto, quoniā tūc uespere erat) domum illius Iudæi petentes Christi Iconam ut eis erat nunciatum, repererunt: Cui cùm multis modis improperassent, sputis, colaphis, flagellisque affecissent, & clauis crucifixissent: tandem felle, & aceto imaginem potantes, lancea latus perfoderūt. Ex quo uulnere, sanguis, & aqua manarunt. Cùmque Iudæi Hydriam ad uulneris locū attulissēt, statim Hydria sanguine, & aqua repleta est. Qua delata ad Synagogā, omnes malè habentes, cæci, surdi, muti, & aridi, quotquot uenerunt, sanati sunt. Quo facto cuncti ad Deum conuersi, & Christi fidem recipientes, ante Metropolitanum suum ingenua peruoluti, peccatum

Icona Christi lancea perfoditur.

Miracula Iconæ sanguinis

catum

catum suum cognoscentes, deplorarunt. Qui cùm id fecisset, C *& qualiter rei factum accidisset, cognoscere vellet, accersito illo Christicola, cuncta suo ordine exquisiuit. Illa imago, est (inquit Christicola) quam Nicodemus, qui ad Iesum nocte venerat, proprijs suis manibus cõposuit, et Gamalieli, Pauli Didascolo reliquit, hic verò Iacobo, & Iacobus Simeoni, & Simon Zacchao. Et sic p successores tẽporũ in Hierosolyma permãsit, quousque à Tito, & Vespasiano vastata est; hoc est post ascensionem Domini quadragesimo tertio anno. Cùmque Spiritus sancti admonitione per bienium ante ipsam Hierosolimæ subuersionem fideles relicta Vrbe, omnia quæ ad cultum Christianæ Religionis faciebant, aliò transportassent; hæc quoque Icona, cum cœteris rebus Ecclesiasticis transportata fuit, ac Iure hæreditario à me possessa. Cùm verò quid de sanguine illo, & aqua Metrapolitanus ageret ignoraret, ampullas vitreas fieri præcepit, quas cùm illo cruore impleuisset, per multa loca Asiæ, Aphricæ, & Europæ per fideles nuncios, qui rem quæ acciderat, enarrarent, transmisit. Hic dies memorabilis, qui fuit scilicet dies nonus Nouembris, præcipua obseruantia, & non minori, quàm Natalis Domini, vel Paschalis apud illos colitur.* Hæc apud Athanasium, & ex secondo Conc. Nicęno, quod fuit septima Synodus generalis, actione quarta. D

Iconam illã miracolosã, Nicodemus fecit.

Variæ ampullæ sanguinis illius Iconæ plenę, p varia Asiæ, Aphricę, & Europę, loca transmissæ sunt.

Dico sexto. Aquam, & sanguinem quæ profluxerunt ex latere Saluatoris, Beatam Virginem (quæ iuxta Crucem Iesu stabat cum Magdalena, & Maria Cleophæ) magna cum reuerentia collegisse. Id Metaphrastes 15. Augusti ex antiquioris monumentis scribit, & refert Baronius in Annalibus, anno Christi, 34. Et pium est credere, sicut etiam, quòd clauos, qui extrahebantur in depositione corporis Christi in sinum suum receperit.

Beata Virgo q̃ vnà cũ alijs iuxta Crucẽ Christi stabat reucrenter sãguinem filij lapsum, magna cũ reuerẽtia collegit. Metaphr. Baronius.

Dico septimò. Sunt aliqui, qui asserant, quòd sanguis fortassis, de corpore Christi iam recenter mortui emanare poterat sine miraculo. Ita Sotus in 4. dist. 3. quæst. vnica, articu. 4. Nam in corpore illicò extincto, sanguinem vi sui caloris adhuc vigentis prosilire, ac motum aliquem habere videmus.

Piũ ẽ credere Mariã Virginem clauos post mortẽ filij à Christi corpore extractos, intra pectus suũ abscondisse. Soti opinio.

Caietanus in hunc locum Ioann. dicit, quòd quamuis de corpore nuper mortuo non appareat euidenter esse miraculum exire sanguinem; ex eo tamen, quòd aqua exiuit simul cùm sanguine, insinuatur, quòd etiam sanguis miraculosè exierit; & ita credo. Nam sicut aqua elementaris, & vera, naturaliter de corpore etiam viuo emanare non

Caiet. dictũ.

potest

A potest, quicquid dixerit ibidem Sotus in hoc; ita nec sanguis è mortuo naturaliter fluere. Vnde vtriusq; exitus de fide est, quòd fuerit miraculosus.

Vterque exit⁹ sãguinis. s. & aquæ de fide est, quod fuerit miraculosus.

D. Tho. lect. 5. in c. 19. Ioan. exponens hæc verba, *Cõtinuè exiuit sanguis, & aqua*, ait; *quòd est valde miraculosum, vt de corpore mortui, in quo est congelatus sanguis, sanguis exeat: sed si quis dicat, quòd hoc cõtingit propter calorẽ aliquẽ, qui adhuc in corpore remanserat; Fluxus autem aquæ, inficiari nõ potest, quin miraculosus existat, cùm aqua exiens purissima fuerit.* Hæc D. Tho.

D. Tho.

Sot. aũt in 4. d. 1. q. 3. ar. 5. videtur sentire, miraculo dumtaxat tribuendum esse, quòd aqua exierit, non sanguis; Quę doctrina, meo arbitratu, periculosa est. Quod patet ex dilucida illa Athanasij resolutione in quæstionibus ad Antiochũ Principem, q. 10. *Ex quatuor* (inquit) *elementis credimus humanũ corpus constitutũ esse: ex sanguine videlicet, flegmate, humore, & cholera. Vtpotè ex calido, frigido, humido, & sicco. i. ex igne, & aqua, aere, & terra: nam sanguis quidem quia calet, ex aere est vtiq; atra verò bilis, quia sicca est, constat quòd sit ex terra: in elementis istis quatuor, velut intra parietes, in domicilio corporis instar columbæ cuiusdã conclusa est aĩa. In mortis igitur puncto, recedentibus à se quatuor elementis, dissoluuntur (vt ita dicam) quatuor parietes domicilij, & discedit quæ intus inclusa* B *fuit columba, videlicet aĩa, ac primùm quidẽ, calidũ, & vitale recedit elementũ. Vnde mortua relinquuntur corpora. Nam choleram quidem flegma, & humorẽ, etiam post mortem retinent: sanguinem verò non habent.* Hæc ille.

Soti opinio, quòd fluxus tm̃ aquæ, & nõ sanguinis fuerit miraculosus, est periculosa.

D. Atha.

Pulchra similitudo aĩæ nostræ, ꝙ sit ueluti colũba latens in domicilio corporis

Octauò dico. Quòd in magna quantitate exiuit aqua. Hoc dictum probo. Quoniam sensibiliter egressa aqua apparuit, & Ioannes c. 19. perihet testimonium se vidisse, ergo in bona quantitate egressa: & similiter de sanguine dicendum est. Ita innuit D. Tho. 3. par. quæst. 74. art. 8. ad primum, & in quarto dist. 11. quæst. 2. artic. 4. quæst. 4. & prima Corin. cap. 11. lect. 6. & Turrecrem. in cap. sic in sacrificando, de consecrat. d. 2.

Aqua ex Xp̃i corpore exiuit in magna quantitate.

D. Tho.

Nec ex hoc sequitur, quòd in calice magna quãtitas aquæ sit apponenda, ita vt sit sensibilis post mixtionem; sed sufficit, vt sentiatur aqua, dum apponitur vino, in quo ratio mysticæ significationis saluatur.

Cur in Calice non sit necesse apponi multũ aquæ.

Nonò dico. Quòd scissura illius vulneris fuit magna, non parua; cùm egressio sanguinis, & aquæ ex illa fuerit in magna quantitate, & quia fuit visibilis non solùm Ioanni, & circumstantibus, sed etiam Thomæ palpabilis,

Scissura uulneris Christi fuit magna, & nõ parua

Zach. 12. lis, quæ etiam erit Iudæis sensibilis in die Iudicij, iuxta il- C
lud Zacch. 12. *Videbunt in quem transfixerunt*.

Ioan. 20. Lancea q̃ percussit Christũ seruatur Romæ in Basilica D. Petri.

Adde, quòd ex dicto Christi, *Affer manum tuam, & mitte in latus meum*. Ioan. 20. colligitur, quòd magnitudo vulneris in ea quantitate fuerit, ac est latitudo manus; & id manifestum fit ex magnitudine lanceæ, quæ in sacra D. Petri Bassilica asseruatur, quam ego sæpè sæpius, cùm essem eiusdem Canonicus, maxima cordis deuotione, & spirituali gustu cõtrectaui, & Populis reuerenter ostendi: licet ei sumitas desit.

D. Athanasij pulchrum dictũ de rabie Arrianorum. Theodore. & D. Leonis Papæ de duplici Christi lateris vulnere, qũo iutelligatur. Pia auctoris meditatio de lãcea Christi. quòd multa vulnera fecerit. Cant 4. D. August.

Hæc autem scissura fuit vna, non plures, vt in textu Euangelij habetur, & habet Athanasius in Apologia ad Costantium Imperat. post Epist. aduersus Frumentium Episcopum Auxumeos vbi de Arrianis sic ait. *Pilatus autem qui inseruiebat per id tempus Iudæis, lancea vnũ latus Saluatoris perfodit, isti autem rabie sua Pilatum vicerunt, qui nõ vnum latus Christi, sed vtrumq; lacerarint*. Quamuis enim Theodoret. in Dialogo 2. qui inscribitur, *inconfusus*, dicat, *perforata latera*; *Eorũ autem* (inquit) *oculis perforata latera, & ipsorum clauorum fissuras subijciens, ostendebat*, atq; etiã D. Leo primus Epist. 97. cap. 3. *vulnera lateris* appellet; tamen vnicum vulnus fuisse certissimum est. Nisi dicamus, lanceam, nedum pectus Domini, sed etiam cor ipsum Christi vulnerasse, & sic duplicẽ scissuram fecisse, vnam externam in latere, alteram internã B in corde iuxtam illud Cantic. 4. *vulnerasti cor meum*, vt sic homines intelligerent, apertum sibi esse ostium, per quod in cor Christi ingredi, & requiescere valeant. Vnde August. 23. cap. sui Manualis inquit; *lancea aperuit mihi latus Christi, & ego intraui, & ibi requiesco securus*.

Dubiũ quod latus Christi fuerit lancea percussum. Latus iconæ dextrũ transfixum fuit a Iudęis, ut ait D. Athan. Quibus rõnibus ꝓbetur, latus Christi dextrũ fuisse lãcea percussum. Innoc. 3. Reg 6. Rupertus. Porta in dextro latere tẽpli, significabat uulnus lateris Christi.

An autem hæc scissura fuerit facta in dextro, vel sinistro latere Christi, dubia res est, nec ex scripturis qd certi habet.

Athanasius in cit. libello de passione Imaginis Christi, dicit, *illos Hebræos sequẽtes patrum suorum vestigia, valido ictu lancea latus dextrum iconæ illius transfodisse*; Et Innoc. III. in libello de sacro altaris ministerio lib. 2. cap. 57. dicit, *Calix ponitur ad dextrum latus oblatæ, quasi sanguinem suscepturus, qui de latere Christi dextro creditur, vel cernitur perfluxisse*. Quod ex vetustissimis picturis colligitur, & 3. Reg. 6. In dextra parte templi porta erat, quæ vulnus lateris Christi significasse, doctè docet Rupertus lib. 3. c. 10. ibid.

De latere Xp̄i exiuit aqua cũ sanguine, nõ tamẽ confusim, sed impermixtè.

Decimò dico. Quòd aqua, vnà cum sanguine simul, & semel exiuit de latere Domini, non tamen cõfusim, & mixtim cum sanguine; sed in permixta, pura, & distincta à sanguine taliter, vt ab eo realiter, & distinctè discerni, ac videri posset.

Patet

A Patet hoc ex textu Euãgelij, dicentis, *exiuit sanguis, & aqua*; Vide distinctionem: non sanguis mixtus, & concretus cum aqua, sed sanguis, & aqua, simul quidem, sed distinctè, sensu iam dicto. Ita Glossa de consecra. d. 2. cap. 1. verb. *quia vtrūq;* vbi separatim ait, *quòd cum segregatione fluxerunt*, & alia Glossa verb. *profluentibus*, in Clemen. de summa Trinit. & fide Cathol.

Glo.

D. Athanasij dictū de sanguine cū aqua mixto qūo intelligatur.

Et licet D. Cyprian. in lib. de Montibus Syna, & Syon contra Iudæos (quem librum aliqui non esse suū putant, propter scribendi stylum, dicat, *quòd percussus in lateris ventre de lancea, sanguis, & aqua mixtus profluxus fluebat. Vnde sibi Christus Ecclesiam sanctam fabricabat*, sano modo interpretandus est, vt voluerit dicere, non quòd mixta simul, & confusa, sed quòd statim ambo effluxerint.

Postquam autem hæc scripseram, vidi tomum 2. Francisci Suarez nuper prælo mandatum, qui super 3. partē D. Tho. q. 51. ar. 3. disput. 4. sect. 1. dicit, primò sanguinem, deinde verò aquam ex Christi vulnere fluxisse. Fundat aūt se super Hieronymi dictū, qui in Epist. ad Oceanum tractans hunc, & illū Ioa. 3. locum. *Nisi quis renatus fuerit, &c.* dicit, *quia ab aquis cœperat, finiuit in aquis*. Qui sanè locus, si vt Suarez affert, intelligatur, non rectè intelligitur. Tantū. n. voluit dicere Hieronymus, vltimū etiam miraculum, Christū in aqua fecisse. Quia miraculosum fuit, vt diximus ex mortui corpore aquā, & sanguinē exire; non tamen vult dicere, dum ait *vltimū miraculum fuisse in aqua*, quòd aqua fuerit quæ vltimò ex Christi latere fluxerit.

Suarez.

D. Hieron. Suarez dictū reprehēditur ab Auctore.

Ioan. 3.

D. Hieron. dictū qūo intelligatur.

Pius discursus pro cōcionatoribus.

Vnde considerandū hic est, quòd si concionatorio modo loquamur, sic piè esset dicendū, vt ait Suarez. Etenim Christus in signū amoris, suum sanguinē multoties pro nobis effudit. Quoniam verò in mortis hora maiora ēt erat amoris signa daturus; ideò ne quis remaneret in corpore sāguis, veniēte lancea, pectusq; scindēte, totus effluxit. Et ne q.d sanguinis superesse videret, venit vltimò aqua veluti corpus lauās, vt nihil sanguinis intus esse demōstraret. Instar multorū, qui dum sanguinem, qui est in aliquo catino proijciunt, postea aquā infundunt, ipsumq; lauant, & veniēte clara, ac munda aqua, nihil sanguis esse amplius in catino demonstratur: sic Christo pro nobis sanguinē fundēte, venit postea, & egressa est aqua, vt nihil iam sanguinis intus esse demonstraretur.

Similitudo pulcra pro cōcionatorib.

Sed tamen Theologicè loquendo, quę multoties non attēdit contēplationes, dicendū est, simul, & semel, vno eodēq; tēpore, atq; ex eodem foramine, ambo impermixta exiuisse;

Theologia multoties nō attendit contēplationes.

Nota.

quod patet ex ipso eodem textu. Non enim ait Euangelista C aquam sanguinis fluxum expectasse, & deinde ipsam exiuisse, sed vno, eodemque tempore ambo manasse, quod per Ly, *continuò*, demonstratur.

Quod verò Suarez ait, nõ potuisse esse hoc quod dicimus, nisi intelligatur sanguinem ex vna parte, aquam verò ex altera foraminis exiuisse, & hoc non potuisse fieri sine miraculo nouo, liberè concedimus; neque ullum est absurdum. Quoniam idipsum tenetur ille concedere in sua sententia. Imò idem met Cyprian. in libro de passione Christi versus finem ait: *de latere tuo fons egreditur in vitam æternam prosiliens, & de eadem, consubstantialique origine, diuisis limitibus, aqua, & sanguis emanant*. Imò & Suarez, idem concedere tenetur in sua sentẽtia, dum ait, *aquam sanguinis fluxum expectasse*, quod esse non potuit sine nouo miraculo.

D. Cypriani pulchra sentẽtia de egressu sanguinis, & aquæ ex latere Christi.

Nõ eodẽ modo egressa est aqua ex corpore Christi ac est egressus sanguis.

D. Tho.

Turrecrem.

Sãguis Christi effluxit vt effectus passionis: sed aqua ad demõstrandã virtutẽ physicam corporis Christi, & nostrã à peccatis ablutionem.

Vndecimò dico. Quòd non eodem modo egressa est aqua de corpore Christi, & sanguis. Explico cum S. Tho. & Turrecr. locis citatis. Sanguis effluxit, vt effectus proprius passionis. Effusio enim sanguis directè per se, ac necessariò pertinebat ad passionem Christi: cùm de necessitate corporis humani vulnerati sit, vt ex eo sanguis fluat. At aqua non est egressa, vt effectus passionis, vel vt quid directè, seu de necessitate ad passionem pertinens, sed ad significationẽ quan- D dam, nempè ad demonstrandã veritatem Physicam corporis Christi, & ad significandum effectum passionis, qui per Baptismum applicatur, qui est ablutio à peccatis, & refrigerium contra ardorem concupiscentiæ. Hinc dicitur, quòd in huiusmodi sanguine redempti sumus, & in huiusmodi aqua abluti. Hinc etiã est, quòd cùm sacramẽtum Eucharistiæ sit sacramentũ passionis, & mortis Christi; non potest fieri in sola aqua, quæ non pertinet ad passionem de per se, & directè; nec sola aqua offertur de per se, sicut vinum offertur seorsim à pane, sed aqua mixta vino, vt ostendatur, quòd vinum per se pertinet ad dictum sacramentum, tanquam de eius necessitate existens; aqua autem, vt vino adiuncta.

Sacramẽtum Eucharistiæ, cur nõ possit fieri in sola aqua.

Aqua egressa ex Christi corpore, nõ fuit Diuinitati cõiuncta, nec post resurrectionẽ reassũpta, quod ẽt dicẽdũ ẽ de sudore, & sputo.

Duodecimò dico. Quòd aqua egressa è Christi corpore non fuit Diuinitati cõiuncta, nec post resurrectionem reassumpta, sicut sanguis; de qua idem Iudicium faciendum est, ac de sputo, seu sudore, quibus Diuinitas cõiuncta non fuit. Vnde vim effectiuam, seu causalitatem gratiæ non habuit, sed fuit tantùm signum. A sanguine verò Christi, Diuinitas non est separata, etiam post mortem, vt latius in sequenti articulo differemus.

Aqua ex Xpi uulnere egressa, sputũ etiã, & sudor, non habuerunt uĩ effectiuã, sẽu causalitatem gratiæ; sed fuerunt tantùm signum.

QVAR-

A

QVARTVM DVBIVM.

Circa 4. Articulum, Tostadus q. 352. sup. 13. c. Genes. aduersus quem hanc pugnam suscepimus, & quidam alius recentior (cuius nomini parco) toto ore (& vt dicunt) apertis labijs, tradunt duo (meo iudicio) valdè exorbitantia.

Primum. Ecclesiam non esse formatam ex latere Christi mortui, sed ex Christo viuente.

Secundum. Quòd sanguis qui effluxit de latere Christi, iam mortui, nihil contulit ad redemptionem humani generis; nec per illum quicquam nobis Christus meruit, vel satisfecit.

Scot. in 4. senten. d. 2. q. 1. in solut. ad vlt. & d. 3. q. 3. ad vltimum, dicit, *quòd sacramenta non susceperunt efficaciam à vulnere; seu ab aqua, & sanguine lateris Christi; sed hæc duo specialem habere assimilationem ad Baptismum, & Eucharistiã.*

Soto in 4. d. 1. q. 3. art. 5. mouet dubium. Quomodo sacramenta ab illo fluxu receperint virtutem cõferendi gratiam, cum ille fluxus nequiuerit esse meritorius. Cui argumento bifariam (inquit) responderi potest.

B Primò: *Quòd cũ corpus, et anima fuerint Diuinitati coniuncta, per illas partes humanitatis poterat Diuinitas ipsa mereri. Sed hæc solutio* (inquit) *non videtur legitima; quia cùm anima erat à corpore separata, non erat tunc Christus homo, nec viator, cuius proprium est mereri.* Vnde affert secundam responsionem, quòd *post mortem fluxus ille non potuit esse meritorius; potuit tamen esse causa instrumentalis gratiæ, vel potius signum patratæ salutis nostræ per passionem. Vbi enim dictum fuit consummatum est, significatum fuit, illa spritus exhalatione, mysterium redemptionis perfectum fuisse. In cuius signum effluxit aqua, & sanguis, quasi ex tunc esset apertus fons, ex quo gratiæ sacramentorũ emanarent, ac subinde ianua olim cœlorũ reclusa, aperta modò, quò nos eadẽ sacramenta perducunt.* Hæc Soto. Vbi concludit esse tantùm signum.

Nos autem huiusmodi quæstionem exactius examinare volentes, pro pleniori eius resolutione, sequentes conclusiones proponemus.

Prima est huiusmodi. Sanguis effusus, non solùm fuit signum gratiæ; sed etiam eiusdem causa efficiens instrumentalis. Hæc conclus. probatur efficacissimis rationibus.

Primò. *Sepult. Xp̃i, et descẽsus eius ad ĩferos fuerũt cã efficiẽs nostræ salutis, et gratiæ, vt supi⁹ ꝓbatũ est; ergo similiter sãguis*

Cc 3 ille

Tostadus tenet, Ecclesiã nõ fuisse formatã ex latere Chri mortui, sed uiuentis.

Tostadus ait sanguinẽ ex Christi latere profluxũ, nihil cõtulisse ad redẽptionem humani generis, nec ꝑ illũ quidq̃ nobis Christũ meruisse.

Soti dictum, sacramẽta nõ habuisse efficaciã à vulnere, uel ab aqua & sanguine lateris Christi.

Soti dubium, qũo sacramẽta a fluxu sanguinis, & aquæ, receperit virtute cõferẽdi grãm.

Solutio prima, sed repellitur.

Solutio secũda amplectitur.

Sãguis a Christo in Cruce post mortem effusus nõ solũ fuit signũ gratiæ; sed ẽt eius causa efficiens instrumentalis.

Probatur conclusio.

ille ex latere. Diuinitas enim non solùm corpori, & animæ separatæ, sed etiam sanguini egresso è corpore æquè vnita erat. Sic ait S. Tho. 3. par. quæst. 54. ar. 2. in corpore, & ad tertium, & quodli. 5. quæst. 3. art. 5. *Quod enim semel assumpsit, nunquam dimisit.* Assumpsit autem omnes humanitatis partes, quæ sunt de integritate humanæ naturæ, vt ossa, carnes, & sanguinem; quæ etiam omnia in resurrectione de necessitate absque diminutione aliqua, & integraliter in Christi corpore resuscitato fuerunt. Et ita iuxta doctrinam veram D. Thom. *totus sanguis in terra effusus reassumptus fuit.* Quòd autem sanguini Christi Diuina hypostasis etiam post mortem fuerit unita, est de fide, determinata à Clemente Sexto, in capit. *Vnigenitus*, de Pœnitentia, & remissio. in extrauagantibus communibus, & in bulla, in qua condemnatus fuit Barchinonæ, anno Domini, 1351. prædicator qui contrarium prædicauerat. Quam bullam Syluest. in sua rosa Aurea in quæst. de sanguine Christi, dicit se Brixiæ in Archiuio Inquisitionis vidisse. Pius II. cùm consilio multorum Theologorũ in suo tractatu de sanguine Christi idem resolutè concludit.

D. Tho.

Totus sãguis in terrã effusus, reassumptus est iterũ in resurrectione.

De fide est, Christi sãguini post mortẽ esse unitã Diuinitatem. Nota benè. Syluest.

An autem sanguis sit alimentum, & quomodo sit pars corporis, actu, vel potentia, an potius sit vehiculum, & sedes animæ, alienum est à nostro instituto disputare. Illud vt certissimum ponimus, sanguinem esse de integritate humanæ naturæ, & Christi sanguini vnitam fuisse semper hypostasim verbi Dei: quicquid malè dicat Durandus in 4. sent. dist. 10. quæst. 1. num. 19. dum asserit, quòd constat, sanguinem non pertinere ad identitatem suppositi Christi, cùm non sit adhuc sub forma humana. Cuius dictum, acerrimè reprobatur à Syluestro in Rosa Aurea, quæst. 30. 31. & 32. à Caiet. q. 6. artic. 2. & quæst. 54. art. 3. in tertia parte D. Thomæ, distinguentes duplicem sanguinem. Vnum nutrimentalem, qui cùm non actu, sed potentia sit pars humani corporis, nec anima rationali informari, nec vnione Verbi hypostaticè gaudere dicunt. Alterum sanguinem esse dicunt perfectum, qui est necessarius ad consistentiam humani corporis, etiamsi alimento non indigeat; & is est pars humanæ naturæ, sicut caput, & manus, informaturq; anima rationali, & semper fuit vnitus Verbo hypostaticè: aliàs veritas, & integritas humanæ naturæ in Christo resuscitato, non saluaretur.

D

Sãguis est de Itegritate humanę naturę.

Durãdus errat dũ ait, sanguinẽ nõ pertinere ad idẽtitatẽ suppositi Christi. Syluest. Caiet.

Sanguis duplex est, nutrimẽtalis, & purus seu perfectus, primus non fuit vnitus Christi Diuinitati, benè aũt secũs, qui spectat ad cõsistẽtiã humani corporis.

Franciscus de Maioris, in libro suo sermonum, serm. 86. in die quinto Paschæ, & alibi mirabilem profert errorem, dùm

Frãcisci Maionis error.

Adũm dicit, *post mortem Christi; immò dum effundebatur sanguis Christi, quod etiam accidit dum penderet, ac viueret in Cruce, diuinitatem fuisse separatam à sanguine.* Quod impijssimum est, & hæreticum.

Nec valet quidquam suum argumentum, in quo se fundat: *Quia* scilicet, *si Diuinitas esset vnita sanguini, tunc prædicaretur, & verè diceretur de Diuinitate, quòd esset effusa, & quòd Christus in passione fuerit fusus;* Nihil profectò (inquam) valet tale argumentum.

Tota rō, & fũdamentũ erroris Maronis.

Primò, Quia regulariter, & propriè, communicatio Idiomatum non est in partibus humanæ naturæ; sed in compositio ex partibus, vt Theologi in 3.d.22. omnes ferè tradunt, & D.Tho.3.par.q.50.ar.3.ad 3.& D.Bonauent.in ead.d.q.1. Sed hæc solutio non placet Medinæ, & benè: Qm̄ quemadmodũ aĩa separata, & corpus emortuũ cõicarunt Verbo, qđ ad Inferos descẽderit, quod mortuũ, ac in sepulchro fuerit; Sic etiã poterat cõicare aliàs denominationes. Quocirca sicut verè dicendum est, quòd partes abinuicem seiunctæ, vnitę tamen Diuinitati, vt dictum est, aliquas denominationes Verbo verè communicabant; Ita aliquas non communicare dicendum est, puta, quæ habent inconuenientem, incongruam, & impropriam prædicationem, necnon repugnantem supposito. Vnde ista propositio non est vera, liceat conueniat parti, anima Christi est separata à corpore, ergo verbum, seu Diuinitas, separata est à corpore. Item & alia, Corpus Christi in sepulchro erat inanimatum, & irrationale; quoniam informabatur forma cadaueris; ergo & Deus erat irrationalis, & inanimatus. Item & illa, Anima verbo Dei erat coniuncta, ergo filius Dei erat Anima, seu corpus, cui coniunctum erat: sic in proposito, quamuis sanguis fuerit fusus, & vnitus; nullo modo Deus effusus dici debet; quia sanguini non vnitur, nisi ut parti; tum etiam quoniam dicere Deum effusum, proprietati sermonis repugnant. Effundi enim, & effluere est tantùm corporum liquidorum. Imò (vt inquit Medina loco inferius citando) etiamsi Deus copulasset sibi seorsum sanguinem, nunquam diceretur Deus est sanguis.

Prima solutio.

Cõicatio idiomatũ non est (ſm aliquos) in partib' humanæ naturæ, sed in cõposito.

D.Tho.

D.Bona.

Non admittitur cõicatio idiomatũ in his quę includũt incõgruã, & impropriã pdicationem.

B

Addit vnum Medina in q.5.ar.3.tertiæ par.in fine, quòd non esset absurdũ concedere, quòd Christus Dominus fuerit effusus in Cruce, iuxta illud Psal.6. *Sicut aqua effusus sũ, & dispersa sunt oĩa ossa mea.* Verũ hæc impropriè, & per similitudinẽ, non per proprietatẽ dicta sunt. Sicut & illud: *factum est cor meum sicut cera liquescens in medio ventris mei.*

Medinæ dictũ, non esse inconueniẽs concedere Christũ Dñm in Cruce fuisse effusum.

Psalm.6.

Concedenda est, propriè hec propositio: Deus est habens sanguinē effusum.
D.Tho.

Addimus autem nos, quòd sicut concedendum est, quòd in triduò Deus fuerit habens animam, vel habens corpus, vel habens sanguinem; ita quoq; propriè concedi potest hęc propositio, Deus est habens sanguinem effusum, iuxta ea, quæ tradit S.Tho.3.par.q.50.art.3.ad 3.

Totus sāguis à Christo fusus ēt ex latere, reassumptus est in resurrectione. D.Tho.

Aliam quoque de sanguine Domini propositionem, vt firmissimam ponimus, nempè, totum sanguinem effusum etiam ex latere, reassumptum fuisse in resurrectione. Quæ propositio est sanè ad mentem D.Tho.in q.54.art.2.in solut. ad tertium; dicentis, *Totus sanguis, qui de corpore Christi fluxit, cùm ad veritatem humanæ naturæ pertineat, in corpore Christi resurrexit.*

Nota.
Sanguis qui in aliquibus Ecclesijs seruatur, nō fluxit de latere Christi, sed miracolosè à quadā Christi imagine percussa effluxisse dicit.
Turrecr.
Capreol.
Sotus ait sanguinē nō informari anima rōnali.

Nec mihi probatur, quòd Syluestro, & Medinæ arridet, particulam aliquam sanguinis, etiam eius qui minimè nutrimentalis est, remāsisse in hoc mundo, nec in totum reassumptum fuisse in resurrectione. Nil.n. clarius S.Tho. scripsit, quàm quòd *sanguis ille, qui in quibusdā Ecclesijs pro reliquijs conseruatur, non fluxit de latere Christi, sed miracolosè dicitur effluxisse de quadam imagine Christi percussa.*

Turrecr. Doct. grauissimus, in capit. *Inuitat*, de consecrat. d. 2. errorem existimat dicere, quòd aliquis sanguis Christi effusus in passione, in terra permanserit.

Capreol. in 2.d.15.q.1.in solutio. argum. & in 4. d.10.q.2.D. ad 4. contra primam conclusionem, & Soto in 4. d. 10. q. 1. ar.2, in responsione dubij dicit, *sanguinem non esse partem humani corporis, nec esse vnitum corpori, nec informari anima ipsa rationali, sed habere propriam formam substantialem, licet imperfectam.*

Abulensis temerarius censendus est dū ait, quod sanguis Christi, nec in vita, nec ī morte, neque post mortem fuit Diuinitati cō iunctus.
Aliud absurdū Abulēsis.

Abulensis in suo paradoxo.2. cap.40. Vbi nimis audacter tenet, *nec in vita, nec in morte, nec post mortem in triduo, fuisse sanguinem Diuinitati vnitum*: ex quo aliud absurdū infert, quòd *in eo triduo si quis consecrasset calicem, non fuisset ibi Verbum, sed solùm sanguis, cui Verbum vnitum non erat.*

Medina.
Syluest.
D.Aug.
Turrecr.

Sed quàm absurda hæc sint, & à Doctis, catholicisq; auribus aliena, quilibet etiam infimus Theologus iudicabit. Vide de hoc Medinam, 3.par.q.6.art.2.fusè, & doctè tractantem, & q.54.art.2.& Syluest. in sua Rosa Aurea, q.30.31. & 32.& D.August. Epist.146.& Turrecr. in can. Inuitat, de consecra. d.2. Verum secundam rationem principalem ad conclusionis probationem proponamus.

Secunda rō cōclusionis.
Sāguis ille ex Christi latere pcedēs, erat verus sāguis, & ēt effusus habuit infinitū ualorem, fuitque prætiū redēptionis nostræ.

Sanguis è latere procedens, erat verus sanguis Christi, sed sanguis Christi etiam effusus, habuit infinitū valorem, fuitq; præcium, & instrumentum redemptionis humanæ, ergo

A non solùm signũ, sed causa ẽt efficiens extitit nostræ salutis. Maior huius Syllogismi certissima est. Nã sicut anima separata, erat verè anima Christi, & corpus in sepulchro, erat uerũ corpus Christi propter suppositum; quãuis Christus in triduo non esset (ut Scholastici docent) sic ille sanguis lateralis erat verè, & propriè sanguis Christi, & nõ alterius. Minor patet euidentissimè, ex uarijs locis scripturæ, in quibus multæ excellentiæ, prærogatiuæ, virtutes, & efficacitates eiusdem sanguinis enarrantur. Ad Rom. 3. Colossen. 1. ad Hebræ. 9. 10. 12. 13. & Ad Ephes. 1. 2. & 1. Pet. 1. & 1. Ioan. 1. Apoch. 5. 7. & 22. Quibus in locis dicitur, *quòd effusus sit in remissionem peccatorum*, quòd per illum Christus sit *propitiatio*, *redemptio*, *salus*, *& vita nostra*, *pacificans*, *siue*, *quæ in Cœlis*, *siue quæ in terris sunt*; ꝙ sit *lauacrum nostræ regenerationis*, *emundans conscientias nostras*: quòd Ecclesiam sibi acquisiuit: ꝙ *nostræ stolæ lauentur in sanguine Agni*, & similia, Igitur cùm Dominus uoluerit per sanguinem suum effusum, tanquam per instrumentum, nostram operari salutem; sequitur, ꝙ sanguis sit causa salutis nostræ, & efficiẽtiam erga illam habeat, & non solùm ut signum, illam significet.

In triduo mortis ꝓpriè nõ erat Christus.

Rom. 3. ad Colos. 1. Heb. 9. 10. 12. 13. Ephes. 1 & 2. 1. Petri. 1. 1. Ioan. 1. Apoch. 5. 7. & 22.

Tertiò, ex Patribus idem probatur. Chrysost. Homil. 24. in priorem ad Cori. 10. sic scribit. *Quid est in Calice? Id est, quod* B *ex latere Christi fluxit*. Atqui in Calice est sanguis unitus hypostaticè Dei uerbo, gratiam, & salutem causans, ergo etiam ille ex latere Christi sic Verbo unitus fluxit.

Probat̃ Tertiò, ex Patribus. D. Chrys.

Item Aug. lib. 3. de Trini. idẽ dicit uidelicet, *de latere Domini percusso, illũ fluxisse liquorem, qui est in Calice*; Sed in Calice est sanguis Dñi cum Diuinitate, causans gratiam, ergo, &c.

D. August.

Quartò ex ui uerborũ consecrationis. Oẽs. n. benè Theologiam callẽtes docebunt, ꝙ si in illo triduo quis apposuisset uinum in Calice, & protulisset uerba cõsecrationis, túnc cõuersum fuisset in sãguinẽ effusum in remissionẽ peccatorũ; ergo ille sanguis effusus, habuit efficaciã remittendi peccata, ergo ẽt ille sanguis effusus è latere, quia idẽ est cum hoc qui est in Calice, habuit efficaciã, & uim remittẽdi peccata. Et cõfirmatur. Qm̃ forma consecrationis sanguinis cõprehendit ẽt sanguinẽ effusum è latere, cũ uerba Matth. ca. 26. & Marci 14. generalia sint, nec magis ad sanguinẽ ex capite, uel ex manibus, quàm ex latere effusum se extendant dum dicitur: *Hic est sanguis qui effundetur*, ergo huiusmodi sanguis ex latere habet etiam uim remittendi peccata.

Probatur. Quartò. Si in illo triduo apposuisset qs uinum in Calicẽ, cõuersum fuisset in sanguinẽ effusum ĩ remissionẽ peccatorum. Matth. 26. Marci 14.

Quintò ex Pontificali Romano idẽ hr̃, in antepenultima orõne ordinationis Accolytorũ; hãc ueritatẽ Romana cõfitetur

Probatur Quinto.

tetur Ecclesia in illis verbis; *Atque sanguinem, & aquam ex* C *latere illius pro salute humani generis effluere voluisti.*

Alexan. Ales. Alex. de Ales. 4. par. q. 12. memb. 3. *Ex fluxu* (inquit) *sanguinis, & aquæ de latere Christi habet Baptisma efficaciam, siue virtutem.* Vnde Ezech. 46. dicitur; *Vide Aquam egredientem de templo à latere dextro.* Verùm hæ rationes solùm de sanguine concludunt, non de aqua, cui non fuit unita Diuinitas, sicut fortè nec cœteris humoribus.

Ezech. 46.

Secunda Conclusio. Christus post mortem non habuit pprie meritum, nec fuit pprio cã meritoria gratiæ uel nostræ salutis. D. Tho. Alex. Alen. Ioan 22. D. Tho. Meriti ratio, vnde nascat. Quare vulnus Christo post mortem illatũ fuit causa efficiẽs nostræ salutis.

Secunda Concl. Christus post mortem non habuit meritum, nec propriè fuit causa meritoria gratiæ, uel nostræ salutis. Hæc est certissima propositio apud omnes Theologos. Explico. *Omnis actio tam animæ separatæ, quàm corporis, vel etiam ipsiusmet Christi resuscitati non fuit meritoria, nec satisfactoria.* Ita S. Tho. 3. dist. 18. quæst. 2. artic. 3. & quæst. de ueritate quæst. 29. artic. 6. & 3. par. q. 50. artic. 6. & ad 2. & quæst. 56. artic. 1. Alex. de Ales. 3. par. quæst. 20. memb. 2. artic. 1. §. 2. & artic. 6. Et rationem reddit. *Quia non esset Christus in statu quietis*, iuxta illud Ioan. 22. *Stetit in littore.* Verùm ratio huius rei, quam S. Tho. in corp. dicto, atti. 6. affert, est potior. *Quoniam meritum nascitur ex voluntate animæ Christi, quæ morte finitur, & terminatur.* Hinc sequitur, quòd sicut nec ipsa mors in facto esse sumpta, nec vulnus illatum post mortẽ potuit esse nobis causa meritoria gratiæ; sic nec quidquid D aliud, quod circa copus Christi actum esset (anima ab illo separata) fuit tamen tale uulnus causa efficiens nostræ salutis. Quoniam ex doctrina D. Tho. vbi supra; *quicquid actum fuit circa corpus Christi, fuit nobis salutiferum.*

Tertia Conclusio. Nota. Explicatur Conclusio. Christus ẽt viuens incumulum sui meriti, acceptauit oẽs labores, & contumelias q̃ ei post mortẽ ẽt erãt euentura, & ideò oĩa hæc ei mortuo fuerunt meritoria. Vulnus Christi post mortẽ, qũo sit meritorium. Caietanus.

Tertia Conclusio. Vulnus lateris Christi, ut est terminus voluntatis Christi præcedentis, uolentis, & acceptantis illud pro salute humani generis, est causa meritoria eiusdem. Explico. Tale vulnus Christi dupliciter potest considerari; uel in se, & sic non est dubium, nequaquam esse causam meritoriam, ut dictum est, uel ut est terminus uoluntatis Christi; qui uiuens acceptauit, & uoluit libentissimè in cumulũ meriti sui infiniti, etiam illas contumelias, & pœnalitates pati quæ corpore suo exanimi illatæ fuerunt. Cùm enim hæc ad corpus Christi pertineant; potuit eas in uita acceptare. Immò in instanti suæ conceptionis, actus suæ uoluntatis potuit in illas ferri, & determinari. Vt igitur tale uulnus est obiectum uoluntatis illud patiendi; cadit sub actu imperato (extendendo actum imperatum ad pati uoluntarium) & est meritorium. Eandem distinctionem, & doctrinam tradit Caiet. in artic. 6. quæst. 50. 3. par. D. Thom. Vbi inquit, quòd

mors

A *mors in facto esse sumpta, potest dupliciter distingui; vel in se, & sic non est meritoria; vel ut terminat fieri, & sic idem est iudicium de illa, ac de morte in fieri;* Idipsum ait Medina in suis commentarijs super præfatum articulum sextum. Vnde concludo, quòd tale uulnus uolitum, & acceptatum à Christo in uita sua ob nostram salutem, non solùm est meritorium, sed etiam satisfactorium, ob dictas causas.

Mors dupliciter pōt sumi uel in se & sic nō est meritoria vel ut terminat fieri, & sic idē est iudicium de ea, ac de morte infieri. Medina.

Quarta Conclusio. Negare, Ecclesiam formatam esse ex latere Christi dormientis; id est mortui in Cruce, puto nedum falsum, sed etiam erroneum.

Quarta Conclusio. Negare Ecclesiam formatam esse ex latere Christi mortui, est erroneum.

Probatur Conclusio. Primò. Ita docet D. Paulus ad Ephes. 5. repetens enim illud Genesis 2. *hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea,* (inquit) *Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habet, sed nutrit, & fouet eam, sicut Christus Ecclesiam; quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius; propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & Ecclesia.* Quem locum exponens, D. Hierony. tomo 6. refert Gregorium Nazianzenum uirum ualdè eloquentem, & in scripturis apprimè eruditum, cùm de hoc loco secum tractaret, consueuisse dicere: *Vide quantùm istius capituli sacramentum sit, ut Apo*B *stolus in Christo illud & in Ecclesia interpretans, non se ita asserat, vt testimonij dignitas postulabat, expressisse: sed quodāmodo dixerit, scio quia locus iste ineffabilibus plenus sit Sacramentis, & Diuinum cor quærat interpretis.* Hæc ille.

Probatur Cōclusio. Primo ex scriptura. Eph. 5.

D. Hiero.

Et Tertullianus lib. 5. aduersus Marcio. in Epist. ad Laodicęnos, hoc tractans ait. *Sacramentum hoc magnum est. Sufficit inter ista si Creatoris apud Apostolum magna sunt sacramenta, minima apud hæreticos.*

Tertullianus.

Sed prædictum locum Pauli explicans, D. Anselmus ait, *Christus fouet Ecclesiam, quæ est corpus eius, & uerè corpus eius, quia nos omnes membra sumus huius sacri corporis.* (Et post pauca.) *Ideò sumus de carne eius, & de ossibus eius, quia carnem eius in ministerio sumentes, carni nostræ coniungimus, & virtute spiritus eius confortamur, sicut internis ossibus. Nam sicut Aeua de Adam facta, traxit ab eo carnem, & ossa, sic Ecclesia ex Christo procreata, carnem eius, & spiritum, vt diximus, in se traxit. Vel de carne eius, & de ossibus eius sumus, id est, eandem carnem, & eadem ossa, quæ ipse habuit, habemus; quia de nostra mortalitate carnem suscepit cum ossibus.* Et infra. *Homo iste mediator Dei, & hominum, homo*

D. Ansel.

Christus

Quõ Christ. dicat relíqsse patrem, & matrem, & adhæsisse uxori suæ, quæ est Ecclesia.

Christus Iesus, reliquit patrem, quando semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens; Ita enim reliquit patrem, non quia deseruit, & recessit à patre, sed quia non in ea forma apparuit hominibus, in qua æqualis erat patri. Reliquit & matrem, id est Synagogam Iudæorum, de qua secundùm carnem natus erat; & adhæsit vxori suæ, id est, sociauit, & coniunxit se electorum Ecclesiæ. Et ipsi duo, id est, Christus, & Ecclesia, sunt in carne vna; quia carnem, quam ille de Virgine sumpsit, quotidie in Missarum celebrationibus sumit Ecclesia. Vel in carne vna; Quia, vt supradictum est, ipse de mortalitate nostra carnem suscepit, & per carnem particeps noster factus est, vt illius Capitis corpus esse possemus: sicque facta est ex duobus vna quædam persona ex capite, & ex corpore, ex sponso, & ex sponsa. Totus itaque Christus, caput, & corpus, tanquam integer vir, quia & fœmina ex viro facta est, & ad virum pertinet. Sacramentum hoc magnum est, de coniunctione Christi, & Ecclesiæ. Et ne quis istam magnitudinem sacramenti in singulis quibusque hominibus, vxores habentibus, intelligeret; Ego autem, inquit, dico in Christo, & Ecclesia, ego quidem allegoricè interpretor hæc verba Genesis de coniugio Christi, & Ecclesiæ. Hæc Anselmus.

Quõ Christus sit i carne vna cũ Ecclesia.

D. Prosper.

D. Prosper. Aquitanus (in 1. cap. primæ partis eorum triũ, quos de promissionibus, & prędictionibus Dei composuit) tractans præfata uerba. *Hoc nunc os ex ossibus meis, &c.* hoc (inquit factum esse) *vt rem gereret, & figuram*; Exponens quippe hunc locum in Epist. ad Ephes. ait, *Sacramentum hoc magnum est; ego autem, dico, in Christo, & Ecclesia. Sacramentum igitur magnum, quod promissum sperauit Adam, sibi coniunctam vidit, quam credidit, coniugem. Nobis per fidem viuorum signauit futuram Ecclesiam, matrem appellauit omniũ viuorum ea scilicet causa qua ex latere Adæ dormientis formata Aeua, ex latere Christi in Cruce pendentis, formandam vt factum est, præuidit Ecclesiam, quæ verè est mater omnium Viuorum.* Hæc D. Prosper.

D. August.

D. Augustinus, lib. 2. de Genesi contra Manichæos, cap. 13. ait. *Quod autem additum est, relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit Vxori suæ, & erunt duo in carne vna, quo modo referatur ad historiã, non video, nisi, quòd plerumque in genere humano ista contingunt, sed tota prophetia est, cuius Apostolus meminit, dicens, propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit Vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est; Ego autem dico, in Christo Iesu, & in Ecclesia.*

Idem

A Idem Augustinus, tract.9. in Ioannem tractãs illud, *erunt duo in carne una: Sacramentum* (inquit) *hoc magnum est. Et ne quis magnitudinem istam sacramenti in singulis quibusque hominibus, uxorem habentibus intelligeret, Ego autem, inquit, dico in Christo, & Ecclesia, quod est, hoc sacramentum magnum, erunt duo in carne una.* Hęc ille.

Et eadẽ ferè uerba hoc in loco scribit, quę Anselm. & D. Ambrosius exponentes prefata uerba in eodem capit. ad Ephesios 5. dicunt, *A Christo Ecclesia sumpsit initium: Vnde subiecta est illi, sicut & à uiro mulier, ut sit subiecta. In eo tamẽ distat: quia mulier consubstantiua uiro est, Ecclesia autem in nomine potest, non in natura participari Christo.* D. Ansel. D. Ambros.

D. Epiphanius, lib. 3. contra hereses, Hæresi 78. hęc scribit. *De Maria enim accipitur dictio ipsa, et de Ecclesia, hoc mihi dicendum erit. Propterea relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit Vxori suæ, & erunt duo in carne una. Sanctus autem Apostolus dicit, Mysterium hoc magnum est; Ego autem dico, In hristum, & Ecclesiam, & uide mihi scripturarum exactam synceritatem, quòd de Adam quidem formauit, dixit, de Aeua uerò non amplius formatam esse dixit, sed ædificatam. Accepit enim (inquit) unam de costis eius, & ædificauit, ipsi in uxorem: quò ostendat, Dominum quidem* C *de Maria efformasse sibi ipsi corpus, ab ipsa uerò costa, ædificatam esse Ecclesiam, in eo, quòd punctum, & apertum, est ipsius latus, & mysteria sanguinis, & aquæ, pratia redemptionis facta sunt.* Hæc ex Epiphan. D. Epipha.

Pulchra ponderatio quod de Adam dr, fuisse formatum; de Eua uerò nõ formatam, sed ædificatam.

Diuus Chrysostomus homilia, 20. super quintum ad Ephesios sic scribit inter alia. *Quemadmodum ex Adam, ex carne, & ossibus eius est Aeua, sunt enim caro, & ossa præstantiora in nobis: illa uelut fundamentum quoddam locata subiacent, ista tanquam ædificium, sed illud quidem manifestum est, istud uerò quomodo? Quemadmodum illic, tanta est, inquit, propinquitas, ita, et hic. Quid est quod dicit ex carne eius? Hoc est, germanè, ac legitimè, ex ipso. Et quomodo hoc pacto membra Christi sumus? Quoniam secundum ipsum facti sumus. Et quomodo ex carne? Scitis, quotquot mysteriorum participes estis, quoniam os eius non confringetur, inquit, ex ipso statim fingimur.* Et paulò post. *Quomodo ergo ex carne eius, et ex ossibus eius, hoc est, ex integra eius substantia formatus est Adam, et natus est Christus. Quomodo? Ex latere eius accepit. In Cruce facta est susceptio, et nos eiusdem substantiæ cum ipso, habet in se ipso Deum, Verbum, & nos. Huius rei gratia relin-* D. Chrysost.

Quare Eua dicatur esse carne Adę.

quet

quet homo patrem suum, & matrem suam, & adglutinabitur uxori suæ, & erunt duo ad carnem unam. Hæc Chrysostomus. C

Beda. Beda, in cap. 19 Ioan. habet hæc verba. *Propter hoc prima mulier facta est de latere dormientis, & appellata est uita, materque uiuorum; Magnum quippe significauit bonum, ante magnum præuaricationis malum. Et hic secundus Adam, inclinato capite, in Cruce dormiuit, ut inde formaretur ei coniux, quæ de latere dormientis effluxit.*

Cur Secūdus Adam inclinato capite obdormiuit?

Rupert. Possem hoc loco, aliorum Patrum explicationes afferre, sed vnicam Ruperti sententiam vltimo loco adijciendam duxi. Hic lib. 2. in Genesim, cap. 37. egregiè illam sententiam exponit. *Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Quamuis* (inquit) *soporatus fuerit Adam, tamen non clam illò fuisse, quod factum est, hæc eius dicta manifestè comprobant. Hoc nunc, inquit, os de ossibus meis, & caro de carne mea; tanquam diceret. Hoc paulò ante tantummodo os ex ossibus meis, id est, costa fuit de costibus meis; nunc autem & caro est. Proinde sicut prius os meum erat, ita & nunc postquam costa ædificata est, rectè caro mea, Carò (inquam) de carne mea est. Non ergo, ut ille quid ageretur, nesciret, sed ut magnum sacramentum in eo præfiguraretur. Immisit in Adam soporem Dominus, quod Apostolus perspiciens, magnum, inquit, sacramentum hoc est, Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Non, inquit, sacramentum hoc esse dico in illo uiro, & in illa fœmina, non, inquam, in eo, quòd de uiro sumpta est fœmina quòd misit Dominus soporem in Adam, & tulit unam ex costis eius, & ædificauit costam quam tulerat de Adam in mulierem, & quòd dixit Adam, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, &c. Nam illa carnalia sunt facta, & ab illo Adam carnaliter dicta, scilicet absque spiritualium futurorum conscientia. Cæterum In Christo, & in Ecclesia Sacramentum magnum hoc est, quia sic admisit in se Christus soporem mortis suscepta pro uoluntate Patris obedientia, & tulit Deus de latere eius sanguinem, et aquam, de latere, inquam, eius dormientis, id est, iam mortui, sanguinem et aquam per lanceæ uulnus eduxit. Vnde ex tunc usque ad finem sæculi ædificare non desinit, ut gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, exhibeat illi. Igitur alio quidem respectu in alia æditione, benè scriptum est, Immisit ergo Dominus extasin in Adam, quia uidelicet, obclusis sensibus corporis, ratio tamen uigilauit, ut non nesciret, quod os ex ossibus suis sublatum, et care de carne sua ædificata fuerit. Alio autem nihilominus rectè*

Sciuit Adam sacrm, quod in suo sopore factum est.

D

Christus nunquam desinit ædificare Ecclesiam.

Nota.

dictum

A *dictum est, Quia immisit Dominus soporem in Adam, soporem (inquam) id est grauem, & profundum somnum, quod Hebraicè dicitur. Tardema, scilicet, quia de profundo mortis somno regeneranda erat, nouo Adæ, noua coniux Ecclesia.* Hęc ex Ruperto. Alia loca Patrum inferius citabimus, & de reuelatione huius mysterij facta Adæ in illa Extasi, non pauca dicemus.

Quid sit sopor missus in Adam.

Secundò igitur probatur Conclusio, ex Glosa ordinaria ad Rom. 5. super illa uerba, *Qui est forma futuri. Adam* (inquit) *est forma Christi, quia sicut ille est pater omnium secundùm carnem, sic Christus secundùm fidem; & sicut ex latere illius formata est Eua; sic ex illius latere profluxerunt Sacramenta, per quæ saluatur Ecclesia; Ideòque sicut ille filijs suis potuit communicare peccatum, & mortem, sic iste suis iustitiam, & uitam, &c.* Hæc Glosa.

Probatur Cõclusio Secundò. Glos. Proportio inter Christum & Adam. Sicut primus Adã potuit filijs suis cõicare mortẽ, sic & Secundus Adã sua morte potuit cõmunicare vitam.

D. Anselmus, super prædicta uerba ad Rom. 5. dicit. *Qui est forma futuri, id est, Christi, partim à simili, partim à contrario. A simili, quia sicut Adam sine patre à Deo ex Virgine terra factus est; ita Christus ex Virgine Maria sine semine à Deo creatus; sicut ille est pater omnium secundùm carnem; sic Christus secundùm fidem.*

D. Ansel.

Nicolaus de Lyra, eadem uerba exponens ait. *Adam non* B *erat figura Christi in quantùm peccator, sed in quantùm principium hominum in esse naturæ, sicut & Christus est principiũ eorum in esse gratiæ. Et quia formatus fuit de terra diuina virtute, sicut & corpus Christi virtute Spiritus sancti de Virgine Maria. Item quia de latere eius formata est Eua, sicut de latere Christi Ecclesia, ex quibus regeneramur in esse gratiæ, sicut ex Adam, & Eua generatum est genus humanum in esse Naturæ.* Hæc Lyranus.

Nicolaus de Lyra.

D. Thom. super Epist. ad Rom. cap. 5. lect. 4. *Adam* (inquit) *est forma, id est figura quædam futuri, id est Christi, tamen per contrarium. Nam sicut per Adam peccatum, & mors in mundum intrauit; ita per Christum intrauit Iustitia, & vita* 1. *Corint.* 15. *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de Cœlo cœlestis. Sunt autem & aliæ similitudines inter Christum, & Adam, quòd scilicet, sicut corpus Adæ formatum fuit sine coitu; ita & corpus Christi de Virgine. Et sicut de latere Adæ dormientis sumpta est mulier; ita ex latere Christi dormientis in Cruce, fluxit sanguis, & aqua, ut dicitur. Ioan.* 19. *quæ significant sacramenta, quibus formata est Ecclesia.* Hæc D. Thom.

D. Tho.

1. Cor. 15. Multę similitudines inter Christum, & Adam. Ioan. 19. D. Aug.

D. Augustinus in Psal. 138. & Beda ad Ephes. 5. sic scribunt.

Quid

Quid est, forma futuri? Si ergo Adam forma futuri, quomodo de latere, dormientis Eua facta est; sic ex latere Domini dormientis, id est, in passione morientis, & in Cruce percussi de lancea, manauerunt sacramenta, quibus formaretur Ecclesia. Nam de futura eadē passione sua, sicut dicit in alio psalmo: Ego dormiui, & somnum cœpi, & resurrexi, quia Dominus suscepit me. Ergo dormitio intelligitur passio, Eua de latere dormientis, Ecclesia de latere patientis. Hęc Augustinus. C

Probatur Cōclusio Tertiò.

D. August.

Tertiò Probatur Conclusio, ex ipsa figura Æuæ formatæ ex latere obdormientis, ut sæpè sæpius superius dictum est & August. tract. 9. in Ioan. dicit, quòd *quicquid figurabatur in Adam de Christo, ad omnes utique gentes pertinebat, quibus salus erat in Christo*, & infra, loquēdo de formatione Æuæ, Cui non apparet, quia in illis tunc factis, futura figurata sunt quandoquidem dicit *Apostolus, ipsum Adā, formā futuri esse? qui est* (inquit) *forma futuri, præfigurabantur, oīa mysticè.* Hęc Augustinus. De qua re legēdus est Magister sententiarum, in 2. dist. 18. & scholastici ibidem. Verùm hic, antequā ulterius progrediamur, aliquæ dubitationes, quæ ad rem nostram faciunt, diluendæ sunt.

Prima est. An ille sopor Adæ, fuerit somnus, an Ecstasis?

Secunda. An in eo sopore, Adam habuerit reuelationem futuræ Incarnationis Christi? D

Tertia. Cur potius Eua facta sit ex costa quæ in latere Adami erat, quàm ex alia eius parte, & in quo stet propriè, quòd formatio Ecclesiæ sit figurata in ędificatione Euæ.

Quarta, & Ultima. An narratio Mosis de procreatione Euæ de latere Adæ, sit historica, vel parabolica?

PRIMA DUBITATIO.

An ille sopor Adæ, fuerit somnus, an Extasis?

Inter Ecstasim & sōnū q̄ sit differētia.

D. Bern. opinio quod sopor immissus Adæ nō fuerit eiusdē rōnis cū nostro, nec fuerit uerus somnus.

D. Aug.

QVoad Primum, notandum est, inter hæc duo somnum scilicet, & Ecstasim, illud interesse, quod per somnū sensus ligantur, mentisque functiones impediuntur; animæ uerò vegetantis actiones, liberæ sunt, & solutæ. E contra uerò contingit in Ecstasi, in qua animæ alentis functiones ligantur; mentis autem vehementer intenduntur, vigent, atque à sensibus extractæ, solutiores redduntur, ut accidit Paulo act. 9. & 1. Corinth. 12.

Et quidem de sopore Adæ, Bernar. Serm. 2. in Septuage. super illud Gen. 2. *immisit Dominus soporem in Adam*, existimat,

A mat, nõ fuiſſe illum Adę ſoporem communem, neque eiuſdem rationis cum noſtro, aut noſtris ſimilem ſomnis, ſed Ecſtaſim quandam ſecundùm quam non niſi incõmutabilis veritatis intuitu, & abyſſo Diuinæ Sapiētiæ, corporeis excedens ſenſibus, Adã obdormiſſe videtur. Cui fauet lect. 70. Interpretum, qui eo loco, pro ſopore, *Ecſtaſim* legunt.

D. inſuper Auguſt. lib. 9. de Geneſi ad litte. c. 19. ſoporem illum Adæ ēt extaſim appellat dicens. *Per hoc etiã illa extaſis quam Deus immiſit in Adam, vt ſoporatus obdormiret, rectè intelligitur adhoc immiſſam, vt & ipſius mens, per extaſim particeps fieret tanquam Angelicæ Curiæ.* Et lib. 2. de Gen. 2. Manichæos, cap. 12. *ipſam viſionem ſecretam* (inquit) *nomine ſoporis ſignificari arbitror, quem immiſit Deus in Adam.* D. Auguſt.

Sed reuera illum fuiſſe uerum ſoporem, & ſomnum, non eſt ambigendum, cùm Moſes id narrans clarè dicat, *immiſit ergo Dominus ſoporē in Adam. Nec dum hiſtoria narratur, impropriè ſunt verba accipienda, ſed ſecundũ proprietatē litteræ deffendi debet, quod geſtum narrat ipſe qui ſcripſit*, ut ait Auguſt. in exordio libri 11. ſuper Geneſ. ad litte. Imò vocabulum ipſum, *Thardemah*, grauem, & profundũ ſomnũ ſignificat, & patet ex illo Geneſ. 15. *ſopor irruit ſuper Abrahã*, & Iſa. 29. *Miſcuit vobis Dominus ſpiritũ ſoporis*. Fuit itaq; verus ille Adæ ſopor; non tamen naturalis. i. non ex cauſis naturalibus profectus, cũ immediatè à Dño immiſſus dicatur.

Sopor immiſſus in Adam fuit uerus sõnus. D. Aug. Gen. 15. Iſa. 29. Licet Adæ ſopor fuerit uerus, nõ tamē fuit naturalis

C

Negari tamen nõ poteſt, quin in illo ſopore, ecſtaſis quoq; aliqualis fuerit, vt Epiph. hæreſi 48. & Rupertus vbi ſup. fatētur, in qua non modò mens Adæ ad naturalem rationis vſum erat ſoluta; ſed etiam ſic interius prophetico fuit ſpiritu repleta, vt mulieris ex ſua coſta formationem ſentiens Adam, myſterium illud, magnumq; ſacramentũ Chriſti, & Eccleſiæ de quo Paulus 1. Corin. 12. tractauit, in ſomnis cognoſceret. Sed de hoc latius dubio ſequenti diſſeremus. Neq; Bernar. in eo quod ait, reprehendēdus videtur, cùm ipſe nõ quaſi certum, ſed quaſi probabile aſſerat, & doctiorum iudicio ſe remittat, cuius verba ſunt hæc. *Verùm id quidem ſine præiudicio dixerim, ſi cui fortè aliter viſum fuerit, maximè ſi quid aliud in Sanctorum paginis inuenitur.*

D. Epiph. 1. Cor. 12. D. Bern. non uidetur reprehendendus.

SECVNDA DVBITATIO.

An in eo ſopore, Adam habuerit reuelationem futuræ Incarnationis Chriſti?

IN hac dubitatione duo ſunt explicanda. Primum an habuerit Adam reuelationem myſterij Incarnationis in illo

 ſopore?

sopore? & secundo an viderit in eo diuinam essentiam? C

Et de primo quidem D.Tho. in 2.2.q.2.artic.7. & 3.p.q.1. artic.3. expressè docet, *Primo homini reuelatum fuisse mysterium Incarnationis Christi, eique ante peccati statum explicitam fidem de Christi Incarnatione fuisse à Deo communicatã.* Distinguit tamen D.Tho. *non habuisse huius mysterij reuelationem, qua parte ordinabatur in remedium peccati per passionem, & resurrectionem eius, cùm homo non potuerit esse præscius futuri peccati*, vt ait Augustinus lib. 11. super Genes. ad litte. cap. 18. *Sed secundùm quòd ordinabatur ad consummationem gloriæ.* Imò addit, *non esse credibile primum hominẽ ignorasse sacramentum illud magnum in Christo, & Ecclesia, quod Paulus dixerat ad Ephes. 5. eiusque præscium fuisse per hoc quod dixit, Propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrem &c.*

Primo homini reuelatum fuit mysteriũ Incarnatiõis Verbi Dei, ante pctãtũ. non tñ habuit hãc cognitionẽ in qua parte Incarnatio ordinabat̃ in remediũ pcãti. D. Tho. D. Aug.

Tertullianus, lib. de anima, cap. 10. dicit Adam prophetasse, & Ecstasim illam, amentiam appellat, ijs verbis. *Quid enim spiritale in illo? si quia prophetauit magnum illud sacramentũ in Christo, & Ecclesia, hoc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: &c. Hoc postea obuenit, cùm in illum Deus amentiam immisit, spiritalem vim qua constat Prophetia.*

Adam post somnũ prophetauit.

Somniũ Adę à Tertulliano dementia appellatur.

D. Hierony. lib. 3. comment. in Epistolam ad Ephes. cap. 5. tomo 6. Adam primum vatem appellat, ijs verbis. *Primus enim homo, & primus vates Adam, hoc de Christo, & Ecclesia prophetauit quòd reliquerit Dominus noster atque Saluator Patrem suum Deum, & Matrem suam Cælestẽ Hierusalem, & venerit ad terras propter suum corpus Ecclesiam, & de suo eam latere fabricatus sit, & propter illam Verbum caro factum sit.* hæc Hieronymus? D

Adã fuit primus vates secundùm D. Hieronymũ.

Aug. lib. 9. in Genes. ad litte. c. vlt. expressis verbis huiusmodi prophetiæ donum ponit in Adam dicens. *Euigilans tanquam prophetiæ plenus, cùm ad se adductam costam mulierem suam videret, eructauit continuò (quod magnũ sacramentum commendat Apostolus) hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, hæc vocabitur mulier, quòd de viro sumpta est. & propter hoc relinquet homo Patrem suum, & Matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.* hactenus August. Et quoniam præfata verba, Dominus in Euangelio Matt. 19. Deum dixisse declarauit, cùm tamen illa Adam euigilãs protulisset, rectè idem August. colligit, quia Adam Diuinitus, & tanquam Prophetam dixisse. Vnde sub dit Aug. *Quæ verba cùm primi hominis fuisse scriptura ipsa testetur, Dominus tamen in Euãgelio Deum dixisse declarauit. Ait enim: non legistis,*

Prophetię donum fuit in Adam, ex D. Aug.

Ephes. 5.

Matth. 19.

Nota pulcrã Aug. ponderationem in verbis Xpi.

A stis, quia qui fecit ab initio, masculum, & fœminam fecit eos, & dixit: propter hoc relinquet homo Patrē, & Matrem, & adhærebit uxori suæ. & erunt duo in carne una: ut hinc intelligeremus propter ecstasim quæ præcesserat in Adam, hoc eum Diuinitus, tanquam Prophetam dicere potuisse?

Epiphanius hæresi 48. dicit, quòd *Adam illis uerbis, hoc nunc os ex ossibus meis, &c. agnouit præterita præsentia, & futura, uaticinando de illis. Ecce enim* (inquit Epiph.) *agnouit prima, quando erat in somno dicens, hoc nunc os ex ossibus meis: & agnouit præsentia, postquàm facta esset Mulier, agnoscens ipsam de corpore sublatam: & uaticinatus est futura, nimirū, ea gratia relinquet homo Patrem suum, & Matrem suam, & erunt duo in carne una.*

Adam in illa extasi cognouit præterita, præsentia, & futura, ex D. Epiph.

D. Prosper, loco supra citato, parte prima, c. 1. de promissionibus, & prædictionibus Dei, idem fatetur illis uerbis, *Sacramentum igitur magnum quod promissum sperauit Adā, sibi coniunctam uidit, quam credidit Coniugem.* Quibus verbis, & spem, & fidem in Adam fatetur.

D. Prosper spē, & fidem Xpi in Adam fuisse fatet.

D. Leo Epist. 23. ad Clerum, & Plebem Constantinopolitanam, tractans illa verba, *Ego autem dico in Christo, & Ecclesia*, ait. *Ab ipso ergo principio generis humani, hominib⁹ Christus est denunciatus in carne venturus.*

A principio humani generis, denunciat⁹ est hominibus Christus in carne uenturus ex D. Leone.

B D. Bern. ser. 6. in Vigilia Natalis Domini, idem sentit his verbis. *Quid tam mirum? usque hodie dicitur in Ecclesia, Christus filius Dei nascitur, quando tam longè antea dicebatur. haud dubie quin de ipso, puer natus est nobis? Olim cœpit audiri uerbum hoc, & nemo Sanctorum aliquando fastidiuit. Siquidem Iesus Christus filius Dei, heri, & hodie, & in æternum. Hinc nimirum Primus homo omnium uiuentium pater, magnum eructans sacramentum, quod in Christo, & Ecclesia Apostolus postmodum euidentius commendauit, relinquet ait homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.*

D. Bernard à mundi exordio Christū uēturū dicit esse à S. Patribus auditum.

D. Bonauentura, in 2. sent. distinct. 23. in expositione tex. Magistri idem sentit dicens: *Adam cognouisse Incarnationem Verbi, non tamen propriam præuaricationem. Nō enim necesse fuit ut omnia quæ præcedere debebant cognosceret. Vnde sicut Ioseph præcognouit suum principatum, non tamen præcognouit suam uenditionem, et fuit antecedens ad illud: sic Adam nosse potuit aliquid quod spectabat ad hanc naturæ exaltationem, sicut fuit Christi Incarnatio: ita tamen quod ignorabat posteritatis suæ lapsum per suam præuaricationem.*

Adā cognouit in illo sōno Incarnationē Verbi Dei: non tamen suā præuaricationē, ex D. Bonau.

Ioseph præcognouit suū pricipatum, nō tamē suā uenditionē.

Ex ijs perspicuum est, Adam in illo ecstatico sopore, co-

gnouisse futurã Filij Dei ex ipsius progenie Incarnationem, C
& prius quã Abrahã, *vidēs diē illū exultasse, & gauisū fuisse.*

Catharinus.

In qua ēt sent. fuit Catharinus, in Epist. 1. ad Cor. c. 7. & 15.

Adam in illa extasi, cognouit per fidem explicitè mysteriū sanctissimę Trinitatis, ex D. Epiph.

Epiphanius in principio eius operis quod scripsit aduersus hæreses, Adam mysterium sanctissimæ Trinitatis per fidem explicitè cognouisse asserit. *Nouit* (inquit) *Patrē Deū, & Filium, & Spiritum sanctum, Propheta enim erat, & nouit quòd Pater dixit filio, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & deinde Deum coram eo dixisse, Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis sciens bonum, & malum. Quòd si mysterium Trinitatis Adam cognouit, mysteriū quoq; Incarnationis Verbi Dei ex semine suo secundùm carnem, cur non cognouisse dicamus?*

Fuerit ne reuelata Adæ causa Incarnationis, vel nō, varij sūt in hoc doctores.

Quod si quæratur, an causa Incarnationis fuerit illi reuelata? dicendum est, esse in hoc varias Doctorum sententias.

D. Tho.
D. Bonau.
Non quicūq; cognoscit effectū, debet cognoscere illius causam.

Nam qui sentiunt lapsum Adæ fuisse causam Incarnttionis Verbi Dei, vt D. Tho. & Bonauen. per consequens dicūt, non fuisse ei causam reuelatam. Non enim quicunq; cognoscit effectum, cognoscere debet, & causam. *Nihil. n. prohibet* (ĩquit D. Tho.) *alicui reuelari effectū, quin ei⁹ causa reueletur.*

Qui verò causam Incarnationis Verbi (post Dei gloriam) hominis exaltationem, & gloriæ consumationem esse volunt; fatentur audacter, non solùm effectum; sed etiam causam Incarnationis Verbi, Adamum cognouisse. D

Nota hoc ad defendēdum D. Tho.

Et profectò si Adam ante peccatum, per reuelationē, Christum, vt medium ad gloriæ consumationem, & beatitudinem cognouit, difficilè est negare, non venturum Christum, nisi posito peccato. Fides enim illa Adæ non poterat esse falsa, nec spes frustatoria. Neque fuit fides conditionata quæ præcognitionem peccati in ipso Adam supponeret, tunc enim suum peccatum præcognouisset, quod Theologis non placet. Et quamuis in Deo Præsciētia peccati Adæ præexistebat; nullo modo dici potest, quòd ex ea Prescientia, fides Christi venturi primo homini ante lapsum, reuelata fuisset; cùm in peccati remedium, vt omnes fatentur, tradita non fuerit.

Medinæ ratio reijcitur.

Nec valet, quod dicit Medina. 3. p. q. 1. ar. 3. in fine, qđ quia præ sciuerat Deus, Adam casurum, ideò & non aliter fidem vēturi Christi ei infuderit. Hoc inquā, meo iudicio, non valet. Nā tunc, nec opportunè, nec absolutè fides Verbi Incarnādi primo homini data fuisset; cū nō fuerit illi tūc cōicata vt dictū est in peccati rimediū, pro quo tunc non indigebat.

Adde qđ cū finis primarius, & p se primo intētus Incarna-

nis

tionis Verbi non sit hominem à Peccato liberare, cùm etiã
A concedente D.Tho.3.par.q.1.arti.3.in corp.peccato non existente potuisset verbum incarnari, ideò probabilius videtur, quòd peccato non existente, Verbum incarnatum quoque fuisset.

Vnde rectè D.Tho.2.2.q.2.ar.7.docet, Christum in innocentiæ statu, cadere sub obiecto fidei.i.opportuisse. Christum Incarnandum ab Adam esse explicita fide creditum, tanquã medium ad beatitudinem consequendam.

Ex ijs sequitur, Adam in statu illo Innocentiæ, gratiam, & originalem Iustitiá ex fide Christi crediti accepisse. Si enim credidit in eum, vt in consumatorem glorię; debuit etiam credere in eundem, vt in gratię, & Iustitię primæ largitorem.

Sequitur Secundò, Adam in ea reuelatione non cognouisse mysterium Crucis, quia tũc mysteriũ Incarnationis vt in remedium peccati cognouisset. Et licet aliqui Patres id annuere videantur, ut Leo, dicta Epist.23.& Hiero.ad Eph.5.& D.Aug.tract.9.in Ioan.& clarius D.Prosper loco cit.intelligendi tamen sunt potius in facto rei sic esse, non autem ex dicto Adę, quasi ipse Adam id sic in particulari tunc intellexisset.
B Vnde illa uerba Adæ, coniunctionem tantùm Christi cũ Ecclesia, & humanæ naturæ assumptionem, per se & directè in communi significabant. Ex re autẽ gesta, scilicet, quia Eua de latere Adam ædificata fuit, intelligunt Sancti, Ecclesiam quoq; ex latere Christi in Cruce dormientis suffosso, ædificatam fuisse, ac dimanasse.

Nota locũ D. Tho. contra eundẽ D. Th. ad ꝓbandum peccato nõ existẽte, ẽt verbũ incarnandum.

Adã in statu innocentię accepit gratiam & Iustitiã originalẽ ex fide Christi crediti.

Adã in ea reuelatione, nõ cognouit mysteriũ Crucis.

Qũo Doctores in hac materia loquentes intelligantur.

D. Leo.
D. Hierony.
D.Aug.

Verba Adę, tũ coniunctionẽ Christi cũ Ecclesia significabant, Sãcti autẽ ex facto rei q̃ Eua de latere dormiẽtis Adæ facta fuit, ĩtelligũt Ecclesiã quoque formatã esse ex Christi latere ĩ cruce dormiẽtis.

CIRCA SECVNDVM.

CIrca Secundum, An scilicet Adam in illo sopore uiderit Diuinam essentiam? D.Aug.super Gen.ad lit.c. ultimo, dicit, Adam in illo sopore, Curiæ Cœlesti interfuisse. *Illa* (inquit) *ecstasis quam Deus immisit in Adam ut soporatus obdormiret, rectè intelligitur ad hoc immissa, ut & ipsius mẽs per ecstasim particeps fieret tanquam Angelicæ Curiæ, & intrans in Sanctuarium Dei, intelligeret nouissima.*

Diuus Gregorius lib.4.Dialog.cap.1. *Postquam* (inquit) *de Paradisi gaudijs culpa exigente, expulsus est primi humani generis parens, in huius cæcitatis atque exilij quam patimur venit ærumnam: quia peccando extra semetipsum fusus, iam illa Cœlestis Patriæ gaudia quæ prius contemplabatur, uidere non potuit. In Paradiso quippe assueuerat homo uerbis Dei*

Adam in illa extási ingressus est curiam cęlestẽ, ex D. August.

Adam in statu innocentię cõtemplabat cęlestia gaudia, ex D.Gregorio.

 perfrui,

perfrui, & beatorum Angelorum spiritibus, cordis mundicia C
& celsitudine uisionis interesse. Sed postquam huc cecidit, ab illo quo implebatur mentis lumine recessit. Ex cuius uidelicet carne, nos in huius exilij cæcitate nati, audimus quidem Cœlestem esse Patriam; audimus eius ciues Angelos Dei; audimus eorundem Angelorum Socios spiritus Iustorum, et perfectorũ; Sed carnales quique, quia illa inuisibilia scire non ualent per experimentum, dubitant utrum ne sit quod corporalibus oculis non uident. Quæ nimirum dubietas in primo parente esse non potuit; quia exclusus Paradisi gaudijs, hoc quod amiserat, quia uiderat recolebat. Hæc Gregorius.

Adã in statu Innocẽtię obdormiuit ĩtuitu incõmutabilis veritatis ex D. Bern.

D. Bernardus, ut supra citauimus, Serm. 2. Septuagesimæ, inquit. *Adam in statu illo innocentiæ obdormiuisse intuitu incommutabilis veritatis.*

Adam nõ vidit in illa extasi essentiam Diuinam ſm cõem statũ illius vitę. ex D. Tho.

Ratio dicti.

D. Thom. 1. par. quæst. 94. articu. 1. decidens hanc quæstionum (non enim leuiter eam tetigit, aut indecisam reliquit, ut uult Bagnes 1. p. quæst. 12. ar. 11. dubio 2.) dicit, *Adam non uidisse essentiam Diuinam, secundùm communem statum illius uitæ; Quoniam uidentes essentiam Dei clarè, impeccabiles sunt:* nec concedit *eum uidisse in raptu (ut Accidit in Mose, & Paulo) quando Deus Genes. 2. misit soporem in Adam.*

Et sanè in hac re, probabilius est non uidisse, cùm ex scri- D ptura id non deducatur, & Diuus Thomas, loco citato neque etiam in raptu Adam Deum uidisse nisi dubitatiuè dicat. Immò in solutione ad 3. dicit. *Adam vidisse Deum in ænigmate.* Nec est similis instantia, quæ affertur de Mose & Paulo, cùm ex scripturis satis probabiliter habeatur, eos in raptu Diuinam essentiam uidisse. De illo enim habetur Exod. 33. *Ostendam tibi omne bonum.* & Num. 12. clarius. *Si quis* (inquit Dominus) *fuerit inter uos Propheta Domini, in uisione apparebo ei. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei, & palàm, & non per ænigmata, & figuras Dominum uidet.* De hoc autem, id est de Paulo, arcana audiuisse uerba, & in tertium cęlum raptum fuisse 2. Corinth. 12. idem met Paulus de se ipso testatur. Quod etiam grauissimi, ac doctissimi Patres asseruerunt, ut Basil. homil. 1. Exameron, Ambrosius, lib. 1. Exame. cap. 2. & super Epistolam, 2. ad Corinth. capit. 12. D. Ansel. super prædictum locum Pauli. Sed præ omnibus audactius D. August. lib. 12. super Genes. ad litte. cap. 27. & 28. & Epistola, 118. ad Paulinam, & Serm. 46. ad Fratres in heremo, Hugo de Sancto Victore, super eundem locum Pauli, quæst.

Exod 33. Num. 12. 2 Corin. 12. D. Basil. D. Ambros. D. Ansel. D. Aug. Hugo. D. Tho.

A li, quæst. 34. & D. Thom. 1. par. quæst. 12. articu. 9. ad 2. & 2. 2. quæst. 174. artic. 4. & quæst. 175. artic. 3. & in quæstionibus de uerit. quæst. 10. artic. 11. in corp. & quæst. 12. artic. 9. ad 2. & 2. Corinth. 12. lect. 1. & super Isa. 6. & Durandus, in 4. dist. 49. quæst. 6. Et Lyranus, in 2. ad Corin. dicto capite. 12. cui etiam subscribit Caietanus, in Commenta. super 2. 2. quæstio. 175. articu. 3. Quanuis super capit. 12. numero. contrarium teneat.

Duran.

Caiet.
D. Hieron.
D. Chrysost.

Et licet aliqui Sancti Patres oppositum affirment, ut Hierony. lib. 3. contra Pelagia. prope finem, & super capit. 6 Isa. D. Chrysost. homil. 14. super Ioan. & super Epistolam 2. ad Corinth. cap. 12. Gregorius Nazia. lib. 2. suæ Theologiæ in exordio. Cyrillus super Ioan. lib. 1. cap. 22. Dionys. Areopa. lib. de mystica Theologia cap. 1. & Gregorius Magnus, lib. 18. Moral. cap 37. & 38. & Euaristus Ponti. in sua Episto. decretali, tractans illa uerba Pauli 1. ad Timoth. 6. *Lucē habitat inaccessibilē*: licet inquam atque etiam fortè alij in hanc sententiam descendant; contrariam tamen Abulensis, super cap. 5. Matth. quæst. 47. communiorem esse asserit. Fuit igitur & Moysi, & Paulo ex Diuino illis priuilegio concessum; Quemadmodum etiam Beatissimæ Virgini Matri Dei interdum concessum fuit, ut claro Diuinæ essentiæ intuitu

D. Greg. Nazian.
D. Cyril.
D. Diony. areopa.
D Greg. magnus.
1. Timoth 6.
Abulens.

B frueretur. Cyprianus Serm. de Natiuitate innuit hanc gratiam habuisse Virginem in die quo peperit Saluatorem ijs uerbis. *Vnde* (ait) *& Matri plenitudo gratiæ debeatur, & Virgini abundantior gloria, quæ carnis, & mentis integritate insignis, spiritali, & corporali, intus, et extra Christi præsentia fruebatur.* Idem Ecchius affirmat, Serm. 3. de assumptione B. Virginis, homil. 3.

Mariæ virgini aliqn̄ concessum fuit, ut claro Diuinæ essentiæ intuitu frueretur, ex D. Cypria.
Ecchius.

Rupertus Abbas, in Cantica, lib. 3. explicans illa uerba, *oculi tui columbarum*, idem asserit dicens. *Hæc uera pulchritudo est, absque eo quod intrinsecus latet, quod solus in te Deus uidet: nobis autem quia inexpertum, idcirco ineffabile, imò & incogitabile est. Si enim quispiam teste Deo, uel conscio nō mentiens dixit, raptum se fuisse in Paradisum, siue usque ad tertium cœlum, ita ut nesciat siue in corpore, siue extra corpus raptus fuerit, et audiuisse arcana uerba, quæ non licet homini loqui: quanto magis tu Regina Cœlorum, per sæpè Cælestibus interfuisti, quippe quam et circumsteterunt obstetricum uice gloriam Deo concinentes Angeli: inter hæc didicisti, vel assequuta es aliquid, quod latet, et latere nos debet?* Hæc Rupertus.

Rupertus.

Idem habet Bernardus super *missus est*, homil. 4. ante me-

Beatæ virginis laudes ex D. Bernar.

dium ijs uerbis. *Quis enim excepta fortassis illa, quæ hoc so-* C
la in se fælicissimè meruit experiri; intellectu capere, ratio-
ne discernere possit, qualiter splendor ille innaccessibilis, Vir-
gine is sese uisceribus infuderit, et ut illa innaccessibilem ad se
ferre potuisset, de portiuncula eiusdem corporis cui se animatè
contemperauit, reliquæ massæ umbraculum fecerit? Et for-
tassè propter hoc maximè dictum est: Obumbrabit tibi, quia
res nimirum in Sacramento erat, & quòd sola per se Trinitas
in sola, et cum sola Virgine uoluit operari, soli datum est nosse,
cui soli datum est experiri.

D. Antoni. ait Virgini ī partu fortè à Deo datū esse, ut clarè mysteriū Incarnationis uideret.

Hoc sentit etiam D. Antoni 4. par. tit. 15. cap. 17. §. 1. *fortè enim* (ait) *in ipso conceptu uel partu, sibi datum est ad horam, ut uideret clarè mysterium incarnationis, sicut & Paulus uidit Deum in raptu.*

D. Athanasij opinio.

Miror equidem Diuum Athanasium, Serm. de Sanctissima Deipara circa medium, negasse B. Virginem in die Incarnationis, Verbum Dei, secundùm simplicem naturæ suæ proprietatem, clarè uidisse; cùm ipsemmet in quæstionibus ad Antiochum Principem. quæst. 12. concedat, eandem, in die Incarnationis clarè, & in se Gabrielem Angelum sibi Incarnationis mysterium nunciantem conspexisse. *Sola* (inquit) *Sancta Deipara Virgo, nudam essentiam Gabrielis* D
Archangeli, ut est, contemplata est.

D. Benedict⁹ in illa uisione qua Diuinam essentiā vidisse dicitur, reuera eā non vidit.

D. Grego.

Ratio dicti.

Nec huiusmodi priuilegium uidēdi essentiam Diuinam in hac uita, ad aliquem aliorum Sanctorum (exceptis ijs quos supra numerauimus) extendendum est. Qui enim existimant Diuum Benedictum in illa uisione qua uidit totum mundum (ut ait Gregorius libro 2. Dialo. capit. 35.) uidisse Diuinam essentiam, falluntur. *Illa enim uissio* (ut efficaciter probat D. Tho. in quodli. 1. ar. 1.) *non fuit habita in Diuina essentia; sed per illuminationē quandā extra illā. Quādo .n. uidit, nec uitæ huic funditus mortuus erat, nec à corporeis sensibus alienatus, ut accidit Paulo. Quòd ex eo patet: quia dū adhuc in illa uisione persisteret, alium ad idem uidendum aduocauit*, vt idem Gregorius refert.

Dicta sanctorum Patrū in hac materia quō sint intelligenda.

Ex ijs constat, Adam in immisso illo sopore, Deum non uidisse. Patres verò qui contrarium affirmare videntur, si rectè inspiciantur, nil aliud affirmant, nisi quia maximas habuit cælestes reuelationes, & multa ei Diuina mysteria fuerint diuinitus reuelata, vt fuit casus Angelorum (ut uult Catharinus in Genesim) & alia multa. Vnde Augu. lib. 2. in Genes. ad litteram ait, *quòd fortassis, Deus Primis hominibus antea loquebatur, sicut cum Angelis loquitur, ipsa incommu-*

Deus (ex D. Aug.) primò loquebatū hominib⁹ in statu Innocētiæ sicut Angelis.

tabili

A *tabili veritate illustrans mentes eorum.* atque hæc de secundo dubio.

TERTIVM DVBIVM.

QVoad tertium dubium principale, cur potius Eua facta sit ex costa lateris Adæ, quàm ex alia eius parte, & in quo stet propria Analogia inter Euam, & Ecclesiam? Circa primum dicimus, Quòd mulier ex costa quadam viri verè facta sit, cùm dicat clarè tex. Gen. 2. *Tulit ergo vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea; & edificauit Dominus Deus costam quam tulerat ab Adā, in mulierem*, & Ecclesiastici 13. *Creauit Deus de terra hominem, & ex ipso adiutorium simile sibi*, & 1. Cor. 11. *Mulier ex viro*.

Prima mulier ex costa viri facta est. Gen. 2. Eccl. 13. 1. Cor. 11.

Peccarunt in hoc Hæretici Origenistæ, Euam ex Adamo formatam esse negantes, vt refertur in 6. in generali Synodo, quę fuit Cōstantinopolitana, 3. actione 11. & 13. in Epist. Sophronij Patriarchæ Hierosolymita. post medium. Epiphanius in Epistola ad Ioannem Hierosolymitanum circa, medium. Hos hæreticos, eorumq; pariter originem repræhendit. & D. Hieronym. in Epist. ad Pammachium, in Origenem inuehitur, quòd allegoricè tantùm prima tria Geneseos capi-

B ta fuerit interpretatus. Sed hanc veritatem ex costa lateris Adami mulierem formatam fuisse, idem Hierony. in Epist. ad Philemonem, vt articulum fidei credendum esse asserit, ijs verbis. *Non potest quisque credere in conditorem Deum, nisi prius crediderit de Sanctis eius vera esse quæ scripta sunt: Adam à Deo plasmatum, Euam ex costa illius, & latere fabricatam: Enoch translatum: Noe naufrago solùm orbe seruatū.*

Origenistarū hæresis. D. Epiph. D. Hieron. Quòd mulier fuerit formata ex costa Adæ, credendū est, ut articulus fidei, ex D. Hieron.

Præterea August. lib. 9. super Genes. ad litte. cap. 15. Euam ex Adami costa extractam affirmat dicens. *Formare autem, vel ædificare costam, ut mulier esset, vsque Adeò non potuit, nisi Deus, à quo vniuersa natura subsistit.* Item 12. de Ciuit. Dei, cap. 23. ait. *etiam cōiugem illi in adiutorium generandi ex eius latere osse detracto, fecit Deus.* & paulò inferius. *Manus* (ait) *Dei, potentia Dei est, qui etiam visibilia, inuisibiliter operatur. Sed hæc fabulosa potius, quàm vera esse arbitrantur, qui virtutem, & sapientiam Dei, qua nouit, & potest etiam sine seminibus ipsa certè facere semina, ex ijs vsitatis, & quotidianis metiuntur operibus.*

D. Aug.

Idem Theodoretus habet, q. 30. in Genes. & Clemēs V. in Conc. Viennensi, & habetur in Clementina vnica, de summa Trinit. & fide Cathol. & Innocentius Tertius, in capit. *gaude-*

Theodor.

Vnde deducatur, absonũ esse à Christiana Religione plures habere vxores.

gaudemus, de diuortijs, ex eo quòd vna costa in unam fæminam fuit conuersa, pulchrè deducit, absonum, & Christianæ Religioni inimicum esse, plures habere vxores. C

D. Tho.
D. Bonau.

Huic assertioni fauent quoque non iniocundæ, nec incõgruæ rationes, quæ tanguntur à D. Tho. 1. par. q. 92. artic. 2. & 3. & D. Bonauent. in 2. d. 18. quæst. 1. & 2. *Decuit enim* (inquit D. Tho.) *ex viro fieri propter quatuor*.

Mulier facta est à uiro propter quatuor.
Primò.

Primò. *Vt in hoc primi hominis dignitas reluceret, & in hoc secundùm Dei similitudinem esset. Sicut enim Deus est principium totius vniuersi, sic & vir primus, totius speciei humanæ esset principium, iuxta illud Pauli act. 17. & ex ipso fecit omne genus hominum.*

Secundò.

Secundò. *Vt eo nomine, maior, & diuturnior esset viri erga mulierẽ amor: cui ideò inseparabilius adhæreret, dum eam ex se productã esse cognosceret: vnde dicitur Genes. 2. de viro sumpta est; quamobrem relinquet homo patrem, & matrẽ, & adhærebit vxori suæ.* Quod prosequitur fusè Basyl. in exordio, lib. de Virginitate.

Tertiò.

Tertiò. *Vt in domestica vita, & politica, vir caput mulieris dignosceretur, eique vti superiori subesset, & ab eo dependeret.*

Quartò.

Quartò. *Ob sacramenti illius mysterium magnum. Ecclesia enim à Christo principium erat assumptura.*

De costa verò siue ex latere quæ nec supremum, nec infimũ in corpore locum optinet, decuit quoque formari mulierem. cũ vt societas coniugalis designaretur. D

Cur mulier non de capite nec pedibus, sed de costa facta sit.

Non enim de capite formari debuit cùm viro mulier non deberet dominari, nec de pedibus, cùm nec à viro conculcari, ac seruæ instar despici deberet, tum quia mulier protectione, ac tutela viri indiget, vt ab eo defendatur, sicut costæ inter brachia proteguntur. Et sextò propter sacramentum. Ex latere enim Christi, ex quo sacramenta fluxerunt, Ecclesia formata est.

Multiplex est proportio, & analogia inter Euam, & Ecclesiam.

In quibus autem sit conueniens Analogia, & proportio in formatione Euæ, & Ecclesiæ, in cuius gratiam superiora tractauimus, multis esset prosequendũ rationibus. Sed quoniam hæc Prædicatoribus relinquntur; ideò adiectis paucis selectioribus, dubium dissoluemus. Stat autem proportio inter Euam, & Ecclesiam.

Prima, quoniã utraq; ex uiri latere ędificata est.

Primò. Quoniam vtraque ex latere viri ędificata est, vt cõmuniter volunt Patres. An autem ex sinistro latere, vel ex dextro fuerit Eua formata, nihil certi ex sacra pagina possumus elicere.

Variæ opiniones, ex quo latere Eua fuerit ædificata.

Putant aliqui, ex sinistro: cuius rei reddunt moralem rationem. Quoniam cũ cor (qui est fons amoris) ad sinistram

uergat,

A vergat, indicat summum amorem, consensum animorum, nimiamque beneuolentiam, quę inter virum, & vxorem esse debet. Sed hæc sanè ratio, non admodum persuadet. Quoniam omnis virtus quę à corde dimanat, caloris nempe, facultatis progressiuæ atq; amoris, primariò, ac vehementius dextræ parti tribuitur, quàm sinistræ. Vnde magnitudo amoris potius ex dextra petenda esset.

Pererius in commentar. super Genes. lib. 4. disput. de formatione Euæ ex Adamo, quæst. 4. Tres alias affert rationes, quibus sibi persuadet, ex sinistro latere mulierem esse formatam. — Pererij Rationes.

Prima est. Quoniam cùm sexus fæmineus infirmior sit virili, ex latere quoque infirmiori, vt est sinistrum, formari debuit. Quo factum est, vt temperamentum mulieris frigidius, ac imbecillius sit. — Prima.

Altera est. Quòd mares concipiuntur in dextro latere, fæminæ autem in sinistro. — Secunda.

Tertia. Quoniam sinistrum latus ignobilius est dextro, nec sine eius auxilio sese potest subrigere, ac sustentare. — Tertia.

Verùm hæ rationes, rem hanc nec probabilem reddunt. Primò. Quoniam in Euæ formatione, non est naturalem humanæ generationis modum sequtus Deus. Tum etiam, B quia non sequitur ex sinistra parte formatam fuisse mulierem, eò quòd sinistra sit ignobilior, & infirmior; quoniam sic, potius formata esset ex inferiori parte hominis, vel ex molli carne. — Pererij opinio confutatur.

Perfacilè Oleaster in obseruationibus super Genes. hanc difficultatem effugisset, cùm putauerit, Deum ab Adam duas aut plures costas ex duobus lateribus, iuxta alui vacuum detraxisse; at id expresśè est contra Genesim 2. vbi dicitur. *Tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea.* Vnde Tertullianus, lib. 1. ad vxorem, unicam uxorem esse habendam Probat dicens: *Nam & Adã vnus Euæ Maritus, & sua una uxor illius, una Mulier, una Costa.*

Secunda proportio, seu conuenientia inter Euam, & Ecclesiam est, quòd utraque ex dormiente ædificata est. Quod prosequitur August. tract. 9. super Ioan. ijs uerbis. *Dormit Adam, vt fiat Eua, moritur Christus, ut fiat Ecclesia.* — Secunda proportio inter Ecclesię, & Euæ productionẽ, quia vtraq; ex dormientẽ edificata est. D. Aug.

Sed pręclarum sanè annotauit Tertulia. lib. de anima, c. 25. circa Adæ dormitionem, quòd scilicet, Adam primò dormiuit, quam laborauit. *Adam* (inquit) *ante ebibit soporem, quàm sitit quietem, ante dormit, quam laborauit, imò quàm & edit, imò quàm & profatus est: at videant naturalẽ iudicem som-* — Adam prius dormiuit, q̃ laborauerit, Christus verò prius laborauit, & postea dormiuit. ex Tertull.

somnum omnibus naturalibus principaliorẽ, inde deducimur C *etiam imaginem mortis iam tunc eum recensere: si enim Adã de Christo figuram dabat; somnus Adæ mors erat Christi dormituri in mortem: vt de iniuria perinde lateris eius, vera mater viuentium figuraretur Ecclesia.* Hæc ille. Sed e contra sanè accidit secundo Adę Christo, qui prius laborauit, quàm dormiuerit: prius sitiuit, clauis in ligno confixus, quàm morte Crucis requieuerit.

Deus Adæ uigilanti non extraxit costam propter tres causas.

Sed quæret aliquis hoc loco. Nonne poterat Deus vigilanti costam educere, fæminamq; formare?

Magister sentent. in 2. d. 18. & ibi scholastici dicunt, id ob tres causas factum fuisse.

Prima. Vt intelligeretur quàm sine vllo doloris sensu fuisset Adæ costa detracta, quippe cùm ea detractio ne à somno quidem eum excitasset.

Præterea. Vt in hoc Dei omnipotentia maximè ostenderetur, quæ sic potuit leniter separare costam, vt natura non amitteret quietem. Et tandem propter sacramenti significationem. Quæ omnia pulchrè Augustinus loco cit. his verbis complexus est. *An fortè* (inquit) *ne doleret latus quando costa detracta est, propter hoc opportebat vt ille dormiret? Quis est qui sic dormiat, vt ei ossa non euigilanti euellantur? An quia* D *Deus euellebat, propterea homo non sentiebat? Poterat ergo & vigilanti sine dolore euellere, qui poterat dormienti.*

Theodor.

Theodoretus, q. 30. in Genesim, aliam affert rationem: *ne* (inquit) *id esset causa horroris, & perturbationis in Adamo. Quoniam si factum hoc fuisset eo vigilante, & nihil doloris sentiente, visum fuisset ei spectrum aliquod, aut Phantasma, aut fuisset ei quasi ænigmatica visio: si verò fuit cũ dolore, repugnat statui innocentiæ, in quo nullus futurus erat dolor. Quod virtute Diuina suspendente actum secundum vis sensitiuæ in sensu tactus Adæ, fieri potuit, non autem ob hebetationem, vel stupefationem sensuum*, vt sentire videtur Tostadus, super cap. 13. Geneseos. q. 354. Sic igitur in somno, Adæ costa detracta fuit, vt accomodatius mysterio conueniret.

Cur Adæ in somno detracta fuit costa.

Tertia proportio, quòd utraq; facta sit ex costa.

Tertia proportio est, quòd vtraque ex costa facta est. Non enim Eua ex molli carne, vel ex nudo osse fabricata fuit; sed ex osse carne vestito: quod significauit Adam dum dixit, hoc nũc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Dicitur autem Euam factam fuisse potissimum de osse, quoniam plus de osse, quàm de carne costa participauit, & hoc conuenienter: vt ostenderetur, virum mulieri omnem fortitudinem communicare. Vnde Augustinus de Genesi contra Manichæ.

Cur Eua potissimũ dicatẽ formata de costa.

D. August.

lib. 2.

A lib.2.cap.12.dicit, *Os de ossibus propter fortitudinem*, & lib. 9. de Ciuit. Dei, c.18. *mulier* (inquit) *per virum firma facta est, tanquam eius osse firmata: ille autem propter ipsam infirmus, quia in locum costæ, non costa, sed caro suppleta est.* & clarius tract. 15. in Ioan. *Non detraxit* (inquit) *carnem ut faceret mulierem, sed detraxit os, & detracto osse formata est mulier, & in locum ossis, caro adimpleta est. Poterat pro osse os reddere, poterat ad faciendam mulierem non os, sed carnem detrahere, quid igitur significauit? Facta est mulier in costa tanquam fortis: factus est Adam in carne, tanquam infirmus. Christus, & Ecclesia. Illius infirmitas, nostra est fortitudo.*

Ita Ecclesia ex Christi costa firmitatē, robur, & stabilitatem nacta, cùm ex se infirma esset, omnem à Christo fortitudinem accepit. Vnde dicitur ædificata: ędificatio siquidē, opus est stabile, & firmum, iuxta illud Matth. 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*. Hinc Martyrum in suis tormentis fortitudinem videmus. Quippe qui cùm ex secundi Adæ fuerint osse formati, strenui, fortes, atq; hilares ad martyrium percurrebant. Vnde Actor. 5. dicitur, *Ibant gaudentes à conspectu Concilij, quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati.* Non sic autem videmus esse secundum Adamū Christum Dominum: quinimò B (fortitudinis ei costa sublata) imbecillis redditus est in tantum, vt positus in Agonia non abundè modò sanguinē profuderit, sed ab Angelo etiam debuerit consolari; ut quam de fæmina carnem pro costa sumpserat, demonstraret.

Ex osse viri Christi facta est fortis Ecclesia, Christus autē pp assumptā carnem debilis factus est. Matth. 16.

Martyres cur in suis tormētis erant fortes. Actor. 5.

Christus pp assumptā carnē, tā debilis effectus est, ut ab Angelo fuerit consolatus.

Quarta inter Euam, & Ecclesiam proportio est, quoniam vtraq; est cōiux. Vnde Paulus ait: *Viri diligite uxores uestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam*. & 2. Cor. 11. *despondi enim uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo*. De cuius coniugij Christi, & Ecclesiæ excellentia, nō minus pulchrè, quàm dulciter, ac mellifluè loquitur Augustinus, libro 2. de Simbolo ad Cathecumenos, cap. 6. in principio, ijs verbis. *Quid restat inueniri, nisi ut procedat uelut sponsus de thalamo suo? accipiat sponsus sponsam, quæratur, inueniatur quæ ei coniungatur. non est solus homo; sed Deus est, et homo. Quæratur quæ ei coniūgatur. Qualis est de qua natus est, talis ei inueniatur. quæ et matrem reddat fæcundam, et uirginem seruet intactam: filius permanentis uirginis uirginem mansurā accipiat.* & paulo post. *Ascendat* (inquit) *sponsus noster thalamum sui lignum, ascendat sponsus noster thalami sui lectum. Dormiat moriendo, aperiatur ei latus, et Ecclesia prodeat uirgo: ut quomodo Eua facta est ex latere Adæ dormientis; ita et Ecclesiæ* forme-

Quarta proportio inter Euā, & Ecclesiam, quòd utraque est coniux. 2. Cor. 12.

D. Aug. melliflua sententia de Ecclesiæ disponsatione cum Christo.

formetur ex latere Christi in Cruce pendentis. Percussum est C
enim ei latus (ut Euangelium loquitur) & statim manauit sanguis, & aqua, quæ sunt Ecclesiæ gemina sacramenta; aqua, in qua est sponsa purificata: sanguis, ex quo inuenitur esse dotata. & paulo inferius. *Exulta, exulta sponsa Ecclesia, quia nisi ista in Christo facta essent, tu ab illa formata non esses: uenditus redemit te, occisus dilexit te: & quia te plurimum dilexit, mori uoluit pro te. O magnum sacramentum huius coniugij, o quàm magnum mysterium huius sponsi, & huius sponsæ, non explicabitur dignè humanis uerbis. De sponso sponsa nascitur, & ut nascitur, statim illi coniungitur; & tūc sponsa nubit, quando sponsus moritur, & tunc ille sponsæ coniungitur, quando à mortalibus separatur.* Hæc ille.

Dialogus inter Ecclesiã, & Synagogã ex D. Aug.

Cuius mirabilis coniugij præstantiam idem Augustinus in Dialogo de altercatione Ecclesiæ, & Synagogæ, paulò post medium, tomo 6. describit. Cũ enim Ecclesiæ quod agrestis & rustica esset, Synagoga improperaret, talibus Ecclesiam verbis respondentem introducit. *Audi* (inquit) *Synagoga, audi uidua, audi derelicta: ego sum quod tu esse non potuisti, ego sum Regina, quæ te de regno deposui, ego sum sponsa, quæ derelictis idolis, de sylua, et de monte descendi: ut ait Patriarcha tuus, Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni quem benedixit Dominus. Vnde uenis Virgo cum lacte, cum floribus intemerata iuuencula, opaco de nemore, ciuis simplex, læta pallio niuali composita? Sponsus meus preciosus præ filijs hominum, Rex regum, qui caput meum mitra composuit, ac me protinus purpurauit, uenientem excepit.* Hæc ille. D

Dignitas mirabilis despõsationis Ecclesiæ declaratur ab eodem Aug.

Cuius sponsæ mirabilem dignitatem declarans, ac magnificans idem Augustinus, in psal. 122. tomo 8. enunciat, dum ex ancilla sponsam effectam fuisse narrat. *Ipsa autem ancilla* (ait) *magnam dignitatem inuenit apud Deum. Vxor facta est, sed donec ueniat ad amplexus illos spiritales, ubi securè perfruatur eo quem dilexit, & cui suspirauit in ista diuturna peregrinatione: sponsa est, & accepit arram magnam, sanguinẽ sponsi, cui secura suspirat. Nec illi dicitur, noli amare: quomodo dicitur aliquando Virgini iam desponsatæ, & nondum nuptæ, & iustè dicitur, noli amare, cùm facta fueris uxor tunc ama. Rectè dicitur, quia præproperum, & præposterum desiderium est, & non castum amare eum, cui nescit an nubat. Potest enim fieri ut alius sponset, & alius ducat uxorem. Quia uerò nullus est alius qui Christo præponatur, secura amat ista, & antequam illi adiungatur, amet & de longinquo suspiret, & de longinqua peregrinatione: solus ducet, quia solus talem arram dedit. Quis*

enim

enim potest sic ducere, vt moriatur pro ea quam vult ducere? si enim mori pro ea quã vult ducere voluerit, non erit qui ducat. Securus autem ille pro sponsa mortuus est, quam resurgens erat ducturus. Hæc Augustinus.

Cuius Ecclesiæ virginitatem, mirabiliter idem August. in sermonibus de tempore, serm. 21. de natali Domini in fine, ijs verbis exponit. *Humano* (inquit) *coniugio sponso fœmina traditur, vt virgo iam non sit. Ecclesia verò virgo non esse posset, nisi sponsum cui traderetur, filium Virginis inuenisset. Ecclesia igitur est sponsa Christi, suo de latere emanata. Nec sine sanguine hoc potuit coniugium celebrari.* Vnde coniugium illud inter Mosen, & Sephoram non potuit perdurare, nisi mediante sanguine, dum ipsa clamauit ad virum, dicens, *sponsus sanguinum tu mihi es*, quasi non potuisset ipsorum perdurare consortium nisi plurimus sanguis effluxisset, nil aliud certè significare voluit, quàm futurum aliquando fore, vt inter Christum, & Ecclesiã, non aliter quàm plurimo in Cruce emanato sãguine cõiugiũ ineffabile celebraretur.

Spõsa Ecclesia, virgo esse nõ posset, nisi spõsum cui traderetur filiũ Virginis inuenisset ex Aug.

Nota pro concionatorib.

Exod. 4.

Desponsatio Xpi cũ Ecclesia, fuit mediãte sanguine.

Quinta inter Euã, & Ecclesiã proportio est, quòd vtraq; est à Deo immediatè. Sic habet Tertullianus, lib. 5. aduersus Marcionem in Epistola ad Laodicenos ad calcem, dicens. *Laborabo & ego nunc eundem Deum probare. Masculi, & Christi, mulieris, & Ecclesiæ, carnis, & Spiritus: ipso Apostolo sententiam Creatoris adhibente, imò & deferente; Propter hãc relinquet homo Patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna?*

B

Quinta proportio Ecclesiæ, & Euæ ẽ, quòd utraq; immediatè ẽ à Deo. Tertull.

Quòd autem Eua fuerit immediatè sine Angelorum ministerio à Deo producta, clarè demonstrat Augustinus lib. 9. super Genes. ad litte. cap. 15. tomo 2. & si non neget, quin in ea re, ministerium aliquod ab Angelis Deo potuerit exhiberi. Eius verba sunt hæc, *Quæritur quemadmodum sit soporatus Adam, costaque eius sine vllo doloris sensu à corporis cõpage detracta sit. Hæc enim fortassè dicantur, potuisse per Angelos fieri. formare autem, vel ædificare costam vt mulier esset, usque adeò non potuit nisi Deus, à quo uniuersi natura subsistit, ut ne illud quidem carnis supplementum in corpore uiri, quod in illius costæ successit locum, ab Angelis factum esse crediderim.* idem habet D. Tho. 1. p. q. 92. ar. 4.

Eua immediatè, & sine Angelorum ministerio à Deo pducta fuit, ex D. August.

Supplemẽtũ carnis p osse in Adã immediatè fuit a Deo, nõ mediantibus Angelis.

Sexta inter Euam, & Ecclesiam proportio est, quòd vtraq; est mater viuentium. Et de Eua quidem patet. Genes. 3. *Vocauit enim Adam uxorẽ suam Euã, eò quòd mater esset cunctorum uiuentiũ*; de Ecclesia verò patet ex dictis Sanctorum. Sic enim appellauit eam D. Prosper lib. de promissionibus, & præ-

Sexta pportio, qđ utraque ẽ mater uiuentium.

D. Prosper.

D. Aug.

& prædictionibus Dei, parte prima, cap. 1. & August. de immortalitate animæ, cap. 33. tomo 1. & lib. 1. de moribus Ecclesiæ Catholicæ, cap. 30. & super Apocalip. homil. 9. tomo 9. dicens. *Per omne tempus quotidie parit Ecclesia, in prosperis, & in aduersis, et Draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut cùm peperisset filium eius deuoraret. Semper enim in cruciatibus parit Ecclesia Christum, per membra.* & lib. 3. de Symbolo ad Cathecumenos eodem tomo, mel ifluis sanè uerbis idem ijs uerbis prosequitur. *Iisdem gradibus quibus perierat humana natura, à Iesu Christo Domino nostro reparata est. Adam superbus, humilis Christus: per fœminam mors, per fœminam uita: per Euam interitus, per Mariam salus: Illa corrupta, sequta est seductorem, hæc integra peperit Saluatorem. Illa poculum à serpente propinatum, libenter accepit, et Viro tradidit, ex quo simul mererentur occidi, hæc gratia Cœlestis desuper infusa, uitam protulit, per quã caro mortua possit resuscitari: Quis est qui hæc operatus est, nisi Virginis filius, et Virginis sponsus, qui attulit matri fæcunditatem, sed non abstulit Virginitatem? Quod contulit Matri suæ hoc donauit, et sponsæ suæ: Deniq; sancta Ecclesia quæ integra integro coniuncta est, quotidie parit membra eius & Virgo est.* Hæc ille.

Ecclesia semper in cruciatu parit Christum per mēbra.

Pulchræ anthitases, seu contra positiones.

Septima proportio inter Euam, & Ecclesiam est, quòd vtraque in Paradiso est condita. Et quidem quòd Eua formata sit in Paradiso, indicat Iosephus, lib. 1. antiquitatum, c. 1. Basilius, homil. 11. in Genes. Rupertus libro 2. de Trinitate, cap. 32. Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionem, & D. Tho. 1. par. quæst. 102. artic. 4. ad 3. qui id non dignitati mulieris tribuendum esse asserit; sed dignitati principij ex quo corpus eius formabatur. Et licet facta fuerit eadem 6. die, qua Adam (quidquid dicat Catharinus) & videtur annuere D. Tho. 1. par. quæst. 72. artic. 3. quod patet ex Genes. 1. Vbi postquam dicitur, *creasse hominem, ad imaginem, et similitudinem suam, masculum, & fœminam*, vt indicaret esse eodem die, sed interposita mora, in fine capitis adiecit, *& factum est uespere, et mane dies sextus.*

Septima proportio est, quòd vtraq; in Paradiso est cōdita.
Ioseph,
Basyl.
Tertull.
D. Tho.
Eua eodē die quo factus fuit Adā, & ipsa condita est, cōtra Catharinum.

Ita Ecclesia in Paradiso cępit. Quamuis enim Abel primus pœnitentium à Ruperto appelletur in commentarium capitis 13. Oseæ Prophetæ, vbi de pęnitentibus loquens, ait, *Horum in Cathalogo, primus est Abel, cuius ipsum nomen pœnitentiæ significat lamētum, ab illo usque ad ultimum electum, cuncti pœnitentiam agentes, et peccatores se esse confitentes (omnes enim in Adam peccauerunt) consolationem istam accipiunt de manu mortis liberti, de morte redempti.* Et ab August. tomo 5.

Adam fuit principiū materiale & formale Ecclesię, licet Abel primus Iustus à Sāctis nominetur.

Amo 5. Abel primus Iustus nominetur; tamen Adam qui primò in terrestri Paradiso fuit collocatus, principiũ fuisse materiale, & formale Ecclesiæ, nemo est qui dubitet. Materiale quidem; quoniam ipse fuit primum iudiuiduum de Ecclesia, cùm Christi fidem habuerit, & meritò primus Christianus ab Epiphanio vocitetur in principio libri quem scripsit aduersus Hæreses, formale verò quia dum vixit, caput, rector, & institutor hominum extitit. Verùm longè iam digressioni finẽ imponamus, & vltimum dubium: num tota hæc Mosis narratio historica sit, vel parabolica, quod maximè ad rẽ nostram facit, dissoluamus.

D. Epiph. uocat Adam primũ Christianũ, quia fuit primus q habuit fidẽ Xpi.

Caietanus, super Genes. c. 2. tenet narrationem hanc Mosis nullo modo esse historicam, sed parabolicam, & figuratã. *Nec esse* (inquit) *accipienda uerba prout sonant, quoniam sic falsa esset narratio, ut patet in productione rerum ex nihilo per sex dies. quæ tamen omnia constat* (inquit) *unico instanti esse facta*. Similiter etiam dicit de loqutione colubri cum Eua, & de pœna serpenti à Deo inflixa.

Sed hæc Caietani assertio, erronea est in fide. Quod patet. Primò ex scriptura quæ dicit Gen. 2. *creauit Deus hominẽ, masculum, & fœminam fecit eos*. & 1. ad Timothæum 2. *Adam enim* (inquit Apostolus) *primus formatus est, deinde Eua, & Adam non est seductus, mulier autẽ seducta in præuaricatione fuit*. & 1. Cor. 11. *non vir ex muliere, sed mulier ex viro*.

Caiet. assertio, erronea est in fide. Gen. 2. 1. ad Tim. 2. 1. Cor. 11.

B

Secundò, ex præcitatis Patribus, & Doctoribus, tum præcipuè ex Epiph. in Ancorato in Epist. responsiua, missa ad superiores, vbi de hoc tractans ait, *si itaque non est Paradisus sensibilis, non est fons, si non est fons, non est fluuius, si non est fluuius, non sunt quatuor principia, non est Physon, nõ est Geõ, non est Tigris, non est Euphrates, si non est Euphrates non est ficus, si non sunt folia, non est Adam, non est Eua, non est esus, non comedit de ligno. Si non est Adam, non sunt homines, & fabula est de cætero ipsa ueritas, et omnia allegoricè dicuntur. Est itaque Adam, sumus enim ex ipso, genus ipsius existentes omnes per successionem, et uidimus ipsum per multitudinem in successione*. Hæc ille.

D. Epiph.

Et probatur etiam à D. Hiero. in Epistola ad Philemonem. Vbi (vt supra vidimus) tanquam de fide ait esse credendum, Euam ab Adami osse esse formatã. Et in sexta Synodo generali superius citata, Origenes accerrimè reprehenditur, qui tria prima geneseos capita, non ad litteram, sed parabolicè voluit esse intelligenda.

D. Hieron.

Reprehenditur Orig. q tria c. Genesis non ad literã, sed parabolicè uoluit esse intelligẽda.

Nec sanè Caietani argumentum, ex illis Verbis Genesis, C *masculum, & fœminam fecit eos*, validum est. Non enim scriptura ait, quòd simul eos fecerit, sed quia eos ad speciei propagationem creabat (quod naturaliter sine vtroque sexu esse non potest) ideò *masculum, & fœminam* Deum eos creasse dicitur.

Pererij annotatio. Adde, quòd (vt benè notat Pererius super hunc locum Genes.) si hoc parabolicè dictum esset, & non historicè; cũ nullus alius locus sit in scriptura in quo de Euæ productione tractetur, profectò nullus esset textus efficax ad probandum eos verè in tempore à Deo esse creatos. Sed de his hactenus. Tam longa enim vsi sumus digressione, non aliò, quàm vt verè Ecclesiam (quæ in Eua ex Adamo dormiente educta figurabatur) & ipsam quoque ex Christi latere in Cruce pendentis profluxisse, ac dimanasse ostenderemus. Nunc alia prosequamur.

Quarta ratio principalis q̃stionis. Quarta ratio principalis ad præiactam conclusioné probandam, nempè, erroneum esse negare Ecclesiã formatam esse ex latere Christi dormientis in Cruce, petenda est ex Patribus, qui egregias sententias hac de re apertissimè nobis scriptas reliquerunt. Et quamuis in superioribus, priscorum Patrum ad loca Pauli interpretationes adduxerimus, nunc D opere præcium est, propria loca adijcere, in quibus idipsum ex professo asserunt.

D. Athanas. Pulchrum dictũ de morte Diaboli. D. Athanasius lib. 3. in sermone de passione, & Cruce Domini, loquens de Diabolo, ait; *Mactatus est, non alibi quàm in latere ad costas, ex quo effluxit sanguis, & aqua. Et quoniam prius per mulierem e costa formatam, profluxerat deceptio; ita nunc per costam secundi Adæ, redemptio, & emundatio prioris Adæ dimanaret, & per sanguinem redemptio, per aquam verò emundatio, obtingeret.*

D. Chrysost. D. Chrysostomus, homil. 84. in Ioan. sic scribit. *Ad hæc arcanum mysterium consumatum est. Exiuit enim sanguis, & aqua, non casu, & simpliciter hi fontes scaturierunt; quoniam ex ambobus Ecclesia constituta est. Sciunt hoc initiati. Per aquam enim regenerati, sanguine, & carne nutriti, hinc mysteria ortum habent, vt quoties ad mirandum calicem accedis, tanquam ab ipso latere hauriens accedis.* Hęc Chrysostomus.

D. Ambros. D. Ambrosius lib. 10. in cap. 23. Luc. sic habet. *Ex illo incorrupto licet corpore, sed defuncto, omnium vita manabat. Aqua enim, & sanguis exiuit, illa quæ diluat, iste qui redimat. Bibamus ergo præcium nostrum, ut bibendo redimamur.* Et

lib. 5.

A lib. 5. de sacramen. c. 1. ait. *Quare aqua? quare sanguis? aqua, vt emundaret, sanguis, vt redimeret.*

D. Leo Papa Epist. 4. cap. 6. sic dicit. *Tunc regenerationis potentiam sanxit, quando de latere eius profluxerunt sanguis redemptionis, & aqua Baptismatis.* Et in Epist. 23. dicit. *Erunt duo in carne vna; vtique duo sunt, Deus, & homo, Christus, & Ecclesia, quæ de sponsi carne prodijt, quando ex latere Crucifixi manante sanguine, & aqua, sacramentum redemptionis, & regenerationis accepit.* D. Leo.

Tertulianus, lib. de Anima cap. 25. *Somnus* (ait) *Adæ, erat mors Christi dormituri in mortem, vt de iniuria perinde lateris eius vera mater viuentium figuraretur Ecclesia.* Tertullia.

D. August. tract. 9. in Ioan. sic scribit. *Dormit Adam, vt fiat Eua, moritur Christus, vt fiat Ecclesia. Dormienti Adæ fit Eua de latere, mortuo Christo, lancea percutitur latus, vt profluant sacramenta, quibus formetur Ecclesia.* Et tract. 15. in Ioan. dicit, *Adam qui erat forma futuri, præbuit nobis magnum indicium sacramenti, imò Deus in illo præbuit. Nam & dormiens meruit accipere vxorem, & de costa eius facta est ei vxor; quoniam de Christo in Cruce dormiente, futura erat Ecclesia de latere eius, de latere scilicet dormientis, quia de latere in Cruce pendentis lancea percusso, sacramenta Ecclesiæ proflu* D. Aug.
B *xerunt.* Et infra. *Poterat ad faciendam mulierem, non costam, sed carnem detrahere. Quid igitur significauit? Facta est mulier in costa, tanquam fortis, factus est Adam in carne, tanquã infirmus: Christus, & Ecclesia: Illius infirmitas nostra est fortitudo.* Et tract. 120. *Non dixit, latus eius percussit, aut vulnerauit, sed aperuit, vt illic quodammodo vitæ ostiũ panderetur, Vnde sacramenta Ecclesiæ, manauerunt, sine quibus ad vitã, quæ vera vita est, non intratur.* Et infra. *Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, & appellata est vita, materque viuorum. Magnum quippe significauit bonum, ante magnum præuaricationis malum. In habitu iacentis, & dormientis, hic secundus Adam, inclinato capite, in Cruce dormiuit; vt inde ei formaretur coniux, quæ de latere eius effluxit. O mors, vnde mortui reuiuiscunt. Quid isto sanguine mundius? quid vulnere isto salubrius?* Hoc idem August. in multis alijs locis repetit, cuius verba, qui eius lectione delectantur, in eo perlegant. nempè lib. 9. super Genes. ad litteram, cap. 19. & lib. 2. de Symbolo ad Cathecumenos, c. 6. & lib. 15. de Ciuitate Dei, cap. 26. & lib. 12. contra Faustum, cap. 20. Nota cũ August. Aurea Sententia. Idẽ D. Aug.

D. Cyprianus, duobus in locis, id quod nos in Conclusione posuimus, edocet, vt in lib. de monte Sinai, & Syon versus D. Cypr.

 finem

finem, & libro de passione Christi. Cuius verba repetere C non abs re erit; in libro, qui ei adscribitur de Synai, & Syon, sic scribit. *Lex tua in medio uentris mei. Percussus in lateris ventre, de lancea, sanguis, & aqua mixtus profusus fluebat; unde Ecclesiam sibi sanctam fabricauit, in qua legem passionis consecrabat, dicente ipso. Qui sitit, ueniat, et bibat. Qui credit in me, sicut scriptum est, flumina de uentre eius fluent, aqua uiua.* Et in libello de passione, habet hæc verba. *De latere tuo fons egreditur in uitam æternam prosiliens, et de eadem consubstantialique origine, diuisis limitibus aqua, et sanguis emanant, ad complementum, perfectionemq́, totius Iustitiæ, sacramenta in perpetuum duratura: et fontis illius ubertas perenni lapsu uniuersam Ecclesiam irrigat, et fœcundat. Ex hoc fonte non tantùm ablutionis primæ, qua initiantur accedentes ad Christum, undas haurimus, sed et compunctionem, et lachrymarum perennes effluunt riui, misericordiarum suauitas, et totius pietatis effectus emanat.*

Beda. Beda in cap. 19. Ioan. habet hęc uerba. *Propter hoc prima mulier facta est de latere dormientis, & appellata est Vita, materque uiuentium, magnum quippe significauit bonum, ante magnum præuaricationis malum. Et hic secundus Adam, inclinato capite in Cruce dormiuit, ut inde formaretur ei coniux, quæ de latere dormientis effluxit.* Atque hęc de quarto articulo dicta sufficiant. D

ARTICVLVS QVINTVS.

Circa Articulum quintum, quid nempe mysticè significet effusio illa sanguinis, & aquæ?

De mysticis significationibus sanguinis effusi post mortẽ à corpore Christi.

Effusio aquę, & sãguinis significãt duo sacramenta, Eucharistiã, scilicet, & Baptismum.

D. Cyrill.

D. Chrysost.

D. Cypria.

Innoc. Tertius.

ET dico. Quòd vltra efficacitatem quam habet, plures continet significationes. Et primò significat duo præcipua sacramenta Ecclesiæ: In sanguine Eucharistiam, in aqua Baptismum. Sic apertè docent Sancti Patres.

Cyrillus, lib. 12. in Ioann. capit. 39. ait, *Eorum tamen vnus, subdubitans fortassis, an mortuus esset, lancea latus eius compungit, qui illicò sanguinem simul, & aquam emisit, benedictionis mysticè, ac sancti Baptismatis originem quandam, atq; primitias. Christi enim, & à Christo Baptismus, & benedictionis quoque mysticè virtus à sancta eius profluit carne.*

D. Chrysostomus, in citata homilia 84. & D. Cyprianus in libro de passione Christi idem asserunt; atq; etiam Innoc. Tertius in c. In quadam, de celebr. missa, in fine.

Ruper-

A Rupertus in Commentarijs super libros Regum, libro 3. cap. 10. inquit. *Ex illo latere Dominici corporis, cùm lancea percussum esset, sanguis, & aqua profluxit, quo sacramento deletum est peccatũ mundi, in quo baptizati sumus, dicente Apostolo; quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.* Rupertus.

Scotus, in quarto, dist. 2. quęst. 1. ad vltimum, & distinct. 3. quęst. 3. ad vltimum, dicit, *per exitus harum rerum sensibiliũ, repræsentari proportione quadam, & conuenienti analogia materias dictorum duorum sacramentorum; per sanguinem, id quod est in calice, per aquam verò Baptismi materiam.* Scotus.

Sed dicet aliquis, quanam proportione hęc duo sacramenta, Baptismus scilicet, & Eucharistia nobis in sanguine, & aqua ex Christi mortui latere manantibus significãtur, cùm ante Christi mortem, & passionem instituta, & dispensata fuerint? Dubium.

Respondeo. Ita sanè esse. Nam Baptismum à Christo institutum esse ante passionem, communiter tenent Doctores, vt Magist. in 4. dist. 3. S. Tho. 3. par quæst. 66. artic. 2. D. Bonau. dist. 3. par. 2. quæst. 1. & Riccardus eadem dist. quæst. 5. art. 1. Scotus, quæst. 4. & Gabr. dist. 4. quæst. vnica. Neque in hoc articulo de Institutione Baptismi, sine temeritate aliter sentiendum est; B quamuis quoad efficaciam, & significationem, sint qui dicant, vim habuisse post passionem, quando (vt dictum est) *exiuit sanguis, & aqua*. Ita Alexan. de Ales. 4. par. quæst. 12. membr. 3. art. primo, & Albert. Magnus. dist. 3. ar. 3. Et licet negandum non sit, ante passionem, aliqualem habuisse Baptismum efficaciam santificãdi: cùm discipuli Christi ante eam baptizarent, vt Matth. 10. Illud nihilominus certissimum est; plenum effectum, omnemque efficaciam non obtinuisse, nisi post passionem; puta aperiendi ianuam Cœli consepeliendi nos Christo, & similia. Super quo fuit magna lis inter Hieronymum, & Augustinum. Eucharistiam verò suam significationem, & vim ab eadem passione trahere, nemo dubitare potest; cùm Dominus dicat. *Hæc quotiescũq; feceritis, in mei memoriam facietis*, & Paulus, *mortem Domini annunciabitis donec veniat.* 1. Corint. 11. Vnde sanguis in Calice consecratur vt effusus, & corpus ex ui verborum, tanquam ab eo distinctum, quamuis per concomitantiam Diuinitas, anima, sanguis, ac denique totus Christus viuẽs, in ambabus speciebus verè existat. Cùm igitur totalem effectum non habuerint, nisi post passionem; ideò cõgruenter per ea quæ post mortem acciderunt, significantur.

Solutio. Magister. D Tho. D Bonauen. Ricar. Scotus. Gabr. Opiniones de efficacia Baptismi. Alex. Ales. Albert Mag. Matth. 10. Baptismꝰ nõ habuit plenã efficaciã, nisi post Christi mortem. Lis inter D. Hiero. & Augustinũ circa hãc materiã. Sãguis in calice ex vi verborũ consacratur, vt effusus.

Fossura lateris Christi ianuæ cœlestis reserationem significat. Hab. 10.

Secundò. Fossura illa lateris, ianuæ cœlestis reseratione C significat, quę ante eius mortem omnibus obclusa erat. Iuxta illud Pauli ad Hebręos 10. *Habemus fiduciam in introitum Sanctorum*, id est cœlestium, *in sanguine Christi*.

D. Aug pulchra pôderatio. cur nô dicatur, fodit vel percussit, sed aperuit.

Quocirca D. Augustinus, non sine mysterio legendum esse cẽset in textu Ioannis; non *fodit*, aut *percussit*, sed *aperuit*. *Vigilanti* (inquit) *verbo Euangelista vsus est, vt non diceret, latus eius percussit, aut vulnerauit, aut quid aliud, sed aperuit, vt illic quodammodo vitæ ostium panderetur, vnde sacramenta Ecclesiæ dimanarunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intratur*.

Zach. 12. Apoc. 1. Concil. Trid.

Sic etiam legit Chrysostomus loco citato. Verbum græcum (Ενυξε) significat, *pupugit*, vel *stimulauit*, & apud Zacch. 12. legitur. *Videbunt, in quem transfixerunt*, & Apoc. 1. *videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt*. Verùm nostra lectio uulgata seruanda est, iuxta Decretum Concil. Tridenti t. sess. 4.

Exitus aquæ, & sanguinis, ostendebat, Christũ non venisse, vt Ioannes venit, & quare.

Tertiò. Exitus ille aquæ, & sanguinis, ostendebat Christum non venisse vt Ioannes, qui tantùm in aqua venit, *sed in aqua, & sanguine*; vt intelligeremus Baptismum Christi, non solùm lauare exterius; sed virtute sanguinis effusi mundare interius conscientias nostras à peccatis. Quod egregiè D Idem Ioannes pôderauit in sua priori Canonica, c. 5. dicens, *hic est, qui venit per aquam, & sanguinem Iesus Christus, non in aqua solùm; sed in aqua, & sanguine*.

Fluxus aquę, & sanguinis, qd significet, Ex Concil. Carthag.

Quartò. Sunt qui existiment, fluxum sanguinis, & aquæ ex latere Christi, significasse, in calice, nec solam aquã, nec solùm vinum; sed vinum aqua temperatum sacrificandum, & offerendum esse in missa. Ita expresè habet Concilium Carthaginense tertium, & habetur de consecrat. d. 2. Can. *Non oportet*, & Alexan. Papa in sua Decretali, quæ habetur eadem distinct. Canone primo. Idem Concilium Florentinum, in decreto de sacramento Eucharistiæ, & in Concilio Tridentino, sess. 22. can. 7. & can. 9. expresè dicitur, *quòd id in Calice efficitur; quia è latere Christi, aqua simul cum sanguine exiuerit, quod mysterium hac mixtione recolitur*. Quod etiam Innocentius dixit, in capit. *Cùm Marte*, de celebrat. Missar.

Conc. Flor. Concil. Trid.

Ex sacris litteris, non habetur explicite, qd in Xpi Calice ante consecratio-nem fuerit.

Et quamuis ex sacris litteris explicitè non habeatur, quid in Christi calice fuerit ante consecrationem, An vinum purum, an vinum aqua mixtum; An sicera, an aqua sola: traditione tamen Apostolica, vinum cum aqua mixtum, Christi facto, & institutione, in altari offerendum esse, vberrimè, &

copio-

A copiosissimè docet Robertus Bellarmin. tomo 2. controuersiarum, de sacramenta Eucharistię lib. 1. cap. 11. & lib. 14. c. 10. Vbi ex sententia D. Hieronymi in cap. 16. Matthæi, & Theophylacti in cap. 22. Luc. verba illa: *non bibam in genimine vitis huius*, non intelligit de poculo calicis Eucharistici, sed de poculo Iudaico, quod post priorem cœnam, id est Agni paschalis, ipse Dominus sumpsit, Apostolisque porrexit in fine Iudaicæ cœnæ. Hanc quoque significationem tradidit D. Tho. in cap. 19. Ioan. lect. 6.

Ex traditione habemus, in Christi calice fuisse ante consacratione vinum aqua mixtũ. Robe. Bella.

D. Hieron. Theophil. D. Tho.

Quintò. Significantur per aquam, & sanguinem, duo Baptismata, sanguinis scilicet, seu martyrij, & aquæ, seu sacramenti Baptismi. Sic Tertullianus, in libro de Baptismo propè finem; cuius verba sunt hæc. *Et quidem nobis etiam secundùm lauacrum vnum, & ipsum sanguinis scilicet, de quo Dominus, habeo* (inquit) *Baptismo tingi, cùm iam tinctus fuisset. Venerat enim per aquam, & sanguinem, sicut Ioannes scripsit, vt aqua tingeretur, sanguine glorificaretur. Proinde nos faceret aqua vocatos, sanguine electos, hos duos Baptismos de vulnere perfossi lateris emisit.*

Per aquã, & sanguinẽ significãt duo baptismata, sanguinis & aquæ. Tertull.

Eandem significationem, quàm egregiè tradidit D. Hieronymus in Epistola 83. ad Oceanum his verbis, *latus Christi percutitur lancea, Baptismi, atque Martyrij pariter sacramenta fundantur.* Quod etiam Ruffinus in expositione Symboli adnotauit dicens; *duplicẽ in eo Baptismi gratiam figurari, vnam, quæ datur per aquæ Baptismum, aliam quæ per martyrium profusione sanguinis quæritur*; & addit idem Ruffinus aliud mysterium, quòd fluxerit aqua, quia *flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*. Ioann. 8. fluxerit verò sanguis, quem petierunt Iudæi venire super se, & super filios suos. Produxit ergo aquam quæ credentes diluat, produxit, & sanguinem, qui condemnet incredulos.

D. Hieron.

Ruffinus.

Cur fluxerit ẽt aqua, & sãguis, ex Ruff. Ioan. 8.

Sextò. Foramen lateris apertum, totius mundi ingressum ad fidem designat. Ita Augustinus in sermone de tempore Barbarico, vel alius illius auctor, cap. 8. *Contendite* (ait) *Dominus intrare per angustam portam. Quid angustius illo foramine, quod vnus è militibus percutiendo latus Crucifixi aperuit? & tamen per has angustias, penè iam totus mundus intrauit.* & infra. *Per has ergo, ut dixi, angustias, per angustam portam lateris Christi, ingressus est latro mutatus, pœnitens Iudæus, conuersus omnis paganus, & ab eo exijt foras malus hæreticus Arrianus.*

Foramẽ lateris apertũ totius mũdi ingressum ad fidẽ significat. Ex August.

Nota.

Aqua egressa ex Christi latere, significat purificationẽ Ecclesiæ, sanguis verò dotẽ ei9 ex D Aug.

Septimò. Significat aqua, purificationem Ecclesiæ; sanguis verò dotem eius. Sic Augustinus de Symbolo ad Cathecumenos,

menos, lib. 2. cap. 6. *Aqua* (inquit) *in qua, est sponsa purificata;* C *sanguis ex quo inuenitur esse dotata. In isto sanguine Sancti Martyres amici sponsi stolas suas lauerunt, candidas eas fecerunt, ad nuptias Agni inuitati venerunt, à sponso calicem acceperunt, biberunt, eiq; propinauerunt, sanguinem eius biberunt, & sanguinem suum pro illo fuderunt.*

Aqua, & sanguis sũt ęnigma salutis nostræ quæ ab Adamo primo homine cępit.

Octauò. Est ęnigma salutis nostræ, ab ipso primo parente Adamo cœptæ. Ita Epiphanius, lib. 1. contra hæreses, hæresi 46. *Quia* (inquit) *primùm formati hominis Adam, caluaria illic inuenta est, & illic reliquiæ sitæ erant, ea de causa Cranij, siue Caluariæ locus cognominatus est: in quo Crucifixus Dominus noster Iesus Christus, per aquam, & sanguinem, qui fluxit ab ipso per compunctum ipsius latus, in ænigmate salutem nostram ostendit, ab initio massæ primi patris reliquias respergere auspicatus, quò etiam nobis ostenderet respersionem sanguinis ipsius ad mundationem nostræ inquinationis, & animæ pœnitentis, & in exemplum rigationis, ac purificationis sordium peccatorum nostrorum factam esse effusam, videlicet aquam superiacentem sub loco, et sepultum in spem ipsius, & nostram, qui ex ipso geniti sumus.* hæc Epiphan.

D Epiph. Caluaria Adę inuēta est in monte Caluario.

Aqua, & sanguis fus' fuerunt indiciũ resurrectionis Xp̄i corporis, ex Beda.

Nonò. Fuit indicium, & argumentum Resurrectionis corporis Christi. Sic Beda in expositione primæ Epistolæ Ioannis, cap. 5. *Viuaciter* (inquit) *de latere mortui sanguis,* D *& aqua effluxerunt, quod erat contra naturam corporum mortuorum. Atque ob id mysterijs aptum, & testimonio veritatis fuit congruum, videlicet insinuans, quia etiam ipsum Domini corpus melius post mortem esse victurum, resuscitandum in gloria, & ipsa mors illius nobis vitam donaret.*

Innoc. 3. putat illas duas Cruces quas Sacerdos facit in latere calicis, significare duo sacramenta.

Decimò. Innocentius Tertius, lib. 5. de sacro altaris mysterio, cap. 10. existimat, duas illas cruces, quas facit Sacerdos in latere calicis, designare duo sacramenta, quæ de latere Domini fluxerunt, videlicet, aquam regenerationis, & sanguinem redemptionis.

Greg. Episc.

Postremò. Vt præsentem articulum concludamus, adducimus nouum testimonium Gregorij Episcopi Antiochiæ in oratione in Diuini corporis sepulturam, Acchille Statio interprete, cuius uerba sunc hęc. *Liceat sacrosanctum illud latus attingere, è quo sanguis mysticus, & regenerationis aqua profluxit.* Atque hæc satis de mysticis significationibus, aquæ, & sanguinis ex latere Christi dimanantium dicta sufficiant. Reliqum est, vt argumentis initio quæstionis positis satisfaciamus.

Ad primum.

Ad primum respondeo, quòd ante separationem animæ à

cor-

A corpore Christi, & in vltimo instanti eius, fuit consumatum opus redemptionis, quantùm ad meritum; non autem quantùm ad efficientiam.

Ad Secundum. Maior vera est, dum Christus erat viator. Ad secundū.

Ad tertium. Auctoritas Apostoli, accipienda est de maiori parte passionis, nec excludit ea quæ post mortem Christo acciderunt. Ad tertium.

Ad quartum. Verum est, quòd in illo triduo Christus homo non erat; quicquid Hugo de Sancto Victore dixerit, & Magister sententiarum, in 3. dist. 23. cùm vnio carnis, & animæ, in illo triduo cessauerit, nec in illo triduo Christus fuerit, aliàs nunquam ipse fuisset mortuus. Illud tamen verissimum est, quòd sicut *Christus tunc nō desiit esse Sacerdos*, vt ait S, Tho. ar. 4. ad tertium dictæ quæstionis 50. Iuxta illud Psalm. *Tu es Sacerdos in æternum, &c.* Sic anima, caro, & sanguis eius, fuerunt semper Diuinitati vnitæ, vt eadem quæstione, art. 2. & 3. Quocirca tria hæc, anima videlicet, caro, & sanguis ratione Diuinitatis, instrumentaliter, & effectiuè, gratiam poterant causare.

Ad quartum. In triduo mortis, Christus non erat homo. In illo triduo mortis Christus nō desijt esse Sacerdos. In triduo mortis, Christi aīa caro, & sangnis poterant instrumentaliter causare gratiā rōne Diuinitatis vnitę.

Ad quintum. Dicimus, quòd sepultura Christi, seu eius vulnus, vel sanguis effusus, erant quidem quid corporale; sed agebant, & operabantur tanquam instrumentum, in virtute Diuinitatis: atque hæc de hac quæstione, & toto hoc primo nostro libro dicta sufficiant; iam ad arduas alias, necnon iucundas enucleandas quæstiones, secundo libro accedamus. Ad laudem, & gloriam Dei Opt. Max. ac Deiparæ Virginis.

B

Ad quintum. Sepultura Christi sicut uulnus eius erat quidem quid corporale; sed agebāt & operabantur, tanq̄ instrumentū in virtute Diuinitatis.

Finis Primi Libri.



VENETIIS.

Apud Minimam Societatem.

M D XCV.

A

RVTILII BENZONII ROMANI,

Episcopi Lauretani, & Recanatensis.

LIBER SECVNDVS.

B

De fuga in fame, & Penuria.

VNICAM liber hic disputationem complectetur, in qua illud præcipuè tractabimus: Num tanta sit famis potentia, vt possit retinere Curatum in sua Diœcesi, taliter, vt eum obliget residere, cogatq; redire, si abierit. Tres autem in ea quæstiones proponuntur. Diuisio libri, & de qua re agatur ostenditur.

Prima an Episcopis, & Curatis abesse liceat à suis residentijs tempore famis?

Secunda de quibus teneatur illi eo tempore facere eleemosynam, Num de superfluis, vel etiam de necessarijs ad statum?

Tertia, an eleemosyna det gratiam ex opere operato?

QVAEST. PRIMA.

An tempore famis, Episcopis, & Curatis liceat abesse à suis residentijs?

QVòd illis liceat abesse, hæc argumenta suadent.

Primum arg. Primò. Quia Episcopi, & Curati animarum curam habent, non corporum, ergo spiritualibus necessitatibus tenentur succurrere, non corporalibus.

Secundum. Secundò. Quoniam hoc est officium Communitatis, vel Ciuium, Annonę prouisionem facere, & illã impartiri.

Tertium. Tertiò. Quoniam nec Diuitibus non tenentur succurrere, nec etiam pauperibus, & ægenis; quia cùm Ecclesiasticorum bonorum diuisio facta fuerit in quatuor partes, vt duodecima q.2. can. Vobis, & can. quatuor, Pontifici scilicet, Clero, pauperibus, & fabricæ; debent pauperes sua parte esse contenti, & sicut ex portione fabricæ ad alendos pauperes nihil detrahitur eo in casu; pari ratione nec ex portione Pontificis, aut Cleri aliquid erit detrahendũ.

Ioan. 10. D. Greg. In contrarium est tex. Ioan. 10. *Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis.* Et D. Gregor. homil. super illum locum dicit. *Qui non dat pro ouibus substantiam suam, quomodo pro his dat urus est animam suam?*

Hæc quæstio à nobis exponitur propter experientiam famis, quam passi sumus annis superioribus scilicet 1590. Et quamuis leuis fortasè in fronte aliquibus videri possit, in recessu tamen multum ponderis habet, & grauitatis: cùm sit de necessariò spectantibus ad Episcopi munus. Verùm antequam conclusiones proponamus, duo supponenda sunt.

Primum fundamentum. Pascere oues é de iure diuino. Sapien. 1. Actor. 5. 1. Petri 5. Concl probatur ex fine Pastoris.

Primùm est. Quod Diuino præcepto, omnibus qui curam gerunt animarum, mandatum sit, ut oues sibi commissas pascant; quod proculdubio non solùm est de fide tanquam in sacris scripturis contentum, vt Sapientiæ Primo *diligenter agnosce vultum pecoris tui,* & Act. 5. *Attende vobis, & vniuerso Gregi, in quo vos Dominus posuit pasceret &c.* 1. Petri 5. *Pascite, qui in vobis est Gregem,* sed etiam lumine naturali perspicuum, & euidens esse ostenditur,

A ditur, ex nomine, ex officio, & ex fine Paſtoris. Actus enim proprius, & finis Paſtoris eſt paſcere, ſicut ædificatoris ædificare, & pictoris pingere, aliàs potius idòlum Paſtoris eſſet, quam Paſtor, iuxta illud Zacch. 11. *ò Paſtor, & idòlum*, & ad hoc obligantur Paſtores ex Diuino iure. An autem reſidentia, quæ eſt medium ad hunc actum paſcendi explicandum ſit de iure Diuino necne, alterius eſt ſpeculationis. Zacch. 11.

Suppono ſecundo. Quòd inter cæteras actiones, quas paſcendo gregem, explicere debet Epiſcopus, & Curatus, eſt paternam curam gerere pauperum, & indigentium, ac miſerabilium perſonarum. Explico. Non ſolùm debet Epiſcopus verbo, & prædicatione, ſacramentorum adminiſtratione, ſacrificijs, Miſſæ oblatione, conſilijs ſpiritualibus, viſitationibusq; plebem paſcere; ſed etiam ſubuentioni, curæ, regimini, eleemoſynis, debitisq; prouiſionibus pauperum neceſſitatibus etiam corporalibus operam dare, ſub pœna mortalis peccati. Ita expreſsè docet Conc. Trid. Seſſ. 25. cap. 1. & hoc quoque eſt de fide. Ita expreſsè Glo. in vlt. cap. Ioan. ſuper illa verba, *Paſce oues meas; Paſcere*, inquit, *oues eſt credentes confortare, ne deficiant, terrena ſubſidia ſi neceſſe eſt, ſubditis miniſtrare, et prouidere*; quæ ſimiliter actio iure Diuino illis præcepta eſt. His ſuppoſitis ſit

Secundũ fundamentum. Epiſcopi munus, quod ſit. Concil. Trid. Gloſ. B

Prima concluſio. Tempore ingentis famis, Epiſcopi tenentur ſub peccato mortali ſubuenire de ſuo neceſſitatibus pauperum indigentium ſuæ Diœceſis. Hæc concluſio probatur.

Prima concl. Tempore ingentis famis, Epiſcopi tenentur ſubuenire de ſuo neceſſitatib. pauperum indigentium ſuæ diœceſis.

Primò exempli Chriſti, qui eſurienti turbæ, nec habenti quod manducaret in monte, miſertus eſt, paſcendo illas miraculosè binis vicibus, vt Marc. 7. Matth 14. Luc. 9. & Ioan. 6.

Prima ratio. Mar. 7. Matth. 14. Lucæ 9. Ioan. 6.

Secundò fortius auctoritate D. Pauli primo ad Timot. 1. & 3. *Oportet Epiſcopum hoſpitalem eſſe*; quo in loco omne genus miſericordiæ, & eleemoſynæ Epiſcopo mandatur. *Non ſolùm enim* (vt inquit D. Hierony. in epiſt. ad Titum) *Domus Epiſcopi debet eſſe commune hoſpitum omniũ (inhumanus enim eſt Epiſcopus, niſi omnes recipiat) ſed & miſerijs inopum, ac viduarum, & pauperum in ſua Diœceſi morantium, & aduenientium eleemoſynis ſuccurrere tenetur: cùm Domus Epiſcopi tota Diœceſis exiſtimanda ſit:*

Secũda ratio. 1. ad Timot. j. & 3. Domus epi debet eſſe cõe hoſpitiũ omniũ, tũ maxime ægenorũ, & viduarum. ex D. Hieron.

Tertia ratio. Concil. Aurelian. 1. Episcopi pauperibus qui non possunt laborare prouidere debet vitum, & vestitũ de suo. Conc. Aur 5. cacerati visitãtur iussu Epi ab Archidiacono, & deputetur persona ad alẽdos hos de bonis ecclesiæ. Conc. Matisconen. 2. Episcopi domus quare nõ debeat habere canes. Nota. Episcopi domus custodiẽda est hymnis, non canũ latratibus.

Tertiò probatur ex Conc. Aurelianensi 1. sub Hormisda Papa & Iustino Imperatore, anno 512. & habetur d. 82. can. Episcopus. Vbi dicitur: *Episcopus pauperibus vel infirmis, qui non possunt laborare, victum, & vestitum quantum possibilitas tulerit, largiatur.* Item in Conc. Aurelianensi 5. can. 7. quod est prouinciale, celebratum circa annũ 568. sub Ioanne III. Papa, & Iustino II. Imperatore habetur; *quòd illi, qui sunt in carcere ob aliqua debita, ab Archidiacono, vel præposito Ecclesiæ visitentur, iussu Episcopi, & Episcopus deputet personam, quæ eos in suis necessitatibus de bonis Ecclesiæ substentet.* Et in can. 8. eiusdem Concilij subiungitur, *quòd Episcopus inter omnes egentes præcipuè curam gerat infirmorum, qui vltra laborem infirmitatis cõstringuntur inopia, illisq́; victum, et vestitum prouideat.* Et in Concil. Matisconen. 2. can. 13. mirabilis super hoc extat sententia. *Volumus* (inquit) *vt Episcopalis domus, quæ ad hoc instituta est, vt sine personarum acceptione omnes in hospitalitate recipiat, canes non habeat, ne fortè ij, qui in ea miseriarum suarum leuamen habere confidunt, dum infestorum canum morsibus laniantur, detrimentum versa vice suorum sustineant corporum:* & subdit. *Custodienda est igitur Episcopalis habitatio hymnis, non latratibus, operibus bonis, non morsibus venenosis. Vbi igitur Dei est assiduitas cantilenæ, monstrum est, & dedecoris nota, canes ibi, vel accipitres habitare.*

Quarta ratio ex sententijs sanctorum. D. Greg.

Quartò probatur ex sententijs sanctorum. Greg. epist. 13. Dominico Episcopo commendat Viduam his verbis. *Officij sacerdotalis est, vt Viduis, ac maritali regimine desolatis, impartiri solatia debeatis, vt vnde in hoc mundo humana consolatione priuantur, sacerdotali tutione possint remedia reperire.* Idem epist. 57. Pro Vidua causam exponens, ait; *si in proximorum necessitatibus, habita compassione, benigna mente occurrimus, nostris proculdubio petitionibus clementem Dominum reperiemus.* Et iubet illi dari certam annonam, & alijs plurimis epistolis commendat Viduas, ac iubet Episcopis quòd, sint vt eorum mariti. Iubet etiam, vt varijs personis egentibus, ac Monasterijs detur annona ex proprijs redditibus, vt patet lib. 2. epist. 43. ad Bonifatium Episcopum, & lib. 6. epist. 23. & 25. & superius epist. 20. & lib. 11. epist. 21. Vbi arguit quendam Abbatem.

Viduarum cõmendatio.

D. Bernar. Pulchra sententia de cla-

Lege Bernar. ad Henric. Episcopum Senonen̄. epistol. 42. Vbi sic ait. *Clamant pauperes ad Pontifices, cur in superfluitates*

A *tates vestras consumitis, quæ nostris debentur necessitatibus?* & epist.206. ad Regi. Hierusa. sic ait. *Egenis, et maximè inclusis, curam impendite*, & ad Regem Ciciliæ epist. 207. dicit: *Egenis, & non cupidis danda sunt eleemosynæ; quia scriptum est; Beatus qui intelligit super egenum, & pauperẽ, non super cupidum*. Lege August.serm.21.ad Heremi. Vbi sic habet. *Consanguinei veniunt ad me, aliquando cum minis, aliquando cum blandimentis dicentes, da nobis aliquid, pater, caro enim tua sumus; & tamen Dei gratia, & vestris orationibus nondum ditaui aliquem consanguineum, quia cariores mihi reputo pauperes, quàm diuites; quia bona Ecclesiarum patrimonium pauperum sunt*. Et serm. 52. dicit, *quòd necesse habet Episcopus exhibere humanitatem assiduã quibusq; venientibus, siue transeuntibus; quod si non fecerit, inhumanus sit*. Lege D.Cyprianum in suis epistolis, Ambros.lib.2.de off. & D.Greg.in epist.ad Secundum seruum Dei, quæ habetur can. Fratrem d.86. vbi dicitur, *Nec sibi credat solam lectionem, et orationem sufficere, vt remotus nihil studeat de manu fructificare, sed largam manũ habeat, necessitatem patientibus occurrat, alienam inopiam suam* B *credat; quia si hoc non habet, vacuum nomen Episcopi tenet.* Idem probatur ex probatis exemplis sanctorum, & piorum Ecclesiarum Præpositorum.

more pauperum ad Pontifices.

Quibus sint dandæ eleemosynæ.

D.August. Episcopi suos ditari non debent exẽplo D.Aug. & nota sententiam eius.

Bona ecclesiastica sunt pauperum patrimonium.

D.Cypr. D. Ambr. D.Greg.

Quis enim ignorat, Pontificem Syluestrum, Viduarum, & orphanorum, reliquorumq; Christi pauperum nomina seriatim in codicillo descripta quotidie lectitasse, vt per singulos dies eorum miserijs succurreret? Quis non legit Clementem Primum summum Pontif. non solùm egenis Romæ degentibus, sed etiam in longinquis regionibus existentibus, subsidia transmisisse? Gregor. summi Pontif. sententias retulimus, nunc facta dignoscamus. Nonne vulgi inopijs ex Ecclesiæ Romanæ censu necessaria suppeditabat? Nonne etiam Monacis per Syriam dispersis in Syna vsq; habitantibus manum Romanam adiutricem porrigebat? Nonne lagunculã argenteam egeno tertiò aduentanti benignè tradidit? Nonne Angelum inter pauperes mensa discumbentes suscepit? Multorum sanè sanctorum Patrum egregia facta, vt Vrbani, Laurentij, & aliorum recenseremus; sed breuitatis causa omittamus. Hæc de prima conclusione, quæ ex sequentis quæstionis doctrina certior reddetur.

Exempla sanctorũ in eleemosynis faciendis.

Syluester pauperũ, & viduarum nomina seriatim descripta apud se habebat.

Clemens V. nõ Romanis modo pauperibus; sed etiã in remotissimis locis existẽtibus eleemosynas præbebat.

Monacos dispersos per Syriam D.Greg. aluit.

D.Greg inter commedẽtes Angelum mẽsa excepit.

Secunda concl. Episcopus si fugam parat tempore famis,

Secuuda cõcl.

mis non relicto Vicario, seu Oeconomo deputato ad pauperum subuentionem, vel si absens etiam ex legitima causa non reuertatur, cùm primùm hanc penuriam cognouerint, vel saltem non curat prouideri, peccatum committit mortale. Quoniam deest officio suo, & mercenarij naturam induit, dum ouium sibi commissarum in re graui obliuiscitur. Imò si pereant, peccatum occisionis omissiuè incurrit, iuxta illud D. Ambrosij, relatum in cap. pasce, 86. dist. *Pasce fame morientem: si non pauisti, occidisti*, & eò grauius, cùm ex officio cibum esurienti dare debeat. C

Si Episcopus absit non relicto Vicario ad subueniendũ pauperibus mortaliter peccat.
Ratio concl.
Eps peccatũ occisionis incurrit, si eo absente nec relicto Vicario hac de causa pauperes moriuntur fame.
Qui nõ pascit occidit Diuus Ambr.

Tertia concl. Abbas, Episcopus, & Curatus, etiam si dolosè, & auaritiæ affectu, permittant quempiam perire fame etiam cum peccato mortali idest, quando apparet extrema necessitas ægentis, licet mortaliter peccet, omittens opus charitatis; non tamen est irregularis, si illius mors sequatur, quamuis desideret eius mortẽ. Est doctrina sancti Antonini de censuris, cap. 97. Cardinalis in Clemen. 1. q. 14. de homicidio Syluestri verbo homicidio 3. q. 2. art. 3. Simonis Maioli, lib. 5. de irregularitatum, & canonum impedimento cap. 48. §. 5. num. 4. & facit text. cap. si quis non iratus. 15. q. 1. & ratio est. Quia cùm sit pura omissio, non censetur per illam verbo, vel facto concurrere ad illius occisionem. Ad irregularitatem autem incurrendam necesse est, quòd sit causa mortis. &c. D

Tertiã concl. Licet pp dolũ Epi & Curati pauperes fame moriãtur illi tñ nõ sunt irregulares, & si peccẽt mortaliter.
D. Anton.
Cardin.
Syluest.
Simon Maio.
Ratio dicti.
Ad irregularitatẽ incurrendã, necesse est vt quis sit causa mortis.

Quarta conclusio. Qui ratione legati, seu testamenti relicti, seu instituti speciali obligatione de alendo, seu victualia subministrando pauperibus, obligatʳ, & hæc dolosè subtrahit, si ex hac subtractione mors sequatur, est irregularis. Quoniam talis subtractio, non est sola omissio, sed commissio. Quemadmodum si pauperi vestem, lectum, salmam tritici, aut quid simile vitæ necessarium accommodaueris, & in ipsa necessitate extrema repetas, cùm sit verisimile ipsum frigore, vel alio simili defectu moriturũ, & tibi illa repetitio non esset in pari necessitate, efficereris irregularis. Quia repetere est factum, non autem est omissio: quæ esset, si nunquam illi accommodasses. Nam ex tali omissione non efficeris irregularis vt dictum est. Sic sentit Simon Maiol. loco citato.

Quarta cõcl. Qui rõne legati obligatur alere tot pauperes, si ille hoc negligẽs pauperes illi moriant, vltra peccatũ mortale incurrit irregularitatẽ.
Ratio dicti.
Nota casum.

Ex his sequuntur quattuor corrolaria. Primùm, quòd Episcopus tempore famis non solùm debet facere eleemosynas temerè id est sine ordine; sed debet disponere eleemosynas suas, & Ciuium taliter, vt miserabilibus personis proui-

Primum corollarium.

A prouideatur de victu quotidiano competenti, sicut Romę, & in tota nostra Diœcesi proximè elapsis annis effectum est, & quantò penuria est grauior, exactior diligentia desideratur.

Secundum. Quòd Episcopi tempore penuriæ, & indigentiæ debent præcia rerum comestibilium taxare, & præesse, vt victualia vendantur iusto pręcio, ne pauperes fame pereant, vt optimè tradunt Bald. & Paul. de Castr. in l. 1. C. de episcopali audientia. hùc facit lex fi. §. item Episcopi. ff. de muneribus, & honoribus, & Glos. verb. venalibus, & altera Glos. de legat. 1. amplificant, episcopalem potestatem habere locum in qualibet mercatura rerum, quibus homines indigent ad viuendum. Imò tenentur Episcopi Gubernatoribus, qui portionem lucri habent cum focarijs, quod in maximum pauperum detrimentum vergit, se opponere etiam per censuras Ecclesiasticas.

Secundum corallarium. Eps tempore penuriæ det rerum pretia taxare. Baldus. Paul. de Cast. Glos. Epalis ptās habet locum in qualibet mercatura rerum. Epi quibus tenеātur se per censuras opponere tempore famis.

Tertiò sequitur quòd, vrgente necessitate, debent Episcopi vendere omnia domestica suppellectilia, & in casu extremæ necessitatis, Ecclesiastica etiam vasa sacra, vt viua vasa, & templa Dei, corpora scilicet fidelium conser-B uentur. Exemplo D. Aug. & Ambrosij, qui vasa altaris sacra omni post posita mora vendiderunt. Quorum hìc, ob horum venditionem maledicam inuidorum linguam perpessus est. Cuius uerba cùm referant Christiani Episcopi egregiam sanctitatem, placuit hoc in loco referre. *Nos, inquit, aliquando in inuidiam incidimus, qui confregerimus vasa mysteria, vt captiuos redimeremus, quod Arrianis displicere poterat, nec tam factum displicere, quam, vt esset quod in nobis reprehenderent. Quis autem est tam durus, immitis, et ferreus, cui displiceat, quòd homo redimitur à morte, fœmina ab impuritatibus Barbarorum (quæ grauiores mortes sunt) Adolescentuli, vel pueruli, vel infantes ab Idolorum contagijs, quibus mortis metu inquinabantur? Quam causam etsi non sine aliqua ratione gessimus; tamen ita in populo persequuti sumus, vt confiteremur, multoq; fuisse commodius astrueremus, vt animas Domino, quam aurum seruaremus. Qui enim sine auro misit Apostolos, & Ecclesias etiam sine auro congregauit. Aurum Ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget, et subueniat in necessitatibus. Quid opus custodire, quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri, atq; argenti de templo Domini Assyrij substulerint? Nonne me-*

Tertium corollarium. Epi vrgēte famis necessitate debent suppellectilia sua vendere, imò & vasa sacra, ad alendos pauperes. D. August. D. Ambr. Mirabiles sentētiæ de eleemosyna. Aurum habet Ecclesia, non ut seruet, sed vt pauperibus eroget.

lius conflat sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quàm sacrilegus contaminata asportet hostis? Nonne dicturus est Dominus, cur passus es tot inopes fame emori? Et certè habebas aurum, vt ministrasses alimoniam; cur tot captiui deducti in commercium sunt, nec redempti? Cur tot ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, vt vasa viuentium seruares, quàm metallorum: his non posset responsum referri. Quid enim diceres? Timui, ne templo Dei ornatus deesset? Responderet, Aurum sacramenta non quærunt, neq; auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus sacramentorum redemptio captiuorum est, et verè illa sunt vasa preciosa, quæ redimunt animas à morte. Ille verus thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguis eius operatus est. Tũc vas Dominici sanguinis agnosco; cũ in vtroque videro redemptionem, vt calix ab hoste redimat, quos sanguis à peccato redemit. Quàm pulchrum, vt cum agmina raptiuorum ab Ecclesia redimuntur, dicatur. Hos Christus redemit. Ecce aurum, quod probari potest; ecce aurum vtile, ecce aurum Christi, quod à morte liberat, ecce aurũ, quo redimitur pudicitia, quò seruatur castitas. Hos ergo malui vobis liberos tradere, quàm aurum reseruare. Hic numerus captiuorum, hic ordo præstantior est, quàm species poculorum, huic muneri proficere debet aurum Redemptoris, vt redimeret periclitantes: agnosco infusum auro sanguinem Christi non solùm irrutilasse, verùm etiam diuinæ operationis impressisse virtutem, redemptionis munere. Hęc Ambrosius &c.

Ornatus sacramẽtorum est redemptio captiuorum.

Quartum corollarium. Episcopus si nõ habet pinguẽ mensam, quid pro pauperibus facere teneatur.

Quartò sequitur, quòd si Episcopis tenuem habeat mensam Episcopalem, & de suo non possit pauperibus subuenire, tenetur ratione sui officij, quia pater pauperum est, procurare à diuitibus Ciuitatis, & Diœcesis eleemosynas ad egentium subuentionem, certasq; personas deputare, quæ huiusmodi collectas faciant, & distribuant. sic 2. ad Corinth. 8. Apost. sollicitudinem suam declarat in colligendis eleemosynis à Macedonia, & Corintho, vt deferrentur ad pauperes, qui erant in Hierusalem.

2. Corinth. 8.

Sollicitudo erga pauperes intrinseca est Apostolatui. Galath. 2.

Adde, quòd huiusmodi sollicitudo erga pauperes, intrinseca est Apostolatui, vt apertè declarat D. Paulus ad Galat. 2. qui à Petro, Iacobo, & à Ioanne vnà cùm Barnaba huiusmodi pauperum curam in mandatis accepit, dicens: *Qui videbantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ societatis &c. tantùm vt pauperum memores essemus.*

A *ſemus. Quòd etiam ſollicitus fui hoc ipſum facere.* Sed de hac materia fuſius ſequenti quęſtione dicemus. Reſtat modò, vt argumentis ex aduerſo poſitis reſpondeamus.

Ad primum argumentũ.

Ad primum. Negamus, Epiſcopis non competere curam ſubditorum, etiam quantùm ad corporalia, ſeu temporalia, quatenus ad ſpiritualia deriguntur &c. vel ob exercendam virtutem charitatis, & pietatis, quæ tanquam in magiſtro, & exemplari perfectè in eis relucere debet; iuxta illud Pauli 1. ad Timoth. 4. *exemplum eſto fidelium in fide, in verbo, in conuerſatione, in charitate.* Multoties enim dum ab anguſtijs famis ſubditos liberant, ſæpe quoq; à vitijs, & peccatis, quæ aliàs ob præſſuram famæ committerent, eruunt.

1. ad Timoth. 4.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum, patet reſponſio ex dictis.

Ad tertium.

Ad tertium. Quicquid ſit de illa quarta pauperibus olim deſtinata, quod in ſequenti quæſtione tractabitur; dicimus quòd in caſu extremæ neceſſitatis, nòn ſolùm bona fabricæ deſtinata, in ſubſidium pauperum conuertenda ſunt; ſed etiam ipſamet vaſa ſacra vt dictum eſt. &c.

B

SECVNDA QVAEST.

De quibus teneatur quis facere eleemoſynam?

Quæſtionis diuiſio.

TITVLVS huius quæſtionis generalis eſt, ac tres articulos complectitur.

In quorum primo videbimus, Num de neceſſarijs ad ſtatum debeant fieri eleemoſynæ, & quando?

In ſecundo, Num de ſuperfluis perſonæ, vel ſtatui?

In tertio, An Eccleſiaſtici magis arctentur ſub præcepto eleemoſynas dare, quàm laici? Et quia vtilis eſt materia, ideò diſtinctè tractanda eſt.

ARTICVLVS PRIMVS.

C

Num de necessarijs, seu pertinentibus ad statum, teneantur Episcopi tempore famis facere eleemosynam?

SVNT aliqua argumenta, quæ partem negatiuam probabilem faciunt.

Primum argumentum. Primum. Quoniam portio applicata Episcopis, qua hodie ipsi Episcopi fruuntur, videtur priuatiuè se habere ad alias partes per canones factas bonorum Ecclesiasticorum.

Secundum. Secundum. Quoniam pauperibus est assignata à sacris canonibus propria eorum pars; & quemadmodum ex huiuscemodi parte Episcopo indigenti nõ esset succurrendũ, ita nec è conuerso.

Tertium. D. Tho. Tertium. Ex doctrina D. Thom. 2.2.q.32. art.6. Vbi concludit, non esse de præcepto, sed de consilio eleemosynam facere de necessario non solùm absolutè, sed etiam conuenienti ad statum. Et addit, quòd aliquando non bonum, sed inordinatum esset, de prædictis facere eleemosynam, puta, si quis tantum sibi de bonis proprijs subtraheret, vt alijs elargiretur, quòd de residuo non posset vitam transigere conuenienter secundùm proprium statum, & negocia occurrentia. Nullus enim inconuenienter viuere debet. Addit quoq; quòd aliquando esset laudabile de prædictis dare eleemosynam, in tribus videlicet casibus. Quando quis mutat statum, profitendo Religionem; vel quando ex subtractione necessariorum ad conuenientiam vitæ spectantium, non sequitur maximum aliquod inconueniens; vel quando magna necessitas Reipub. vel extrema necessitas alicuius occurrit: In quibus casibus, inquit, laudabile esse, tanquam de consilio prætermittere id, quod ad dicentiam status pertinet, ut maiori necessitati succurratur. D

Quartum. Quartum. Quoniam si quis teneretur de necessarijs ad status dicentiam erogare eleemosynam, sequeretur, quòd in aliquo casu obligaretur totum suum statum effundere, & exponere pauperi existenti in arcta necessitate, puta, quando aliàs mors pauperis impediri non posset; vel cùm tempore famis vrgentis publicæ necessitates percurrunt. Cùm scilicet quis plures filias viro maturas, seu aptas

habeat,

A habeat,& ob penuriam peccatoribus clàm, vel publicè exponere cogatur. Quo casu patrimonium etiam pingue, & maiora officia, seu dignitates consumere, vel vendere homo teneretur. Hoc autem videtur falsum: Cùm nemo id faciat, nec ad id obligetur.

Quintum. Quia si teneretur tunc subuenire, teneretur quoque ad damna temporalia, quæ consequuntur ad pauperis miseriam, quam subleuare omittit. Iuxta illud D. Ambrosij, *si non pauisti, occidisti*; sed hoc consequens est falsum; quia nemo ad horum restitutionem ex iustitia obligatur, ergo & antecedens. Quintum. D. Ambros.

Sextum. Quoniam nunquam liceret personis ecclesiasticis, præsertim Episcopis, ex his quæ arbitratu cordatorum hominum iudicata fuissent conuenientia,& decentia ad statum, aliquid subtrahere,& ad honestum finem conseruare, quod durum videtur. Sextum.

Sed antequàm ad resolutionem eius, quod quæritur, accedamus, tria notanda sunt cum Medina, Codice de pœnitentia, tract. 5. de eleemosyna; & Syluest. verb. eleemosyna num. 1. & 2. & Caiet. tract. 5. tom. 2. & S. Thom. 2. 2. q. B 32. art. 5. & 6. & cæteris Doctoribus in 4. d. 15. Medi. Syluest. Caiet. D. Thom.

Primum. Quòd bona, ex parte eius qui eleemosynã tribuit, in quadruplici differentia possunt se habere. Quędam enim dicuntur necessaria quantùm ad indiuiduum, puta quæ necessaria sunt ad propriam vitam conseruandam, sicut cibus, potus, vestimentum,& huiusmodi; & hoc dicitur necessarium absolutè à D. Tho. in d. art. 6. sine quo aliquid esse non potest. Quædam sunt similiter necessaria respectu familiæ suæ, filiorum suorum, vel aliorum etiam ad eum pertinentium, puta vxoris, parentum, & similiũ. Quædam dicuntur necessaria ad substentandum statum sui ipsius, vel suæ familiæ, sine quibus conuenienter non posset transigi vita secundùm conditionem, statum,& dignitatem personæ propriæ, & eorum quorum cura ei incumbit; & hæc appellatur decentia status vel personæ, & à Syluestro dicitur necessitas conditionata, idest, sine quibus viuere non potest quis decenter, instar aliorum virtuosorum sui ordinis, & qualitatis, iudicio prudentum, attendendo ea quæ probabiliter, & verisimiliter, seu vt plurimum occurrunt, non autem considerando omnes casus, ut optimè inquit D. Thom. qui in futurum contingere possent. Alia sunt bona, quæ continentur quidem in latitudine

Nota primo. Quid sit necessarium absolutè in bonis. Quædam sũt necessaria respectu familiæ. Quædam sũt necessaria ad statum.

tudine

tudine boni necessarij ad decentiam, sed tamen eo modo, C quòd remotis illis, stat decentia, & illis additis, decentia ipsa status non exceditur. Terminus enim requisitorum ad huiusmodi decentiam non est indiuisibilis, puta centũ auri, sed est in quadam latitudine, puta non minus quàm centum, nec plus quàm centum viginti: ita quòd ista viginti possint addi, & minui, stante decentia.

Quæ sint superflua naturę & personę.

Vltimò. Quædam sunt, quæ neque ad hoc, nec ad illud sunt necessaria, & superflua naturæ & personæ appellantur, seu indiuiduo, & statui, de quibus in sequenti articulo dicemus.

Nota secũdo. Triplicẽ esse pauperum necessitatem, extremam, grauem, & communem.

Nota secundo. Triplicem esse pauperis necessitatem, extremam, grauem, & communem. Pensanda est autem extrema, non solùm quando efflat quis animam; sed etiam quando apparent signa probabilia extremæ necessitatis futuræ, nisi ei tunc subueniatur; & cùm aliquis videt alios impotentes, vel pigros ad subueniendum.

Nota tertiò. Tripliciter subueniri posse existenti in extrema necessitate.

Nota tertiò. Quòd dupliciter subueniri potest existenti in extrema, vel per subsidia communia per se instituta ad illam necessitatem subleuandam, v.g. dando cibum, vestem &c. vel per aliqua media ordinata, & requisita ex D hominum malitia, seu arte excogitata, quale est illud; quod exigeret latro ad seruandam alicui vitam, pharmacum præciosum, vel similia &c.

Prima sententia D. Anton. Rosel. D. Tho. Herue.

In hac parte duplex est sententia Doctorum.

Prima est dicentium, id esse opus laudabile; sed non prę- ceptum. Hanc sententiam tribuunt D. Antonino, & sum. Rosell. D. Tho. 2.2. q. de eleemosyna, & clarius in 4. d. 15. q. 2. ar. 4. quæstiunc. prima. Idem videtur sentire Heruęus, quodli. 8. q. 3. Quoniam vnusquisque potius suis necessitatibus debet subuenire, quàm alterius.

Secunda sententia. Altisido. Alex. Alen. D. Tho. Alber. Magn. Ricar. Duran. Paluda. Gabr. Maio. Angel. Syluest. Turre. Medi. Couar. Nauar. Alma.

Secunda sententia est dicentium, id esse præceptum. Ita sentiunt Altisiodoren. Alex. de Ales. S. Thom. d. dist. 15. arg. primo, quæstiuncula 4. Albert. Magn. ibid. arg. 16. Riccard. Durand. Palud. Gabr. Maior, D. Antonin. & Caiet. in comment. & in opusc. Ang. Syluest. Turrecre. Medi. Couar. Nauar. & Almayn. suis locis.

Resolutio auctoris. Primũ dictũ D. Tho.

His suppositis pro resolutione Dico aliqua. & primò, certum esse de necessarijs absolutè sibi, vel suæ familiæ quantùm ad naturam, seu indiuiduum, quempiam non tenere alteri subuenire, etiam existenti in extrema. Est dictum S. Thom. & omnium. Quoniam nemo tenetur sibi

A sibi,& suis vitam subtrahere. Imò ordo charitatis est, vt quis plus se, quàm alios diligat; quinimò peccaret, cùm contra ordinem charitatis ageret. Vnde nec de præcepto, nec de consilio tenetur homo de huiusmodi eleemosynam facere, nisi in casu, quo persona indigens magis Reipub. esset necessaria,& vtilior. Quo casu secundùm Syluestrum de consilio,& secundùm S. Tho. laudabiliter se ipsum,& suos periculo mortis exponeret: cùm bonum publicum sit proprio præferendum. Nota Syl uest

Aduerte tamen hic, quòd personæ publicæ, non obligatur quis se postponere semper, sed quando illi constat, vitam illius necessariam, vel vtilem taliter Reipub. vel Ecclesiæ, vt ea deficiente, salus Ecclesiæ, vel Reipub. periclitaretur. Vt si esset Dux, aut Generalis exercitus tempore belli; Episcopus verbo, & exemplo laborans tempore hæresis, munificus diues, qui tempore famis dispergit suas opes,& dat pauperibus: sic enim tenerentur, in alijs autem casibus ex æquo currunt. Nō cuicunq; publicę personæ tenetur quis semper se postponere.

Dico secundò. Certum esse, hominem non teneri addandum eleemosynam de his, quæ sunt necessaria ad statum tam simpliciter, quàm secundùm quid; quando pauper reperitur constitutus in communi seu leui necessitate dumtaxat, non in arcta, vel extrema. Hæc est communis quoque sententia,& quoad laicos, est apud me certissima. Et probatur. Quoniam non obligamur (vt infra dicetur) de superfluis naturæ,& statui, quãdo est in communi tantùm, ergo multò minus de necessarijs ad statum. Secundò. Quia necessitas communis, supponit multos esse in Ciuitate, qui velint, & possint subuenire. Secundum dictum. B Nota. Prima ratio dicti. Secũdá ratio.

Dico tertiò. Certum quoque esse, quemlibet,& præsertim Episcopum, teneri de necessarijs etiam simpliciter ad statum, facere eleemosynam proximo existenti in extrema, vel graui. Hanc teneo cum Medina vbi supra. Quoniam bona temporalia quæcumque (exceptis necessarijs ad vitam propriam) ex præcepto charitatis, pro vita fratris cùm necessitas exigit, exponenda sunt. Ità Palud. 4. d. 15. q. 3. ar. 2.& Ledesmus. 4. q. 15. & D. Tho. in 4. d. 15. q. 2. ar. 4. q. 1.& Caiet. tom. 2. tract. 5. de præcepto eleemosynę, c. 6. conclusione 2. & est doctrina in terminis eiusdem S. Tho. 2. 2. q. 32. art. 6. in corp. in casu 3. Vbi cùm docuisset, quòd de necessario, sine quo vel absolutè, vel conuenienter vita secundùm conditionem sui status transigi non potest, Tertiũ dictũ. Medin. Ratio dicti. Paluda. Ledes. D. Thom. Caiet.

test,eleemosynam dare non sit in præcepto, sed in consi- C
Dictum fallit in tribus. lio;excipit tres casus. Primò quando quis mutat statum
ex toto,& propter Christum relinquit omnia. Secundò,
Primò. Secundò. Cùm de facili subtracta resarciri possunt. Tertiò (& est
Tertio. casus conclusionis nostræ) quando contingeret extrema necessitas alicuius priuatæ personæ,vel Reipub. in quibus casibus laudabiliter prætermittit aliquis, quod ad decentiam sui status pertinere videtur,vt maiori necessitati succurrat. Nec ob id, quòd dicat laudabiliter, excludit necessarium esse,sed cùm paulò superius dixisset, in conueniens esse,vt quis eneruaret suum statum ita, quòd de residuo quis non posset,nisi indecenter viuere,subdit tres illas exceptiones,secundùm quas bene;& laudabiliter, nec in conuenienter sua tribuit.Ita exponunt Medin.Caiet. &
Medi. Caiet. Bañes. D.Thom. Bañes.Idem habes ex eodem D.Tho.2.2. ead.quæst.32.ar.5.in illis verbis: *Dare eleemosynam de superfluo est in præcepto; & dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate*; quæ duo non copulatim accipienda sunt; quamuis copulatiuè sint posita,sed diuisiuè ita, vt non vnam, causam, sed duas erogandi eleemosynam exponat: quidquid dicant Panormitan.in cap.si verò de iureiur & Antonin. D
Panormit. 2.par.tit.primo,c.24.& Gabr.4.d.16.q.4.cor.5. Ita optimè explicant mentem S. Thom. Caiet. & Bañes & Medin.
D.Anton. Gabr. Caiet. Bañes. Medin. Ledes. vbi supra,& Ledesmus in 4.2.par.q.15.arg.3. Imò ipsemet S.Doct.se clarius explicat q.32. ar. 5. ad tertium, lege art. septimũ.q.66.in corp.& ar.1.ad quartum.q.87.& arg.4. ad secundum.q.118.2.2.& quodli.8. arg.13.& dictam quæstiunc.quartam,in quarto,loco citato.Caietanus vbi supra
Caiet. D.Ambr. probat Conclusionem ex Ambrosii vulgari dicto d. 86. can.pasce,& ex Greg.in homilijs. *Minus* inquit,*Proximum amare conuincitur, qui non cum eo in necessitate illius etiam ea; quæ sunt sibi necessaria, partitur*. Idcirco de diuidendis cum proximo duabus tunicis, datur præceptum.Basyl.super illud Luc.3. *Qui habet duas tunicas*, ait:
D. Basil. Lucæ 3. *Hic autẽ docemur, quòd omne id,quod affluit supra proprij victus necessitate, tenemur erogare illi qui non habet, propter Deum,qui quæcunque posidemus, largitus est* Vide quã appositè sententiæ nostræ faueat. Accedit huc, quòd in extrema necessitate omnia sunt communia;& patiens potest surripere,nedum furtũ,sed etiam per modum rapinæ. Quæ conclusio constanter, & intrepidè non solùm tuenda,verùm etiam & praxi committenda est: Cùm apertissi-

me

A mè prima Ioan. 3. dicatur. *Qui habuerit substantiam huius mundi; & viderit proximum suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* — 1. Ioan. 3.

De necessario verò huiusmodi simpliciter citra extremam, consilium potius est, erogare eleemosynam, vt ex S. Tho. & alijs citatis colligitur. Quãdoquidem vnusquisque rationabiliter suam famam, statum, & honorem tenetur conseruare, nisi mutet in melius. Sunt tamen hic duo aduertenda.

D. Tho. Vnusquisq; tenetur conseruare suum statum, nisi mutet in melius.

Primum est. Non expectandam esse, vt dictum est, extremam necessitatem; sed sufficit periculum probabile deueniendi in illam.

Aduerte primò.

Secundum est. Quòd quando aliquis constituit se malitiosè in extrema necessitate, quò extorqueat pecunias, à qua posset se liberare, tunc non censetur esse in extrema necessitate, vt si quis vellet se occidere, nisi dentur ei quinquaginta aurei. Dixi, Malitiosè, nam si sine malitia, liberè tamen constituit se in illa, censendus est in extrema, vt optimè Medin. loco citato; sicut debitor, qui non habens
B vnde soluat, vult se suspendere, quamuis liberè id velit facere; tunc si sine dolo est, tenetur quis erogare ei nũmos, quos debet, vt ipsum ab euidenti morte liberet.

Aduerte secundo. Quãdo quis malitiosè cõstituit se in extrema, necessitate ad extorquẽdas pecunias, ille non est in extrema necessitate. Nota. Medi.

Dico quartò. De pertinentibus ad statum, quæ nõ sunt ad illum simpliciter necessaria, sed secundùm quid, absq; dubio teneri Episcopum, seu quamcumque aliam personam Ecclesiasticam, in communibus necessitatibus eleemosynam facere. Loquor de eo pertinẽti, quo sublato, posset adhuc commodè viuere, licet non secundùm omnem conuenientiam sui status, sumendo decentiam in ea latitudine, quæ vulgo accipitur. Probatur hoc dictum. Quoniã hæc in rigore sunt superflua iudicanda, præsertim iis personis, qui ex officio, & ratione perfectionis status subuentioni egenorum ex bonis Ecclesiasticis incumbere debent.

Quartum dictum principale. In communibus necessitatib. tenentur Episcopi eleemosynã facere. Probatur dictum.

Animaduertendum est autem hoc in loco, & maturè considerandum, quòd ex magna latitudine, & circumferentia, quam decentia status ex vulgari hominum opinione consequuta est, multa reputantur personæ necessaria, quæ omninò sunt superuacanea; & pleraque conuenientia, & decentia iudicantur, sine quibus optimè status talis conseruari potest, habito respectu ad proprium finem illius, cui proportionata media, non autem extranea sunt

Nota benè.

Multa putantur necessaria quæ sunt superuacanea.

dirigenda:

dirigenda: nec splendor, (vt aiunt) status est quærendus; C
sed honesta ipsius conseruatiò; nec accretio, seu congregatio auri, & argenti, vt fines alienos à statu quis suo consequatur licita erit; sed tātùm secundùm ordinem, & finem sui status. Vnde Regi, seu Duci, cùm statui suo multa occurrere possint; quæ magnam pecuniæ summam paratam requirunt, thesauros accumulare rectè fas erit; Itē Paterfamilias, iuxta tenorem suæ conditionis excogitet, quæ probabiliter, seu moraliter suæ familiæ, & sibi accidere possunt; & sic licebit ei congregare, & filijs thesaurizare, & congregata retinere. Episcopo verò, seu personæ ecclesiasticæ, excepto conuenienti, ac frugali victu, & vestitu, habita quoque consideratione eorum quæ verisimiliter sibi accidere possunt, quæ promptam aliquam pecuniæ copiam requirunt, puta ægritudinis, equitationis necessariæ, librorum sacrorum emptionis, Episcopalis domus ædificationis, & reparationis; denique domesticæ commoditatis, & ornatus non preciosi, vel nimium sumptuosi cætera omnia non decentia ad statum, sed indecentia, non conuenientia, sed repugnantia, iuxta Apostoli doctrinam ad Titum 1. & 2. ad Timoth. 1. reputanda sunt. Cùm enim di- D
cit Apostolus, *Non turpis lucri cupidum*, turpe lucrum appellat, omne quod indecens est illum acquirere, vel retinere. Quocirca ex his optimè infertur, quòd parare pecuniam ad emenda officia in Curia Romana sit omninò extra necessitatem, decentiam, & congruitatem status Episcopalis; cùm illa officia sint extranea à finibus Episcopalis dignitatis. Exquisitam item, & elaboratam supellectilem domesticam habere, vasa aurea, vel etiam argentea in magna copia, equorum, & curruum multitudinem, venatilium canum seriem extructam, & similia habere, omninò superflua, & remotissima à splendore dignitatis Episcopalis existunt. Non enim Episcopi principatum temporalem in populis obtinent, sed spiritualem. Iuxta illud Petri: *Non dominantes Clero, sed forma facti Gregis*, nec aliam dominationem habent, nisi ædificationeis.

Neque in hac parte allegandus est abusus multorum Episcoporum, qui splendorem sui status in multis superfluis constituunt, sequentes non rectæ rationis dictamen, sed sensuum voluptates, vincentes ea in re multos Dominos temporales. Verùm eorum Episcoporum exemplum est imitandum, qui sicut in potestate Apostolis successe-

Regi & Principi fas est accumulare aurum & argentu, & quare.

Patribusfamilias, licet thesaurizare filijs.

Episcopo etiā propter multa quæ ei occurrunt licet accumulare pecunias, & quæ sint ista. 2. ad Timo. 1.

Parare pecuniam ademēda officia in Curia Romana, indignum est Episcopo, & extra finē suę dignitatis.

Episcopus nō debet habere elaboratā supellectilē, nec vasa argentea in magna copia.

Episcopus nō dēt habere, curruum multitudinē, nec seriem canū.

Episcopi per se non habēt principatū tēporalē in populis, sed spiritualem.

Qui Episcopi sunt imitandi.

A runt, sic Apostolicæ vitæ correspondere contendunt, omnemque sui status claritatem collocant in his, quæ Apostolus scribit 2. ad Timot. 1. *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, &c.* Vnde Dico, quòd de ijs quæ non necessariò pertinent ad statum, danda est eleemosyna pauperibus, etiam tempore necessitatis communis: cùm per horum subtractionem, status Episcopi non denigretur, nec eneruetur, & hæc de facili resarciri possint; & ipse ex officiò sit pater pauperum. 2. ad Timoth. 1.

Dico quintò. Quòd non tenetur quis subuenire etiam existenti in extrema de necessarijs, vel superfluis personæ, vt supra, nisi per communia media, idest per se instituta ad subleuandam talem necessitatem, & quæ possunt facilè illis subministrare. Hoc dictum intelligendum est de subsidijs siue per pecunias, & bona externa, siue per aliqua opera, & labores. Nam etiam ijs tenemur proximo subuenire; & probatur. Primò. Quia aliàs teneretur quis ad seruandam vitam hominis vilissimi, totum suum patrimonium effundere in eo casu, quo illo exposito, ea præseruaretur. Quintum dictum. Nota. Probatur primo.

B Secundò. Quia homo sibi ipsi in extrema necessitate posito, non tenetur subuenire nisi per communia media. Secundò.

Tertiò. Quia moraliter, & modo humano, qui hoc modo subuenit, sufficienter subuenit. Quoniam à natura sunt instituta ut media per se, quibus tolluntur humanæ necessitates. Cætera autem subsidia, sunt vel ex hominum malitia, vel arte humana inuenta. At præceptum subueniendi in extrema, fundatum est in iure naturæ, igitur ordinario medio ex obligatione est subueniendum. Tertiò.

Quartò. Quia alioquin esset contrarium bono communi. Nam hoc modo darentur malis occasiones occidendi, & sæpissimè mutationes statuum fierent, & destruerentur familiæ; quæ omnia absurda sunt. Adde etiam, quòd aliquando solent homines pluris facere amissionem vitæ, quàm temporalium bonorum iacturam. Quartò.

Dico sextò. Quòd non succurrens posito in extrema, quamuis peccet, vt dictum est; non tamen tenetur ad restitutionem damni, & detrimenti illati vxori verbi gratia, familiæ, seu filijs eius. Sextum dictũ. Nõ succurrẽs posito in extrema necessitate, licet peccet, non tenetur tamen ad restitutionẽ.

Probatur. Quoniam quando peccatum est tantùm contra charitatem, nullam admittit restitutionem. Nam lex restitutionis fundatur in iustitia, non in charitate. Probatũ dictũ. Lex restĩonis nõ fundatũ in charitate, sed in iustitia.

Vnde sequitur, quòd si aliquando ex iustitia quis tenetur C
succurrere, obligatur tunc ad restitutionem, vt his accidit
quibus aliorum cura incumbit.

Septimum dictum.
Potestas publica, pôt cõpellere diuites, ut in grauibus, aut extremis necessitatibus Reipublicæ erogent eleemosynam.
Panorm. Glo. Archid. Sylu.
Nota.
D. Tho.
Caiet.

Dico septimò. Quòd potestas publica potest compellere diuites, ut in necessitatibus grauibus, aut in extremis necessitatibus Reipublicæ, erogent eleemosynam. Ita asserit Panorm. in cap. si quis, de furt. & Glos. can. sicut hi d.47. Archid. in c. nullus, de iur. patr. & Syluest. verb. eleemosyda num.9.§. vlt. Et quamuis Syluester, & Glosa dicant, hoc debere fieri per potestatem Ecclesiasticam, puto tamen posse etiam fieri per potestatem sæcularem, cui etiã incumbit prouidere necessitatibus publicis. Lege D. Tho. 2.2.q.118.art.4.ad secundum, & ibi Caiet.

His absolutis, argumentis principio huius articuli factis respondendum erit.

Ad primum.
Ad tertium.

Ad primum, & secundum, in tertio articulo huius quæstionis satisfiet.

Ad tertium responsum est ad mentem D. Tho. non solùm esse laudabile, & virtuosum; sed etiam aliquando de necessario oportere eleemosynam facere, & quomodo, & quando, iam expositum est.

Ad quartum respondetur primò.

Ad quartum, dico primò. Quòd statum suum mutare D
in melius ob maiorem necessitatem proximi, semper est laudabile, & bonum.

Respondetur secundò.
Cum homo incidit in statum inferiorem, non tenet diues eũ restituere ad statum superiorem.
Bañes.

Secundò dico. Quòd quando homo incidit in statum inferiorem, non tenetur diues reducere illum ad statum superiorem: vnde non obligatur quis captiuum redimere magnis suis sumptibus, nisi esset aliqua specialis necessitas, videlicet periculum amittẽdi fidem, vt optimè Bañ. dub. 4. ad vltimum.

Respondetur tertiò.
Aliquãdo magis valet pecunia, quàm vita hominis, cùm pecunia est defensiua boni publici.

Dico tertiò, cum eodem Bañ. 2.2.q.32.ar.6.dub.2.notab.1. quòd vita hominis, quamuis sit nobilior, quàm totũ patrimonium, vel census temporalis; nihilominus respectiuè ad bonum commune Reip. vel Ciuitatis, quod est potius diligendum, magis valet aliqua quantitas pecuniæ, & substantiæ, quàm vita alicuius: & ratio est. Quia pecunia est instrumentum virtutis ad bonum publicum defendendum, & conseruandum. Vnde sicut diximus cum Bañes eodem loco, priuatus homo pro conseruatione suæ vitæ, non tenetur exponere, nec expendere omnes suos redditus, nec in sua infirmitate, pharmaca quæ ingredientia maximi valoris habeant adhibere, eò quòd magis debeat

Bañes.

diligere

A diligere suum statum, & filiorum. Medin. codice de pœnitentia, in art. de necessitate dandi eleemosynam, respondendo huic argumento dicit. Multa esse, ob quæ hi qui in dignitate constituti sunt excusantur, si non statim totum suum pro alicuius pauperis subuentione exponant. Tum quia ad vni pauperi subueniendum pauca sufficiãt; Tum quia non ita constat diuitibus, pauperem tanta esse in necessitate, cùm id minimè inquirere teneantur. Tum etiam, quia etsi constaret, non tamen constat de negligentia aliorum, qui possunt eidem pauperi succurrere. Deinde, fortè ex alia parte maiora incommoda sequerentur, si Diues statum suum, & filiorum, & familiæ suæ pro vno paupere exponeret, quàm esset permittere illum in Domino mori. Docet enim experientia, multos à statu in quo fuerant lapsi, vel in desperationem venire, vel furta, & rapinas committere, vel alia flagitia perpetrare, quæ saluo eorum statu, minimè perpetrassent. Medi.

Ad quintum respondeo. Quòd illi qui ex ratione sui muneris tenentur subuenire, vt Episcopi, Medici stipendiati, & alij huiusmodi, non solùm peccant; sed etiam obligantur ad damna quæ consequuntur; qui verò ex charitate tantùm cõmuni obligatione, obseruato ordine charitatis, nequaquam. Ad quintum respondetur.

B

Ad sextum iam responsum est. Partes enim Episcopi sunt, non triticum, seu pecunias congregare, sed sibi thesaurizare fundamentum bonum operum misericordiæ, ad vitam æternam. Ad sextum respondetur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Num de superfluis, præceptum sit facere eleemosynam in communibus necessitatibus?

IN hoc articulo, loquimur quãdo proximus est constitutus in communi necessitate, non in graui, vel extrema. Et petimus, an homo possit retinere apud se superfluum? Appellamus autem superfluum omne illud, quod necessitatibus tam simpliciter, quàm secundùm quid, naturæ, vel personæ superabundat. Titulus artic. Quid per superfluum intelligatur.

Et notãdum est, quòd vt iudicetur aliquid superfluum,

opus est considerare non solùm præsentem, seu imminentem necessitatem, sed etiam futuram, quæ moraliter, & prudentum iudicio potest verisimiliter accidere. Sunt etiam considerandæ statuum, & conditionum humanarũ diuersitates. Nam inuenietur aliquando superfluum aliquid alicui, iuxta præsentem necessitatem, quòd pro futura non erit superfluum. Nec cõfingendæ sunt Metaphysicæ, & fictæ necessitates, sed morales: & quòd nobili priuato iudicaretur superfluum, Comiti, & Marchioni erit necessarium. C

Ad iudicandũ de superfluo, opus est considerare præteritũ, & futurum moraliter.

Aliquãdo est aliquid superfluum alicui vno tpe, & nõ alio, quin potius est ei necessarium.

Corallarium.

Hinc sequitur, quòd secundùm rei veritatem, quæ in foro conscientiæ attendi debet, facilius est reperire superfluũ in personis Ecclesiasticis, quàm sæcularibus. Tum quia harum decentia status plura requirit quàm illarum; tum etiam quia minora, & pauciora occurrunt futura negocia illis quàm istis. Caiet. in Summa verb. eleemosyna dicit vnum mirabile in fauorem diuitum, quòd raro habeãt superflua. Bañ. vix admittit diuites habere superflua, propter varios fines licitos, quos habere possunt.

Facilius est reperire superfluum in personis Ecclesiasticis quàm sęcularibus.

Caiet. vnum dicit mirabile in fauorem diuitum.

Bañes vix admittit diuites habere superflua.

In hac difficultate, duæ sunt opiniones doctorum inter se contrariæ. D

Prima est eorum, qui existimant esse peccatum mortale retinere superfluum, sed esse erogandum pauperibus quibuscumque. Ita videtur sentire S. Tho. in 4. d. d. 15. art. 1. in quæst. de eleemosyna dicens, tempus faciendi eleemosynam de præcepto ex parte dantis est, quando habet superflua naturæ, & statui, etiamsi pauper non sit in extrema necessitate. Idem opinantur Alber. 4. d. 15. ar. 16. Vbi inquit, illud præceptum erogandi superfluum contineri sub præcepto, *Non furaberis*, cùm superfluum non sit proprium. Ricar. ibidem q. 2. Maior. ibid. q. 6. licet iste limitet ad grauem necessitatem, ad quam requirit multas conditiones. Palud. 4. d. 15. q. 3. Caiet. in Summa loco citato, & super articulum quintum 2. 2. & in suo tract. de præcepto eleemosynæ. Adrian. in 4. in materia de restitutione, in illa quæstione: vtrum consumens bona Ecclesiastica vltra necessitatem, teneatur restituere. Angel. in summa verb. eleemosyna. §. 2. Turrecrem. d. 86. cap. singulis, num. 6. Domin. Sot. in libello deliberationis in causa pauper. num. 8. Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 14. num. 5. Corrad. in tract. de contract. q. 19. Nauar. in Manua. cap. 24. num. 4. 5. & 6. Ledes. in 2. 4. q. 15. art. 3. Anton. Corduben. lib. 1. sui quæstionarij

Prima opinio D. Tho.

Præceptũ erogãdi supflua cõtinetur sub præcepto nõ furaberis. ex Alberto.

Ricar. Maio. Palud. Caiet. Adria. Angel. Turrecre. Domi. Soto. Couar. Corrad. Nauar. Ledes. Ant. Cordub.

A natij q.16. Abulens. in cap.6. Matth. Lyran. & Dionys. Cartus. in cap.3. 1. Ioan. D. Thom. expresse videtur hanc sententiam proferre in his locis, secundæ secundæ. in q.66. art. 7. dicit, quòd *res, quas aliqui superabundanter habent, ex naturali iure debentur pauperum sustentationi, sed citra extremam necessitatem commissum esse arbitrio vniuscuiusq; dispensatio porpriarum rerum cui voluerit. In extrema verò teneri ad dandum huic determinatè*. In solutione ad 4. art. 1. q. 87. ait, *Dominum in noua lege non solùm decimam partem, sed omnia superflua pauperibus iubere exhiberi*. In q. 118. art. 4. ad secundum, apertè ponit esse præceptum dare eleemosynam disiunctiuè: vel propter periculum necessitatis, vel etiam propter superfluitatem habitorum. Horum Doct. sententia solet multis argumentis comprobari. Abulen. Lyran. Dionys. Cart. D. Tho.

Primò ex scripturis. Matth. 15. condemnantur ad ignẽ æternum homines, eò quòd eleemosynam in pauperes nõ fecerint, nec eorum necessitatibus succurrerint: Nec ibi extremæ necessitates numerantur, sed communes, *Nudus eram, & non cooperuistis me, in carcere positus, & venistis ad me. &c.* Item Luc. 8. interrogantibus Iudæis qui essent B fructus pœnitentiæ necessarij, ad fugiendum ab ira ventura, ait Ioannes: *Qui habet duas tunicas, det non habenti*. Vbi aduertit D. Hieronymus in q. 1. ad Hedibiam, nomine alterius tunicæ dandæ non habenti, *intelligi non vnam tantùm tunicam; sed quidquid habet, quod sibi necessarium non sit*. Item Ioan. 3. *Qui habuerit substantiam huius mundi &c.* Iacob 2. *Iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam*; at facere misericordiam est in omnes indigentes, 1. ad Timoth. 6. *Præcipe Diuitibus huius sæculi facilè tribuere*, facilè tribuit, qui omnibus tribuit. Item Luc. 12. *Stulte, hac nocte repetent animam tuam, & hæc, quæ congregasti cuius erunt?* Quod optimè animaduertit D. August. lib. quinquaginta homiliarum, homil. 7. Item Matth. 6. seruitus Mammonæ damnatur, quæ (vt ibidem exponit Hieronymus, Chrysost. & alij) nil aliud est, nisi diuitias non distribuere pauperibus. Ibidẽ ẽt præcipitur, non esse in terra thesaurizandum. Hæc, & alia loca facilè persuadent hanc sententiam; sed D. Thom. & alij Theologi citant illud Luc. 11. pro Achille, & fundamento huius rei. *Quod superest, date elemosynam*; Qui locus quantam vim habeat, postea dicetur. Argumenta primæ opinionis. Primum. Matth. 15. Lucæ 8. Luc. 3. D. Hiero. Quid intelligatur nomine alterius tunicæ dandæ pauperi. 1. Ioan. 3. Iac. 2. 1. ad Timot. 6 Luc. 12. D. Aug. Matth. 6. D. Hiero. D. Chrysost. D. Tho. Lucæ 11.

Secundò probatur. Ex dictis sanctorum Cypri. sermo- Secundo probatur ex dictis. D. Cypr.

ne de opere, & de eleemosynis, loquens de damnatione eorum, qui non faciunt eleemosynas inuehitur in eos, qui se excusant, quòd faciendo eleemosynam diminuerent patrimonium, repræhenditque diuites, patrimonium suum non diuidentes cùm Christo; & eorum excusationes refellit qui dicunt, se non dare eleemosynam, vt seruent ea filijs suis, asseritque omnes damnationi obnoxios. D. Basil. in priori homil. Diuitis, damnationem ait illius diuitis fuisse iustissimam ex eo tantùm, quòd superflua uolebat recondere in horreis, & non distribuere; ibique inuehitur contra eos, qui cùm habeant in præsenti, quibus possint dare, differunt eleemosynam in crastinum; & contra illos etiam qui dicunt, se nemini facere iniuriam, quia retinent, quæ sua sunt; & concludit, esse raptores, si non dent illa; quoniam quæ supersunt, sunt pauperum. Idem in posteriori homilia ad diuites, cùm docuisset esse præceptũ eleemosynæ, refellit excusationem illorum diuitum, qui dicunt, se non posse dare, quia sunt multi pauperes petentes, uel quia seruant filijs suis, vel quia nolunt dare; dum viuunt, sed post mortem, aitque damnandos esse D. Chrysost. homil. 33. 34. 35. 36. & 37. ad populum Antiochen. vbi contendit esse in præcepto erogare superfluum, & inter alia dicit, *Deum pauperes non fecisse, sed istos Diuites, qui illorum bona vi videntur retinere*. Idem concione 2. & 3. de Lazaro. & homil. 18. in cap. q. 2. ad Corinth. Vbi superfluum definit esse, quod plus est, quàm vsus requirit, & sine quibus possumus sanè honestè agere. *Cibum*, inquit, *non prohibet Dominus, sed delicias, non vestes, sed ornatus*. Idem homil. 21. in quintum cap. Genes. & homil. 78. in cap. 24. Matth. Vbi eandem legem diuitibus sæcularibus distribuendi eleemosynas imponunt: ac illis, qui Ecclesias gubernant: & homil. 7. de pœnitentia ait, *eos qui superflua non dant pauperibus, non posse damnationem effugere*. Greg. Nazian. in oratione de amore pauperum, primò docet expresse præceptum esse de eleemosyna facienda, deinde recensens necessitates pauperum, enumerat cum communes, tum graues & in medio illius orationis, ait, res pauperum esse ea; quæ diuites detinent. Et circa finem iterum ad exagerandum hoc præceptum eleemosynæ se conuertit, affertq; multa loca scripturæ, probantia non esse consilium, sed præceptum. Greg. Nissen. in prima oratione de *amandis pauperibus*, docens esse præceptum dare eleemo

synam,

D. Basil.

D. Chrysost.

Deus non fecit pauperes ex Chrysost.

Quid sint superfluum ex D. Chrysost.

Qui non dãt superflua pauperibus, non possunt effugere damnationem, ex D. Chrysost.

D. Greg. Naz.

Res pauperũ sunt illa quæ diuites retinent.

D Greg. Niss.

A ſynam, explicat ipſe in communibus, & grauibus neceſſitatibus, quales multis in locis, & ferè vbique ſunt. Idem eodem modo habet in poſteriori oratione de amãdis pauperibus, explicans illa verba. *Eſuriui &c.* D. Ambroſ. in illud Luc. 12. Hominis cuiuſdam Diuitis, fructus vberes ager attulit, & habetur in Decretis d. 47. can. ſicut, præclara dicit in fauorem indigentium, & inter alia: *nec minus criminis eſt, habenti tollere, quàm cùm poſſis, & abundas, indigentibus denegare: eſurientium panis eſt, quem tu detines; Nudorum indumentum eſt, quod tu recludis; miſerorum redemptio eſt, & abſolutio, pecunia, quam tu in terra defodis.* Et lib. 1. officiorum cap. 30. *Grandis* (inquit) *culpa eſt, ſi te ſciente, fideles egeant.* D. Hieronymus q. 1. ad Edibi. ait, *eſſe eam debitricem erogandi pauperibus, quæ habet vltra neceſſaria ad victum, & veſtitum.* Et ex eodem Hieronymo in cap. 1. d. 42. refertur hæc ſententia. *Aliena rapere conuincitur, qui ſibi ſuperflua pauperibus non dare, probatur.* D. Aug. tract. 50. in Ioan. ait, *ea quæ ſunt ſuperflua eſſe Chriſto, & eius pedibus, hoc eſt pauperibus eroganda.* Idẽ in lib. de decem cordis, & in Pſal. 147. ſuper illa verba, B *Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, etc.* & lib. 50. homiliarum homil. 8. & ſermone 219. de tempore, & alibi ſępiſſimè. Leo Papa ſermone 5. de collectis, Vbi etiam addit, *eos eſſe damnandos, qui ex abundantia ſua ęgenis non tribuunt.* Greg. Mag. idem docet 3. par. paſtoralis curæ admonitione prima, & 32. & Theophil. in illud Luc. 18. *Facilius eſt Camelum etc.* & Iſid. prout refertur in cap. Ius dictum, de verb. ſignif. Bernard. in epiſt. 42. ad Henricum Senonen. Archiepiſc. ait, *clamant nudi, clamant famelici, conquæruntur, & dicunt. Dicite Pontifices, in fræno quid facit aurum nobis frigore, & fame laborantibus? Nobis ſubtrahitur ſuperfluum quod effunditis.* Relinquo hic alia loca Sanctorum adducere, quoniam cæteri ferè omnes in hanc ſententiam loquuntur.

D. Ambr. Lucæ 12.

Pulchra ſentẽtia de eleemoſyna.

D. Hiero.

Aurea ſententia de eleemoſyna.

D. Aug.

Pedes Chriſti ſunt paupes.

Pſal. 147.

D. Leo Papa.

Non faciẽtes eleemoſynã damnabunt.

D. Greg. Mag.

Lucę 18.

D. Iſido.

D. Bernar.

Clamor pauperũ pulchrè deſcribitur.

Tertiò rationibus probatur. Primò. Quia diuites non erogantes ſuperflua pauperibus, ſed ea vel ocioſè retinentes, vel in uana proijcientes, maximè lædunt ius naturæ, quod dictat diligendos proximos eſſe ſicut nos ipſos. Et quemadmodnm vellemus etiam in communibus neceſſitatibus nobis ſubueniri; ita quoque nos proximis ſubuenire debemus. Bañ. 2. 2. ſuper arg. 6. q. 32. dicit, quòd rerum diuiſio iuregentium introducta iniuſta eſſet, ſi non

Probatur rationibus.

Prima ratio.

Diuites non facientes eleemoſynam lædũt maximè ius naturæ.

Diuiſio rerũ iure gentium

fuisset facta ea conditione virtuali, vt superflua essent danda pauperibus, cùm aliàs esset contra rectam rationem, vt vnus esuriat, & alius ębrius sit. Quocirca ea retinendo, & proximo fit iniuria, & ius naturale læditur.

Introducta, esset iniusta nisi hac facta fuisset conditione virtuali, vt superflua pauperibus erogarētur. ex Bañes. 1. Cor. 11.

Secunda ratio. Quoniam retensio superflui est contra ius naturæ, eo quòd maximam inæqualitatem, & perturbationem ponat in humanis, quàm deuites supereffundendo, tollere tenentur.

Secūda ratio. Retensio superflui, est cōtra ius naturę

Tertia. Iure naturæ bona externa sunt instituta, vt seruiant vitæ humanæ; ergo si quis ea expendat, præsertim in magna quantitate, in superfluos vsus, & qui non sunt vtiles humanæ vitæ, & non vult ea conuertere in indigentium vsum, abutitur externis bonis, contra naturalem finem.

Tertia ratio. Iure naturæ bona externa sunt instituta vt seruiant vitæ humanæ.

Quarta. Quia natura docet hoc debitum dispensandi superflua his qui indigent. Nam cùm in corpore humano multa sint membra, vnumquodque alteri subuenit infirmo, etiam cum aliquo suo damno, quod recta ratio amicitiæ postulat.

Quarta ratio. Natura docet ex se dispēsanda bona, dū & ipsa, membris corporis virtutem cōmunicat.

Adde. Naturam ex nutrimento necessarium duntaxat sibi sumere, reliquū autem dispensare ad aliorum generationem. Imò bruta sumptis sibi necessarijs, cætera alijs relinquunt; ergo multò magis tenetur id facere homo, qui est capax rationis.

Natura tantū sumit sibi alimentum necessariū aliud verbo dispensat ad aliorū generationē. Bruta sumptis necessarijs, alia relinquunt.

Quintò. Quia quamuis Diuites sint veri domini suorum bonorum; tenentur tamen illa benè dispensare, & rectè distribuere alijs indigentibus.

Quinta ratio.

Postremò. Si Asinus mei inimici, vel alterius in via sub onere cadit, me transeunte, & adiuuare potente, teneor ei succurrere, & auxilium meum eidem impendere, etiam si absque asino, & onere habeat vnde ipse, & familia eius possit substentari, vt Exo. 22. ergo. Idem patet de eo qui furti conscius est, qui non minus reus est, quàm ipse fur. cap. qui cum fure, de furt. quòd furtum indicandum est, licet res non sit necessaria ipsi possessori; Et hæc de prima sententia.

Exod. 22.

Secunda sententia est dicentium extra necessitatem extremam, vel grauem non esse peccatum retinere superflua, nec esse præceptum; sed tantùm consilium illa tribuere, nec peccare mortaliter, etiam si non dent. Ita expressè tenet Alex. de Ales. 3. par. q. 65. memb. 4. Vbi ait, *in duobus tantùm casibus esse præceptum in extrema scilicet, & graui.*

Secunda opinio.

Alex.

A *graui.* Et clarius quarta parte, q. 113. memb. 1. Vbi ait, *quòd habens superfluum, ex æquitate naturali debet, dare & si in communibus necessitatibus non det, non peccat mortaliter.* Gabr. 4. d. 16. q. 4. ar. 2, con. 5. Gerson 2. par. in reg. Moral. & Alphabeto 24. litt. V. & in 3. par. tract. de cognitione peccati mortalis, & venialis, de Auaritia, summa Pisan. verb. eleemosyna. §. 1. & summa Rosella, verb. mutuum §. 1. & 2. Panorm. cap. si verò, de iur. iuran. ponit hanc opinionem, vt probabilem, sicut & contrariam. Idem tamen in cap. 1. de emptione, & venditione id determinatè asserit. Ioan. Medin. in Cod. tract. 5. de eleemos qui in suam sententiam citat Duran. d. 15. q. 6. ad secundum, qui apertè dicit, & non pauidè (vt Caiet. & Bañes imponunt) citra necessitatem non teneri diuites de superfluis subuenire pauperibus, nec condemnandam esse tantam multitudinem diuitum. Idem D. Anton. in 2. pat. tit. 22. §. 2. cap. 4. quamuis ibi solùm referat sententiam Durand. Immo videtur velle, quòd Duran. illos obliget sub peccato mortali, non autem ait, eos obligari à D. Tho. & nihil ipse determinat.

Gabr. Gerson. Summa Pisa. Summa Ros. Panorm. Ioan. Medin. Duran. Caiet. Bañes. D. Anton.

Aliqui horum Doct. citant in hanc sententiam D. Tho. in art. 5. vbi ponit duas illas conditiones ad præcepti eleemosynæ obligationem, quæ non coniunctiuè, sed disiunctiuè sumendæ sunt, & per ea quæ dicit in art. 6. *Laudabile esse de necessarijs personæ subuenire indigenti extremè.* Verùm germana mens sententiæ D. Th. ex alijs locis scriptorum eius sumenda est. Syluest. verb. eleemosyna §. 2. Tabien. verb. eleemosyna §. 6. Armil. verb. eleemosyna §. 3. & plerique alij Moderni.

B D. Tho. Nota conditiones ad præceptam eleemosynę. Syluest. Tabien. Armil.

Probatur hęc sententia. Primò ratione Medinæ. Quia non tenetur homo magis fratri subuenire, quàm frater ipse sibi ipsi: sed inops non tenetur sibi ipsi plus victus, & vestitus procurare, quàm sit sibi ipsi ad victum necessariũ, cùm sit sibi liberum omnia bona huiusmodi abdicare, & paupertate etiam arcta viuere, quod nõ modò licitum; sed valdè laudabile est, iuxta dictum Christi Matth. 19. *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus,* & iuxta illud Pauli prima ad Timoth. 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Igitur &c.

Probatur hæc sententia. Primò ratione Medi. Matth 19. 1. ad Timo. 6.

Secundò. Quia tunc damnaremus multos diuites, & eorum confessarios.

Secundò.

Tertiò. Quoniam cùm præcepta affirmatiua non obligent nisi pro tempore necessitatis, ex hoc solùm, quòd

Tertiò.

quis

quis habeat superflua, & proximus leui præmatur i ncommodo , non videtur rationi congruum obligare illu m sub peccato mortali ad succurrendum, & dandum illi. C

Quartò. Quartò. Quia præciderentur omnes viæ Ciuibus ad ascendendum ad altiorem statum, commercia, & negociationes tollerentur, splendor intimus, & externus euanesceret, conuiuia exquisita damnarentur, adeptiones hæreditatum magno diuiti illicitæ essent: denique scrupuli, & timores in conscientijs diuitum nutrirentur, quæ omnia videntur absurda.

Pro decisione huius quæstionis sint sequentes conclusiones.

Prima concl. Resolutio Auctoris. Prima conclusio est. In rigore loquendo, non est peccatum mortale retinere superfluum, nec est præceptum erogare pauperibus extra grauem, & extremam necessitatem.

Probatur primò. 2. Corinth. 8. Probatur. Primò ex testimonio Apost. 2. Corint. 8. loquens cum Diuitibus Corinthijs habentibus superfluum, dicit, *Non imperans hoc dico, sed consilium do, vt abundantia vestra illorum suppleat inopiam*. Si autem esset Diuinum, uel naturale præceptum erogare superfluum, non diceret Apost. *Consilium do*, sed absolutè imperaret. D

Secundo. D. Thom. Secundò. Non est asserendum aliquod esse mortale, nisi expressa ratio id ostendat, vt est doctrina S. Tho. quodlib. q. ar. 15. sed nulla est ratio, quæ conuincat, hoc esse mortale, igitur non debemus temerè id asserere in scrupulum, & condemnationem multorum tam pœnitentium, quàm Confessariorum. Rationes enim in contrarium ad duas classes reducuntur, nec ulla earum conuincit. Quæ enim petitur, ex numero Scholasticorum, non conuincit, quando plures, & non minus Docti, & pij sunt in contrarium.

Sanctorum rationes allatæ facilè interpretari possũt de grauibus necessitatib. Secunda ratio ex Auctoritatibus Sanctorum, quamuis magnam credibilitatem afferat priori sententiæ, cùm in illam inclinare videantur; rem tamen certam non faciunt. Nam facilè, & absque violentia interpretari possunt de grauibus necessitatibus, quæ frequentes sunt in Ciuitatibus: aliàs non esset diuitibus licitum superflua in alias causas valdè pias conuertere.

Christus quã auaritiam detestatur. Auctoritas verò scripturarum, similem interpretationem recipit. Damnatur enim sollicitudo à Christo in retinendis diuitijs, eorumque auaritiam detestatur, qui de pauperibus quauis necessitate pressis nequaquam curant.

Inter

A Inter omnia autem loca, quæ citantur, maximè vrgere videtur textus ille Luc. 11. *Quod superest, date in eleemosynam*: sed iste locus non conuincit. Duplex enim expositio traditur à Doctoribus. Lucæ 11.

Prima est, quam ibi sequitur Caietanus, vt scilicet sit sensus ironicus, & irrisiuus: præmiserat etenim Dominus illa verba Pharisæis; *Mundatis* (inquit) *quod deforis est, & interiora plena sunt rapinis*, & de superfluo datis eleemosynam: Et mox subiungit, *Et ecce omnia munda sunt vobis?* Et statim subdit verba comminatoria. *Væ vobis*, Pharisæis, *qui* (hoc putantes) *decimatis mentam, et anetum &c.* Varia expositio ad textũ. Lucæ. Prima Caiet.

Altera expositio est in sensu non irrisiuo, sed quòd sit verbum absolutum, & quòd sensum faciat; *quod superest*, id est, de cætero, *date eleemosynam*. Nam per hanc omnia peccata mundantur. Altera expositio est in sensu irrisiuo.

Beda tertiam affert expositionem. *Quod superest*, id est, hoc solùm restat remedium vobis, Pharisæis, qui sceleribus pleni estis.

Iansenius in sua concordantia Euangelica cap. 84. iuxta B Græcam lectionem uerum sensum affert, ponens hoc loco ὑπάρχοντα, id est quod habetis, & quod adest apud vos, date in eleemosynam. Signi ficare enim voluit, non posse id dari, quod iam præterijt, & iam consumptũ est. Ex quibus expositionibus nil sequitur circa superfluum erogandũ. Iansenij expositio.

Tertia ratio principalis est. Quoniam si esset præceptũ, superfluum erogare uel esset iustitiæ, vel charitatis, sed neutro modo obligamur sub mortali, ergo &c. Probatur tertia conclusio principaliter.

Probatur minor. Non est iustitiæ, nam diues est dominus illius superflui, aliàs teneretur ad restitutionẽ, quod est ridiculum dicere, præsertim iam consumpto superfluo; nec est charitatis. Nam charitas non obligat, nisi pro ratione necessitatis: atqui in casu nostro supponitur non grauis, sed leuis necessitas, ergo non obligat sub mortali.

Quarta. Auaritia, vt plurimùm, & ex genere suo non est peccatum mortale, nisi raro, & in grauissimis casibus, & prodigalitas eodem modo; at si superfluum omninò, & in omni casu teneretur Diues erogare, communiter, & ex genere suo Auaritia esset peccatum mortale, quoniam auaritia vt plurimum in ea consistit, quòd quis retineat sibi bona superflua, & non distribuat alijs, ergo &c. Probatur quartò.

Quintò. Licitum est inferioribus Ciuibus ascendere

ad

ad altiorem statum secundùm Doctorum omnium sententiam, atque etiam testamenta, legata, & donationes facere, quæ omnia impossibile est fieri, nisi ex superfluo status antecedentis.

Vlt. & est ratio Medinæ.

Vltima. (& est ratio Medinæ.) Non videtur rationi congruum asserere, quòd teneamur sub pœna peccati mortalis procurare extraneo, vt benè illi sit, sed vt sit, & viuat. Non enim tenemur, etsi possimus, proximis statum aliquem, aut dignitatem, aut diuitias procurare, nec ea, per quæ melius illis sit, & abundantius, aut lautius uiuant, sicut nec nobis ipsis, igitur &c.

Huc etiam accedit, quòd Doctores contrariæ sententię, quamuis multa scribant contra superfluitatem Diuitum, euidenti argumentorum vi contra illos fateri coguntur, vel nusquam, uel rarò Diuites habere superfluum.

Secunda conclusio, Simpliciter superfluum retinere (moraliter loquendo & ut in pluribus) est mort.

Secunda conclusio. Simpliciter superfluum retinere (moraliter loquendo, & ut in pluribus) est mortale peccatum. Explico. Appellatur absolutè, vel simpliciter superfluum, quod habet duas conditiones,

Prima est, vt homo cognoscat, aut si uellet, facilè cognosceret, esse superfluum suæ decentiæ, & statui.

Altera est, vt illud superfluum non ordinetur in finem aliquem rationabilem. Nam si quis verè cognoscat esse superfluum, tamen illud dirigit in finem rationabilem, scilicet in statum altiorem, nempe in primogenituram filij, & similes fines, non erit simpliciter superfluum. Verùm cùm diuitiæ in ludis, in tropheis, in sustentatione impudicarum personarum, & huius generis alijs expendũtur, iudicabitur simpliciter superfluum, de quo hìc loquimur, & tunc dicimus, quòd hoc retinere, vt plurimùm, est mortale. Nullum enim est oppidum vel exiguum in quo non abundent, & sint plus quàm notabiles indigentiæ, & graues necessitates.

Absolute superfluũ duas habet conditiones.
Prima.
Secunda.
Nota.

Et aduerte. Quòd multæ putantur leues necessitates, quæ respectu personæ petentis sunt graues. Vnde sequitur, quòd quando diuites non inueniunt huiusmodi necessitates, licitè retinent, nec tenentur erogare; tamẽ, quando sciunt, aut (si uellent) facilè scirent, non excusantur à mortali; & iste est sensus, quem intendunt sancti Doctores locis citatis.

Multæ reputantur leues necessitates, q̃ respectu personæ petẽtis sunt graues.

Tertia concl. Retinere superfluum nõ simpliciter

Tertia conclusio. Retinere superfluum non simpliciter, (moraliter loquendo) non est mortale, quamuis sit periculosum.

A culosum. Licitæ enim sunt mutationes statuum in Republica.

(moraliter loquẽdo) nõ est mortale.

Vt autem aliquis ritè mutet statum, tres conditiones necessariò requiruntur

Vt quis ritè mutet statum tres conditiones requiruntur.

Prima, quòd probabile sit se posse consequi altiorem statum. Quando verò non est probabilitas vt possit peruenire ad maiorem gradum, illud retinere est malum.

Prima. quòd probabile sit se posse consequi talem gradum.

Secunda conditio est, ne in Ciuitate sint graues, & notabiles necessitates, vt tempore famis, pestis, belli &c. Nam patiente Repub. & Conciuibus, non est bonum tunc thesaurizare, vt mutetur status, & id recta ratio dictat.

Secunda, ne tunc in Ciuitate sint graues necessitates.

Tertia conditio, ut talis mutatio facienda sit proportionata: Non enim improportionatæ mutationes debent venire in corda hominum, ut optimè ait Arist. nec rustico laudabile est congregare pecunias, vt Comitatum emat. Stantibus autẽ his conditionibus, licita est mutatio status.

Tertia, vt mutatio talis faciẽda, sit proportionata.

Quarta conclusio. Episcopis, & cæteris personis Ecclesiasticis non licet retinere superfluum ex fructibus Ecclesiasticis prouenièns; sed tenentur illud erogare pauperibus, etiam in communibus, aut leuibus necessitatibus existentibus. B Namq; magna est differentia inter diuites Ecclesiasticos, & diuites sæculares, & ideò illi ad plura tenentur quàm isti. Hæc conclusio, ea ratione posset probari, quòd Episcopi sint dispensatores, bonorum Ecclesiasticorum, quod hæc bona sint communia etiam pauperibus, quòd Episcopus sit exemplar, & forma virtutum, & præcipuè eleemosynæ, quod sit pater, & procurator ęgenarum personarum. Verùm radix, & ratio à priori huius conclusionis tradetur à nobis in sequenti articulo.

Quarta cõcl. Episcopis, & alijs Ecclesiasticis, non licet retinere superfluũ proueniès ex fructibus Ecclesiasticis.

Probatur conclusio multipliciter.

Quinta conclusio. Diuites sæculares, tenentur ex præcepto superfluum erogare pauperibus existentibus in graui necessitate. Quamuis Gabr. Alex. & Gerson dixerint ex consilio teneri, non ex præcepto. Alij uerò Doctores dubitauerint, vt Durand. & Anton. locis citatis; communis tamen sententia habet, esse præceptum. Hoc tenet S. Tho. Syluest. & alij supra allegati, Imò ipsemet Alex. 3. par. q. 65. nu. 4. memb. 4. idẽ sentit; & probatur ex scriptura Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum, quia nudus erã, & non cooperuistis me, infirmus, et nõ visitastis me*, quę necessitates ibi enumeratæ, non sunt extremæ. & Io. 3. *Qui habet substantiam huius mundi, et viderit fratrem necessitatẽ habere, & clauserit viscera sua, quõ charitas Dei manet in eo?* &c.

Quinta cõcl. Diuites sæculares, tenent ex præcepto superfluũ erogare pauperibus existentibus in graui necessitate.

Gabr. Alex. Gers. Duran. D. Anton. D. Thom. Syluest. Alex.

Probatur conclusio, primò ex scriptura. Matth. 25. Ioan. 3.

qui-

quibus uerbis D. Ioannes licet non enumeret grauem aliquam fratris necessitatem; dicit tamen absolutè, quòd qui fratri egenti non succurrit, facit contra charitatem, ergo, & multò magis mortaliter peccabit quis, si grauiter indigenti non succurrat. D

Secundò probatur rõne.

Secundò probatur ratione. Non succurrere amico in graui necessitate cùm possis, est causa iustissima dissoluendi amicitias, ergo non succurrere Christo in pauperibus in notabili necessitate, à fortiori soluet eius amicitiam; & charitatem, & per consequens peccabit mortaliter.

Sexta concl. Non tenetur quilibet statim omne superfluum erogare, nec omnibus occurrentibus illicò elargiri.

Sexta conclusio. Non tenetur quilibet statim omne superfluum erogare, neq; omnibus occurrentibus illicò elargiri. Hæc enim dispensatio, prudentiæ elargientis committitur; & dummodò seruetur intentio erogandi, cùm opportunum iudicabit, satis est. Rursus possunt prętermitti aliquæ necessitates, animo erogandi alijs in maioribus necessitatibus, quando præsertim quis curam habet erogandi multis.

Restat modò, ut argumentis primæ opinionis satisfaciamus.

Ad primum argumentũ.

Ad primum ex scripturis, iam responsum est, loca illa intelligenda esse de graui necessitate, & pro eo tempore obligare; & huiusmodi dicta procedũt contra Auaros, qui cùm fratrum indigentiam notabilem agnoscant; charitatis viscera quæ illis aperire deberent, inhumanè claudunt. C

Ad secundũ.

Ad secundum ex auctoritatibus Sanctorum, similiter dicimus, loqui quando pauperes graui premuntur necessitate. Cùm enim dicunt, *quòd supef ua sunt bona pauperũ, quòd aliena rapiunt qui ea retinent; quòd panis ille est panis famelici*, & similia, procedit profectò quando pauperum tanta est indigentia, quòd illis talia bona debita sunt. Quod citra extemam, vel arctam, locum non habet, ut si solùm communem patiantur necessitatem. Quia tunc nõ propriè dicuntur pauperes diuitum bonis indigere, cùm valeant sine illis vitam transigere, & est optima responsio Medinæ.

Sanctorum dicta quomodo intelligantur.

Ad tertium.

Ad tertium, ex rationibus respondeo. Quòd ius naturę dictaret, necessariò oportere erogare superfluum non in communibus, sed in grauibus necessitatibus.

Ad confirmationem.

Ad secundam ex rationibus dico. Quòd data subuentione in grauibus necessitatibus, nulla est perturbatio, & diuitiarum inæqualitas Reip. pernecessaria est.

Ad

A Ad tertiam respondeo. Quòd erogationes diuitiarum, quæ decentiæ statui seruiunt, vitæ humanæ seruiunt; Quæ verò in ignominiosos, & futiles fines diriguntur, humanę vitæ nequaquam seruiunt, & in usum pauperum sunt conuertendæ. Et sic quoque patet solutio ad quartum, & quintum. — Ad tertiam

Ad vltimum. Medina in solutione ad quartum dicit, hoc argumentum petere hanc difficultatem, An semper teneamur próximo impendere opem nostram ad euitandum damnum ipsius. Animæ, corporis, honoris, aut rerum &c. & resoluit, quòd quando proximus simul vult, & potest suum damnum euitare, tunc cùm opera nostra non indigeat, non tenemur ei ad præfatum finem subuenire. Quando verò non potest sine nostro auxilio à damno illo liberari, & nos eum liberare possumus, tenemur ei auxiliari: alioquin meritò imputabitur nobis damnum quòd inde sequetur, iuxta dictum Simachi. 83. d. *Mortem videtur languentibus infligere, qui hanc, cùm potest, non excludit.* Quòd si proximus potestatem quidem habeat suũ damnum vitandi, non autem voluntatem, idest, possit qui- — Ad vltimum. Solutio Medinæ.

B dem, sed non velit; nos autem valeamus ab ea iniuria eum eripere, tenemur (si commodè possumus) ei auxilium prębere, vt patet in correctione fraterna, & in eis, qui se in pręcipitium offerunt, & tradunt, quos etiam inuitos impedire tenemur. Vnde quamuis uera sint exempla in argumento posita; non inde sequitur, superfluum dare debere in commnibus necessitatibus: cùm tunc pauper ille possit, & velit apud se necessaria ad vitam habere. Nec præsumendum est, velle ipsum à necessarijs abstinendo, perire. Nunc de Pręlatis proprius agendum est.

ARTICVLVS TERTIVS.

Num Episcopi, & cęteri Beneficiati, maiori uinculo ad erogationem eleemosynarum teneantur, quàm diuites huius sęculi?

ID quod præcipuè intendimus in hoc articulo, est demostrare, quo iure teneantur Episcopi ad eleemosynarum subsidium? Quòd autem Ecclesiastici non obligentur ad id arctius, quàm cæteri diuites sæculares, ptobatur. — Titulus quæstionis.

Pri-

Primum argumentum. Primò. Quoniam Ecclesiastici sunt absoluti, & veri domini suorum redituum sicut & sæculares suorum, ergo &c. pari passu, & obligatione tenentur ad horum dispensationem. C

Secundum. Secundò. Obligatio subsidij eleemosynę, oritur ex charitate; sed præceptum charitatis erga proximos omnes æquali ter obligat, ergo Ecclesiastici non tenentur specialiori vinculo ad faciendum eleemosynam, quàm cæteri diuites.

Tertium. Tertiò. Si esset aliqua differentia inter laicum, & Ecclesiasticum, in hoc esset, ex parte superflui; sed hoc indifferenter se habet ad ecclesiasticum uel sæcularē, multi enim enim sunt beneficiati, quibus nihil est superflui ad statum suum: alij sunt pauperes, alij superabundant, sicut etiam & laici, igitur ex hac parte pariter obligantur.

Quartum. Quartò. Si peculiari iure tenerentur Beneficiati ad eleemosynas, maximè quia habent bona Ecclesiastica quæ pauperibus deputata sunt; sed hæc ratio non militat, nec conuincit. Nam ex decimis, quæ tanquam iusta stipendia ministris dumtaxat Ecclesiarum lege Diuina designata sunt, ut docet D. Tho. 2. 2. q. 87. ar. 1. & 3. non tenentur, D

D. Thom. cùm illa sint propria bona eorum, & ad libitum, vt laici, expendere possint, imò ipsemet pauperes obligātur huiusmodi decimas illis exsoluere, vt docet idē Doctor ibidem art. 4. ad quartum, & fusius quodlib. 6. q. 5. ar. 10. Nec ex oblationibus, seu pitantijs quotidianis; cùm hęc ad victum tradantur, nec ex alio genere decimarum, quæ lege Ecclesiastica beneficiatis debentur, quoniam hæ ipsis, non autē pauperibus offeruntur.

Denique non ex hæreditario patrimonio, aut alijs bonis, quæ Clericus sua industria sibi acquisierit. Quoniam hoc titulo non videntur maiori vinculo adstringi quàm sæculares. Nec ex bonis relictis Episcopo, ad hoc ut distribuantur pauperibus. Nam illorum distributio magis habet rationem eleemosynæ ex parte eorum qui reliquerunt ad indigentium subuenctionem, quàm ex parte Episcopi, seu ministrorum, qui ex officio, & iustitia commutatiua illa bona fideliter dispensare tenentur.

Nota primò. Pro enucleatione huius dubij, duo supponere oportet.

D. Tho. Soto Ba. es. Archiepiscopus Salern. Primò, ex D. Thom. 2. 2. q. 185. ar. 7. & ex Soto, lib. 10. de Iust. & iur. q. 4. art. 3. & Bañ. 2. 3. q. 32. art. 6. dub. ult. Quod etiam ponitur ab Archiepiscopo Salernitano: Marsil. in

tract.

A tract.de Ecclesiasticorum reddituũ origine, & iure, quòd bonorum temporalium, seu reddituum Ecclesiasticorum, quæ à Clericis recipiuntur, quinq; genera excogitari possunt, quę etiam à Clericis in diuersis Ecclesiæ statibus recepta sunt.

Primum est rerum, seu earum præcium, quæ in primitiua Ecclesia in communi Christiani ponebant, vt ex illis tam Clerici, quàm pauperes alerentur, quã viuendi regulã cœpisse à primis temporibus Apostolorum claré constat ex actibus Apostol.cap.4.& fusissimè refertur ab Vrbano Primo, in epist.de commu.Iud.& oblatione. fidel. ad omnes Episcop.tom.Conciliorum.1.fol.105. Nemo enim eorum tanquam proprium quidquam possidebat, (quamuis vnusquisque dominium rei suæ possideret, vt ex Act. quinto, & ex Can.Apost.39.quod habetur.in cap. sint manifestæ.12.q.1.non obscurè colligitur. sed sua quisque propria necessitatibus Christianorum omnium communicabat, quod, vt commodius fieret, quas quisque possessiones, & agros habebat, protinus vendebat, & præcium ante pedes Apost.ponebat: ex quo Diaconi de mandato Apost. B pauperibus, ac vniuersis Christianis necessaria ad vitam humanam ministrabant; quam viuendi Regulam Clemẽs Primus, qui sedit anno Christi 60.retinuit, prout significatur in epist.sua ad Cleric.Hierosolymitan. & habetur. in can.Dilectissimis 12.q.1.vbi sic habetur, *Consilium dantes, vestram prudentiam hortamur, vt ab Apostolicis regulis non recedatis; sed communem vitam ducentes, & scripturas sacras intelligentes quæ bene nouistis, adimplere satagatis.* quommodo intelligi debeat eleganter, tradit Driedo de dogmatibus varijs, & libris apocry.lib.4.dicens: *Verum hic sciendum est, hoc dictum esse de Apostolis, & de ijs qui se iunxerunt Apostolorum Collegio in Hierusalem. Sed non inde consequens est, omnes Christianos sic opportuisse facere, quemadmodum ex eodem act. lib. patet. Iudas Christianus erat, propriam habens possessionem in Damasco, in cuius domum infertur Paulus act. 9. Petrus in domo Simonis Coriarij hospitio suscipitur. Lydia Philippis cum tota domo regenerata domum habuit, act. 19. & Paulus Corinthijs scribit: nunquid domos non habetis ad manducandum?* Hæc ille. In hoc autem primo Apostolico instituto, quòd res immobiles venderentur, seruato præcio, eam rationem affert Melchiades Papa in Can.futuram, 12.q.1. *Quod Ecclesia non* Nota.

Varius & diuersus status rerum Ecclesiasticarum.

Primũ genus bonorum Ecclesiasticorũ.

Primò nemo Episcoporum tanquam proprium qdquã possidebat. Act.5.

Driedo.

Nota.

Actorum 9.

Actor. 19.

Cum Aposto li superuacaneum sibi iudicabant, parare bona immobilia in Iudæa.

in Iudæa sed in gentibus futura erat, & ideò bona immobilia in Iudæa, sibi comparare superuacaneum iudicarunt Apostoli, cùm ab ea discessuri essent, sed pratia, & pecunias solùm parabant, ad alendas gentes. Et hæc ratio viuendi in communi de præcio rerum venditarum, durauit à Christo vsque ad annum 224. vt facilè colligi potest ex verbis Vrbani Primi in can. videntes, 12.q.1. Ex quo tempore, vt Onuphrius in vita dicti Vrbani adnotauit, communi Sacerdotum, reliquorumque fidelium consensu consultum, & probatum fuit, vt vice præcij, possessiones ipsæ, ac res immobiles, Episcopis qui Ecclesijs præsidebant, traderentur: vt sic occasio offerendi diminutum præcium (quod Ananiæ, & Saphiræ accidit) tolleretur, & plura, & certiora subsidia fidelibus communem vitam agentibus ex eorum fructibus administrarentur. Hoc autem genus bonorum, siue mobilium, siue immobilium eatenus in indigentium subuentionem offerebatur, & abundè dispensabatur; vt inter Christianos nascentis Ecclesiæ planè nullus ægens existeret, vt in Act. Apostolorum scribitur.

Viuere in cõmuni de præ tio rerum uẽditarum: durauit à Christo usque ad annum 224. Onuphrio.

Epi propria habere cœperunt à tẽpore Vrbani I.

Nota nullum fuisse ægentẽ inter Christianos tempore Apostolorũ.

Secundum genus est eorum bonorum, siue earum rerum, quæ non amplius in communi possidebantur, sed facta quadruplici earum sectione prima pars Episcopo, secunda Clero, tertia fabricæ Ecclesiarum, quarta pauperibus applicata est, quod tempore Syluestri Primi in tertia Synodo Romæ coacta circa annum Christi 328. ut Onuphrio placet, factum esse, Decreta in dicta Synodo promulgata, ut refert Marsil. 1. par. c. 4. testantur.

Secundum genus bonorũ. Diuisio bonorum Ecclesiæ in quatuor partes. Episcopo, Clero, fabricæ, & pauperibus. Marsil.

Sotus, & Bañ. putant, huiusmodi quadripartitam diuisionem cœpisse in quinta centuria à Christo, nempe tempore D. Aug. Ambros. & Hierony. sedente Simplicio, cuius extat Canon qui incipit, *de redditibus*, 12.q.2. quem posteà confirmauit Gelas. Primus, ut habetur in Can. *vobis enim*, & can. *quatuor*, eadem 12.q.2 deinde Greg. libro 4. epistolarum epist. 11. ad Maximianum Episcopum Siracusanũ, vt habetur Can. *cognouimus* ibidem, & in epist. Augustino Episcopo Anglorum scripta, in responsione primi Interrogatorij, vt refertur in Can. *Mos est*, ead. d. eam confirmauit.

Hæc quadripartita diuisio secundum aliquos quando incæpit. Sotus. Bañes.

Tertium genus est bonorum, quę post plures annos Ecclesiæ fideles offerre cœperunt, non in fabricæ, seu pauperum subsidium, sed in merum stipendium seruitij alicuius altaris, uel cappellæ, puta Anniuersaria, & quæ Sedi Episcopali,

Tertium genus bonorũ Ecclesię sunt oblationes.

A scopali, vt castra, & vassalli) relicta sunt.

Quartum genus sunt Decimæ, quæ lege Ecclesiastica ministris Ecclesiarum offeruntur, ut extra de Decimis per totum. & 16.q.1.Can. Decimas, & sequen. Verùm circa portiones, quæ Episcopo, vel Clero contingebant, varios fuisse ritus ex sacris Canonibus liquidò cognoscitur. Aliquando enim (quod glossa in Can. de his 10.q.1. in verb. tertia, dicit, fuisse obseruatum in primitiua Ecclesia, quod tamen reprobat Marsil. prima par. cap.6. num.22.) tam de oblationibus, quàm de proprijs prædijs Ecclesiarum medietatum Episcopus, medietatem Clerus accepit, Ita ex Concil. Aurelianen. in Can. Antiquos, ead. quæst. legitur. Aliquando ex parochialibus Ecclesijs, tantùm tertiam oblationum, & decimarum habebat Episcopus; Ita ex Concil. Terraconeñ. in Can. decernimus, ead. quæst. Aliquando neque hanc tertiam receperunt, quæ reparationi Ecclesiæ applicata fuit in Conc.2. Bracharen. cap.2. vt Couar. notauit cap.2. num.9. de veterum collat. numismatum; & habetur in Can. 1. & 2. 10.q.3. Licèt videatur hæc tertia illis postea restituta, etiam sine aliquo onere reparationis Ecclesiarum in Conc. Tolet. IIII. vt ponitur in Can. vnio, ibidem. Aliquando verò quartam habuerunt, vt ex Canon. citatis Concesso, Vobis, & Quatuor apertè colligitur. Aliquando verò vt hodie, ex parochialibus, nec tertiam partẽ habent, *cùm sint diuites*, inquit Gloss. sed solùm cathedraticum duorum solidorum, vt in cap. primo, & in cap. illud, & in cap. inter cætera, 10.q.3. Cathedratici verò nomen, tempore Gelasij Primi cœpit, quòd Parochi munus hoc honorarium, vltra tertiam decimarum, maiori Ecclesiæ, & Cathedræ Episcopali tribuebant, vt in c. nec numerus, & in cap. fin. 10.q.3.

Quartum genus bonorũ sunt decimæ. *Circa decimas variæ fuerũt portiones assignatæ.* *Conc. Aurel.* *Conc. Terrac.* *Cõc. Brachar.* *B* *Conc. Tolet.* *Hodie Episcopi, neq; habẽt tertiam partẽ parochialiũ.* *Nomen Cathedratici, quã incæpit.*

Quintum genus est bonorum, quæ Clerici possident, vt hæreditarium patrimonium, vel tanquam peculium Castrense.

Quintum genus bonorũ.

Secundò supponendum est, ex Caiet. 2.2.q.185. art.7. & bene (meo iudicio) quòd reditus, decimæ, & alia Episcopalia bona, tripliciter possunt iudicari, vel vt propria, vel vt communia, vel vt indistincta. His suppositis per aliquot conclusiones quæsito proposito respondendum erit.

Caiet. Reditus, decimæ, & alia Episcopalia bona tripliciter possunt considerari.

Prima conclusio. Ex bonis patrimonialibus, & ijs quæ iure sæculari, & hæreditario Clerici possident, eodem vinculo quo laici, non autem arctiori tenentur eleemosynas

Prima concl

 facere.

D. Tho.
Caiet.

facere. Hæc conclusio est communissima, & in terminis D.Tho. dicto ar.7. Caiet. ibidem, & Sot. de Iust. & iure, lib. 10. q.4. ar.1. & 2. Non enim status Episcoporum, vel Clericorum professionem paupertatis includit, vt ex Augustino in Can. Certè 12. q.1. habetur. Vbi D. Augustinus recantando suam sententiam, dicit, *certè ego sum qui statueram, nullam ordinare Clericum, nisi qui mecum vellet manere, aut si vellet à proposito recedere, rectè illi Clericatum tollerem, ecce in conspectu Dei, & vestro, muto consilium, qui volunt habere aliquid proprium, quibus nõ sufficit Deus, & Ecclesia eius, maneant vbi volunt, & vbi possunt, non eis aufero Clericatum.* Imò etiam Episcopis propria conceduntur in Conc. Agatensi, & in Conc. Martini Papæ, vt ead. causa, & quæstione Can. Episcopi, & Can. sint manifesta. Quò fit, vt cùm earum rerum verum habeant dominium ex ipsa rerum conditione, & natura non obligantur lege Iustitiæ superfluum earum pauperibus conferre; sed possunt illud retinere, vel etiam alijs pro suo arbitratu elargiri. C

Status Epõrũ, & Clericorũ, non includit professionem paupertatis.
Nota facetũ dictum D. Augustini.

Episcopis, in Conc. Agatẽ. propria conceduntur.

Corollarium.

Hinc sequitur, quòd non dantes, minimè ad restitutionem tenentur. Vbi enim iustitia non violatur, restitutionis obligatio locum non habet; & quia, vt inquit D.Tho. huiusmodi res sunt dominio eorum deputatæ: vnde quãuis in earum dispensatione peccare possint, vt cæteri laici contra debitum charitatis, uitio auaritiæ, vel prodigalitatis; non tamen agent contra iustitiam, non dando pauperibus. D

Vbi non violatur Iustitia, ibi non habet locum obligatio restitutionis.

Secũda cõcl.

Nota.

Explicatur conclusio.

Secunda conclusio. Bona Ecclesiastica, quæ, vt communia à Clericis possidentur, idest, quæ Christianus populus Clero, & Ecclesijs offert vt etiam pauperibus communicentur, sine dubio pro parte pauperibus ex iustitia debentur. Explico conclusionem. Quando bona mobilia, vel immobilia ita offeruntur à fidelibus, vt ex his non solùm substentatio congrua ministrorum hauriatur, sed etiam vt orphanorum, viduarum, & miserabilium personarum ratio habeatur; tunc Episcopus vel distributor illius communis, ex iustitia tenetur secundùm rationabilem portionem pauperibus illa communicare. Dico secundum rationabilem portionem, quando quota communicationis incerta est.

Probatur conclus. primò.

Probatur conclusio primò. Quia hæc bona sunt communi seruitio, & vsui deputata, igitur singulis in communi

A muni contentis, & inclusis, debentur.

Secundò. Quoniam cùm tali onere, & conditione offeruntur, acceptantur, & recipiuntur ab Ecclesia, ergo sic distribui, & dispensari debent ab eius Gubernatore. Secundò.

Tertiò. Quia illorum bonorum communium, Episcopus non est dominus, nec dominium habet, cùm non sua, nec propria, sed communia sint; ergo pauperibus tenetur distribuere pro rata. Tertiò.

Ex hac conclusione sequuntur sex. Primò. Quòd præcium rerum ad pedes Apost. positum, tanquam commune pro subsidio ministrorum, & fidelium ęgenorum ponebatur, vnde sic fideliter distribuebatur. Primum corollarium.

Secundò. Quòd facta illa sectione bonorum immobilium Ecclesiasticorum in tres, vel quatuor partes, vt dictũ est, tenebatur Episcopus, vel is cui incumbebat, illud commune sic diuidere ex iustitia, & sine fraude. Secundum corollarium.

Tertiò sequitur, quod si hodie ex legato, testamento, donatione, vel oblatione relinquatur, & detur Ecclesiæ, vel Episcopo ager, cum onere vt ex tertia parte fructuum illius tot pauperes quotide alantur, vel tot nubiles pupil- Tertium corollarium.
B læ matrimonio coniungantur, vel vt quotidie fiant certæ eleemosynæ panis, & vini quibuscumque pauperibus, ista bona, cùm dentur, vt communia ex iustitia, ita, & non aliter distribui debet. Quòd si fortè secus fiat, ad restitutionem illis, quibus debebantur, teneretur Episcopus; neque in his vllus dubitat.

Quartò sequitur. Quòd bona hospitalis, seu præceptoriæ Sancti Spiritus de Saxia in Vrbe, sunt huiusmodi, id est, communia, vt ex bulla fundationis constat. Nam dempta portione pręceptoris, quæ frugalem mensam, simplicem, & religiosum vestitum aliquorum famulorum sustentationem, & quædam pauca alia ad decentiam sui status facientia, complectitur; exceptisque illis quæ fratribus illius hospitalis, qui sub regula D. Augustini militant, cæterisq; ministris pro illorum victu, & vestitu debentur: reliqua in cultum, & in reparationem Ecclesiarum, in infirmorum, & Hospitalis vsum, item in proiectorum infantium æducationem, in alumnorum vtriusque sexus ibidem receptorum commodum, expendi omninò debent. sub pœna læthalis peccati, & restitutionis. Nec licet commendatario, seu Præceptori munuscula, & donaria ad Magnates mittere, nisi fortè aliqua pauca, quæ suę mensę subtraxerit. Quartum corollarium. Nota. Non licet cõmendatario Sancti Spiritus mittere munuscula ad magnates, nisi fortè sint pauca.

Hoc enim quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. C

Quintum corollarium.
Oblationes & bona quæ offerũt domui B. Virginis Lauretanę, in quibus & quomodo expendi debeant.

Quintò. Sequitur quòd oblationes, & bona, quæ domui Lauretanæ offeruntur, debent expendi iuxta mentẽ, & intentionem eorum, qui huiusmodi oblationes præstãt, quæ est, quò facilius consueta, & solita onera dictæ domus supportentur, hoc est, vt cultus Diuinus splendidè, & honorificentissimè, maiori qua potest pompa imbi prętetur, Clericorum, & confessariorum numerus competens conseruetur, fabricæ constructio impleatur, peregrinorum, & peuperum (quo ad victum) eo in loco omnimoda cura habeatur: vtque Aduenæ, & infirmi, hospitali benè instructo charitatiuè in Domino recipiantur, atque curentur, & similia. Horum autem bonorum administrator si huiusmodi oblationes in alios fines conuertit, peccat, & tenetur ad restitutionem. Quoniam horum bonorum merus procurator existit.

Sextum corollarium.

Sextò. Quòd quando in communi aliquo non definitur pręcisè portio pro pauperibus, tunc ea mensura putandum est satisfieri præcepto iustitiæ, si fiat distributio iuxta consilium, & arbitrium prudentis viri, quod clarius inferius dicetur. D

Tertia concl.
Bona Abbatiarũ & Prioratuum, præsertim quę in commẽdam dantur, non sunt propria Abbatis, sed sunt communia.

Tertia conclusio. Bona Abbatiarum, & Prioratuum, & præsertim eorum quæ in commendã conferuntur, sunt bona, non propria Abbatis, & Commendatarij; sed communia, id est, quę debent diuidi à Commendatario in quatuor illas partes, Abbati, ministris Ecclesiæ, pauperibus, & fabricæ, iuxta quotam in erectione, & fundatione, (si extat) vel in prouisione, & litteris Apostoiicis enarratam. Patet conclusio ex serie dictarum litterarum Apostolicarum, & ex forma, & stylo Datariæ, quæ præfatas prouisiones secundùm tenorem dictum facit, & non aliter. Vnde sequitur, quòd Commendatarij in alios usus non expressos in Bulla fructus Abbatiarum consumentes, peccent mortaliter, & & teneãtur ad restitutionem. Quoniam datum, vt commune, non distribuunt vt debent, & quibus debent.

Nota benè.

Quarta cõcl.

Quarta conclusio. Bona hospitalium, seu Xenodochiorum, hospitij peregrinorum, vel redemptionis captiuorũ, & similium, pauperibus dumtaxat, vel peregrinis, aut captiuis debẽtur, etiamsi tanquã unita, & annexa possideantur; & qui aliter illis vtuntur, peccant mortaliter, & tenentur

tur

A tur ad restitutionem. Explico. Huiusmodi bona, non sunt iudicanda tanquam de mensa Cleri, uel Episcopi, nec illorum usibus applicanda sunt, sed vsibus destinatis in fundatione, vel in eorum defectum alijs pijs vsibus illis proximioribus, arbitrio ordinarij, cum duobus senioribus de Capitulo. Ita in terminis extant decreta Trid. Concil. sess. 7. cap. vlt. & sess. 25. cap. 8. Quod idem prius in Conc. Viennen. à Tridentino renouato sancitum fuerat, ut habetur in Clement. Quia contingit, de relig. domibus. — Explicatur conclusio. — Conc. Trid. — Conc. Vienn.

Et aduerte, quòd non solùm id præcipitur, & mandatur (quòd obligationem sub mortali inducit) sed etiam ibidem declaratur, prædictos nihilominus, etiam ad fructuũ restitutionem, quos contra ipsorum hospitalium constitutionem perceperunt, in foro conscientiæ teneri. Imò Synodus eadem Tridentina iniungit Episcopis per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia vt cõpellant administratores cuiuscunque ordinis, religionis, & dignitatis, etiamsi laici fuerint, ad munus hospitalitatis actu exercendum.

Est quoq; hęc doctina in terminis D. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 7. & Caiet. ibidem, & Sot. de Iust. & iure lib. 10. quæst. 4. ar.
B 3. concl. 1. Nec vllum habet contradictorem. Quoniam hęc bona sunt propria pauperum, ergo illis debita, & destinata: quibus, & non alijs ius competit habendi, petendi, illis fruendi, & utendi. — D. Thom. — Caiet. — Sotus.

Quinta conclusio. Episcopi, & Clerici, non tenentur de lege iustitiæ facere eleemosynas ex bonis, quæ eis competunt ratione portionis sibi adiudicatæ, & eorum, quæ in diuisione (pro tempore illis facta) contigerunt. Conclusio hæc est D. Thom. 2. 2. q. 185. d. ar. 7. in corpore illis verbis *de his autem, quæ sunt specialiter suo usui deputata:* & probat. Quoniam eorum eadem est ratio ac de proprijs, & hæreditarijs bonis; sed de illis non tenentur ex lege iustitiæ, de superfluo, præsertim in communibus necessititibus, ergo nec de his. — Quinta cõcl. — D. Tho. — Nota.

Addit S. Tho. *quòd per immoderatum affectum, & vsum, peccant quidem si prædicti sibi immoderata retineant, & alijs non subueniant, sicut requirit debitum charitatis.* Vnde trahitur argumentum, quòd non dantes superfluum de huiusmodi bonis, contra charitate agant non contra iustitiam; & probatur idem quadruplici ratione.

Prima. Quia hæc bona, sunt eorum propria, non com- — Probatur quadrupliciter.

munia, ergo ex iustitia non obligantur dare illis, quibus C
nullum ius competit.

Secundò. Secunda quòd fructuum illius portionis Clerici uerum, directum, & utile dominium habent, ergo ad libitum sine læsione alicuius iustitiæ erogare possunt, nec ad ullam restitutionem tenentur, & est ratio Caiet. in 1. Comment. dicti ar.7.in fin. Cuius uerba sunt hæc. *De portione verò sua si abutitur, non tenetur restituere, sicut nec cum abutitur proprijs, quoniam simile est iudicium de vtriusque.*

Tertiò. D. Thom. Tertia. Quoniam hæc bona sunt principaliter attributa usibus, & sustentationi ministrorum, ut scribit S.Thom. quodli.6.q.8.ar.12.ad tertium. In quibus bonis non committitur peccatum nisi per abusum. Vnde non tenetur quis ad restitutionem, sed solùm ad pœnitentiam peragendam.

Quartò. Peccatum cõtra iustitiam in quo consistat. Peccatum cõtra charitatẽ, in quo consistat. D.Tho. Quarta. Peccatum contra iustitiam consistit in ipsius rei conditione, dum scilicet usurpat sibi quis quasi rem propriam, & in suos usus conuertit id, quod est alterius, peccatum autem contra charitatem contingit ex inordinato modo utendi re, quæ in partem suam propriam cedit. Ita D. Tho.in eod.quodli.in corp. Atqui in casu nostro secundum contingit, non primum, ergo. D

Sexta concl. Sexta conclusio. Quando bona Ecclesiastica sunt indistincta, id est, quando in mensa Episcopali nõ inueniuntur onera pro pauperibus; vel fabrica imposita, ita vt nec ad illos neque ad hanc relationem habere videantur, vel quando annuus redditus distinctus à præbendis Clericorum, & redditibus hospitalium (vt hodie communiter accidit,) relinquitur Episcopo dispensandus, tunc iuxta duas Conclusiones sequentes iudicandum erit. Et quamuis D. Nota. Tho. rem metiatur iuxta modicum defectum, vel excessum dispensatoris, & iuxta fidem dispensationis; tamen rem intimius considerando cum Caietano, procedendum erit Caiet. Septima conclusio. cum distinctione sequenti conclusione tradenda, quo timoratæ conscientiæ tutiores quidem, sed minus scrupulosæ reddantur. Vnde sit.

Quando mẽsa Episcopalis est tenuis, tunc iudicanda sunt illa bona ut propria, & pro Episcopi sustentatione. Corollariũ. Septima conclusio. Quando mensa Episcopalis est tenuis, nec pingues habet redditus, aut quando sunt ita mediocres, quòd pro Episcopi subsidio sufficiunt, & parum abundant, tunc censenda sunt bona illa, vt propria, & pro Episcopi sustentatione principaliter, quasi illius præbenda tradita, & assignata. Vnde si superflua aliqua sunt, non te-

nentur

A nentur huiusmodi Episcopi tradere pauperibus, nec ad restitutionem illis: nec alij si accipiant, Ecclesiæ obligantur. Est doctrina Caietani ibidem in solutione primi dubij, & S. Thomæ in solutione ad secundum. Et probatur.

Caiet. D. Thom. Probatur conclusio.

Quoniam euidentia facti constat, ex tali mediocritate, vel tenuitate principaliter ad vsum Episcopi ea bona attributa esse vt propria; *Natura autem proprij boni* (vt inquit ibidem Caietanus in solutione secundæ quæstionis) *excusat non dispensantem superflua à vinculo restitutionis.*

Nota nã proprii boni excusare aliquem ne dispenset superflua ex Caiet.

Ex hac conclusione sequuntur duo. Primùm, quòd mensa Episcopalis quæ non excedit mille aureos, quales sunt multæ in Italia, crederem, saluo meliori iudicio, debere iudicari congruam præbendam, seu portionem pro Episcopo principaliter ad sui, & eius status dicentiam, & conseruationem. Quod patet euidentius ex Concilio Tridentino cap. 13. sess. 24. §. ad hæc in posterum, vbi decernitur, ne pensionibus vllis, aut reseruationibus fructuum grauentur omnes illæ Cathedrales Ecclesiæ, quarum redditus summam ducatorum mille, & parochiales, quę summam ducatorum centum secundùm verum annuum va-
B lorem non excedunt. Iudicarunt Patres illi in Synodo, prædictam summam necessariam esse ad sustentationem Episcopi, & hodie vix cum ducentis supra mille frugaliter vita Episcopi peragi potest, vt experientia ipsa docet.

Primum corollarium. Conc. Trid.

Secundò sequitur. Quòd illud parum quod superabundaret ex huiusmodi mensa, non tenetur quis est Iustitia pauperibus in communibus necessitatibus erogare. Quoniam hoc, vt proprium iudicatur,

Secundũ corollarium.

Octaua conclusio. Quando mensa Episcopalis, vel præbenda clericalis est admodum pinguis, tunc tenetur ex Iustitia superflua statui, pauperibus etiam in communibus necessitatibus constitutis erogare.

Octaua cõcl.

Probatur conclusio. Quoniam ea bona censentur, vt communia, ergo vt communia dispensanda sunt, & non retinenda.

Probatur conclusio. Primò.

Secundò ex ratione D. Tho. in corpore ar. 7. Quia *hæc bona commissa & credita sunt tanquam fideli dispensatori:* Quocirca cùm bonæ fidei repugnet si non dispenset ea secundùm usus proprios, & deputatos; hinc est, quòd sibi illa retinendo, uel in prophanos vsus distrahendo, peccet mortaliter, tanquam malus seruus, & infidelis dispensator, & ad restitutionem teneatur, violans præceptum Iustitiæ.

Secundò. Ex D. Tho.

Tertiò

Tertiò, ex D. Tho.

Tertiò. Talis Episcopus est vere defraudator alienæ G rei, ergo peccat, & tenetur ad restitutionem. Est argumentum D. Tho. in quodlibet. d. ar. in solutione ad tertium.

Quartò. Episcopus est Pater pauperum.

Quartò. Quia Episcopus est pater pauperum, & vt tali, id est vt patri, & procuratori ægenorum, possessiones amplæ, & redditus abundantes relinquuntur. Est argumentum Caiet. in solutione secundæ quæstionis. *Possessiones*, inquit, *legatæ, aut donatæ in tanta abundantia Ecclesiæ Cathedrali proculdubio credendum est, quòd, vt Patri pauperum Episcopo creditæ sunt. Ideò enim Episcopis datæ sunt, quia oculata fide perspiciebatur, eos esse patres pauperum: & hæc videtur fuisse ratio tanti augmenti.* Hæc Caietanus & benè.

Quintò. ex D. Tho.

Quintò. Quia ex decimis tenentur Clerici partem cedere in usus pauperum. S. Tho. 2.2. q. 87. ar. 1. ad quartum. & ar. 4. ad quartum. Iniqua enim esset lex decimarum in nouo testamento, si ultra honorabile stipẽdium ministrorum Ecclesię, tanta rerum affluentia uni deputaretur, cum damno totius populi, nisi in sustentationem pauperum per eos tanquam illorum procuratores dispensarentur, igitur multò magis de alijs bonis Ecclesiasticis; sed de hoc inferius in 14. concl. D

Vlt. probatur.

Vltimò probatur conclusio irrefragabiliter ex sacris Canonibus. ex Can. res Ecclesiæ, 12. q. 1. Can. Episcopus. Can. præcipimus ibidem, & ex Can. fin. 16. q. 1. & secundùm sensum huius conclusionis benè currunt omnes rationes Nauarri in Apologia de redditibus Ecclesiast. q. 1. monit. 24. 25. 26. & 27. & in suo libello de reddi. Eccles. q. 1. num. 17.

Nona concl. De quibus non teneátur Episcopi & alij Ecclesiastici erogare superflua pauperibus, nisi in casu.

Nona conclusio. Ex bonis, quæ temporali dominio, & titulo possident Episcopi, uel alij Clerici, ut Castra, Ciuitates, Vassallos, & huiusmodi, de superfluo inquam horum bonorum non obligatur Episcopus ex iustitia facere eleemosynam, nec tenetur ad restitutionem, nisi in illis casibus, in quibus sæculares tenentur. Explico. Multę iurisdictiones ciuiles, multi Vassalli, Comitatus, & Vrbes cathedris Episcopalibus in eorum decorem, & ornamẽtum, & in pium populorum regimen relictæ sunt.

Multa dñia tẽporalia annexa sunt cathedris Episcopalibus. Constãtinus, & Theodo-

Testis est Constantinus, & Theodosius, & multi alij Christiani Reges; Testes sunt sedes Episcopales Angliæ, & Germaniæ, & plerę; in Italia, quæ à multis Regibus, & Imperatoribus munificentissimè Ciuitatibus multis,

Ca-

A Castrisq; firmissimis liberali manu exornatæ sunt. Quod factum Melchiades Papa in Can. futuram 12. q. 1. & egregiè D. Augustinus in epist. 50. ad Bonifacium, & homil. 6. super Ioan. commendando Constantini Religionem, approbant, & confirmant.

fius multas Ciuitates, & terras dederūt Ecclesiæ. D. Aug.

Qua in re turpiter lapsus est Vuicleph, qui Constantino uitio vertebat, quòd Ecclesiam tum amplis donationibus locupletasset, vt in Bulla Leonis X. habetur, & refert Tho. Valden. tom. 1. lib. 4. q. 39. De donatione Constantini. Lege Zonaram in principio vitæ Constantini Magni inter Bizantiñ. historias, & Iuonem Carnutensem Episcopum, in suo Decreto titulo de primatu Romanæ Ecclesię cap. 49. Gratianum, ca. Constantinus, d. 96. Augustinum Steuchũ de donati. Constantini contra Vallam, Platinam in Vita Syluestri, Restaurum Castaldum tract. de Imper. c. 61. & plerosque alios. Ex his inquam bonis, non tenentur Episcopi vt dictum est, nisi in maximis Ecclesiæ, & Reipub. necessitatibus, & hoc ex consensu Sedis Apostolicæ, superflua uerò ex his, licet retinere, & congregare, etiam habendo thesaurum pro defensione Ciuitatis, pro exercitu parando, & similibus.

Impius Vuicleph hæreticus vitio vertebat Constãtino, q̃d multas terras Ecclesiæ concessisset. Tho. Valden. Zonar. Aug. Steuch. Platina. Restaurus Castal.

B Et probatur. Quoniam *hæc bona principaliter data sunt in honorem Ecclesiæ, in auctoritatem Cathedræ & pro communi bono ipsius Dominij, secundariò verò, vt exinde eleemosynæ fiant pauperibus*. Hæc Caiet. ubi supra, quem sequitur Soto, libro 10. de Iust. & iure. q. 4. ar. 3. con. 4.

Probatur conclusio. Caiet. Soto.

Decima conclusio. Licet, & laudabile est aliquando, nempe cùm nõ imminent necessitates, pauperibus de his quæ supersunt ex prouentibus Ecclesiæ, possessiones emere, vel in thesauro recondere pro vtilitatibus Ecclesię, & pauperum necessitatibus futuris, & ad redditus Ecclesiæ ampliandos. Est nęc conclusio D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 7. in solutione ad quartum. Verùm subiungit, quòd *si necessitas immineat pauperibus erogandi, non licet retinere, & congregare*, sed hæc cura in futurum conseruandi superflua, inordinata erit, dicente Dño: *Nolite cogitare de crastino.*

Decima cõcl. Nota. D. Tho. Matth. 6.

Caietanus optimè notat ibidem, eos qui pauperes, puellas nobiles, & tot pauperes Ciues, pupillos, Viduasq; postponunt, & magnis fabricis, vel augendis Ecclesiarum prouentibus tam laudabiliter, vt credunt, operam dant pauperibus tabescentibus, & utinam non arescentibus, grauissimè peccare; & ita credo.

Vnde-

Vndecima conclusio. | Concl. est D. Tho. | Nota.

Vndecima conclusio. Ex bonis licitè acquisitis per Clericos etiam per fructus beneficiorum.non tenentur de superfluo pauperi in communi necessitate posito ex iustitia facere eleemosynam. Est dictum S.Tho.in quodlib.6. q.8. ar.12.& probat, *Quoniam rectè acquisitorum, sicut bonorum patrimonialium, Clericus est verè Dominus.* Vndè quo ad conditionem ipsius rei, potest suo arbitratu re sua uti, neq; ex hac parte peccatum accidit; potest autem accidere peccatum ex inordinato modo vtendi. G

Duodecima conclusio. | Concl. est D. Tho. | Caiet. | Maior. | Adria. | Nauar.

Duodecima conclusio. Ex bonis, & ex fructibus, qui pro decentia status Clerici, arbitrio boni viri adiudicati sunt, si quis aliquid sibi subtrahit, non tenetur ex iustitia eleemosynam facere, sed potest illud ad libitum, in licitis tamen expendere, nec tenetur ad restitutionem. Est doctrina S.Tho.2.2.q.185.art.7. ad secundum. Verba eius sunt hæc. *Si de eo, quod vsui Episcopi, vel alicuius Clerici est deputatum, velit aliquis sibi subtrahere, & consanguineis, vel alijs dare, non peccat, dummodo moderatè illud faciat; in quo aliàs esset peccatum contra charitatem.* Ita Caiet. ibidem in annotat.responsionis ad secundum; *de deputatis* (inquit) *suo vsui, potest Episcopus pro suo libitu dare.* Legendus est. Maior.in 4.d.24.q.17.Adria.4. q.12. & quodli. 6.ar.12.Nauar.de redditi.Ecclesi.q.1.moniti.45. D

Conclus. decimatertia. | Quid sit dicendum de decimis. | Decimæ dantur non solū pro vsu ministrorum, sed ēt pro subuētione pauperum. | D.Tho. | D. Aug. | Nota dictum Augustini de decimis. | Hostien.

Decimatertia conclusio. De decimis quæ à Clericis recipiuntur, eadem distinctione vtendum est. Nam qui mediocres habet decimas, vt proprias possidet, & potest, si paruum quid superest retinere; si verò amplas & copiosas recipiat, iusta lege tenetur eas pro rata pauperibus erogare. Decimæ enim in lege Euangelica non solùm pro vsu, aut victu ministrorum dantur, sed etiam pro vsu pauperū, vt sæpè D.Tho.in 2.2.q.87. de Decimis ait. & D. Aug. expressè dicit, habeturque in can.decimæ.16.q. 1. vbi dicitur, *Decimæ etenim ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt, et quanti pauperes in locis suis, vbi ipse habitat, illo decimas non dante fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante æterni iudicij tribunal apparebit, quia rem à Deo pauperibus delegatam, suis vsibus reseruauit.* lege tex. in cap. tua nobis, & tex. in cap. ex transmissa, & tex. in ca. cùm non sit de Decimis, Host. in summa de Decimis.§.1.& Panormit.in d.cap. non est; qui dicunt decimas prædiales, personales, & mixtas illam habere legem, vt præter sustentantionem ministrorum,

A egentibus erogentur. D. Hieronymus in cap. reuertimini. 16.q.1. *Deum dicit in pauperibus defraudari si non recipiant eleemosynas, eò quòd Decimæ, & primitiæ sunt Dei possessiones.* Deus in pauperib. defraudatur si non recipiāt eleemosynam, ex D. Hieron.

D. Clemens Papa, lib. 2. constitu. Aposto. cap. 19*. hæc verba scribit. *Homo Dei, idest Episcopus, quæ ex decimis, & primitijs secundùm mandatum Dei dantur, rectè dispenset orphanis, viduis, afflictis, & peregrinis ægentibus, vt qui habet Deum harum rerum rationem reposcentem.* & paulò post: *Impartite ergo Episcopi, cum iustitia omnibus indigentibus, & vos vtimini bonis Domini, sed non abutimini; edite ex eis, ne soli ea deuoretis, quin potius communicate cum ægentibus, & declinate offensionem Dei.* Et in lib. 8. ca. 39. scribit hæc verba. *Etiam præcipio, decimas offerri ad victum reliquorum Clericorum, Virginum, Viduarum, & eorum, qui sunt paupertate oppressi.* Et lib. 2. cap. 39. *Dabis Episcopo iuxta tua. Te enim dare oportet; illum verò distribuere tanquam œconomum, & dispensatorem rerum Ecclesiasticarum.* *24. D. Clemens Papa de decimis dispensandis.

Sexta Synodus relata in can. Apostolicos, 12.q. 2. decer-B nit, huiusmodi decimas, seu redditus ob escam pauperum, ob peregrinorum sustentationem, & ministrorum vtilitatem esse. Et Simmacus Papa in can. Indignè, ead. cau. & quæstione anathematizat illum, qui bona huiusmodi in malos vsus impendit, & quod pauperum substantiam contra fas dispergit. Id quoque ratione comprobatur. Vocantur enim Episcopi dispensatores, seu Oeconomi, vel actores rerum Ecclesiasticarum. Ita Apostolica constitutio vocat illos lib. 2. cap. 24. cùm ait; *Vos Episcopos oportet, non magnas impensas facere, neque donis Dei tanquam alienis, sed tanquam proprijs Dei vti, vt bonos Oeconomos, siue dispensatores Dei decet.* Deinde subiungit: *Sumat ergo Episcopus alimenti quantum sufficiat, in indumentum quantum honestati, et necessitati conueniat.* Item. cap. 35. *Dabis* (inquit) *Sacerdoti, quæ ei debētur primitias areæ, torcularis, & oblata pro peccatis. Tibi enim conuenit, vt largiaris; illi verò tanquam Oeconomo, & administratori rerum Ecclesiasticarum, vt dispenset, caue tamen, ne Episcopum ad rationem voces, neque dispensationem eius obserues: quomodo, aut quibus, aut vbi vtrum benè, an secus; habet enim ratiocinatorem Deum, qui hanc illi Oeconomiam, siue dispensationem in manus tradidit.* Sexta Syno. Decimæ deputatæ etiam sunt propter pauperes. Episcopi sunt œconomi pauperum.

Iusti-

Iustinian. Iustinianus in Authen. 3. inquit, *Si ægentes à Patriarcha, aut à reliquis Clericis defraudati fuerint, Oeconomi indemnitatem præstent, quod sine restitutione fieri nequit.* Huc faciunt loca sacræ scripturæ, & præsertim Ezech. Prophetæ, clamantia contra pastores, quòd per immoderatos vsus bonorum Ecclesiasticorum, legem Iustitiæ violantes; quod Gregi tribuendum erat, in suos vsus, seipsos; idest, voluptuosos suos affectus pascebant, dicens: *Væ Pastoribus Israel, qui se ipsos pascebant &c.* Neque hoc in loco redarguitur. Pastor, quòd de lacte gregis manducet, vel se de lana ouium vestiat. *Quis enim* (inquit Apostolus) *pascit Gregem, et de lacte eius non manducat?* sed exprobratur, quòd lac gregis, vt insatiabilis deuorat, & quòd de earum lana vestiat, hoc est, plus æquo in cibos, & in indumenta sibi assumat. Id significat. *Lac comedebatis, & lana cooperiebamini,* & illud. *semetipsos pascebant Pastores; Gregem autem meum non pascebant.* Cuius sententiæ summa est, quòd Gregem indigentem pastu necessario defraudauerint, & immoderatos sumptus in proprios vsus fecerint; quod maximam esse iniustitiam declarat Dominus, dum paulò post dicit, *Visitabo oues meas, et pascam eas in iudicio:* quo verbo exprobrat Pastoribus eorum iniustitiam. D

Ezech. 34. a.

1. Corint. 9. a.

D. Isidor. Denique comprobatur hec conclusio dicto aureo Isidori Pelusiani, erudissimi, & sanctissimi Patris Græci ante annos propè mille, & ducentos, in epist. ad Pallad. Diaconum de iudicio in Episcopos huiusmodi futuro scripta; quàm latinè interpretatur doctissimus Franciscus Turrianus in sua epistola ad Episcopum Leodieñ. *In altero sæculo pronunciabitur contra eum à Iudice incorrupto in illo horribili tribunali, cùm clamabunt esurientes his vocibus. Nos quidem neq; cibos ad necessitatem Naturæ ab hoc accepimus; hic verò delicijs perflueris, & opes congerens, reliqua in honores splendidos insumpsit. Nudi dicent, Durior hic et difficilior, quàm hyems nobis fuit, ægroti grauior ipsa ægritudine extitit. Pupilli nullum patrocinium ab eo tulimus. Viduæ, non attulit nobis consolationem. Inclusi in carcere non stillauit in nos lachrymam compassionis. Calamitosi, non porrexit nobis manum sublevationis, et (vt summatim dicam) cùm omnes, quorum est Episcopus ordinatus in eum clamauerint, Quid facturum existimas esse Iudicem incorruptum? An non grauiter puniet, quem nec honor fecit meliorem? Omnibus sanè liquet, ita fore. Si quis*

Frãc. Turria.

Qũo pauperes in die iudicij clamabunt ad dominum, & quid dicent. Nudi quid dicent Aegroti quid clamabunt. Pupilli quid exponent Viduæ quid narrabunt Carcerati, qd vociferabũt? Calamitosi quid iudici exponent.

verò

A *verò non credit: pronunciationem sententiæ in Euangelio legere potest. Diuidet*, inquit, *eum, et partem eius cum infidelibus ponet*. Hæc illè.

Accedat postrema ratio. Quòd in hoc (inter cętera) Clerici legis Euangelicæ, à Leuitis Iudæis distinguntur, quòd istis incumberet onus subueniendi pauperibus, cùm procuratores, & actores pauperum sint constituti à Domino; illis verò nequaquam, cùm pauperibus statæ decimæ assignatæ essent; quòd si ex iustitia id præstare debeant, magna cura, & sollicitudine illis opus erit; ex qua apud Deũ, & Ecclesiam sponsam eius, suppremam laudem reportent. Et sicut voluit Dominus, quod tribus Læuitica nihil possideret in terra, quam eis Dominus diuisit; præter dona Deo oblata pro tabernaculi ministerio. Sic voluit, vt Clerici legis Euangelicæ, ea excellentia, & perfectione præditi essent, vt præter ea, quæ ex bonis Ecclesiasticis ad victum, vestitum, & vitæ cultum necessarium, & decentem sufficeret, nihil de reliquo, tanquam proprium, more, & lege sæcularium possiderent; sed eorum œconomi, & ministri essent ad pauperum subuentionem. Qui exactius rem B hanc perscrutari voluerit, legat Nauar. in Apolog. libro de redditi. Eccles. q. 1. moni. 21. & Dom. Franciscum Turrian. ferè per totum in sua præclara epist. de hac materia, & Sot. loc. cit. ar. 3. in fi. Vbi reprehendit opinionem Caiet. tanquam nouam, & in parte à D. Thoma alienam: Verùm eius argumenta non euacuat, existimatq; etiam ex Decimis non titulo Iustitiæ, sed tantùm misericordiæ pauperibus communicandas esse: Verum scriptura, Canones Apostolici, Sancti Patres, & rationes efficaces, clamant contra Sotum.

Iudicij Christi sententiæ.

Vltima ratio.

Tribus Leuitici comparatũ Clericis legis gratiæ & quę bona posside re debeant.

Nauar.
Franc. Turri.
Sotus.

Contra Sotũ multa dicuntur.

Vltima conclusio. Episcopi, & Ecclesiastici de superfluo tenentur maiori vinculo charitatis facere eleemosynas, quàm laici, etiam in communibus necessitatibus. Explico. Quamuis ex iustitia non semper obligentur, vt dictum est, obligantur tamen ob præceptum misericordiæ. Hanc conclusionem satis copiosè probant Sot. & Bañ. locis citatis, & nos in q. 1. huius secundæ disputationis, sufficienter veram esse ostendimus, & ratione status, & ratione officij Episcopatus, cuius finis est perfectionem Christianæ vitæ exercere. Illud unum tamen addendum est, tam intimum, & necessari um esse officio Episcopali prouidere omnibus ęgentibus quæ necessaria eis sunt, ut si non habeant

Vlt. conclus. Episcopi & Ecclesiastici tenentur de superfluo facere eleemosynas maiori vinculo quã Ecclesiastici.
Explicatur conclus.
Sotus.
Bañes.
Nota.

beant ad tribuendum eis, secundùm Apostolicam constitutionem, Episcopi ab alijs petere debeant. Sic enim ait Apostolica constitutio, lib.4.cap.8. *Idcirco accepisti datum Læuitarum, oblationem populi, vt suppetat vobis, & ægentibus, & non cogamini accipere ab iniquis.* Et paulò post. *Sin verò datum non sufficiat, denuncia fratribus, & collectam fac, ad ministrandum orphanis, & viduis in iustitia.* Hoc ipsum Sancti Apostoli, quorum Episcopi sunt successores, suis factis eos docuerunt. Paulus in epist. ad Galat. scripsit *sibi, & Barnabæ dexteras datas esse societatis, vt pauperum memores tantùm* (inquit) *essemus.* Quod ipsum sollicitus fuit facere B. Petrus, Iudæis dispersis per Pontum, Galaciam, Cappadociam, Bithiniam & Asiam, vt in sua priori epistola scribit; nō solùm se spiritualia populis ministrasse, sed ægentibus necessaria ad vitæ usum procurasse: quemadmodum D. Paulus à Hierosolymis profecturus ad gentes, Illiricis plagis peragratis, non modò ægētibus spiritualia; sed etiam corporalia subsidia ministrauit. C

Episcopus si nō habet vnde pauperib. eleemosynas faciat, quid facere deat.

Apostoli, pauperibus, & ægenis, necessaria curabant.

Ex hac conclusione sequitur vnum, quod Bañ. optimè adnotauit, & Soto. in conclus. 3. art. 4. uidelicet, quòd non potest determinari, vel taxari pars aliquota Episcopis, quà data in eleemosynas, non teneantur vlterius de reliquo eleemosynas dare. Ratio Soti est. Quoniam cùm præceptum huiusmodi misericordiæ sit, ut de superfluo fiat: superfluum autem respectu status, tam possidentis, quàm indigentis veniat existimandum; ideò iudicio prudentum relinquitur id definiendum; pensata cum quantitate prouentuum, tum pauperum indigentia, ac temporum calamitate, quæ tria rigorem præcepti in facti contingentia augere possunt. Ratio Bañ. est. Perfectio status Episcopatus, qui in præcepto eleemosynæ exercendo nullam limitationem admittit, vt si opus fuerit, teneatur, & vitam propriam, & substantiam omnem pro salute animarum impendere. Et concludit: (*Cùm in communibus necessitatibus viduarum, & orphanorum, super intendere debeat Episcopus*) *neminem illorum esse in statu salutis, nisi notabiles eleemosynas pro facultate substantiæ faciat.* D

Corollarium. Ex Bañes, & Soto.

Ratio dicti ex Soto.

Ratio dicti ex Bañes.

Nota.

Episcopis Hispaniæ, qui amplissimis Ecclesiarum redditibus fruuntur, quartæ partis fructuum onus in eleemosynas tempore communium necessitatum imponit. Sotus, his qui duo, triaq, millia ducatorum in redditibus habēt, quintam, uel saltem sextam partem in pauperes refundere neces-

Obligatio Episcoporum Hispaniæ ad faciēdas eleemosynas est maxima, qa pinguis sunt eis redditus.

A necessarium arbitratur; qui uerò uiginti, aut triginta millia, maiorem partem esse ab ijs dandam. Sed hęc nos relinquamus humanæ prudentiæ, sicut etiam prudentiæ, & fidei dispensantis committenda est determinatio, quando, seu quibus necessitatem patientibus, sit de superfluo danda eleemosyna, ut ait S. Tho. in d. quodli. 6. q. 8. ar. 12. ad primum: *Vnde si bona fide det, quando sibi uidetur expedire, immunis est a peccato; alioquin* (inquit) *mortaliter peccat, nec semper peccat quotiescumque non dat pauperi, qui superfluum habet, sed quando necessitas imminet*, ibidem. S. Tho. Minor tamen necessitas requiritur ad superflua eroganda, quàm ad omnia exhibenda; quod totum ratione uniuersali determinari non potest, sed pro hic, & nunc humanæ prudentiæ committitur, ut dictum est.

Quantum debeant Episcopi dispensare in pauperes, humanæ prudentiæ relinquitur. D. Tho.

Non semper peccat q̃ nõ dat pauperi superfluũ, sed cùm non dat iminente necessitate. D. Tho.

Ex his iam satis abundè demonstratum est, quomodo, quando, & quibus debeat superfluum erogari. Nunc argumentis in principio huius articuli factis respondeamus.

Ad primum respondeo. Quòd Ecclesiasticus, sicut & secularis quilibet, est verus dominus proprię portionis bonorum patrimonialium, & eorum, quæ sibi subtrahit ex

B decentibus ad statum; & similiter eorum, quæ iure hæreditario vel donatione, intuitu personæ suæ, & eorum quæ propria industria acquirit: ex quibus omnibus non maiori vinculo obligatur, quàm laicus ad eleemosynas faciendas. At ex alijs bonis Ecclesiasticis non solùm ex maiori vinculo charitatis; sed etiam ex iustitia ad eleemosynas faciendas tenetur.

Ad primum respondetur.

Ad secnndum dupliciter respondetur. Primò negãdo maiorem. Nam aliquando, & à quibusdam personis, puta Ecclesiasticis, debetur ex iustitia subsidium eleemosynæ, vt dictum est.

Ad secundũ respondetur primò.

Secundò negatur minor. Immò (vt Bañes dicit) tale pręceptum vnumquemque obligat ad plura, vel pauciora secundùm conditionem sui status.

Respondetur secundò. Bañes.

Ad tertium iam responsum est, superfluum laico extra graues necessitates esse illi vt proprium, & sic licitè retinendum. Superfluum verò Clerico, non esse suum, sed erogandum. Qui verò carent superfluo, ad nihil tenentur.

Ad tertium.

Ad quartum iam dictum est. Quòd Decimæ non solùm institutæ sunt ad sustentationem ministrorum Ecclesiæ; sed etiam ad alimoniam pauperum, quibus debet de domo Dei prouideri, vt dicitur Malach. 3. *Inferte omnem*

Ad quartum.

Malach. 3.

decimationem, vt sit cibus in domo mea, vt in citato articu- C
lo decimo ad primum dicit S. Doctor. & 2.2.q.87.ar.1. ad quartum, & art.3. ad primum, & art.4. ad quartum. Ex pitantijs verò, seu victualibus, vel manualibus quæ illis pro missis, vel exequijs defunctorum manualiter dantur, non tenentur magis, quàm de ptoprijs.

D. Tho.

Ex pitantijs, vel manualibus promissis, vel exeqjs defunctorũ illis datis, non tenentur facera magis eleemosynas quã de proprijs.

Vltima pars illius argumenti, petit illam difficultatem, an cùm hodie confusę sint illæ quatuor partes, apud quem portio illa pauperum remanserit? Num apud Episcopũ?

Caietanus optimè (meo iudicio) rem decidit: quòd *quando redditus sunt pingues, existimandum est, portionem pauperum confusam, et incorporatam esse portioni Episcopali; & sic tenetur diues Episcopus de iustitia pauperibus subuenire, sicut etiam fabricæ Ecclesiæ.* Quamuis Soto hæc resolutio non arrideat.

Nota.
Caiet.
Qñ redditus sunt pingues, existimãdum est, portionẽ pauperum incorporatã esse cum bonis Eporum, & sic tenentur Epi tales illis pauperibus subuenire.
Sotus nõ approbat dictũ.

Sine ratione tamen. Addit Caietanus, quòd *in casu necessitatis pauperum, posset portio Ecclesiæ fabricæ non multùm indigentis, quando separata reperitur pro pauperibus, qui fabricæ viuæ sunt, dispensari.*

Nota.
Dubium.

Hìc quęreret aliquis cum Soto, an qui possidet bona Ecclesiæ in titulum sæcularem transmutata, vt sunt Tertię D
Regiæ, & multa bona templariorum, quæ dominis sęcularibus adiudicata sunt, iureque successionis ab illis possidentur, sit obligatus de iustitia pauperibus pro illorum portione aliàs debita, vel solita? Et responsio datur negatiuè. Quoniam totum illud ius Ecclesiasticum, quod illis rebus inhęrebat per translationem illam rerum, suppressum à Papa, & extinctum fuit: & totum ius, quod conuenit pauperibus ad Decimas, positiuum, & Ecclesiasticum est, & bona illa per Papæ dispensationem libera ab omni onere Ecclesiastico effecta sunt.

Solutio.
Ratio solutionis.

Longam quæstionem absoluimus, quamuis illa pro dignitate à nobis tractata non sit. Nec enim intentio nostra fuit perquirere diligenter, penes quem bonorum Ecclesiasticorum dominium resideat, an penes Deum, Ecclesiã, Episcopos, Christum, vel pauperes? Qui aũt hanc altercationem, (quę certè grauissima est) cognoscere desiderat, legat Nauarrum copiosissimè hanc rem tractantem, in suis libris de redditibus Ecelesiasticis, super cap. fin. 16.q.1. & Franciscum Sarmiento, Sotum, Marsil. Archiepisc. Salernitanũ, in suo lib. de Ecclesiasticorum redditũum origine, & iure iam citato, par.3. Archid. super cap. statutum §.

Nauar.
Franc. Sarm.
Soto.
Marsil. Arch.
Archidia.
Panormit.

assessorem

A asseſſorem de reſcript.lib.6.& fuſius in cap.Epiſcopi de rebus proprijs, verſ. de fructibus, 12.q.1. Panor. cap. cùm eſſes de teſta. Geminian. in cap.præſenti de off.ordi. Thomam Valden.tom.1. lib.4. cap.42. & ſeq. Turrecr. in cap. videntes 12.q.Alex. de Ales.3. par.q.36. membr.5.art.2.& Ricar.in 4.d.45. art.3.q.1. & pleroſque alios,quos non eſt neceſſe enumerare. Nos iam ad tertiam, & vltimam huius diſputationis quæſtionem accedamus. In qua quærendus eſt modus, quo eleemoſyna ſuum effectum ſpiritualem ſortiatur.

Tho. Valden. Turrecre. Alex Ales. Ricar.

QVAEST. TERTIA.

An eleemoſyna det gratiam ex opere operato?

B QVÆRITVR hoc in loco, an eleemoſyna remittat peccata ad modum, quo ſacramēta? Et id quod maximam facit difficultatem ſunt aliqua loca ſcripturæ ſacræ, & Sanctorum, quæ tam altiſſimè effectus,& vtilitates eleemoſynæ efferunt, & extollūt vt videantur dicere, eam ſolam ſufficere ad ſalutem. Ita Eccleſ.3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccato*; Dan. 4. *Peccata tua eleemoſynis redime*. Tob. 4. *Eleemoſyna ab omni peccato; & morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras*; Et cap. 12. *Ipſa purgat peccata*. Luc.11. *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis*. Matth. 5. *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur*, & 25.damnantur reprobi, quia eleemoſynam non fecerunt. Luc.16. *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*. Hæc, & ſimilia ex ſcripturis; modò Sanctorum dicta audiamus. Chryſoſt. omnium fuſiſſimè,& ſæpiſſimè hac de re agit, præſertim his locis, Geneſ.homil.5.20.34.42.55.in Pſal.43.95.& 107. In Matth. homil.65.& 78. In Ioan.homil.72.& 80. Vbi comparat eleemoſynam fonti.in Act.Apoſt.homil.22. & 25.in 2.Corinth.homil.16.& 19.in argumento epiſt.ad

Eccl.3. Dan.4. Iob 4. Luc.11. Matth 5. Matth. 25. Luc. 16. Probatur ex dictis ſanctorum. D Chryſ. Eleemoſyna comparatur fonti.

Effectus eleemosynæ sunt remittere, purgare, abluere peccata, mereri, & consequi gloriam.
Per eleemosynam mediantibus pauperibus conferuntur bona in cœlum.
Per eleemosynam seminātur pecuniæ.
Qui dat pauperi, Deo dat.
Eleemosyna Deum sibi debitorē facit.
Eleemosyna mutuatur & fœnerat Deo.
Eleemosyna maius opus est quā mortui suscitatio.
Fructus eleemosynæ est ꝑpetuus & nūquā tollitur nec perit.
Eleemosyna aliqñ. omnia peccata tollit.
Eleem. nihil pōt resistere.
Eleemosyna comparatur Baptismo.
Eleem. aliqñ præfertur omnib. virtutib.
Aliqñ alia bona, vim suam trahunt ab eleemosyna.
Pœnitentia sine eleem nullā vim habet.
Tanta est vis eleem. ut hominē ad Deū introducat.
Eleemos. nullus Angelus pōt resistere.

Philippen. & hom. 1. ad eosdem cap. 3. ad Titum homil. 6. C
in cap. 17. ad Hebræ. homil. 32. ad populum Antiochen. homil. 32. 33. & 36. & homil. 40. & de pœni. hom. 5. 7. & 9. In quibus omnibus locis docet, hos esse maximè proprios effectus eleemosynæ, remittere, purgare, & abluere peccata, mereri, & consequi regnum Beatitudinis, liberare ab æterna morte, & similia, & hęc ipsa varijs modis, & exemplis explicat. Ait enim *eleemosynam per pauperes transferre opes in Cœlum: Interdum per ipsam spargi, & seminari pecunias, vt meliores colligantur. Quandoque* (ait) *per illam thesaurum in cœlis recondi interdum eos: qui dant eleemosynam, Deo ipsi dare, & Deum sibi debitorem constituere: mutuari, & fœnerari Deo*; Imo ait homil. 36. ad populum. *Nos de Christo bene mereri*; & homil. 7. de pœnit. ait, *maius opus esse eleemosynam, quàm mortui suscitationem. Quia per hanc beneficium accipimus à Christo, per illam conferimus Christo*. Et his etiam mirabiliora dicit. Nam in Psal. 111. & homil. 16. ad populum ait, *eleemosynæ fructum, esse quid perpetuum, quod nunquam tolli, aut perire potest. Aliquando* (ait) *tantam esse vim eleemosynæ, vt omnia* D
peccata omninò tollat, et nihil eorum maneat, nec vllum sit, quantumuis graue peccatum, quòd ei possit resistere sic homil. 55. in Genes. & in Psal. 95. & homil. 25. in Act. & 34. ad popul. Antioch. Quandoque comparat eleemosynam cū Baptismo ita, *vt peccata remittat, sicut Baptisma*: sic hom. 72. in Ioan. & 34. & 36. ad populum Antiochenum: Aliquando ipsam præfert omnibus virtutibus, & bonis operibus, vt homil. 34. in Genes. & in particulari præfert orationi, ieiunio, & virginitati homil. 80. in Ioan. & homil. 86. in cap. tertium ad Titum, *Immo* (ait) *quandoque cætera bona opera vim suam habere ab eleemosyna, & sine ea nil valere*. sic homil. 78. in Matth. 34. & 36. ad populum, & homil. 9. de pœnitentia, quibus locis id particulariter docet de oratione, ieiunio, & virginitate; *Imò ipsam etiam pœnitentiam sine eleemosyna nullam vim habere*, dicit homil. 5. de pœnit. Interdum etiam docet, *tantam esse vim eleemosynæ, vt infallibiliter, & certè remittat omnia peccata, & tanta cum fiducia assistere Deo, introducere hominem in Regnum Cœlorum, pro eo deprecari, & obtinere remissionem peccatorum, vt nullus etiam Angelorum audeat opponere, vel resistere*. Sic ait homil. 65. & 68. in Matth. & homil. 33. ad populum, & homil. 7. & 9. de pœniten.

His

A His similia de necessitate, utilitate, & fructu eelemosynæ, & pœna eorum, qui eleemosynas non faciunt habent Greg. Nazian. in oratione de aman. paupertate, & Greg. Nissen. in duabus orationibus de amore pauperum. Cyrill. Alexand. lib. 2. in Læuit. loquutus de sacrificijs legis veteris ad remittenda peccata, addit ea, quæ sunt in lege Euangelica instituta ad remissionem peccatorum, & ait: *primum esse Baptismum, Secundum, passionem Martyrij, Tertium uerò eleemosynam*. Hieronym. in Psalm. 133. in illa uerba, *Benedicite Domino*, comparat eleemosynam Baptismo, quoad remittendum peccata, & addit: *sine eleemosyna non posse nos consequi alia bona, & remissionem peccatorũ: per eleemosynam verò nos omnia bona consequi.*

D. Greg. Naz. D Greg Nis. D. Cyr Alex. Instituta ad remissionem peccatorum sunt Primò Baptismus. Secundò passio martyrij. Tertiò eleemosyna. D Hiero. Psal. 133.

August. uerò sermone 50. de tempore, inducit Christum loquentem in Iudicio cum electis, & reprobis: illis quidẽ dicentem, *quòd si vellet eorum opera examinare, inueniret facilè vnde eos damnaret; sed quoniam esuriui &c. Ideò venite &c.* Reprobis autem dicentem, *nos eos damnari, vnde ipsi putant, sed quia alia peccata eleemosynis non redemerunt. Quia esuriui, &c.* Et plura hac de re habet sermone B 209. & 227. de tempore. & in lib. 50. homiliarum, homil. 7. & 59. in serm. 6. & 44. ad Fratres in Heremo, & lib de decem cordis, cap. 10. & in Psal. 147. in illa verba; *quoniam cõfortauit seras portarum tuarum, etc.*

Eleemosyna Baptismo cõparatur. Sine illa non possumus cõseq alia bona. D Aug. Nota pro Iudicio. D Aug. Psal. 147.

Leo Primus, multa habet de hoc in quinque sermonibus de collect. & ieiunio, in quorum secundo, *Comparat etiam ipsam eleemosynam cum Baptismate, quoad vim remittendi peccata.* Et in quinto docet, *nihil bona opera prodesse ei, qui non facit eleemosynam.* Multa dicit in octo sermonibus de ieiunio decimi mensis, & sermone 2. 4 6, 7. & 11 de quadragesima, in quorum undecimo, *etiam comparat eam cum Baptismo*. Item sermone 3. de ieiunio Pentecostes; & in quatuor primis sermonibus de ieiunio, septimi mensis.

D. Leo primus Baptismus cõparat eleem. Nihil pſunt bona opera illi qui non facit eleemosyna.

Gregorius etiam primus, multa habet lib. 21. moral. cap. 24. & in 3. par. pastoralis curę admonitione 21. & 22. & libro 10. registri epist. 7. Maximus Taurinen. Episcopus in lib. de eleemosynis, Innocent. Tertius, in lib. quem de eleemosyna fecit, Ambrosius serm. 30. de eleemosyna (inquit) *Vide ergo, quæ sit eleemosynæ gratia, quòd vna, & sola virtus cunctorum est redemptio peccatorum;* Et sermone 31. ait, *quòd eleemosyna est potentior, quàm Baptismus.*

D Greg. Primus. Maximus Innocen III. D Ambrós. De eleemosyna aurea sententia. Eleemosyna est potentior q̃ Baptismus.

Nam Baptismus semel remittit peccatum: eleemosyna sæpe; & appellat *eleemosynam lauacrum, vnde peccatores emundentur,* Cyprian. lib. 3. cap. 1. contra Iudæos idem uidetur dicere.

D. Cypr.

Tertiò probatur ratione.

Tertiò ratione ostenditur, eleemosynam ui sua, & ex se dare gratiam. Nam martyrium id præstat, & circuncisio olim id ex ui operis efficiebat, ergo & eleemosyna.

In contrarium est veritas. Quoniam sic esset multiplicare Sacramenta, quod est inconueniens,

Quatuor errores cōfutāt.

In hac parte quatuor sunt errores, qui erunt à nobis confutandi.

Primus error Lutheranorū.

Primus recentiorum Hæreticorum, qui negant, bonis nostris operibus inesse valorem ad iustificationem, & meritum ad vitam æternam, & est error Luteranorum. Verùm de valore, & merito bonorum operum, non est nobis in præsentiarum agendum: cùm hæc materia in tract. de merito à Theologis distinctissimè pertractetur, & in Concil. Trid. in sess. de Iustificatione definitum sit, *bona opera hominis iustificati, verè mereri augumentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ (si tamen in gratia decesserit) consequutionem, atque etiam gloriæ augumentum.* Ita sess. 6. art. 16. & can. 32. Id, quod antea definitum fuerat in Conc. Mileuitano, & Arausica. 2. can. 18. De qua re D. Aug. in lib. de natura, & gratia. cap. 40. & lib. de gratia, & libero arbitrio. cap. 13. & libro primo. de gratia Christi cap. 22. & 23. D. Thom. 1. 2. q. 124. ar. 4. & 3. Vega. in q. de Iustificatione super Conc. Trid. Medin. in dictum locum, D. Tho. & Sot. de natu. & gra.

Conc. Trid. D

Cōc. Mileui. D. Aug.

D. Tho. Andr. Vega. Medin. Sotus.

Secundus error. D. Aug.

Secundus error, quem refert D. Aug. lib. 1. de Ciui. Dei cap. 22. & 26. & in Enchyri. cap. 66. & lib. quinquaginta homiliarum homil. 19. fuit quorūdam, dicentium, eos tantùm perpetuo igne Inferni arsuros, qui eleemosynis peccata non redimunt; eos verò qui eleemosynas faciunt, quantumuis magna habuerint peccata, licet in his ad finem vitæ vsque perseuerent, aut non esse damnandos, aut saltem non in æternum puniendos. Nitebatur autem hic error potissimum quatuor auctoritatibus scripturæ.

Error iste quatuor scripturæ locis nitebatur. 1. Iacob 2.

Primò ex Iacobi secundo, *Iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam,* ergo dicebant iudicium cùm misericordia ei, qui fecit misericordiam.

2. Matth. 25.

Secundò ex Matth. 25. quod etiam superius tactum est. Vbi soli illi dicuntur mittendi in ignem æternum, qui elee-

A mosynam nõ fecerint, ij autem habituri regnum, qui eleemosynas fecerint; & Matth. 6. ait Dominus: *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater cœlestis peccata vestra etc.* ergo quicunque alijs peccata remittit, ipse etiam remissionem recipiet peccatorum, quod est genus eleemosynę. Et ex loco citato Luc. 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Hi forsan turpiter errarunt prauè intelligentes illa patrum testimonia superius adducta, quibus docent, *tantam esse vim eleemosynæ, vt per eam omnia prorsus peccata deleantur, & nullum ei peccatum posse resistere, & quòd infallibiliter eleemosyna consequitur remissionem omnium delictorum.*

Matth. 6. Luc. 11. Hæretici errarunt, nõ intelligentes patrum testimonia in materia de eleemosyna.

Hunc errorem refellit D. Aug. loc. cit. eundemque cauendum esse monet Greg. lib. 12. Moral. cap. 14. & lib. 19. cap. 20. & lib. 21. can. 12. & in 3. par. pastoralis curæ admoniti. 21. & 22. eundem etiam reijcit Chrysost. in Psal. 95. docens, *non prodesse eleemosynas his, qui volunt in iniquitatibus perseuerare, & habent animam immundam.* Et idem ait homil. 36. ad populum. Sæpe etiam dicit, *Eleemosynas fieri cum alijs conditionibus, puta ex rapinis acquisitis,*
B vt homil. 72. & 80. in Ioan. & 37. in cap. 12. ad Hebræ. & 33. ad popu. & homil. 7. de pæniten. *Aliquando ex vanagloria*, vt homil. 13. in cap. 6. 2. ad Corinth. *Aliquando spe retributionis temporalis;* vt homil. 16. in 2. ad Corinth. & homil. 1. ad Philip. & 36. ad Popu. & homil. 7. de pęnitentia, & alibi, quæ conditiones cùm malignę sint, vtilitatem eleemosynæ euacuant.

D. Aug. D. Greg. D. Chrysost. Eleemosynæ nihil psunt volentibus in iniquitatibus permanere. Tũc sunt malæ eleemosynæ, cũ fiunt. Ex rapinis. Ex vanagloria, & Spe retributionis.

Ex scripturis autem apertissimè confutatur hic error, & primo habemus ex scripturis charitatem esse maximè necessariam ad salutem, & iustificationem adeò, quòd sine ea non possit quis saluari, vt ait Conc. Trid. etiã loc. cit. Charitas autem omnia peccata excludit. Et D. Paulus 1. Corinth. 13. comparans eleemosynam cum charitate ait: *Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum &c.*

Error prædictus cõfutat̃ ex scripturis. Primò. Conc. Tridẽ. 1 Cor. 13.

Secundò. Scriptura ait, esse necessarium ad salutem pœnitentiam, & contritionem de peccatis Isai. primo, Ezech. 18. Luc. 13. ita, ut sine hac pœnitentia nemo possit iustificari, & saluari. Vnde Ioannes Baptista, prædicans Iudæis quomodo fugerẽt ab ira uentura ait, *Facite fructus dignos pœnitentiæ,* Et licet D. August. serm 50. de tempore per hos fructus intelligat eleemosynas; certum tamen habetur, debere esse eleemosynas coniunctas cum pœnitentia, ut sint fructus digni.

Secundò. Isai. 1. Ezech 18. Lucæ 13. Lucæ 3. D. Aug.

Tertiò in scripturis dicuntur esse necessaria alia multa bona opera ita, vt & eorum singulis promittatur iustificatio, & vita æterna, & etiam sine eorum singulis nemo saluari posse dicatur, ergo non solùm hoc dicitur de eleemosyna, & Matth. 5. ait Christus, *nisi abundauerit iustitia uestra plus, quàm scribarum, & Pharisæorum non intrabitis in regnum cœlorom, &c.* hanc autem Iustitiam explicat Dominus, consistere non in sola eleemosyna, sed etiam in alijs multis operibus.

Tertiò.

Accedat postremò ratio. Quòd cùm nemo, nisi iustus, possit saluari, quis tam ausu temerario, hominem magnū eleemosynarium, adulterum tamen, vel sacrilegum iustum appellabit? Iustus, & rectus homo est, qui benè se habet ad Deum, ad proximum, & ad seipsum. Quam ob causam aliqui Patrum, omnia bona opera reuocāt ad illa tria, orationem, eleemosynam, & ieiunium, quę respiciunt Deum, proximos, & nos ipsos, ut Aug. lib. de perfectione iustitiæ responsione 17. & in Psal. 42. in fine & Leo primus serm. 2. de ieiun. sept. mensis. Bernardus in sententijs, sententia 11. Theologi verò Scholastici in 4. ad ea tria reuocant omnia satisfactoria. Sed iam primo argumento in cōtrarium posito respondeamus.

Probatur ratione.

D. Aug.
D. Leo Primus.
D. Bernar.

Dicimus ergo, illam consequentiam non valere. Nam ad hoc ut quis damnetur, sufficit unum peccatum mortale, & ideò propter hoc solùm, quòd quis non faciat misericordiam, meritò sine misericordia iudicatur. At ut quis à damnatione liberetur, non sufficit vnum peccatum vitare, sed omnia: Iuxta illud Iacobi 2. b. *Qui in uno offenderit, factus est omnium reus*. Deinde, de quocunque bonò opere dici potest; quòd qui illud fecerit, consequetur vitā æternam, subintelligendo, si habuerit alia requisita, puta fidem, & charitatem.

Ad primum respondetur. Ad hoc vt qs dānetur suffi cit vnum peccatum, at vero vt quis saluetur, oportēt seruare oīa præcepta. Iacob. 2.

Adde, quòd Beatitudo, quæ communiter in scripturis tribuitur bonis operibus, sub varijs rationibus appropriatur varijs bonis operibus, vt patet Matth. 5. in Beatitudinibus; sic è conuerso, uarijs peccatis appropriatur æterna damnatio sub uarijs rationibus, etiamsi eadem singulis peccatis debeatur; & hoc modò ait D. Iacobus. *Iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam;* & Paul. ad Galat. 5. cùm nomine operum carnis plurima peccatorum genera enumerasset, de omnibus concludit, *quoniam qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur*.

Nota. Variè beatitudo bonis operibus attribuitur. Matth. 5. Quō intelligatur dictum D. Iacobi. ad Gal. 5.

A Ad secundum respondeo, quòd quàmuis Christus illa tantùm opera enumeret, non tamen excludit alia. Imo ex alijs locis scripturæ colligitur, etiam ex alijs bonis operibus premiandos esse homines, & ex alijs malis damnãdos. Ad secundũ.

Cur autem particulariter ibi Christus ea tantùm opera enumerauerit quatuor dant Doctores rationes.

Orige.tract.4.in Ioan.dicit, quòd per illa opera misericordiæ spiritualiter intellecta, significantur omnia bona opera: sed videtur ratio nimis mystica. Prima ratio ꝯ Orige.

Secunda ratio est. Quòd Christus voluerit ibi ea opera commendare, quæ instituta sunt in remedium peccatorum. Nam non ij saluandi sunt in iudicio tantùm, qui non peccauerint, sed etiam, qui pro peccatis debitam agentes pœnitentiam, satisfecerint, & peccata sua redemerint, quòd maximè fit per hæc opera misericordię. Sicut è contra damnabuntur, qui sua peccata redimere noluerint. Est Chrysost.homil.5.de pœnit.& August.serm.50.de tempore, & lib.quinquaginta homiliarum, homil.19. Secũda ratio. D. Chrysost. D. Aug.

Tertia ratio est. Quòd voluerit Christus, nos argumentari à minori ad maius. Si enim danda est æterna Beatitudo hominibus propter has eleemosynas, quantò magis B propter alia excellentiora, & perfectiora opera? Et si propter horum operum defectum damnandi sunt homines, quanto magis propter peccata enormia & grauiora? Ita Gregor.3.par.pastoralis curæ, & D.Thom.in illum locum Matthæi. Tertia ratio. D.Greg.

Quarta ratio est. Quòd uoluerit Christus ea opera nobis commendare, quibus iuuatur proximus; & ita ad eorum commendationem, solùm horum meminisse uoluit, ubi agebat de iudicio. Est hæc ratio Chrysost. & Theophil.in illum locum Matth.& August.lib.21. de Ciuit. cap.20. secundùm autem quamcunque rationem nihil facit ad errorem. Quarta ratio. ex D. Chryso. & Theophil. & D. Aug.

Ad tertium respondet Augustinus loco citato dupliciter. Primò enim illud intelligit de remissione, nõ quorumcunque peccatorum, sed uenialium, quæ remittuntur per orationem Dominicam, & per hoc quòd homines remittunt alijs debita: & probat. Quia loquebatur Christus cum Apostolis qui erant iusti, & non ait Christus *remittet uobis qualiacumque peccata, sed vestra*, qui estis iusti. Ad tertium respõdeo primò ex D. August. Ratio solutionis.

Respondet deinde, quòd licet intelligatur de remissione peccatorum quorumcunq; tamen semper sunt intelligen- Respõdeo secundò.

da

da alia necessaria ad remissionem peccatorum. Illud enim plurimum valet ad remittenda peccata; sed si adsit pœnitentia cum alijs necessario requisitis, & (vt dictum est) peccatorum remissio datur homini propter quæcumque bona opera, sed ea ratione appropriatur huic operi, quo dimittimus alijs peccata, & debita. C

Ad quartum. D. Basil. D. Chrysost. D. Ambros. Theophil. D. Aug. D. Greg. Naz.

Ad quartum. Locus Lucæ iam superius expositus est; lege Basilium q.271. ex breuioribus: Chrysost. homil.33. & 60. ad popul. Ambros. sermone 30. & 31. & in illud cap. 11. Lucę, & Theophil. ibidem: Aug. Psal. 125. Nazian. in orat. cit. & semper intelligendum est, quòd ex conditione operis, & nisi sit impedimentum, & etiam adsint alia necessariò requisita, eleemosyna mundat animam à peccatis, id est, efficax esse remedium ad obtinendam remissionem peccatorum, vt latius dicta Sanctorum exponendo, dicemus.

Tertius error Buceri.

Tertius error est eorum Hæreticorum, qui, vt superius dictum est, docent, solas eleemosynas, vel ea opera quibus proximo iuuamus, esse bona opera; & aliquam uim habere ad consequendam uitam æternam ita docuit Bucerus in cap. 5. Matth. & in lib. de iustificatio. contra Albertum D

Alber. Pign.

Pignium: quem errorem refert Canis. in corruptelis verbi Dei, cap. 11. Et illorum fundamentum, fuit illud Matth. 25. Vbi solùm cōnumerantur hæc opera præmianda in iudicio. Verùm, & ex scripturis, & ex dictis, & ex his, quæ dicentur, manifestam falsitatem sententiam hanc continere iudicabitur.

Quartus error. Dicentiũ eleemosynā ex opere operato remittere peccata sicut baptisma.

Quartus error est dicentium, eleemosynam ex opere operato, habere vim remittendi peccata sicut Baptismus, & cætera Sacramenta: non quidem quòd existenti, & perseueranti in peccatis, per eleemosynam illa remittantur: sic enim nec Sacramēta remittunt; sed quòd sine obice ita remittantur peccata per eleemosynam, sicut per sacramenta. Quamuis Auctor huius erroris non planè reperiatur. Fundamenta autem, huius sunt rationes positæ in principio quæstionis, in qua intendimus illum præcipuè confutare; pro cuius solutione duo notanda sunt.

Nota primò.

Primum. Quòd eleemosyna dupliciter potest considerari, vno modo (vt dicunt) materialiter, puta ipse actus eleemosynæ, Alio modo formaliter, quatenus imperatur ex charitate propter Deum.

Nota secūdò.

Secundò notandum est. Eleemosynam remittere peccata,

A cata, multipliciter posse intelligi.

Primò instrumentaliter, sicut sacramenta.

Secundò formaliter, sicut dilectió Dei, & contritio, quæ simul cum peccato esse non possunt, sed expellunt illud.

Tertiò, quòd satisfaciat pro peccato, id est, minuat, vel dimittat pœnam peccati.

Quartò tanquā dispositio, & motiuum, per quod Deus per suam misericordiam facienti eleemosynam remittat culpam.

His suppositis, respondeo ad quæsitum per aliquas conclusiones.

Prima conclusio. Eleemosyna neque secundùm substantiam actus, neque formaliter dat gratiam ex opere operato, sicut Sacramenta. Conclusio est de fide, & probatur.

Quoniam nullum aliud opus extra sacramenta sic dat gratiam, vt communiter Theologi in 4.d.15.& 16.

Secundò. Quia à scriptura, & Patribus tribuitur eleemosynæ vis iustificandi, non tanquam alicui signo sensibili, vt tribuitur sacramentis; sed tanquam operi bono ex mi-
B sericordia, & charitate facto; ergo hanc vim trahit eleemosyna ex opere operantis.

Tertiò. Quia materialiter potest fieri ab existenti in peccato mortali, & sic esse cum illo. Formaliter autem sumpta, præsupponit pœnitentiam, & charitatem, quę est forma omnium virtutum, & sic eleemosynæ tunc tribuitur remissio peccatorum.

Secunda conclusio. Eleemosyna secundùm suam substantiam, non est dispositio vltima, & certa, seu infallibilis gratiæ. Explico. Qui est in peccato mortali, si aliud non habeat, quàm dare eleemosynam, nunquam iustificabitur. Conclusio est de fide 1. Corinth. 13. *Si distribuero omnem substantiam meam in cibos pauperum, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.* & ex Concilio Trident. Sess.6. cap.6.& 14. cap.4. *Contritio est vltima dispositio ad gratiam.* Adde quòd multi magni eleemosynarij damnantur de facto.

Tertia conclusio. Eleemosyna secundùm substantiam sumpta, inter omnia opera est optima dispositio vt quis consequatur à Deo, quæ ei desunt, vel quæ necessaria sunt ad consequtionem gratiæ. Explico. Qui est in peccato mortali, & facit eleemosynas, non iustificatur, sed per eleemosynas

Eleemosynæ remittere peccata quadrupliciter intelligitur. Primò. Secundò. Tertiò. Quartò. Prima concl. Eleemosyna neq; secundū substantiā actus, neq; formaliter dat gratiā ex opere operato sicut sacramenta. Conclusio est de fide. Probatur primò. Secundò. Tertiò. Secūda cōcl. Eleemosyna secundū suā substantiā nō est dispositio vltima & certa ad gratiā. Explicatur conclusio. Concl. est de fide. 1.Cor.13. Concil. Trid. Tertia concl. Eleemosyna secundū substantiā sumpta, est optima dispositio vt quis cōsequat à Deo q̄ ei desunt ad consequtionē gratiæ. Explicatur conclusio.

mosynas disponitur, & sunt motiua, quibus Deus illum C
moueat ad contritionem, & amorem sui. Hæc virtus, & vis eleemosynæ habetur ex duobus.

Nota.

Primò ex promissione Dei in scripturis, vt videre est in locis supra citatis.

Secundò concessum est hoc à Deo eleemosynæ, vt ad actum reducat misericordiam, & amorem Dei: Deus enim ex summo amore, quo diligit homines, inclinatur ad remouendas hominum miserias, & indigentias. Omne ergo opus, quo expellitur indigentia proximi, est gratissimum Deo, & conforme præfatæ eius uoluntati. Vnde uiri, qui ex pietate faciunt frequentes eleemosynas propter Deum, ut plurimùm conuertuntur ad Deum, & remissionem, peccatorum consequuntur; & hoc intelligit Bañes etiamsi illas frequenter in peccato mortali, ex fragilitate, non ex malitia, aut contemptu. Et in hunc sensum Sancti, & Theologi loquũtur, dum dicunt eleemosynæ inesse uim remittendi peccata, ut Matth. 5. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*. Prouerb. 14. *Qui miseretur pauperum, beatus erit*, & cap. 26. *fœneratur Domino, qui miseretur pauperum*. Et sic intelligendus est D. Th. D
in 4. d. 46 dicens, *quòd disponitur homo per eleemosynam, ad hoc vt pœniteat aliquando*. Imò Caiet. dicit, *quòd eleemosyna spiritualis, per quam offensæ fratrum per reconciliationem remittuntur, habet hoc priuilegium speciale, quòd aliquando illas facientibus Deus remittit peccata*. Quod non infallibiliter, uel certè accipiendum est, sed frequenter, & ut plurimùm. iuxta illud: *Pater vester dimittet vobis peccata vestra, si dimiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.*

Viri qui ex pietate faciũt eleemosynas propter Deũ, vt plurimum conuertutur ad Deum. Bañes. Nota benè. Qũo Sancti intelligant eleemosynam remittere peccata. Matth. 5. Prouerb. 14. Prouerb. 26. D. Tho. Caiet.

Quarta conclusio. Eleemosyna formaliter sumpta, id est, ut ex charitate procedit, est proxima dispositiò gratiæ; quodlibet enim opus ex charitate manãs meritorium est, auget multùm gratiam, conseruat illam, & minuit peccatorum pœnas. Et licet hoc habeant omnia opera meritoria, specialius tamen habent opera misericordiæ. Vnde D. Tho. in 4. d. 15. ar. 2. q. 2. ait, quod inter opera satisfactoria eleemosyna est magis satisfactoria. Lege Aug. super Psal. 102. & 125.

Quarta cõcl. Eleemosyna formaliter sũpta idest, vt ex charitate procedit, est proxima dispositio ad gratiam. D. Tho. D. Aug.

Quinta conclusio. Eleemosyna habet aliquos fructus, seu effectus temporales. Vnde Cyprianus, serm. de eleemosyna, & Chrysost. homil. 42. in Genes. & 34. ad Popul. & homil. 9. de pœnitentia, dicunt eleemosynas habere duos

Quinta cõcl. Eleemosyna habet aliquos fructus tẽporales. D. Cypriã. D. Chry.

fructus

A fructus temporales. Primus est, quòd per eleemosynam multiplicantur opes, & diuitiæ. Quod probat exemplo Viduæ Sareptanæ, quæ parum olei, & farinæ dedit Prophetæ, & ideò illa farina non defecit &c. Item ex eo, quòd Christus uoluit quinque panes, & duos pisces in manibus Apost. multiplicari, dum alijs dabant. Prouerb. 28. *Qui dat pauperi, non indigebit; Qui despicit deprecantem, penuriam substinebit*, Et ad Hebræ. 9. *Qui autem administrat semen seminanti &c* & Matth. 5. *Respicite volatilia cœli &c.* & cap. 10. *Primùm quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.*

Primus fructus. Eleemosyna multiplicat opes.

Prouer. 28. Heb. 9. Matth. 5. Matth. 10.

Alter effectus est, quòd conseruat, & producit uitam temporalem, & liberat à morte temporali. Quod probatur ex illo Act. 9. de Tabita, quę suscitata est pręcibus eorum, qui ab ea eleemosynam receperunt. Et August. serm. 44. ad fratres in Heremo ait. *se nunquam legisse, facientes eleemosynas mala morte perijsse.*

Secundus fructus est, quòd eleemosyna producit uitā temporalem. Act. 9.

D. Aug. Nota dictū.

D. Greg. lib. 12. Moral. ca. 25. reprehendit illos, qui eleemosynam faciunt propter hunc finem, ut diutius uiuant, *quoniam* (ait) *vnicuique præstitutus est in præscientia Dei* B *proprius finis, qui mutari non potest, nisi fortè Deus bonis operibus constituerit vitam longam, pessimis autem breuem.*

D. Greg.

Ex his quæ dicta sunt, planissima patet responsio ad argumenta facta in principio quæstionis. Verùm singulis etiam sigillatim satisfaciamus.

Ad primum ex scripturis, & ad secundum ex dictis Patrum, iam responsum est, quòd eleemosyna ante iustificationem habet vim impetrandi, & merendi de congruo iustificationem. In homine verò iam iusto si fiat ex charitate auget ipsam iustitiam; & meretur de condigno vitam æternam, & est opus satisfactorium pro pœna debita peccato, ipsi iusto post remissionem culpæ.

Ad primum.

Adde, quòd neque infallibiliter iustificatio coniuncta est cùm eleemosyna, sicut est coniuncta cùm alijs actibus bonis, puta charitatis, pœnitentiæ, & martyrij. Nam constat esse peccatores grauissimos, qui tamen faciunt largas eleemosynas.

Iustificatio non est infallibiliter coniuncta cum eleemosyna.

Ad secundum. Dicimus, quòd Patres attribuunt effectus illos remissionis peccatorum, & consequutionis Beatitudinis eleemosynæ, solùm secundùm quandam communem rationem, ut est tantùm quoddam bonum opus, & sic ei tribuuntur, vt connumeratur cæteris bonis operibus, ut

Ad secundū. Quomodo Patres effectus remissionis peccatorū, tribuant eleemosynæ.

Ei Prouerb.

Prouerb.2. Prouerb.16. Math 5. Act. 10. D. Cypria.

Prou. secundo. *Misericordia, & fide purgantur peccata,* & C
cap.16. *Misericordia, & iniquitate redimitur iniquitas,* &
Matth. 5. Non soli misericordiæ promittitur Beatitudo,
sed alijs virtutibus, & Act. 10. Cornelio dicitur, *Orationes
tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt ad Deum,* &c. Et inter
Patres, Cyprianus sermonem illum habuit non solùm de
eleemosyna; sed etiam de alijs bonis operibus: licet inter
ea multùm commendet eleemosynam. Vnde sermonem
concludit, tribuendo omnes illos effectus, de quibus erat
loquutus, bonis operibus.

Nota. Propter multas causas tribuitur aliquando eleemosynæ remissio peccatorum. Prima causa.

At uerò aliquando tribuuntur hi effectus misericordiæ, & eleemosynæ, tanquam eis maximè proprij, propter multas causas. Prima est, quia eleemosyna eo ipso quòd est actus misericordiæ, est etiam ex proprio genere actus charitatis erga proximum, & actus valdè perfectus: quia consistit non modò in affectu, sed etiam in opere, dùm subuenitur proximo, cùm maximè indiget; charitati autem tribuuntur illi effectus tanquam maximè proprij charitatis. Et licet hi effectus sint maximè proprij charitatis in Deū; tamen quia charitas comprehendit etiam amorem proximi; Imò charitas in Deum præcipuè manifestatur in dilectione proximi, iuxta illud Ioan. quarto: *Qui non diligit fratrem suum, quomodo diliget Deum quem non videt?* Idcirco huiusmodi effectus, id est, remissio peccatorum, & consequutio Beatitudinis, tribuuntur huic actui charitatis in proximum, id est, eleemosynę, tanquam maximè eius proprij. ob quam rationem sępe etiam in scripturis, ea quæ dicenda essent maximè de charitate in vniuersum, & maximè de charitate in Deum, dicuntur de charitate in poximum. Nam ad Rom. 13. In hac dilectione proximi (ait Apost.) omnem Beatitudinem sitam esse: & prima Corin. 13. Commendans charitatem super omnia, uidetur solùm loqui de charitate proximi, de qua accipienda sunt omnia illa: *Charitas patiens est, benigna est, &c.* & commendans Christus charitatē Io. 13. & 15. agit de charitate Proximi. D

Ioan. 4. Rom. 13. 1. Cor. 13. Ioā. 13. & 15.

Secunda causa.

Secunda ratio est, quia per eleemosynam quis alteri miseretur, & de suo tribuit indigenti, uel remittit alteri debitum. Quare hoc ipso videtur mereri, vt idem sibi præstetur ab alio; quod non solùm ipsa ratio naturalis docet, sed etiam lex Christi, qui dicit, *Date, & dabitur vobis, dimittite, et dimittemini: Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Qui aūt eleemosynā dant pauperi, maximè videntur

id

A id à Deo recipere, cùm à pauperibus quibus dant, nihil recipere possint. Et quoniam eis datur ex amore Dei, & vt sunt eius creaturæ; cùmque Deo principaliter dentur eleemosynæ; ideò ab eo retributio expectari debet. Vnde Chrys. comparans opus eleemosynę cum suscitatione mortui, dicit *illud esse maius, quia per eleemosynam confertur beneficium Deo; per hanc verò recipitur*; & communiter dicunt Patres, eleemosynas Deo, & Christo dari. Debet etiam hæc retributio fieri non de bonis temporalibus, sed spiritualibus, ne homines spe temporalis retributionis moueantur ad dandas illas, & quia à Deo ea expectanda sunt bona, quę eius decent magnificentiam, & dignitatem, qualia sunt bona spiritualia.

D Chrysost. Opus eleemosynæ est maius quàm suscitatio mortuorum.

Tertia ratio. Quia qui dant eleemosynas, multiplicāt sibi apud Deum intercessores, ut Act. 9. & Luc. 11. Vnde dare bonis, & Sāctis hominibns eleemosynas, melius erit. Sic Chrysost. intellexit illum locum Matth. *Qui recipit Prophetam* (idest, iustum) *mercedem Prophetæ accipiet*, id est, fiet particeps operum iusti; & affert illud ad Corint. 8. *In hoc tempore, uestra abundantia, illorum inopiam suppleat.*

Tertia causa.

Lucæ 11. D. Chrys. Matth. Quid est, mercedem Prophetæ accipere.

B Quamquam etiam & hi, qui malis dant eleemosynas, non careant hoc auxilio. Nam loco ipsorum, qui eas accipiūt, ipsemet eleemosynæ intercedent apud Deum. Ita Chrys. hom. 33. ad Popul. & 7. & 9. de pœnit. & Psal. 48. docet, *Eos qui nos in æterna tabernacula recipiunt, esse ipsas eleemosynas*, vt habetur Act. 10. de eleemosyna Cornelij.

D. Chrys.

Act. 10.

Ex his colligitur formalis respōsio ad Patres. Tribuitur enim eleemosvnæ remissio peccatorum, vt est opus misericordiæ, & chritatis: quocirca non ex opere operato, & sensibili signo, sed ex opere operātis, atq; id (nisi aliud impedimentum sit) ex actu ipso misericordiæ efficitur. Ea verò comparatio inter Baptismum, & eleemosynam, illud sibi vult, scilicet per Baptismum remitti peccata sine alia satisfactione, & laboriosa pœnitentia; at post Baptismum non remitti, nisi per bona opera, & labores, inter quæ opera principem locum obtinet eleemosyna.

Respondetur ad Sanctos Patres.

Ad tertium. Dicimus, diuersam esse rōnem Martirij, & & eleemosynæ. Martyrium enim hoc habet ex priuilegio speciali, dicēte Dño: *Qui me confessus fuerit coràm hoībus, confitebor et ego eum coràm Patre meo;* cùm sit Baptismus sanguinis, ut cōiter Scholast. in 4. d. 3. & Cypr. lib. de exhortatione ad martyrium, & lib. 4. epist. 2. ad Antonianū, Tertull.

Ad tertium. Martyriū ex priuilegio speciali hēt, ut remittat peccata. D. Cypr. Tertull.

tull.lib.de Baptis.& Cyril.Hierosol.catechesi.3.Aug.lib.de Baptismo contra Donatistas c.22.& habetur de con sec. d. 4.can.Baptismi vicem,& de fide ad Petrũ li.6. quod refert can. firmissimè de consecr.d.4.& lib.13.de Ciui.Dei c.7.& Bernar.plenè in epist.77.Atq; Vgo li.2.de sacramen.par.6. c.7.Nazian.orat.2.de Epipha.& Cyril.lib. 2. in Leuitic. & Hieron.in illud Ephes.4.*Vna fides, unũ Baptisma*.Et quãuis martyriũ non sit uerè Baptismus,seu sacramentum, vt docet S.Tho.3.par.q.66.non enim babet rõnem signi,nec formam verborum,nec concurrit opus martyrij actiuè ad gratiæ productionẽ,quod ex se facit sacramentũ, sed tantũ dispositiuè nec imprimit characterem: tamen quia per effusionem sanguinis homo assimilatur passioni Christi, ut Apoc.7.Luc.12.& Marc.10.supplet vicẽ Baptismi,sicut & penitẽtię.Adde,qđ posset negari antecedẽs argumẽti.Quia adhuc certũ inter Scholasticos nõ est, martyriũ sine penitentia ex vi operis remittere culpas. Sotus.n. & Martinus Ledesmus, in 4.dist.3.q.vnica,ar.11. docẽt, martyrium tm̃ dare gratiam ex opere operantis, nec per illud cõferri aliũ gradũ gratiæ, nisi illũ qui respondet merito gratiæ martyrum. Vnde D.Paul.dicit, *Si tradidero corpus meũ ita, ut ardeã, charitatẽ autem,* (quę profectò detestationem peccati includit) *non habeã, nihil sum.* Nobis tamẽ probabilior sententia est, martyriũ ex opere operato, primã gratiam conferre, & attritũ ẽt cum imperfecta pœnitentia (dummodo affectũ ad peccatũ non habeat) in martyrio iustificari, & saluari. Ita hẽt expresse D.Th.in 4.d.4.q.3.ar.3.q.3.ad 1.& q.4.per totum;Ioan.maior in 4.d.4.q.3.& Gabr.& alij ibidem.quod ẽt D.Cypr. asserit in epist.ad Iubaianum ijs verbis: *Nunquit potest vis Baptismi esse maior aut potior quàm Confessio? quam passio?* Nam martyriũ pp Deũ necessariò includit dilectionẽ Dei super oĩa iuxta illud Ioan.14. *Maiorẽ charitatẽ nemo habet, quàm ut aĩam suã ponat quis pro amicis suis.* Et pp hũc solũ amorẽ expressum in martyriò, diligit quis à Deo.Vnde cathecumenus consequitur p martyriũ gratiã,ac si Baptizatus fuisset, ut Aug. ad Fortunatũ dicit,& hr̃ can.cathecumenũ,de cõsecr.d.4.In circuncisione uerò quãuis daret gratia;non tñ ex vi operis,sed ex fide in Christũ venturũ; vnde à Paulo appellat *signaculum fidei*, vt D.Tho.3.par.q.70.ar.4.& Scholast. præsertim Soto 4.d.2.q.1.ar.1.atq; hæc de Secundo Lib.dicta sint satis:iam ad tertium librum accedamus.

Cyril. Hiero. D. Aug. D. Bernar. Vgo. Greg. Naziã. D.Cyril. D. Hiero. D. Thom.

Opus martyrij non concurrit actiue ad gratiæ productionẽ, neque imprimit characterem.

Apoch.7. Lucæ 12. Marc. 10. Nota. Sotus. Ledesmus. D. Tho. Gabr. D. Cypria. Ioan.14.

In circuncisione nõ dabatur gratia ex vi operis, sed ex fide in Christũ venturum. D.Thom. Sotus.

RVTILII

A

RVTILII BENZONII ROMANI,

Episcopi Lauretani, & Recanatensis.

LIBER TERTIVS.

De fuga in Bello,

B

IN hoc tertio Libro, non est nobis animus repetere ea, circa fugam personarum Ecclesiasticarum, in persequtione Tyranni, & Hæretici, quæ superius diffusè satis dicta sunt: hoc enim ut ait Tullius, esset eundem cibum variatis tantum coloribus, discumbentibus, non sine magno fastidio degustandum proponere. Sed nouas aliquas in hac materia (Oriente bello etiam iusto, inter Christianos) difficultates proponemus, quibus clarè pateat, num hæ personæ Ecclesiasticæ, hoc calamitoso tempore, non fugere teneantur. Vnica tantùm disputatione in hoc libro contenti erimus, in qua octo quæstiones ventilandæ sunt.

Quod sit propositum auctoris in hoc libro.

Prima erit de natura Belli, eiusq; causa, & effectibus.
Secunda. An bellare sit peccatum?
Tertia. Pleraque dubia circa belli materiã proponentur.

Quarta. An Clerici, tempore belli, fugam possint arripere? C

Quinta. An Papa possit dispensare cum Clerico ad bellandum?

Sexta. Quid Episcopus, seu Prælatus crica personas in duello bellantes agere teneatur?

Septima. An Ciues Catholici, teneantur fugere, & deserere Ciuitates quas hæreticus potens inuaserit, & occupauerit, & ad Catholica loca se se recipere?

Octaua, & vltima. An populus Christianus, debeat se opponere pro uiribus, armisq; illi Hæretico, cui aliàs (seclusa hæresi) iure successionis, regnum deberetur?

QVAESTIO PRIMA.

Quid sit Bellum, quæ causa, & quis effectus eius?

Quid sit bellum. Bellũ in quo differat à prælio.

BELLVM (vt ab ipsius nomine incipiamus) *Hostium discordia est mutuo sibi ipsis arma inferentium*. Differt autem à prælio. Hoc enim *est ipsemet Hostium conflictus*: vnde prelium a premendo dictum est eò quòd hostem premat. Etsi prælium pugna etiam quandoque nominetur. D

Plinius. Pugna vnde dicta sit.

Hæc differentia desumpta est ex Plinio cùm ait: *Populum Romanum nullo bello, multis verò prælijs fuisse superatum*. Pugna autem, à pugno nomen accepit, quoniam dimicantes, eò quòd ferrea arma non haberent, strictis compressisque manibus, concluso pugno se ipsos percuterent.

Bellum per antiphrasim dictum est. D. Aug.

D. Hieronymus lib. 3. epistolarum, mansione 33. Bellum sic nominari dicit per antiphrasim, quasi non bellum aut pulchrum, sed malum, & informe. Vnde sicuti Parcæ appellatę sunt à contrario effectu, quasi non parcant, & lucrũ quasi non luceat; sic bellum, quasi non bellum nominatum est. Quod etiam sequuntur D. Aug. & D. Cyprianus, ad Donatum, cuius verba sunt hæc. *Madet orbis mutuo sanguine, et homicidium cùm admittunt singuli, crimen est; virtus vocatur, quia publicè geritur impunitatem sceleribus acquirit, non innocentiæ ratio, sed sæuitiæ magnitudo*. Et profectò non modò non est bonorum hominum bellare, sed

ne

A ne latronum, aut ne hominum quidem. belluarum est iste furor, unde bellum nomen accepit, ut in officijs subsignificat Cicero, & Festus apertè testatur. *Bellum belluarũ est, non hominum.*

Bellum autem, quod est totũ, multas habet partes, quas pugnas appellamus. Vt Cannensis, & Trimensis. In uno autem prælio, multæ pugnæ sunt. Aliquando enim est in cornibus, ad leuam, & sinistram, aliquando in medio, quandoq; etiam in extrema parte geritur: quas omnes pugnas, alio uocabulo, alas prælij, vel cornicula nominamus. *In vno bello, multæ sũt pugnæ.*

Bellum igitur totum est quod cernitur armatorum, non vno solùm die, sed multis mensibus, aut annis perdurans. Pugna uno die perdurat: prælium autem, quod pugnę pars est, non die tota, sed vna, duabus, tribus, vel quatuor horis concluditur. *Pugna uno die perdurat. Prælium vna, duabus, uel tribus horis perdurat.*

Hoc igitur bellum, primò duellum appellatum est, cò quòd inter duas partes se mutuò confringentes gereretur, & detracta littera, d. & v. in b. conuersa, duellum, in bellũ fuit commutatum. Nunc autem propriè bellum illud est, quod plurimos habet se ipsos debellantes, duellum verò illud; in quo duæ tantùm personæ ad dimicandum concurrunt: vel si plures sunt, non multi in vnum, sed vnus in B alterum solùm insurgit. *Bellum primò duellum appellatum. Quid propriè sit modò bellum, & quid duellum.*

Et sanè bellum à peccato, & per peccatum incepit. Caro enim quæ mediante gratia, & iustitia originali, in fęlici illo innocentię statu subiecta erat rationi, & hæc Deo, post peccatum, contra spiritum seu rationem rebellauit: hæc autem rationis pars superior, in Deum quoque insurrexit. Hinc animalia cuncta oblita humanæ seruitutis, contra homines ex aduerso pugnarunt, & homines inter se ipsos, Caim incipiente, fratrem suum Abel iustum enecante. *Bellum per peccatum incæpit. Quot rebelliones post peccatũ subsequtæ sunt.*

Quod autem contra hominum naturam sit prælium, & à peccato tantùm dimanauerit, patet ex Clemente Romano, qui lib. 2. recog. contra Simonem Magum bellicum canentem sic ait: *Quod times* (inquit) *crebrò audire de pace? An ignoras quia perfectio legis pax est? ex peccatis enim bella nascuntur, & certamina, vbi autem peccatum non fit? vbi pax est, in disputationibus veritas, in operibus iustitia inuenitur.* Et in commentarijs Tertulliani, lib. de corona militum sic dicitur. *Deus optimus Maximus, hominem ut ad pacem, & beneuolentiam intelligeret se genitum, armis ab ipsa conditione priuauit, dotauit uerò ratione, et oratione, quibus sese tutaretur, controuersias desineret, amicè, & paca-* *Clemens Roma.*

catè, si quæ incidcrent aliquando. C

Bella, & captiuitates, quomodo introducta sint.

Iustinanus ipse, bella testatur, *Vitio hominum introducta, iure secundario captiuitates sequtas, quæ sunt naturali iure contrariæ.* Marcus item Tullius, qui tantum sibi laudis usurpat, ut se semper pacis authorem, pacis alumnum iactitet, epist. ad Marcellum, bellum non probat nisi: *Faustum, & necessarium, cùm nulla nisi in armis relinquitur spes salutis.* Quòd si ab eo petas rationem statim respondet: *Quoniam in bellis omnia sunt luctuosa, & misera.* Atque illud miserius, quod uictoria sæpius deuoluitur ad nequiores, vel si ad meliores, non rarò reddit insolentiores. *Non mirum est ergo* (inquit) *si lanianam, et carnificiã hominum, commune multorum homicidium, et latrocinium sit, quomodo bellum definitur.*

Cicero.

In bellis omnia sunt misera.

Nota dictum.

Bellum gerere pro causa iusta, est bonum.

Hugo Caren.
D. Greg.
D. Bernar.
D. Aug.
Klingius.

Pro iusta quidem causa bellum gerere, bonum est, & nemo dubitat. Sic habent Hugo Carensis, D. Gregor. D. Bernardus, & D. August. de verbis Apostoli. Item in quęst. epist. ad Bonifacium, & lib. contra Faustum 27. à cap. 74. vsque ad 79. & epist. ad Marcellinum, quę est lib. 5. epist. & habetur fusè in decretis, causa 23. q. 2. can. noli, & sequentibus. & causa 23. q. 8. can. de Episcopis. Quod etiã asserit Klingius lib. 5. cap. 35. in ea quæst. An Christiano liceat in Turcas bellũ mouere. & D. Thom. 2. 2. q. 4. ar. 2. & D. Antoni. 3. par. titu. 4. de militibus, & multiplici bello, Alphonsus de Castro, lib. 3. aduersus hęreses, verbo bellum, Soto li. 4. de Iust. & iure. & Sixtus Senen. in sua Biblio. annot. 115. & 156. aduersus commentationes Ioannis Feri, super illud Matth. *Conuerte gladium tuum in uaginã*: aduersus Erasmum, qui annotatione in cap. 22. Lucæ colligit ad suam sententiam, noluisse Origenem 2. cõtra Celsum, Christianos belligerare; cùm omnes belli conditiones etiam iustissimas condemnet. Verùm illud dolendum est, & sanguineis lachrymis deplorandum, non modò iusta de causa bellum non iniri; sed quod peius est, iniustè, contra rationis ordinem, nulla ratione dictante, nulla necessitate mouente; sed solùm liuore commouente, & inanis gloriæ, ac regnandi cupiditate impellẽte, à principio bella inter homines exorta fuisse. Vnde Salustius in coniuratione Catilinæ ait, *bellorum causam, ipsam regnandi, & dominandi libidinem extitisse.* Quod confirmat D. Isidorus lib. 18. originum, siue ethimologiarum, qui *primum publici in mudo belli authorem Ninum Assyriorum Regem Belis filium* D

D. Tho.
D. Anton.
Alfon. à Cast.
Sotus.
Sixtus Senen.

Nota contra Erasmum.

Origen.

Salustius.

Bellorum causa, ipsa regnandi libido extitit.

D. Isidor.

Ninus Assyriorum Rex primus finitimis bella intulit.

exti-

A *extitisse ait, qui finibus suis non contentus, humanæ Societatis fœdus irrumpens, exercitus ducere, aliena uastare, liberos populos aut trucidare, aut subijcere, vniuersamque Asiam vsque ad fines Lybiæ noua seruitute perdomuit.*

Sic ait etiam Diodorus Siculus, lib. 3. D. Hieronymus in 2. cap. Oseæ. D. Aug. lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 6. & lib. 16. cap. 17. & lib. 18. cap. 22. Iustinus lib. 1. eius verba sunt hæc. *Ante Ninum, fines Imperij tueri magis, quàm proferre mos erat. Intra suam cuiq; patriam regna finiebantur. Primus omnium Ninus Rex Assyriorum, veterum, & quasi auitum gentium morem, noua Imperij cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimis, & rudes adhuc ad resistendum populos, ad Lybiæ terminos vsque perdomuit. Domitis enim primò proximis, cum accessione virium, ad alios fortè transiret, & proxima quæque uictoria, instrumentum insequentis esset, totius Orientis populos subegit, cuius Regnum (quousq; transferretur ad Medos) mille ducentis, & quadraginta annis perdurauit.*

Diodor. Sicu. D. Hieron. D. Aug. Iustinus.

Varij populi à Nino Rege superati, & subacti.

Sed quid de Mithridatis Asiæ Regis crudelitate, & regnandi pariter cupiditate dicemus? Hic ut Romano poti-B retur Imperio, eorumque uim cupiens eneruare: inani elatus gloria, maxima crudelitate coniuncta, publico ædicto Romanos omnes Asiam percurrentes, & in ea commorantes, uno die interimi iussit, quod & factum est. *Quàm quæso* (inquit Aug.) *illa miserabilis rerum facies erat, subitò quemque vbicunq; fuisset inuentus, in agro, in via, in Oppido, in domo, in vico, in foro, in templo, in lecto, in conuiuio, inopinatè, atque impiè fuisse trucidatum? quis gemitus morientium, quæ lachrymæ spectantium, fortasse etiam ferientium fuerunt, quàm dura necessitas hospitum, non solùm uidendi nefarias illas cædes domi suæ, verum etiam perpetrandi. Ab illa blãda comitate humanitatis, repentè commutatis vultibus, ad hostile negotium in pace peragendum, mutuis (ut ita dicam) omninò vulneribus cùm percussus in corpore, & percussor in animo feriretur,* hæc Aug.

Mitridatis Regis crudelitas. Aug. lib. 3. de Ciu. Dei. c. 22.

Mira crudelitas describitur ab Aug.

Sed nunquid bellorum mala, ijs tantùm finibus coarctantur? Minimè: imò verò (ut de Romano loquamur Imperio) Roma quæ duello fundata fuit, & latrocinijs, & iniustis deprædationibus, & prælijs aucta, toto Romani Imperij tempore, non nisi armis, non nisi bello perdurauit. Romulus enim (à quo Roma nomen habuit) post Vrbem conditam, cùm ipsam vellet gentium multitudine

Roma duello fundata fuit, latrocinijs creuit, & nõ alio nisi bellis perdurauit.

ampliare, Sabinos petiuit, eorumque fœminas ferrea vi cō- C prehensas abripuit. Quod in causa fuit vt inter ipsum, hominesque Sabinos, qui captum vlcisci, & raptas eripere volebant, crudum, ac sanguinolentum prælium intercederet. Cuius execrandum facinus, Propertius libro 2. sic scribit.

Romulus fœminas Sabinas rapuit, & præliorum causa fuit.

Propertius.

Cur exempla petam Graium? tu criminis auctor,
Nutritus duro Romule lacte Lupæ.
Tu rapere intactas docuisti impune Sabinas,
Per te nunc Romæ quid liber audet amor?

Variæ ciuiles discordiæ narrantur.

Aug. lib. 3. de Ciuit. Dei. ca. 24.

Sed quid de Ciuilibus discordijs dicam? *Gracchiæ dissensiones, Ciuiles discordias Romæ excitarunt,* (vt ait Aug.) *Hi enim cùm uellent agros Populo diuidere quas nobilitas possidebat, propter hoc exorta sunt funera, & primus Gracchus occisus est, & Postea secundus. Postmodum Lucius Opimius Consul, iniuriarum sibi illatarum memor, iudiciaria inquisitione, post multam Ciuium stragē factam, tria milia hominum occidisse perhibetur. Ex quo intelligi poterit, quantam multitudinem mortuorum habere potuerit turbidus conflictus armorum, quando tantam habuit iudiciorū uelut examinata conditio. Percussor autem ipsius Gracchi,* D *quantum ipsius caput graue erat, tanto auri pondere Consuli vendidit.* hæc August. qui eodem libro, cap. 30. sic dicit. *crudelia bella Ciuilia, omnibus bellis hostilibus, auctoribus etiam eorum fatentibus, amariora. A Mariano bello, ad bella Sertorij, et Catilinæ, quorum a Sylla fuerat ille proscriptus, ille nutritus, Inde ad Lepidi & Catuli bellum, quorū alter gesta Syllana rescindere, alter defendere cupiebat: Deinde ad Pompei, & Cæsaris: quorum Pompeus sectator Syllæ fuerat, Cæsar autem Pompei potentiam non ferebat. Hinc ad alium Cæsarē, qui post Augustus appellatus est, peruenerunt, usque ad tempus Christi.* Et lib. 19. cap. 7. bellorū miseriam describens sic dicit. *Sed hoc quanta strage hominū, quanta effusione humani sanguinis comparatum est Quibus transactis, non est tamen eorum malorum finita miseria. quamuis enim non defuerint, neque hostes desint, externę nationis contra quas semper bella gesta sunt, & geruntur, tamē ipsa Imperij latitudo peperit prioris generis bella, socialia scilicet, & Ciuilia, quibus miserabiliter quatitur genus humanum, siue cùm belligeratur, ut aliquando conquiescat, siue cùm timetur, nè rursus exurgat. Quorum malorum, multas, et multiplices clades duras, & diras necessitates, si ut dignum*

Lib. de Ciuit. cap. 30.

Bellorum miseria describitur.

A *gnum est, eloqui uelim: quamquam nequaquam sicut res postulat, possim: quis erit prolixæ disputationis modus?*

D. Hiero. Hiero. li. j. episto. in Epitap. Nepotiani ad Heliodorum.

Horret animus (inquit Hieronymus) *temporum nostrorum ruinas prosequi. Viginti, & eo amplius anni sunt, quòd inter Constantinopolim, & alpes Iulias, quotidie Romanus sanguis effunditur: Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Thessalonicam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctasq; Pannonias, Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomanni, vastant, trahunt, rapiunt. Quot matronæ, quot virgines Dei, & ingenua nobiliaq; corpora, his belluis fuere ludibrio? capti Episcopi, interfecti Præsbyteri, & diuersorum officia Clericorũ, subuersæ Ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati equi, Martyrum effossæ reliquiæ. Vbique luctus, vbique genitus, & plurima mortis imago.* Et paulo inferius. *Ecce* (inquit) *tibi anno præterito, ex vltimis Caucasi rupibus immissi in nos non iam Arabiæ, sed Septentrionis lupi, tantas breui Prouincias percurrerunt. Quot monasteria capta? quantæ fluuiorum aquæ humano cruore mutatæ sunt? Obsessa Antiochia, & Vrbes reliquæ, quas Halis, Cydnus, Orontes, Euphratesq; præterfluunt. Tracti greges captiuorum: Arabia Phœnice, Palæstina, Aegyptus timore captiuæ. Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum, ferrea vox, omnia pœnarum percurrere nomina possim. Neque enim historiam proposui scribere, sed nostras breuiter flere miserias.* Hæc Hieronymus.

Nota varia bella.

Bellorum nefanda mala.

B

D. Aug. Lib. 3. de Ciu. Dei. c. 27.

Illo bello Mariano, atque Syllano (inquit Augustinus) *exceptis his qui foris in acie ceciderunt, in ipsa quoque Vrbe, cadaueribus uici, plateæ, fora, theatra, templa completa sunt; vt difficile iudicaretur, quando victores plus funerum ediderint, vtrum prius vt vincerent, an postea quia uicissent.* Et idem lib. 3. de Ciuit. Dei, ad Marcellum c. 25. de æde concordiæ ex Senatu consulto in loco seditionum, & cædium condita sic ait. *Quid hoc aliud fuit quàm irrisio Deorum? Illi Deæ templum cõstituere, quæ si esset in Ciuitate, non tantis dissensionibus dilacerata corrueret? nisi fortè sceleris huius rea Concordia, quia deseruerat animos Ciuium, meruit in alia æde, tanquam in carcere includi. Cur enim si rebus gestis congruere voluerunt, non ibi ædem Discordiæ fabricarunt? An vlla ratio redditur cur Concordia Dea sit, & Discordia Dea non sit, vt secundum Labeonis distinctionem, bona sit ista, illa verò mala? Nec ipse aliud sequtus videtur;*

Cur cõcordiæ ædem Romã extra ædificarunt.

Labeon.

Romæ dicata sunt tẽpla Febri, & Saluti.

tur; quàm quod aduertit, Romæ etiam Febri, sicut Saluti, templum constitutum. Eo igitur modo nõ tantum concordiæ, verum etiam discordiæ constitui debuit. Periculosi itaque Romani, tam mala Dea irata viuere voluerunt, nec Troianum excidium recoluerunt, originem ab eius offensione habuisse. Ipsa quippe, quia inter Deos non fuerat inuitata; trium Dearum litem, aurei mali suppositione, commentata est. Unde rixa numinum & venus victrix, et rapta Helena, & Troia deleta est. Quapropter si fortè indignata, quòd inter Deos in urbe, nullum templum habere meruit, ideò iam turbat tantis tumultibus Ciuitatem, quantò atrocius potuit irritari, cùm in loco illius cædis, hoc est in loco sui operis, aduersariæ suæ constitutam ædem esse viderit. Hæc August. C

Nota.

D. Aug.

Quæ & si fabulosè commentata, atque inuenta fuerint, & si reuera templum illud, eo in loco perstiterit; non modicam tamen nobis hoc facto veritatis cognitionem attulerunt, dum concordiam extra mittentes tãquam exulem patria, perpetuo se discordiæ pacis contrariæ, tradebant obsequio. Hinc igitur orta bella crescebant, & priuatis publicisque nascentibus odijs, augebantur. Hinc variæ discordiæ, pugnæ multæ, bella cruenta, & omni plena crudelitate. Alij enim comprehensi, medij dissecabantur, alij transfixi hastis, suplimes mortui ducebantur, & immaniter in frustra scisi, spectandi populo proponebantur. D

Tertull. Lactan. Firm. Aelius Lãpri. Ambr. Marc.

Quidam (ut Tertullianus in Apollogia aduersus gentes, Lactantius Firmian. lib. 1. cap. 21. Aelius Lampridius, & Ambrosius Marcellinus lib. 27. dicunt) *sæui quondam, ac truces, debellatis occisisq; inimicis, ostijs captiuorum Bellonæ Deæ litabant, & Marti humanum sanguinem, in capitum ossibus, uel caluarijs* (extracto tunc cerebro) *bibebant*.

Bellonæ Deæ immane sacrificium. Varia bella describuntur.

Sed quot, quantaque prelia mundo miserrima extitere? *Quanta prælia* (inquit Chrysostomus) *& quas opiniones accepimus præliorum? Huni in Alanos, Alani in Gothos, Gothi in Taifalos, & Sarmatas, insurrexerunt. Nos quoque in Illyrico exules Patria, Gothorum exilia fecerunt, & nondum est finis. Quæ omnium fames, lues pariter boum, atque hominum, cæterique pecoris, ut etiam nos qui bellum non pertulimus, debellatis tamen pares non fecerit pestilentia.*

Chrys. lib. 10. in cap. 21. Luce tomo 5.

Bellum inter Iudæos, & gẽtiles semper fuit irreconciliabile.

D. Athanas.

Athanasius, lib. de Incarnatione verbi, non longe à fine, docet, inter Iudeos, & gentiles bellũ semper irreconciliabile fuisse: eius verba sunt hæc. *Quis unqam talis Rex fuit uel in Israel, uel in Iuda, dicant Iudæi (inquisitione facta) in*

quo

A *quò spem suam omnes gentes constituerunt, ac pacem tenuere? An non potius undecunque in illos aduersæ, infensæque fuere? Quamdiu enim stetit Hierusalem, bellum irreconciliabile illis fuit, pugnatumq; ab omnibus contra Hierusalem. Assyrijs quidem affligentibus, persequentibus uerò Aegyptijs, Babylonijs inuadentibus, et quod magis admirere, Syros conterminos hostes aduersus se belligerantes habuerunt. Nonne Dauid contra Moabitas bellum gessit? Syros excidit? Iosias sibi à vicinis cauit, Ezechias timuit arrogantiā Senacherib, contra Mosen Amalechus copias eduxit, Amorrhæi Iesu naue infesti fuerunt, qui Hierico incolebant, contra eum in acie steterunt, & prorsus nulla amicitiæ fædera, gentibus cum Hierusalem intercedere potuerunt.* Et inferius ferè in fine libri. *Olim* (inquit) *idololatriæ dediti Græci simul & Barbari, mutua inter se bella suscipiebant, crudelesq; in cognatos fuere, neque erat vt quisque uel per terram, uel per mare tutò commearet, nisi armata manu, ob bella inter ipsos prorsus irreconciliabilia.* Hæc Athanasius.

Varia Iudæorum, & gentilium bella.

Ex cuius uerbis, quāta sit hominus rabies, & feralis crudelitas demonstratur. Morem enim prælia mouentium B Aug. ex Cæsare, lib. 1. cap. 5. tomo 4. sic describit. *Rapi virgines, pueros, diuelli liberos à parentum complexu, matres familiaram pati quæ à victoribus collibuissent. Fana atque domos spoliari, eadem atque incendia fieri, postremò armis, cadaueribus, cruore atque luctu omnia compleri.*

Iniquitates, & mala quæ bella mouentes operati sunt.

Sed quot (quæso) & quanta bella, hominum sæuiente ira, per orbem peracta sunt? A quibus, & quanto tempore urens hæc flamma perdurauit?

Bellum Piraticum à Pompeo.

Bellum punicum tertium à Scipione incredibili celeritate confectum est.

Bellum punicum secundum, cum maximis detrimentis, & calamitatibus Reipublicæ per annos 18. Romanas uires extenuauit, & penè consumpsit. In quibus punicis bellis, septuaginta fermè Romanorum millia ceciderunt.

Bellum verò Mithridaticum magnum, atque difficile, & (teste eloquentiæ Patre) *in multa uarietate terra, mariq; uersatum,* per quadraginta annos durauit.

Samniticum per annos quinquaginta viguit: in quo ita Romani uicti sunt, ut sub iugum etiam mitterentur.

Pompeus in Cæsarem mouens aciem, quadraginta millia peditum habuit, equitum in sinistro cornu, septem millia, in

Bella uaria, & quanto tempore durarūt. Bellum Piraticum. Bellum Punicum tertium. Bellum punicum secundū. Bellum Mithridaticum. Bellum Samnaticum. Exercitus numerosi. Pompei exercitus quantus fuerit.

in dextro uerò præter Orientis auxilia, totam vrbis nobilitatem, Senatores, Prætores, Consulares: nec tamen ideò victoria potitus est, sed fracto exercitu, herbam porrexit. C

Cæsar quot milites habuit.

Cæsar suus aduersariust, riginta millia equitum habuisse fertur ab Eutropio, equites non amplius mille.

Athyla quot habuit bellatores.

Athyla Hunnorum Rex, quingenta armatorum millia habuit.

Amurates quāto exercitu præliatus fuerit.

Amuratus Turcarum Rex, cum centum hominum milibus egressus, bis Ponnoniam debellauit, atque perdomuit.

Antiochus quantam manum habuerit.

Antiochus, 300. armatorum millia habuit (vt vult Plutarcus in Ruffo) quibus Romanos inuadens, multo sanguine repleuit.

Dux Sēnonus quot habuit bellatores.

Senonus etiam Brennus dux, 300. hominum milia habuit, qui Romanam primus superbiam nondum quassatam, retudit.

Carthaginenses, quo fuerint militum robore fortificati.

Carthaginenses Romanorum perpetui inimici, Ciciliá cum 70. militum milibus, ducentis triremibus, & mille nauibus inuaserunt. Quos tamen superauit Timoleon Dux Corinthiorum, eorumq; infracta castra, decem desideratis milibus, diripuit. D

Tamburlani exercitus, quātus extiterit.

Tamburlanus Scytharum Rex, Euphratem fluuium cū sexcentis peditum milibus, equitum verò trecentis traiecit. Quo numero Asiam minorem obtinuit, Regem Turcarum Pazaitem captiuum duxit, Scythas, Medos, Albanos, Mesopotamiam, Parthiam, Persiam, & Armęniam sibi subiugauit.

Annibalis copiæ quantæ.

Neque certum est, quantę Annibalis copiæ extiterint: Quidam enim centum milia peditum, & equilum 20. millia fuisse ferunt. Alij ex Gallis atque Liguribus 80. milia peditum, equitumque decem, addita testantur. Hic cùm in Alpibus, triginta millibus præliatorum occumbentium gladio priuaretur; Romanas tamen vires nullo modo timuit, sed eis crudelissima bella indixi.

Darij exercitus innumerabilis.

Darium decies centena milia militum habuisse narrat Plutarchus, qui in Alexandrum commissurus pręlium, sexcenta hominum milia in arenam perduxit.

Xerxes exercitus copiosissimus.

Xerxes Persarū Rex, fęritate summa in Græcos descēdens, septingentis milibus militum, multo effuso sanguine, eorum vires prostrauit.

Sed quot (quæso) innumeris alijs pręlijs, viri bellatores cecidere? Et quidem, vt sacra prælia dimittam, Ladislaus

Pannoniæ

A Pannoniæ Rex, dum in Amuratem Turcarum Regem confligeret,& si uicit; quadringenta tamen millia ex suis victoribus desiderauit.

Ad Cannas, Romanorum quinquaginta milia cæsa sunt: à Sylla ex Marianis viginta millia.

In bello Eduardi quarti Anglorum Regis contra Scotos, perierunt ex Scotis 60.milia; ex alijs, septem milia.

Carolum Martellum Regem Gallorum, Abidiramum Visigothorum Regẽ (qui in Galliam hostiliter irruperat) ad Burgadalam domuisse ferunt, & totum exercitum hominum 380.millium ferro prostrauisse.

Sub Ariouisto Duce, à Cæsare 80. Germanorum millia ceciderunt.

A Britannis quoque, 70. Romanorum millia, Petilio, & Suetonio Ducibus (ut Cornel. Tacit. affirmat) perierunt.

Prætermitto Magnum illum Alexandrum Philippi ex Olympiade filium, ex factis magni nomẽ habentem, Thebanas, Dariacas, Persicasque ipsius victorias reticeo.

Arsacis de Parthis victorias habitas taceo, Cyrias de Astyage palmas non numero, Prætermitto Cleomenem,
B Demetrium Poliouetem, Ceneum Thessalum inuulnerabilem, Epaminundam Thebanorum Principem, eorumq; palmas reticeo. Arturum Britanniæ Regem singularis fortitudinis hominem nõ narro; cùm eo solum facto, eius strenuitas non leuiter cognoscatur, quòd quadringentos, & sexaginta viros, solus ipse in prælio interfecerit.

Hęc mala, & incommoda, has strages, & interneciones; sola regnandi cupido, sola nominis gloria, & æstimatio, pepererunt. prælijs augere putabant imperium finesque ipsius extendere, & non magis uirtutibus, & animi moderatione. Illò gladio pertingebant, quò laudum, virtutumque sublimitate peruenire posse desperabant. Nec mirum, si belluis in pace manentibus (quod erat ab earum natura alienum) belluarum ij færitate induti, nulla ratione dictante, sed liuore tantùm, vel superbia impellente, mutuo se cruentis bellis confecerint.

Hæc ob inanem gloriam vidimus confecta bella: pro mulieribus verò, quas clades, ac discordias sequtas numerabimus?

Dina, ut à sacris incipiamus, filia Iacob, cùm à Sichem Ciuitatis Principe raperetur, ira commoti fratres, quadam die vrbem ingressi, strictis mucronibus, vniuersam ter-

Ladislaus quot habuerit pliatores. Sylla quot Romanorum profligauerit. In bello Eduardi, quot perierunt. Carolus Martellus, quot proflegauit. Ariouistus quot deuicit. Britanni quot Romanorum occiderint. Cornel. Tacit. Alexãder Magnus quot uictorias habuerit. Varia alia bella.

Homines quò uirtutibus puenire nequibant, eò gladio pertingebant.

Bella uaria propter mulieres exorta, & quot strages exortę

ram Ciuium ſanguine inebriarunt. C

Cleopatra inter Ptolemæum Philopatorē patrem ſuū, & Alexandrum Syriæ Regem belli ſęuiſſimi cauſa fuit.

Propter Lauiniam Latini Regis,& Amatę filiam,inter Aeneam,& Turnum,magnum bellum exortum eſt. cuius factum Pontanus lib.4.de ſtellis,ſic ait.

Pontanus.

Hinc atrox bellum exoritur, pro coniuge certat
Hinc Rutulū manus, hinc fulgentibus Arcades armis
Ac tandem Victor potitur Regnoq́ toroq́,
Sed fato cadit infœlix, caua ad antra Numyci.

Græci in Troianos ob Helenę raptum 886.bellatorum millia in arenam proiecerunt, nec non miſerandam Troiam flammis concremarunt.de quo Propertius ait. lib.2.

Olim mirabar, quòd tanti ad Pergama Belli,
Europæ, atq; Aſiæ cauſa puella fuit.

Ouidi.

Et libro 2.ſic ſcribit.

His olim (ut fama eſt) uicijs ad prælia uentum eſt.
His Troiana uides funera principijs.

Et Ouidius libro 1.Elegiarum,inquit.

Qualis ab Europa Phrigijs aduecta carinis,
Coniugibus belli cauſa duobus erat.

Sed prẹliorum,& malorum cauſam,ſequētibus Ouidij, & Pamphili Saxi carminibus cōcludamus. Ouidius enim mala quæ mulieribus acciderunt, lib. 2. elegiarum paucis his verſibus narrat. D

Ouidi.

Nec belli eſt noua cura mei, niſi rapta fuiſſet
Tyndaris, Europæ pax Aſiæq́ foret.
Fœmina Syluestres Lapythas, Populumq́ biformem,
Turpiter appoſito uertit in arma mero.
Fœmina Troianos iterum noua bella mouere
Impulit in regno iuſte Latine tuo.
Fœmina Romanos iterum nunc Urbe recenti
Immiſit Soceros, armaq́ ſæua dedit.
Vidi ego pro niuea pugnantes coniuge Tauros,
Spectatrix animos ipſa iuuenca dabat.

Pamphilus.

Et Pamphilus Saxus pulchrè ſic ſcribit.

Baccatum cuperet coniux vt auara monile
Iuit ad infernas Amphiaraus aquas.
Tyndaris ad Phrygij vultum conflexit amantis
Et Meneleæam liquit iniqua domum.
Vertit opes Aſiæ, diſierit mænia Troiæ,
Hectora vulneribus fodit, & Aeacidem.

Fraude

A *Fraude Clytemnestræ clarus mactatur Atrides*
Fraude cædis natæ tu quoque missa tuæ.
Ad Ptolomæam, nam munera transtulit urbem
Cæsaris, & magnæ scepta beata Numæ.
Quæ tenuit Pharium meretrix scelerata Canopum,
Opponens Latijs stridula sistra tubis.
Vincla, faces, ferrum, lætalia spicula, virus,
Sub roseis claudit quæque puella genis.

Ex quibus oibus quanta bellorũ sæua rabies fuerit non obscurè cognoscimus. Quæ oĩa tonsura fuerunt insolentis humani generis (vt ait Tertullianus lib. de anima aduersus Platonem, cap. 14. ijs verbis.) *Inueniemus apud commentarios humanarum antiquitatum, paulatim humanum genus exuberasse, dum ab origine vel vagi, uel extorres, vel gloriosi quique occupant terras, vt Scythæ Particas, ut Menidæ Pelopponnesum, ut Athenienses Asiam, ut Phryges Italiam, & Phœnices Africam. dum solemnes etiam migrationes quas με ικίας appellant, consilio exonerandæ popularitatis, in alios fines examina gentium eructent. Nam & origines nunc in suis sedibus permanent, & alibi amplius gentilitatem fœnerauerunt. Certè ipse orbis in promptu est cultior de die, & instructior pristino. Omnia iam peruia, omnia nota, omnia negotiosa, sollicitudines famosas retrofundi amœnissimi obiterauerunt, Syluas, arua, domuerunt feras, pecora fugauerunt, harenæ seruntur, saxa panguntur, Paludes eliquantur, tantæ urbes, quantæ non casæ quondam: Iam ne Insulæ horrent, nec scopuli terrent, ubique domus, ubique populus, ubique Respublica, ubique uita summum testimonium frequentiæ humanæ. Onerosi sumus mundo, uix nobis elementa sufficiunt, & necessitates arctiores, & querelæ apud oẽs, dum iam nos natura non sustinet. Reuera lues, et fames, et bella, et Voragines Ciuitatum pro remedio deputanda tanquam tonsura insolentis humani generis, & tamen cum eiusmodi secures maximam mortalium uim semel cædant, nunquam restitutionem eius uiuos ex mortuis reducentem post mille annos semel orbis expauit.* Sed de bellis, eorum causis ac malis satis dictum est. Ad alias nunc sequentes difficultates accedamus.

(B, margin at "gines nunc in suis sedibus")

Bella sunt tõsura generis humani. Tertullia.

Humani generis cura, & sollicitudo.

Iã homines sunt mundo onerosi.

Fames & bella sunt remedium insolentiæ humanæ.

C

QVAEST. SECVNDA.

An Bellare sit semper peccatum?

SECVNDO loco videndum est, An bellum gerere sit semper peccatum?

Qua in re hactenus tres hæreses reperio.

Tres hæreses. Prima Manichæorũ, dicẽtiũ omne bellum esse iniustũ, & peccatum mortale. D. Aug. Hæresis prima.

Prima fuit antiquissima Manichæorum dicentium omne bellum esse iniustum & peccatum mortale, & ideò (vt refert Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 74. & sequentibus) omnia bella Moysis, Iosue, Dauid, Gedeonis, atque Saulis condemnabant, vt etiam refert Castro lib. 3. aduersus hære. verbo bellum. Hæresi prima. Hunc errorem tenuit etiam Ioannes Vuicleph, vt refert Tho. Valdensis, lib. de Sacramentalibus. Quem multo tempore soporatum, & veluti sepultum, nostro hoc æuo Erasmus in annotat. super cap. 3. & 22. Lucæ, & in Chiliadibus, in illud; *dulce bellum inexpertis*, excitauit. quibus in locis fusissimè contendit, omne bellum ex sua natura esse peccatum, ac proinde in veteri lege permissum tantùm esse à Deo: sicut libellus repudij: In noua verò lege à Christo omninò prohibitum. D

Secunda hæresis Oecolãpadij, & sequacium, qui non cõdemnãt, omne bellũ, sed quod sit post Christi aduentũ. Melanchthõ.

Secunda Hæresis, fuit Oecolampadij (eodem Castro ibidem referente) & Cornelij Aggrippæ, in lib. de Vanitate scientiarum. cap. 79. & Anabaptistarum (vt ait Melanchthon in suis locis Theologicis.) Quos sequutus est Ioannes Ferus, lib. 4. commentariorum in Matth. super illa verba. *Qui acceperit gladium, gladio peribit*. Hi omnes dicunt non omne bellum esse iniustum, (in quo à Manichæis differunt) Mosen enim, & alios belligerantes in veteri testamento non reprehendunt, sed post Christum cessasse asserunt gladium, secundùm illud, *non exercebuntur ultra ad prælium*; omnemque bellandi artem, tanquam illicitam, & iniustam à Christo interdictam fuisse.

Isa 2.

Tertia hęresis Lutheri, qui interdici tantũ putat bellum Christianis cõtra Turcas. Fundamentũ Lutheri.

Tertia Hæresis fuit Martini Lutheri, qui non omne bellum interdictum putat Christianis, sed tantùm bellum in Turcas. Qua in re (vt notat Castro hæresi secunda) durior, atque atrocior Manichæis censendus est. Si enim Christiano licet aduersus Christianum pugnare, qui fit vt aduersus Turcas non liceat? Existimauit Lutherus, Turcam

A eam esse exequutorem iustitiæ Dei, quo circa dicit nullo pacto ei esse resistendum. Rationes in vniuersum quibus hæ hæreses astruuntur, ac corroborantur, sunt.

Prima est Oecolampadij, ex illo Esa. 2. Vbi sermo est de messia) *Conflabunt gladios suos in vomeres, et Lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, neque exercebuntur vltra ad prælium.* Prima ratio, ad confirmationem harũ hæresum. Isa. 2.

Secunda ex verbis Pauli Rom. 12. *Non vos defendentes charissimi, sed date locum iræ, sicut scriptum est: mihi vindictam, & ego retribuam.* Secunda rõ. Rom. 12.

Tertia ex Matth. 5. *Si quis te percusserit in vna maxilla, præbe ei & alteram. & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: et quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo* &c. cap. 26. *Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit.* Tertia ratio. Matth. 5. Matth. 26.

Quarta ratio sumitur ex dictis aliquorum Patrum, quos citat Erasmus. Origenes enim lib. 2. contra Celsum circa medium dicit, Christum omnia bella sustulisse, & tractatu 7. in Matth. obiter exponens illud Lucæ 22. *qui non habet gladium, vendat tunicam, & emat gladium dicit. Perniciosum esse hunc locum ijs qui carnaliter illum intelligunt. Qui reuera putant tunicam re ipsa vendendam esse ut ematur gladius.* Quarta rõ. Orige. Lucæ. 22.

B Item ex Chrysost. qui sic ait. *Quid est hoc (qui dixerat, si quis te percusserit in dextera gena, vertas ei et aliam: nunc armat discipulos, & solo gladio? Nam si penitus armare decebat, non solum opportebat gladium possidere, sed & scuta & galeas. Sed & simile huiusmodi possiderent arma pro tot insultibus, & insidijs populorum tyrannorum, Urbium, nationum, qualiter ij comparerentur, & ex solo aspectu agminum non contremiscerent nutriti in stagnis, & fluuijs? Non ergo putemus eum iussisse vt gladios possiderẽt, sed per gladios innuit imminentes insidias Iudæorum.* Hæc Chrysost. D. Chrysost.

Item ex illo Basilij super eundem locum, vbi sic ait. *Vel Dominus non iubet portare marsupium, & peram, & emere gladium; sed prædicit futurum, quòd scilicet Apostoli obliti tempore passionis, donorum, & legis Domini, auderent sumere gladios. Sæpius enim scriptura utitur imperatiua Sermonis specie loco prophetiæ In pluribus tamen libris non inuenitur accipiat, tollat, vel emat, sed accipiet, tollet, & emet.* Hæc ille. Atque etiam ex Ambrosio, lib. 10. in Lucam, qui exponens illud; *qui non habet, vendat tunicam, et* D. Basil. D. Ambro.

emat gladium, dicit. *O, Domine, cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? cur haberi præcipis, quem vetas promi? nisi fortè vt sit parata defensio, non vltio necessaria, & videar potuisse vindicari, sed noluisse; lex tamen referire non uetat. Et ideò fortasse Petro duos gladios offerenti, sat est, dicis, quasi licuerit usque ad Euangelium, ut sit in lege æquitatis eruditio, in Euangelio, bonitatis perfectio.* C

Vlt. ratio. Postremò conatur Erasmus id persuadere ex dicto S. Martini (vt refert sulpitius in vita eius) qui Iuliano Imperatori dixit: *Donatiuum tuum militaturus accipiat, ego Christianus sum, mihi pugnare non licet.*

Tertullia. Pro Erasmo etiam adduci posset locus Tertulliani in lib. de Idolatria versus finē, vbi sic ait. *Posset in isto capitulo ēt de militia definitum videri, quæ inter dignitatem & potestatem est. At nunc de isto quæritur, an fidelis ad militiā conuerti possit, & an militia ad fidem admitti, etiam caligata, vel inferior quæque cui non sit necessitas immolationū, vel capitalium iuditiorum. Non conuenit sacramento Diuino & humano, signo Christi, & signo Diaboli, castris lucis, et castris tenebrarum. Non potest una anima duobus deberi Deo, & Cæsari. Et Virgam portauit Moyses, fibulam & Aaron cingitur loro et Ioannes, agmen agit & Iesus naue bellauit & Populus, si placet ludere. Quomodo autem bellauit, imò, quomodo etiam in pace militabis absque gladio quem Dominus abstulit? Nam etsi adierant milites ad Ioannem, & formam obseruationis acceperant, si etiam Centurio crediderat, omnem postea militem Dominus in Petro examinando discinxit. Nullus habitus licitus est apud nos inclito actui adscriptus.* Hæc Tertullianus. D

Nota pulcrū dictum.

Et Idem in lib. de corona militis, post medium sic ait. *Etenim ut ipsam causam coronæ militis aggrediar, puto prius conquirendum, an in totum Christianis militia conueniat. Quale est alioquin de accidentibus retractare, cum præcedentibus culpa sit? credimus ne humanum Sacramentum Diuino superduci licere, & in alium Dominum respondere post Christum, et eierare Patrem, ac matrem, & omnem Proximum quos & lex honorari, & post Deum diligi præcipit? Hos & Euangelium solo Christo pluris non faciens, sic quoque honorabit? Licebit in gladio conuersari, Domino pronunciante, gladio periturum, qui gladio fuerit vsus? Et prælio operabitur filius pacis, cui nec litigare conueniat? Et vincula et carcerem, & tormenta, supplicia administrabit,*

nec

A *nec ſuarum ultor iniuriarum? Iam & Stationes, aut alij magis quàm Chriſto? aut et Dominico die, quando nec Chriſto? Et exultabit pro templis quibus renunciauit? Et cœnabit illic vbi Apoſtolo non placet? Et quos interdiu exorciſmus fugauit, noctibus defenſabit incumbens? Et requieſcet ſuper lunco], quo perfoſſum eſt latus Chriſti? Vexillum quoq; portabit æmulum Chriſti, & ſignum poſtulabit à Principe, qui iam a Deo accepit? Mortuus etiam tuba inquietabitur æneatoris, qui excitari à tuba Angeli expectabat? Et cremabitur ex diſciplina caſtrenſi Chriſtianus, cui cremare non licuit? Cui Chriſtus merita ignis indulſit?* Hæc ille.

Quintò probant etiam ij ſuam ſententiam rationibus. Quarum prima eſt Lutheri. Quoniam inimici, hoſtes, & Turcæ ſunt exequtores Diuinæ Iuſtitiæ, miſſi in nos propter noſtram iniquitatem, ergo reſiſtere illis per bellum, eſt reſiſtere Diuinæ Iuſtitiæ, quod eſt illicitum. *Probatur rationibus. Prima.*

Secunda ratio. Quoniam bellum contrariatur paci, ergo eſt iniuſtum, & iniquum; quod enim opponitur virtuti, & malum, & iniuſtum eſt. *Secunda.*

Tertia. Quia defenſio & arma Chriſtianorum, ſunt B orationes. iuxta illud Eph. 6. *Propterea accipite armaturã Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccinti lumbos ueſtros in ueritate, & induti loricam iuſtitiæ;* Et infra: *Sumite gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Per omnem orationem, & obſecrationem, orantes omni tempore in ſpiritu.* *Tertia.*

Quarta, & vltima ratio peti poſſet ex Tertuliiano, libro aduerſus Iudæos, verſus finem, in titulo de probatione Natiuitatis Chriſti, vbi dicit, omnia præliorum negotia in dolo, & iniuſtitia eſſe ſita, cuius verba ſunt hæc. *Quis enſe accingetur, & non contraria lenitati, & iuſtitiæ exercet, ideſt, dolum, & aſperitatem, & iniuſtitiam, propria ſcilicet negotia præliorum?* *Quarta ex Tertull.*

In contrarium eſt veritas Catholica. In cuius declarationem, aliquas propoſitiones ſubijciemus. *Bellũ duplex eſt, offenſiuũ, & defenſiuũ.*

Eſt autem prænotandum, duplex eſſe bellum, defenſiuum ſcilicet, & offenſiuum. Defenſiuum bellum dicitur, quando quis non aggreditur, ſed aggredientes impugnat: offenſiuum verò, cùm quis potius alterum aggreditur, & inuadit: & de vtroque bello tractandum eſt.

Prima propoſitio. Bellum defenſiuum, ex natura ſua Sanctum, & licitum eſt. Hæc concluſio naturali lumine *Prima concl. Bellum defenſiuum, ex na-*

tura sua sanctum & licitum est.
Ratio conclusionis.

est notissima. Quoniam sicut se habet pars ad partem, ita & totum ad totum; ergo cùm liceat parti, seu particulari ab altero se defendere (& si aliter non potest se defendere nisi vita alterius cumbente, licet eum occidere) ergo multo magis licitum erit Reipublicæ, vt se ab aduersario defendat, bellum inire cum eo, ipsumque occidere. Nec huiusmodi ius naturale per Euangelicam legem ablatum fuit: cùm id quod naturale est, non auferatur per gratiam, sed potius perficiatur, vt ait D. Thom. 1. secundæ q. 107. art. vltimo. C

D. Tho.

Secunda cõcl. Bell in offensiuum licitũ est, seruatis tñ quibusdã conditionibus
Probatur primò ex script. Exod. 32.

Secunda propositio. Bellum offensiuum, ex natura sua licitum est: seruatis tamen quibusdam conditionibus, quas inferius proponemus. Hæc conclusio est catholica, & ponitur contra tres hæreses prędictas. Et primò probatur ex scriptura veteri. Vbi Dominus præcipit præliari, & occidere. Exod. n. 32. cùm Moses uir Dei viso peccato populi, ad radices montis lapideas tabulas in quibus descripta erat lex Dñi confregisset, congregato populo sic dixit: *Si quis est Domini, iungatur mihi. Congregatiq; sunt ad eum omnes filij Leui. Quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Israel.* D
Ponat vir gladium super femur suum. Ite, & redite de porta vsq; ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisq; fratrem & amicum, et proximum suum Quod cùm effecissent, dixit eis: *consecrastis manus vestras Domino.* Vbi videmus, tantùm abesse, ut in illa occisione, & pugna (in qua fere 33. milia hominum cæciderunt) interfectores peccauerint; ut potius manus suas tinctas sanguine, se domino consecrasse, Dei seruus Moyses affirmauerit. Insuper cùm Amalech restitisset Israeli in uia dum pergeret per desertum, pòst multũ temporis, peccati huius memor Dominus, misit Saulem præcepitque ei, ut percuteret Amalech. *Nunc ergo* (inquit) *vade, & percute Amalech, et demolire vniuersa eius. non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice à viro vsq; ad mulierem, et paruulum atq; lactantem &c.* Et quia Saul id non impleuit, a regno deiectus est. Iosue similiter, ex præcepto Dei indixit bellum, Iosue. 1. & Iudi. 3. vbi dicitur: *hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit vt erudiret in eis Israelem, & omnes qui non nouerant bella Chananæorum: et postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi.* Ex quibus omnibus scripturæ locis, non tantùm præliandi permissio conceditur (ut vult Erasmus)

1. Reg. 15.

Iosue. 1.
Iudicum 3.

sed

A sed etiam expressum præceptum Dei ad præliandum demonstratur. Vnde Abraham Gen. 14. de parta victoria cõmendatur, benedictione accepta à Melchisedech. Quod bellum, fuisse Sanctum, & iustum, constat ex Scriptura, & ex D. Ambrosio lib. 2. de Abraham cap. 7. & 8. neq; in hoc est immorandum, cùm à Genesi usque ad Machabæorum libros, his Sanctis, iustisq; prælijs repletam esse scripturã uideamus; quos commendat D. Paulus ad Hæbr. 11. dicens: *Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam &c.* Gen. 14. D. Ambr. Hæbr. 11.

Secundò probatur ex testimonijs noui testamenti. Et præcipuè ex Lucæ 3. Vbi petentibus militibus à Ioanne Baptista quid facturi essent ad salutem consequendam, non eis militiæ artem prohibuit sed ne cuiquam molestiã aliquam vi ferrea inferrent. *Neminem* (inquit) *concutiatis, neq; calumniam faciatis; sed contenti estote stipendijs vestris*. Quo testimonio vtitur Augustinus ad hoc ipsum probandum in Epist. 5. ad Marcellinum, & in serm. 19. de verbis Domini, & lib. 22. contra Faustum, c. 74. & 75. cuius verba refert Gratianus 13. q. 1. Can. *militare*, & Can. Probatur secundo. Lucæ 3. D. Aug.

B *Quid culpatur.*

Anabaptistę huic loco Lucæ dicunt, Ioannem permisisse bellum Iudæis, ut imperfectis; Christum autem aliter docuisse. Sed errant. Quoniam cùm Ioannes veniret præparaturus uiam Domini, non illam tradere debuisset doctrinam, quam mox Dominus erat ablaturus. Hæreticorum r. spon. ad locum Lucæ.

Erasmus dupliciter vim verborum Lucæ subterfugit. Erasmi subterfugium.

Dicit enim primò, Ioannem Baptistam pertinere ad vetus testamẽtum, secundũ illud Matth. 11. *lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem;* Quapropter disseminato, ac vulgato per orbem Euangelio, non licere bellare.

Dicit secundò. verba illa Ioannẽ dixisse militibus, non ut hæc facientes piè, ac sanctè uiuerent, sed ut minus malè uiuerent. Quod etiam sic interpretari uidetur Theophilactus. Matt. 11. Theophil.

Sed contra primam Erasmi responsionẽ dicimus Ioannem Baptistam, magis ad nouum testamentum, quàm ad vetus pertinere, ut ait D. Tho. 2. 2. q. 174. ar. 4. ad 3. & 3. p. q. 38. ar. 1. ad 2. & 2. ad Corinth. 3. Respondetur contra Erasmum primò. D. Tho.

Secundò respondemus, omnes Sanctos Patres, ex hac Ioannis sentẽtia colligere, bella esse licita, etiam in Euangelica lege, ut inferius dicemus. Secundò.

Tertiò. Matth. 22. Tertiò quoniam Christus Dominus ad nouum testamentum pertinere notum est; & tamen Matth. 22. dicit: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* intelligens de illis uectigalibus, quę militibus in stipendiũ traduntur. Quo testimonio vtitur Aug. lib. 22. contra Faustum, cap. 74. ad probandum bella esse licita. C

D. Aug.

Ad secundũ. Ad secundam eius responsionem dicimus, ex præcedentibus verbis Ioannis, colligi non obscurè, eam viuendi regulam, militibus tradere uoluisse, qua benè uiuentes, dignos pœnitentiæ fructus operarentur, dicens: *facite fructus dignos pœnitentiæ: et omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur.* nisi fortè quis impudenter diceret, Ioannem illos decipere verbis illis voluisse.

Ad illud Theophil. Ad Theophylactum verò dicimus, nunquam illum dixisse, Ioannem consuluisse militibus, ut minus malè uiuerent; sed publicanis, & militibus dixisse, vt abstinerent à malo: illi ab exactionibus extortis, ij verò à rapinis.

Quod autem subdit, & publicanis, & militibus præcepisse Ioannem, sufficere eis, vt abstinerent à malo, in hoc Theophylactus errauit. Cuicunque enim præcipitur, non solùm non facere malum; sed etiam facere bonum. Ioannes autem specialiter tria docet milites (vt bene notat Caietanus super Lucam cap. 3.) Primò prohibet violentiam inferre, cùm dicit, *neminem concutiatis.* Secundò fraudem, vel calumniam uitare, verbo vel facto imponendo alicui crimen, & accusando eum falsò apud Principem, vt confiscata ipsorum bona, inter ipsos milites diuidantur. Tertiò, vt *sint contenti stipendijs suis.* In his enim tribus genus militum peccare consueuit. Nam & crebras uiolentias inferunt rusticis, & hominibus alijs, suis viribus, Galumniãtur insuper, & imponunt alijs quæ non fecerũt, ac tandem rarissimi sunt qui suis sint contenti stipendijs. Et quoniam in ijs ij potissimum peccare consueuerant; ideò Ioannes de tribus monet, eosq; erudit. D

Error Theop.

D. Ioãnes tria docet milites.

Caietanus.

Tertiò probatur conclusio principaliter. Castr. Tertiò probatur principaliter conclusio, ex Summis Pontificibus, & Concilijs. Qui non solùm verbis, sed etiã operibus, & factis id comprobarunt, ut narrat Castro loco cit. hæresi 2.

Præliari licitũ esse probaẽ ex multis Concilijs. Concil. Claramont. Et primò quidem in Concilio Claramontano, sub Vrbano II. celebrato, statutum fuit, *ut bellum Turcis indiceretur.* Ex quo statuto, Vrbanus bellum incepit maximo bellantium progressu, cui postea bello (eo cumbente) Paschasius

A fius II. Platina referente, mirificè fauit.

Deinde in Concilio Lateranensi ex nongentorum Patrum cõsessu, Calixtus II. decreuit, *vt primo quoq; tempore, supplementa militiæ iam deficientis, Christianis in Asiam bellum gerentibus subministrarentur*. Quo facto (vt idem Platina scribit) cùm Balduinus Hierosolymorum Rex vires accepisset, Gazim Regem Turcarum minorem Asiã incolentem, bello superauit, & in uincula coniecit. Conc. Laterã. Platina.

In Concilio etiam Veronensi, ex eodem Platina, Lucius Tertius, Christianos principes cohortatus est, ut Christianis pro fide in Asia dimicantibus, adiutrices militares manus proferrent. Conc. Veron.

Roffensis Cardinalis, in suo opere cõtra Babylonicam Lutheri captiuitatem, art. 34. plerosq; alios Pontifices, & Concilia enumerat, vt Lugdunense, Viennense, & alia, quæ generale bellum Mahumetanis indixerunt. Rofen Cardi. Conc. Lugd. Conc. Vienn.

Verùm tria Ecclesiæ decreta huiusmodi rationem ex decretis Conciliorum peritam, debilitare, & infirmare videntur. Primum est decretum Leonis Papæ, in epistola 90. ad Rusticum, seu Russinum, & habetur de Penitentia dist. 5. can Contrarium. *Contrariam* (inquit) *est Ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionem, redire ad militiam sæcularem; cùm Apostolus dicat: Nemo militans Deo, implicat se sæcularibus negotijs. Vnde non est liber à Diaboli laqueis qui se militiæ mundanæ uoluerit implicare*. Varia dicta quæ facere uidentur, & probare, bella nullo modo licere. Primum.

B

Secundum, est ex Concilio Nicæno, & habetur ibidem can. si qui, in quo decernit, ut decennio pęniteant, qui post pœnitentiam ad sæcularem militiam reuertuntur, completo primum triennio quo fuerint inter audientes. Secundum. Conc. Nicen.

Tertium D. Gregorij, eadem dist. cano. falsas, vbi falsam dicit esse pęnitentiam eorum, qui officium quod sine peccato exerceri non potest, ut est militia, non deserunt, & relinqunt. *Bona* (inquit) *quæ iniustè abstulit restituat, arma deponat, vlteriusque non ferat*. Tertium. D. Greg.

Sed hæc, negotium non facessunt. Vnde ad Primum Leonis dicimus; ipsum non prohibere voluisse militiam, cùm ex se non sit mala; sed voluisse eam tantùm prohibere ei, cui ipsa est certissima peccandi occasio: quod non ex militiæ, sed ex hominis vitio prouenit. Ad primum respondetur primò.

Dicimus secundò cum Glosa ibidem, verbo *Ad militiã*, hoc verum esse, non licere scilicet militiam repetere, quando publica vel priuata pœnitentia à Sacerdote pœnitenti iniunctum fuerit, amplius ad militiam non redire, quam Secundò.

pœnitentiam tunc miles seruare tenetur.

Tertiò. Dicimus tertiò. Gregorium nullo pacto voluisse militiam prohibere, cùm subdat: *Vlterius non ferat, nisi consilio Religiosorum Episcoporum, pro defendenda iustitia.*

Ad Concil. respondetur. Ad illud verò Concilij Niceni, clara est responsio. Quoniam tātùm ibi prohibetur militia ijs, qui ob fidei confessionem, à Diocletiano, vel Licinio militari cingulo priuati, illud postea ab eis repetebant, parati negare fidem: vt videre est apud Ruffinum, lib. 10. hist. c. 6. & Zonaram, ac Balsamonem in eum canonem.

Ruffi. Zonar. Balsa.

Quartò probatur concl. D. Ambros. Quartò probatur conclusio auctoritate Sanctorum. Et præter illa quæ superius adducta sunt, legatur D. Ambros. lib. 1. officio. cap. 27. & 29. & cap. 40. & 41. Vbi multa sacræ Scripturæ exempla congerit, quibus iusta Sanctorum bella contra Patriæ inimicos commendat. Et in oratione de obitu Theodosij. D. Augustinus lib. 2. contra Manichæos, & in Epist. ad Bonifatium, quæ est 107. & in sermone de puero Centurionis, vbi sic ait. Si Christiana disciplina omnia bella culparet hoc potius consilium salutis petentibus in Euangelio daretur, vt abijcerent arma, seque militiæ omninò subtraherent. Dictum autem est eis neminem concutiatis, contenti estote stipendijs vestris, quibus proprium stipendium sufficere præcepit, militare non prohibuit. Et lib. 6. quæstionum super Iosue cap. 10. qui locus scriptorum vitio, falsò à D. Tho. citatur ex lib. 83. quæstionum. Legatur D. Chrysost. homil. in Iudæos, gentiles, & hæreticos, de Euangelio: *Nuptiæ factæ sunt* Ioan. 2. in principio, tom. 3. ex varijs, vbi sic ait. *militiam prætexis, & dicis, non possum esse pius. Centurio nonne miles erat? & dicit ad Iesum: non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed dic verbo, & sanabitur Puer meus. et admiratus Iesus ait: Amen Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israel, nihilq; nocuit illi sua militia.* Et Nazianz. orat. 3. de pace, & Greg. lib. 1. Epist. cap. 72. & 73. Videatur etiam D. Bernar. lib. 2. de consideratione: & D. Thom. 2. 2. q. 42. Et Ecchius in pluribus Sermonibus contra Turcas, tomo 3. homiliarum, & Dionysius Rischel Carthusianus, quem citat Castro, in libello quodam de bello Turcis inferendo.

D. Aug. D. Tho. D. Bernar. D. Chrys. Diony. Crisol.

Quintò probatur ex miraculis, quæ ad præliorum Sanctitatis confirmationem facta à Deo sunt. quæ (si bellum fuisset illicitum) nunquam sanè à Domino facta fuissent. Genesis enim 14. cùm Abraham quatuor Reges cum solis trecen-

A trecentis decem,& octo famulis suis debellasset, Melchisedech summus Sacerdos obuiam ei veniens sic benedixit. *Benedictus* (inquit) *Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et Moyses cùm eleuatis manibus deprecaretur Dominum, vt daret Israeli victoriam contra Amalech, eius Dominus orationem exaudiuit,* Exo.17. Præliante insuper Iosue cōtra Amorrhæorum Reges qui habitabant in montanis, in Gabaon eos plaga magna percussit. *Cùmq; fugerent filios Israel, et essent in descensu Bethhoron, Dominus misit super eos lapides magnos vsque ad Azeca, et mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant filij Israel.* Iosue 10. Neque hoc etiam contentus Dominus, ad Iosue vocem, solem obfirmauit. Legimus etiam 2.Machab.10 pro Machabæis dimicasse. *Cùm* (inquit Scriptura) *vehemens pugna esset, apparuerunt aduersarijs de cœlo viri quinque in equis, frænis aureis decori, ducatum Iudæis præstantes: Ex quibus duo, Machabæum medium habentes armis suis circumseptum, incolumem conseruabant: in aduersarios autem, tela, & fulmina iaciebant, ex quo & cæcitate confusi, et repleti perturbatione cadebant.*

Exo. 17. Iosue 10. 2.Machab. 10

B Testatur Eusebius in vita Constantini, Constantinum euidentissimis sibi à Deo ostensis miraculis in bello uicisse: cum Theodosio Sanctum Ioannem,& Philippum pugnasse, contra hostes eius, vt Theodoretus, lib.5.hist.c.24. affirmat. Et Socrates, lib.7.cap.18.pro Theodosio Iuniore contra Saracenos, Angelos pugnasse testatur.

Euseb. Theodore. Socra.

Hispani quoque ex Mauris, D. Iacobo Duce, albo insidente equo, præeunte,& nudato ense (spectantibus omnibus) pro ipsis dimicante, memorabilem victoriam reportarunt. Quo factum fuit, vt Hispania tota, Sanctum hūc Apostolum, maximè semper coluerit, & in Patronum acceperit. Sed qui plura ex ijs videre desiderat, legat D.August.lib.5.de Ciuit. Dei, cap.23. & Gregorium Turonen. lib.2.hist.Francorum.

Hispani patronū habet in prælijs D. Iacobū, quo inuocato hostes aggrediuntur. D Aug. Greg.Turonē

Sextò probatur rationibus. Prima. Quoniam in Ecclesia est instituta Religio, vt contra Christi fidei hostes militetur, ergo sanctum ex se erit præliari. Probatur consequentia; quoniam Ecclesia dum approbat Religionem aliquam, approbat institutum eius; sed institutum huius religionis sic institutę, est contra hostes fidei præliari, ergo. De qua re agit D.Thom.2.2.q.188.art.3.& D. Bernardus

Sextò probat rationibus. Prima. D.Tho.

sermone ad milites templi, cap. 3. & confirmatur omnium Christanorum Principum experientia, qui à Constantino Magno Imperatore ad nostra vsque tempora, consilio, & hortationibus Summorum Pontificum bella in hostes exercuerunt. Imò verò in ipsa Imperatoris coronatione gladius ei datur in manibus, vt intelligat pro fidei defensione in Ecclesiæ inimicos se esse bellum initurum, & uiriliter pugnaturum, sicut olim 2. Mach. 15. à Hieremia Sacerdote summo, Iudæ Machabæo gladium traditum esse legimus.

Cur in Imperatoris coronatione ei gladius traditur.

2 Mach. 15.

Secunda ratio est D. Tho. in 2. 2. q. 40. art. 1. in corp. *Respublica habet facultatem defendendi Ciues proprios ab inimicis internis, castigando interiores malefactores, & perniciosos Ciues, secundùm illud Rom. 13 non sine causa gladium portat, minister enim Dei est, vindex in iram ei qui malè agit*, ergo multo magis habebit potestatem defendendi ipsos ab hostibus externis, gladijs, armisque aduersus eos utendo. Vnde Principibus dictum est in Psalmo. *Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.*

Secunda ratio ex D. Th. Respublica habet auctoritatem defendendi suos Ciues. Rom. 13.

Tertia. *Quoniam finis belli est pax, et securitas Reipublicæ* (ut ait Aug. de verbis Domini, & ad Bonifatium) sed non potest esse securitas in Republica, nisi hostes metu belli coerceantur, ergo.

Tertia ratio ex fine belli. D. Aug.

Quarta, & vltima, ex bono totius orbis. Namque non posset ullo modo orbis in fœlici statu consistere, imò pessima esset rerum omnium conditio, si raptor, & Tyranni impunè iniurias facere possent, bonosq; opprimere, atq; innocentes dilaniare, nec liceret vicissim innocentibus in primò nocentes se conuertere.

Quarta, & vlt. ratio, ex bono orbis.

Ex ijs omnibus rationibus quas adduximus, perspicuũ est, tam in lege naturæ, quàm in lege scripta, atq; etiam in lege Euangelica bellum tam offensiuum, quàm defensiuum, licitum esse. Reliquum nunc est, ut hæreticorum argumentis satisfaciamus: conditiones enim belli, inferius articulo quarto recitabimus.

Ad primum Oecolampadij, ex Isaia 2. Dicimus primò cum Hieronymo ibidem, quòd ibi prædicitur tempus in quo Messias nasciturus erat; fuit enim tunc maxima pax in toto mundo, adeò ut Augustus Imperator, totum voluerit orbem describere. Sic etiam declarauit hunc locum Origenes lib. 5. cõtra Celsum, & lib. 2. circa locum Luc. 2. Neque illud verbum: *Vltra non exercebuntur ad prælium*, significat

Ad primum respondetur primò ex D. Hiero. Origen.

A significat in æternum, sed per longum tempus.

Secundò respondemus cum Iustino Martyre, in Apolo. 2. pro Christianis, quòd in illis verbis sensus Isaiæ est, Christianam & Euangelicam legem, per pacem tradendam esse mundo & per pacem baptizandos esse homines, & saluandos. Neque enim est vis seu violentia in Christi lege, quippe qui misit discipulos suos Dominus sine baculo. Vnde D. Leo in serm. de DD. Petro, & Paulo, mirè de hac pace loquutus est dicens: *Minus enim est quod tibi* (Romæ autem loquitur) *bellicus labor subdidit, quàm quod pax Christiana subiecit.* hæc ille. Atque in hoc Regni Christi à Regno Iudaico distinctionem Isaias prędixit, quòd hoc, armorum vi, bellorumque strepitu esset obtinendum, & corroborandum; illud autem pace, & tranquillitate. Vtrãque huius loci expositionem affert Hirenæus lib. 4. contra Valentinum, cap. 67.

Respondetur secundò.

D. Leo.

Ad locum illum Pauli Rom. 12. dicimus esse consilium, quoad priuatas personas quæ publicam potestatem non habent, cùm aliter se possunt defendere, ut diximus superius. B Vindicta verò quam exercent publicæ personæ, Dei vindicta est, ipsius enim sunt ministri, & per consequens licita. Vnde post illa verba, *mihi vindictam, & ego retribuam,* subdit Paulus in cap. 13. *non sine causa gladium portat: Dei enim minister est, uindex in iram ei qui malũ agit.*

Ad locũ Pauli respondetur. Rom. 12.

Rom. 13.

Ad tertium ex Matth. 5. & 26. respondemus. Primò illa omnia siue præcepta sint, siue consilia, priuatis hominibus dari, non autem iudicibus, vel publicis personis, vt notat Caietanus in comment. Matth. 5. non enim præcipit Dominus, vel Apostolus Iudici, ut eum non puniat qui alteri iniuriam intulerit; sed vnicuique præcipiendo iniungit, vt iniurias proprias patienti, æquoque animo ferat. At bellum ad publicam iustitiam, non autem ad priuatam pertinet. Vnde sicut inimici dilectio non prohibet carnifici (quæ publica Reipublicæ ad corrigendum deputata persona est) quin inimicum suum suspendat; sic neque milites, & Imperatores à suo puniendi, & præliandi publico offitio impedit.

Ad tertium respõ. primò. Math. 5. & 26. Caiet.

Bellum ad publicam iustitiam pertinet, non ad priuatam.

Dicimus secundò. Nõ semper respectu priuatarum personarum esse præcepta, sed interdum præcepta, interdum verò consilia. Semper quidem sunt præcepta in animi præparatione, vt videlicet homo semper sit paratus non resistere, vel non se defendere potius quàm Deum offendere

Respond. secundò.

Nota.

D. Thom. dere. Ita D. Thom. 2.2. q. 40. artic. 1. ad secundum. C

Verùm re ipsa hoc præstare, præceptum est, cùm necessitas honoris Dei id exigit, aliàs solùm est consilium. Aliquandò autem nec consilium quidem. Vt si ex eo quòd alteri maxillam præbeam, nulla sequatur vtilitas, imò potius timeatur, quòd ille iterũ peccet. Hęc solutio elicitur ex D. Aug. Epist. 5. ad Marcellinum, & lib. 1. de Sermo. Domini in monte. cap. 34. & D. Tho. 2.2. q. 188. ar. 3. ad primum, & D. Greg. Nazian. loco citato.

Solutio elicit ex Aug. D. Thom & Greg. Nazian.

Ad quartum respondetur.

Ad quartum Erasmi. Ad primum locum Origenis dicimus, Nolle Origenem dicere, Christum interdixisse bellum, sed aduentu suo pacem mundo (sublatis bellis, & omnibus peccatis) attulisse. Ad illud vero Lucæ 22. respondemus, sensum verborum Domini esse, Apostolos tempore passionis, tales angustias, & necessitates esse passuros, quales patiuntur ij, qui vt se defendant vendunt tunicam, & emunt gladium. Vnde vt animaduertit Basilius, in pluribus codicibus non inuenitur imperatiuè, *accipiat, tollat, & emat*, sed *accipiet, tollet, & emet*. Quasi vellet ipsis dicere, futuros eis tot tantosq; labores, vt ferè essent facturi non aliter, quàm qui angustijs vndique repletus, & ab inimico inuasus, nihil aliud habens nisi vestes, eas vendet, ut D emat gladium ad se tuendum.

Nota interpretationem. D. Basil.

Ad Chrysost. respondetur.

Ad Chrysostomum, & Basilium dicimus, ex illorum sententia dilucidè cognosci, nõ præcepisse Apostolis Christum, vt reuera gladios emerent.

Ad Ambros. respondetur.

Ad Ambrosium respondemus, eum nihil de bello quod publica auctoritate exercetur, hoc loco dicere; sed priuatã tantùm vindictam, & defensionem excludere. Vel etiam dici potest, intelligendum esse de perfectione Euangelica secundùm quam etiam priuata defensio non ad præcepti prohibitionem, sed ad consilij perfectionem spectat, ut idẽ Ambrosius in vltimis verbis innuit.

Secunda solutio.

Ad dictum D. Martini respondetur. Nota.

Ad dictum verò D. Martini, dicimus verba eius esse hæc. *Hactenus militaui tibi nunc patere, vt militem Deo. Christi ergo miles sum, mihi pugnare non licet.* Quibus uerbis se uotum emisisse ait renunciandi armis, & seruiendi Deo in Monachatu; & ideò sibi in statu illo non esse licitũ pugnare. Non autem dixit absolutè (vt ait Erasmus) *Christianus sum, mihi pugnare non licet.*

Ad Sulpitij dictum respo.

Quòd si Sulpitius dicit, *ipsum per duos etiam, annos post susceptum Baptismum militasse*, respondemus, id fecisse

tanquam

A tanquam militiæ præfectum, qua præfectura expleta, militiæ renunciauit, & Monachus effectus est: atque ita ei tunc Monacho, dixit arma non licere, quæ tamen ipsi licuerunt etiam Christiano.

Ad loca verò Tertulliani, ex lib. de Idololatria, & de corona militis dicimus, quòd quamuis multis videatur, vt Francisco à Victoria de iure belli in principio, Tertullianum in ea opinione perseuerasse, ut Christiano militare interdictum sit; tamen eundem vsum armorum tanquam ex se malum non damnasse, ex alijs ipsius locis, & præsertim ex apologetico, cap. 5. & 42. non obscurè colligitur. Imò ex hoc ipso libro de corona militis. Vbi milites ante Baptismum, posse etiam post Baptismum militare concedit, quamuis damnet liberos baptizatos, post Baptismũ militiam suscipere volentes: & hoc propter idololatriæ & aliorum flagitiorum pericula; quæ tunc temporis in militia intercedebant, cùm Principibus gentilibus, essent in ea inseruituri. **Ad Tertull. respondetur. Victoria.**

Ad primam rationem Lutheri, respondemus. Nullam esse eius consequentiam. Quamuis enim Deus per bella, B nostra velit castigare peccata; non est tamen voluntatis eius, ne illis resistamus. Neque enim ideò inimicos contra nos mittit, ut per illos pereamus; sed potius vt emendemur, & visis Dei erga nos cura, protectione, & auxilio, ad ipsum compuncti reuertamur. Sicut etiam patet de fame, & peste, quæ licet Deus immittat; non vult tamen ut ad illa cauenda, medicamina, tutelas, defensiones, & anthidota non curemus. Aliter enim vana esset consequentia: Immittit famem, morbos, & pestem, ergo nullam debemus curare annonam, medicinam sumere, anthidota, Pharmaca, & medicamina (aduocato Medico) adhibere: Quæ tamen omnia absurda, & iniqua sunt. Licet ergo per hæc mala Deus uisitet iniquitates nostras; non prohibet tamen, quin opportunis eis remedijs occurramus. Atque ita etiam, licet per Turcas, aut alios persequtores propter peccata nostra nos visitet; non ideò tamen prohibet, quin nos defendamus, Quoniam, vt ait Propheta: *Semper misericordia exaltat iuditium*, & Psal. 88. ait: *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo.* **Ad primã rationem Lutheri.** **Nota.**

Ad secundam. Dicimus, non omne bellum opponi paci; sed illud tantùm quod est iniustum: bellum autem iustum **Ad secundum respond.**

ſtum ad veram pacem obtinendam eſt ordinatum. Et C
ideò licet prima fronte, bellum iuſtum pacem auferre ui-
deatur, non eſt tamen ſic, ſed eam producit ac parit. Si-
cut vulnus Chirurgi, quod licet ex ſe videatur contrarium
ſanitati, non eſt tamen ita. Quoniam licet ſit contraria
ſanitati malæ; bonæ tamen non eſt contraria, ſed potius
eius cauſa eſt, illamque affert.

Bellum licet prima facie uideatur pacẽ tollere, illam tamẽ tribuit.

Ad tertium reſpondemus, non ſolùm orationibus eſſe agendum; ſed etiam manibus ferreiſque armis. Legimus enim Exod. 17. quòd Moyſe orante, & Ioſue pugnante, victoriam pupulus Dei conſequtus eſt. & Geneſ. cap. 15. videmus, mandato Dei Abraham non ſolùm multa animalia occidiſſe; ſed etiam volucres ſuper ea deſcendentes abigiſſe. Quo factò, non modò ſtragem hoſtium ferro; ſed etiam orationibus faciendam eſſe nobis demonſtrauit. Et 2. Macha. 15 cùm Nicanor aduerſus Iudæos arma arripuiſſet, *volens eos à facie terræ delere: Iudas, & qui cum eo erant (inuocato Deo) per orationes congreſſi ſunt. Manu quidem pugnante, ſed Dominum cordibus orantes, proſtrauerunt non minus triginta quinque millia, præſentia Dei magnificè delectati*. Et Neæmiæ 4. cùm Sanaballat audiret ædificari murum Hieruſalem; iratus voluit inſtaurationem ipſis impedire, & dixit. *Veniemus in medium eorum, & interficiemus eos, & ceſſare faciemus opus. Cùmque hoc ſciuiſſet Neæmias, cuſtodias poſuit, & confortato, atque animato populo, eos armatos eſſe voluit. Et factum eſt* (inquit Scriptura) *media pars iuuenum eorum faciebant opus, et media parata erat ad bellum, & lanceæ; & ſcuta, et arcus, et loricæ, & Principes poſt eos in omni domo Iuda ad ædificantium in muro, & ædificantium onera, & imponentium. Vna manu ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium. Aedificantium enim vnuſquiſq; gladio erat accinctus renes.* Contra inimicos enim non ſolùm orationibus, ſed armis etiam opportet nos eſſe armatos. Vnde Aug. epiſt. 194 ad Bonifatium ſic ait. *arripe manibus arma, oratio, aures pulſet auctoris.* & epiſt. 207. ad eund. m. *alij* (inquit) *pro vobis orando pugnant contra inuiſibiles inimicos, vos pro eis pugnando laboratis contra viſibiles Barbaros.* D

Ad tertium reſpond.

Exod. 17.
Gen. 15.

2. Mach. 15.

Neæmiæ 4.

Nota pro prædicatoribus in materia de oratione.

D. Aug.

Ad quartum ex Tertulliano, dicimus. Per accidens eſſe ut in prælijs doli, & fraudes committantur, in quo ſenſu intelligendus eſt Aug. lib. de Ciuit. Dei, tomo 5. dum ait, *bellum non eſſe ſine peccato*. Ex hoc tamen non ſequitur,

Ad quartum reſpondetur.

D. Aug. quomodo ſit intelligendus.

bellum

A bellum ex ſua natura eſſe malum. Vt etiam ait D. Aug. lib. 22. contra Fauſtum. *Nocendi* (inquit) *cupiditas, vlciſcendi crudelitas impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi quæ ſimilia, hæc ſunt quæ in bello iure culpantur.*

In bello quæ culpantur.

QVAEST. TERTIA.

Sequitur tertia Quæſtio, in qua varia dubia de bello diſſoluenda ſunt.

PRIMVM DVBIVM.

Quæ ſint cauſæ & conditiones iuſti belli?

ET reſpondeo, in hoc nullam eſſe diſcordiam inter Doctores, qui quatuor cauſas neceſſarias aſſignant.

Conditiones iuſti belli sũt quatuor.

Prima eſt auctoritas legitima, qua deficiente, bellum redditur iniuſtum. vt dicitur 23. q. 1. can. *quid culpatur*, & eſt deſumptus ex D. Aug. lib. 22. contra Fauſtum, cap. 75. vbi ſic ait. *Ordo ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli auctoritas atque conſilium penes Principem ſit, exequendi autem iuſſa bellica miniſterium, milites debeant paci, ſalutiq́; communi. Bellum autem quod gerendum, Deo auctore, ſuſcipitur, recte ſuſcipi dubitare phas non eſt: vel ad terendam, vel ad obterendam, vel ad ſubiugandã mortalium ſuperbiam: quando ne illud quidem, quod humana cupiditate geritur, non ſolùm incorruptibili Deo, ſed nec ſanctis eius obeſſe aliquid poteſt: quibus potius ad exercendã patientiam, & ad humiliandam animam, ferendamq́; paternam diſciplinam eſſe, prodeſſe inuenitur.*

B

Prima auctoritas legitima.
D. Aug.

Secunda conditio eſt, cauſa iuſta quæ explicatur à D. Auguſtino lib. 6. quæſtionum in Ioſue, q. 10. & habetur 23. q. 2. can. *Dominus noſter. Iuſta autem bella ſolent* (inquit) *definiri, quæ vlciſcuntur iniurias. Sic gens, & Ciuitas petenda eſt, quæ vel vindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factum eſt, vel reddere quod per iniurias ablatum eſt* hæc Auguſtinus. Vbi videmus ad duas cauſas, belli iuſtitiam reducere.

Secunda cauſa iuſta.
D. Aug.

Primò,

Primò, quando Princeps negligit vindicare quod à suis C
contra alios iniustè factum est, vt patet in scriptura exem-
Iudi. 20. plis pluribus. Cùm enim Leuita Iudicum 20. de monte Ephraim, iniuria maxima accepta in vxore, in quatuor eã partes diuidens misisset ad filios Israel, vt iniuriam tantam vindicarent; sedulò id ipsi fecerunt. *Tradite* (inquiunt filijs Beniamin) *omnes de Gabaa qui hoc flagitium perpetrarunt, vt moriantur, & auferatur malum de Israel. Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israel audire mandatum. Quapropter eis maximum filij Israel bellum intulerunt, & expugnauerunt.*

2. Reg. 10. Similiter 2. Reg. 10. cùm Dauid, mortuo Rege filiorum Ammon; *mitteret nuncios ad Hanon, vt consolarentur eum de morte Patris sui,* quia falsò (consiliariorum suorum dolo) proditores, & exploratores habiti sunt, eis mediam barbã radi iussit, & scindi vestes vsq; ad nates. *quod cùm Dauid sciuisset, ira motus est.* eique crudele bellum intulit.

Nota. Secundò cùm altera Respublica, vel Ciuitas, non restituit alteri quod per iniuriam ablatũ est, vel cùm aliquod commune, iniustè impeditur. Cuius rei habemus exemplum in filijs Israel, qui contra Amorrhæos ideò pugnarunt, quoniam innoxius eis transitus negabatur, qui iure D humanæ societatis æquissimo patere debebat: & habetur 23. q. 2. can. *Notandum*, qui desumptus est ex Augustino

Exod 17. 1. Reg. 15. in quæstio. numeri. Dominus etiã misit Saulem percutere Amalech, eò quòd restitisset Israeli in via, ut patet Exo. 17. & 1. Reg. 15. nec eum innoxium transire permisisset.

Cur bellum in Turcas est iustum. *recensui* (inquit Dominus) *quæ fecit Amalech Israeli, quomodo restitit ei in via cùm ascenderet de Aegypto, nunc ergo vade, & percute Amalech, & demolire vniuersa eius.*

Atq; hoc titulo iustissimè Turcis à Christianis bellum infertur: omnia enim quæ ipsi habent, à fidelibus ferè rapuerunt.

Aduerte causam belli debere esse magnam. Animaduertendum etiam hìc, hãc iustam causam belli gerendi, non debere esse quamcunque; sed magnam, & certam, alioquin enim maius Reipublicæ malum eueniret.

Tertia conditio, est debitus modus. Tertia conditio est modus debitus exequendi, vel indicendi bellum: debet enim esse vltimum remedium exequtionis iustitiæ, nec debet indici, nisi faciliora, & suauiora media præcedant. Sunt namque mittendi prius internuncij, & alia facienda, quibus sine bello, spes sit recupe-

Iudi. 20. randi sua, ut patet Iudicum 20. vbi videmus filios Israel

missise

A misisse filijs Beniamin nuncios, ut traderent ipsis omnes de Gabaa, & quoniam nihil ij nuncij profecerunt, ideò contra eos comiserunt prælium. Quod etiam patet ex 2. Reg. 3. Vbi cùm Dauid (Saulis pacto) Michol eiusdem Saulis filiam, & sororem Isboseth, centum Philistinorum preputijs sibi despondisset, quam Phalatiel filio Lais tradiderat, ira motus bellum inire volebat; sed nuncijs præmissis Isboseth, ut redderet eam sibi, quidquid obtabat impetrauit. *Redde* (inquit Dauid) *vxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputijs Philistijm. Misit ergo Isboseth, et tulit eam à viro suo Phalatiel filio Lais, etc.* Vnde Dominus dixit in Euangelio de Rege in alium prelium committere uolente. *Alioquin eo longe agente rogat ea quæ pacis sunt.* & Deuterono. 20. dixit Dominus: *Si quando accesseris ad expugnandam Ciuitatem, offeres ei primum pacem.* 2. Reg. 3.

Dato autem quòd bellum debeat committi, debitus bellandi etiā modus prescribi debet, vt scilicet nulli innocenti malum inferatur, secundūm illud præceptum Ioannis militibus præscriptum. *neminem concutiatis, nulli calumniam* B *faciatis, contenti estote stipendijs vestris.*

Quarta, & vltima conditio est, intentio bona, vt scilicet fiat ob pacem, & bonum publicum, non autem ad Imperium dilatandum. Sic ait Aug. epist. 207. quæ est ad Bonifatium comitem. *Pacem* (inquit) *debet habere voluntas, bellū necessitas, vt liberet Deus necessitate, & conseruet in pace. Non enim pax quæritur, ut bellum geratur, Sed bellum geritur, ut pax acquiratur. Esto ergo in bellando pacificus, ut eos quos expugnas, ad pacis unitatem uincendo perducas.* Et lib. 22. contra Faustum cap. 74. *Nocendi* (inquit) *cupiditas, ulciscendi crudelitas, impaccatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua similia, hæc sunt quæ in bello iure culpantur.* Est tamen differentia inter has conditiones, quoniam si duæ priores desint, vel altera earum, bellum redditur iniustum, & ex utraque parte ad restitutionem obligans. Verbi gratia, si quis carens publica auctoritate, aut magna causa, excitet bellum contra alios, tenetur ad restitutionem omnium illo bello perceptorum parti læsæ; si verò duæ posteriores conditiones desint, indicentes bellum peccabunt mortaliter, ad nullam tamen restitutionem tenebuntur. Quoniam non agunt contra iustitiā. Sicut in simili, si Iudex aliquem

Quarta conditio belli, vt sit intētio bona.

D. Aug.

In bello quæ culpentur.

præten-

prætensum homicidam ad triremes vel patibulum damnet, si hoc facit sine iusta causa, peccat contra iustitiam, & tenetur ad magnam restitutionem hæredibus faciendam; si verò hoc faciat ex iustitia, sed cum liuore, tunc peccabit mortaliter, ad nullam tamen tenebitur restitutionem. C

Bellũ gerens quando teneatur ad restitutionem.

In aliquo verò casu, deficiente quarta, vel tertia conditione, tenetur bellum gerens ad restitutionem, non quidẽ illi contra quem pugnat; *sed suis proprijs subditis, ratione interesse, & damni ex tali bello perpessi.* Ex offitio enim tenetur Princeps, vel publica auctoritas, proprio subditorum commodo consulere. Et nisi suum officium expleat, latrones, grassatoresque puniendo, ad damnorum subditis illatorum restitutionem tenetur. Hinc est, quòd cùm alia uia quàm per bellum rem componere potest; tenetur (bellum indicendo) ad omnium, & singulorum restitutionẽ.

Nota.

Quia quod ex offitio erga suos facere tenebatur, non effecit. Similiter si iusta causa intercedat, maius tamen malum est quod Reipublicæ ex bello prouenit quàm sit caussa propter quam bellum assumitur, tunc (bellum inferendo) ex iustitia ad restitutionem tenetur, tanquam malus Procurator subditorum: præcipuè cùm eos ad prçliandum compellit: secus autem si subditi se vltrò ad præliandum offerunt. D

SECVNDVM DVBIVM.

Quæ auctoritas sit necessaria ad indicendum bellum?

Henric. Castro. Duplex potestas belligerãdi, perfecta & imperfecta.

TRACTANT de hac re Scholastici in 4. dist. 15. & Summistę verbo, Bellum. & Henricus quodlib. 15. q. 15. Castro lib. 2. de iusta hæreti punitio. c. 14. & Couar. in relect. super regulam, peccatum par. 2. §. 9. & sequentibus.

Mouere prælia qui possint.

Est autem duplex potestas publica, altera imperfecta, dependens, & subordinata, quæ aliam superiorem recognoscit, puta Comites, Duces, & Marchiones in Regno Neapolitano, & in alijs Italiæ, Hispaniæ, Galliæque regnis: Altera verò perfecta, quæ nec dependet ab alia superiori, nec ad illam recurrit, qualem habent Reges omnes, & Respublica Venetorum, necnon aliqui Comites, & Duces, vt Florentiæ, Ferrarię, & Mantuæ, qui nulli in tem-

A temporalibus subsunt. & ex consuetudine antiqua huius rei pacificam habent possessionem. Hæc distinctio est Caietani.2.2.q.40.art.1.dubio. 1. & Magistri Francisci à Victoria in sua relectione de iure belli, numero 2. 3. & 4. & Castri,lib.2.de iusta hæreticorum punitione cap. 14. & est communissima. Qua supposita,de bello tam aggressiuo, quàm defensiuo loquendo, statuimus sequentes conclusiones. Caiet. Victoria. Castro.

Prima conclusio. Princeps, & Respublica imperfecta, non expectata supremi Principis facultate, possunt vti bello defensiuo aduersus hostes. Hæc conclusio est communi omnium Theologorum,& Iurisperitorum consensu recepta: & ratio est. Quoniam iure naturali, quælibet persona habet auctoritatem se tuendi, cùm liceat vim vi repellere; ergo multo magis id licebit cuicunque quantumuis imperfectæ Reipublicæ; cùm commune bonum sit excellentius,& vniuersalius. Prima concl. Respublica imperfecta, non expectata Principis auctoritate potest vti bello defensiuo.

Secunda conclusio. Imperfecta Respublica,non potest committere aggressiuum bellum, sine supremi Principis auctoritate.Ratio est. Secunda conclusio. Respublica imperfecta, non expectata Principis auctoritate non pōt mouere prælium aggressiuum.

B Quoniam ita se habent duo imperfecti Principes inter se,in ordine ad supremum Principem, sicut duo conciues in ordine ad suum Iudicem; sed isti non possunt esse in alterutrum aggressores,sed debent ad superiorem seu Iudicem confugere,ergo. Probatur antecedens. Quoniam ij etiam duo Principes,habent superiorem apud quem suam possint causam terminare. Probatur primò.

Probatur etiam. Quia committens taliter bellum, facit iniuriam Principi,quoniam vsurpat sibi auctoritatē eius, quæ est indicendi offensiuum bellum. Secundò.

Tertiò probatur. Quoniam si vnusquisque offensiuum bellum inire vellet, vergeret in maximam Vniuersitatis perniciem. Tertiò.

Quartò,& vltimò. Quia bellum aggressiuum est supremus actus Iustitiæ vindicatiuæ, sed vt docet D. Thom. 2.2.q.108.art. 1. & ibidem Caietanus, actus consumatus vindicatiuæ Iustitiæ solùm habentibus publicam auctoritatem conuenit,ergo. Ex quo sequitur,quòd D. Thom. Principes imperfectos, & Respublicas imperfectas (vt optimè notauit Caietanus) inter priuatas personas comprehendit. Quartò. D. Tho.

Tertia conclusio. Quæcunque Resp. perfecta, siue ip- Tertia. concl.

sius Princeps, potest aggressiuum bellum contra hostes indicere, & gerere.

Respublica perfecte, potest aggressiuum bellũ cõtra hostes indicere.

Probatur primò. Quoniam illud bellum multoties est iustum, & necessarium, ergo hæc Resp. vel Princeps potest illud gerere.

Probatur primo

Probatur secundò. Quoniam Respublica cum iniuriã patitur, potest ab hostibus debitam satisfactionem exigere; sed nulla alia via restat id faciendi nisi per bellum aggressiuum, ergo. Maior patet. Quia aliàs non esset perfecta Respublica: minor verò probatur. Quia nulli est subiecta in temporalibus, ad quem recursum possit habere.

Secundo

Tertio D. Tho.

Tertiò, ex D. Thom. 2.2.q.108.art.2. Quoniam quælibet Resp. habet inclinationem naturalem ad remouenda impedimenta, & nocumenta; sed hæc remouentur per bellum ergo. Quòd si quis dicat, hoc etiam valere in imperfecta Republica, Respondemus, Quòd verum quidẽ est, imperfectam Remp. remouere sua nocumenta, sed cùm habeat superiorem per quem illa remouere possit, nõ remouet ea, nisi superiore approbante. at verò quia perfecta Respublica non habet superiorem; ideò ipsa ex se, se ipsam vindicare potest.

Nota.

D

Quarta cõcl.

Quarta conclusio. Princeps, vel Resp. perfecta quæ passa est iniuriam, est verè Iudex illius Principis qui intulit iniuriam. Probatur conclusio ratione, & auctoritate.

Princeps. l. Respublica perfecta quę passa est iniuriã, est iudex illius qui intulit iniuriam.

Et Primò. Quoniam (vt diximus) bellum est supremus actus Iustitiæ vindicatiuæ; sed talis actus semper pertinet ad verum Iudicem, ergo talis est ille Princeps.

Probatur primò.

Secundò probatur ex Augustino, qui lib. 6. quæstionum in Iosue cap. 10. bella iusta vocat, cùm Princeps suæ Reipublicæ iniurias vlciscitur. & 4. Reg. cap. 25. Nabuchodonosor grauissimè puniuit Sedechiam bello captum, & filios eius. Quod factum narrans scriptura dicit: *loquutus est cum eo iuditium*, vel vt alia littera habet, *iuditia*. Quibus verbis apertè colligimus, officium Iudicis esse, suorum subditorum causas videre, & à Principibus alijs, iniurias ipsis factas, iudicare, & vindicare.

Secundò. ex D. Aug. 4. Reg. 25.

TER-

A

TERTIVM DVBIVM.

An existente causa dubia, licitum sit Principi indicere bellum, & militibus præliari?

DVPLICITER potest hoc quæsitum intelligi. Primò. An is qui dubitat de iustitia causæ, manente dubio in eius conscientia, licitè possit pugnare? Et in hoc sensu dicimus cum Adriano in 4. in materia de restitutione, & bello, & quodlib.2.q.1.art.2. manente huiusmodi dubia conscientia, nullo modo licere præliari. Quoniam nunquam licet agere id de quo dubitatur, an sit peccatum mortale, capite per tuas, 2. de simon. & cap. fi. de præscript. arg. cap. dubius, de hæret.

Titulus quæstionis varius.

Adria.

Nunquam licet agere contra conscientiam.

Sed Adrianum reprehendit Magister Victoria in sua relectione de iure belli num.31. eò quòd putauerit Adrianus, quòd si ego dubito, an bellum mei Principis sit licitũ, & iustum, & an causa ob quam sit bellum sit iusta, statim
B sequatur, quòd etiam dubitem, vtrum liceat mihi ire ad hoc bellum necne.

Victoria Adrianum carpit, & benè.

Et reuera benè Victoria in hoc Adrianum carpit. Quoniam, licet Victoria etiam concedat non esse quid faciendum contra dubium conscientiæ, & si cum illo dubio id agit, peccat mortaliter; non tamen sequitur; dubito an sit iusta causa belli huius, ergo etiam dubito, an liceat mihi in eo militare, & præliari: imò sequitur totum oppositum. Si enim dubito an bellum sit iustum, sequitur, licere mihi ad mei Principis imperium militare. Quoniam inquirere iustitiam causæ, spectat ad eum, & non potest, nec debet semper reddere subditis belli causas, atque rationes.

Modernus auctor reprehenditur.

Et quidam modernus Auctor in suis prælectionibus de bello, dum Adriani dictum sequitur dicit, non ei placere Victoriæ in Adrianum reprehensionem. Quoniam (inquit) si ideò milites pugnando peccarent, quoniam scientes causam belli esse iniustam nihilominus militarunt, ergo similiter, cùm dubitet miles, an Princeps in eo bello habeat causam iustam necne, eo ipso dubitat an sibi sit licitum pugnare in eo.

Sed reuera Doctor hic, malè Victoriam reprehendit. Quoniam licet huic militi dubium sit, vtrum suus Prin-

ceps in committendo illo bello, habeat causam iustam, vel non; non est tamen ei dubium, illum esse suum Principē, cui (nisi ei expresse constiterit de peccato mortali in eo quod præcipit) obedire licet, imò tenetur. Quod patet clarissimè ex D. Augustino, lib. 22. contra Faustum cap. 75. & refertur à Gratiano 23. q. 1. cap. *quid culpatur*. Vbi docet, Quòd vir iustus, etiam si militet sub Rege sacrilego, benè potest (illo iubente) bellare. *cui* (inquit Augustinus) *quod iubetur, vel non esse contra Dei præceptum certum est, vel vtrum sit, certum non est: ita vt fortasse reum faciat Regem iniquitas imperandi; innocentem autem militem ostendat ordo seruitutis*. Hæc Augustinus. E

Nota. D. Aug.

Et confirmatur in matrimonio. Nam si quis dubitet de validitate, aut impedimento eius, stante illo dubio, etiā si non possit petere; potest tamen, & debet petenti debitū reddere, vt dicit tex. in cap. Inquisitioni, de sententia excōmunicationis, & cap. Dominus, extra, de secundis nuptijs. Atque ita miles, etiam si dubitet de causa belli sui Principis; tenetur tamen ei debitum suæ obedientiæ reddere, & militare ad præceptum eius.

Aduerte in materia de matrimonio.

Adrianus autem IIII. de præscriptio. existimauit, illicitum esse coniugi de matrimonio dubitanti, non solùm petere; sed etiam reddere debitum: ea præcipuè ratione. Quoniam nemini licet sibi vendicare rem quam dubitat esse suam, nec si eam possideat, retinere: & ideò coniux dubius, periculo fornicationis se exponeret tam reddendo, quàm petendo. Et ad præallegata iura respondens dicit, illa tantùm in foro exteriori vim habere. Sed (vt optimè notauit Sotus in 4. dist. 27. q. 1. art. 3. & in eodem 4. q. vnica art. 5. & in 4. de Iustitia, & iure li. 5. art. 4.) fallitur Adrianus. Clarè enim in illis Canonibus dicitur, *quòd si dubitatio sit leuis, ad consilium Pastoris, scrupulum deponat: si verò tanta sit tamq; probabilis, vt in ea semper ipsius animus hæreat, tunc reddat, sed non petat*. Et quidem in foro interiori procedere has distinctiones conuincitur ex eodem canone, dum in eo dicitur; *quòd si leuis est suspitio, deponat:* quod profectò in interiori foro locum habet. Ratio verò Adriani de possessione, contra ipsum optimè retorquetur. Conditio enim possidentis etiam dubia (dummodo bona fide habuerit ingressum ad eam) facit rem suam, donec publico Iudicis decreto, non sua declaretur. Sotus verò, illud dictum Canonum, *quòd (hoc dubio manente)* D

Adriani dictum.

Ratio dicti.

Sotus Adrianū reprehendit.

Ratio Adriani contra ipsum retorquetur.

Soti moderatio ad dictū canonis.

nente)

A *nente) non poßit debitum petere ab alio coniuge*, sic moderatur, ut sit intelligendum, quandiu coniux prudenter de matrimonio dubius erit. Si autem facta diligenti indagine per aliquod tempus, & cum debitis diligentijs, non constiterit de veritate illorum impedimentorum; tunc non modò potest reddere; sed etiam petere; cùm iam sit in rei possessione. In quem sensum corrigit etiam dictum Scoti in 4. dist. 30. q. 1. dum ait, *Quòd quando coniux non potest tollere conscientiam quam habet, an alter verè consenserit, mortaliter peccat reddendo debitum, quia fornicatur, & iterum mortaliter non reddendo, cùm exponat se periculo peccati mortalis*. Hoc enim esset in perplexitatem inexplicabilem illum conijcere, quod est inconueniens. Nam sufficienti facta indagine, tenetur deponere conscientiam inclinando in possessionem. Quare marito neganti consentire, in eam potius partem inclinandum est, quòd mentiatur, si conuincatur vxor credere. Quocirca tunc vxor non est perplexa, sed debet reddere, & põt petere debitum. Dictum Scoti corrigitur.

In huius rei intelligentiam, Nauarrus in suo Manu. cap. B 22. num. 54. & c. 23. nu. 82. & c. *Si quis autem*, de pœnit. distin. 7. num. 8. inquit, *quòd rationes quæ dubium hominem reddere possunt, perpendendæ sunt. Possunt enim esse tantæ, vt credere teneatur, & perinde se debet habere, ac si sciret; & possunt esse tam leues, & tenues, vt ad nullum effectum credere debeat. & tam mediocres, vt & credere debeat, ad effectum non exigendi, et non ad effectum non reddendi.* Nauar.

Quòd si quis dicat, illum qui facit contra dubium peccare; Respondeo cum Soto in 4. dist. 27. quòd agere contra dubium speculatiuum, non est peccatum, benè quidem contra dubium practicum. Vnde cùm quis speculatiuè dubitat, an illa sit coniux sua, non inde sequitur, quòd dubitet reddendum esse debitum, quod est dubium practicum. Sic etiam dicimus in bello. Quoniam quando miles solùm speculatiuè dubitat de iustitia belli, non sequitur, ipsum peccare, operando, & militando. Dubium enim speculatiuum non obligat in conscientia, cùm aliàs homo sit certus practicè, quòd non peccat obediendo Principi suo, militando, & præliando. Nota cum Soto, esse quidẽ peccatũ agere contra dubiũ practicũ, non autem contra speculatiuũ. Dubium speculatiuũ, non obligat in cõscientia.

Alter sensus quæstionis est. An cùm non omninò constat de iusta causa belli, possint ij ad quos pugnare pertinet, deponere conscientiam, supponentes eam esse iustam, & hoc modo liceat eis pugnare? Alter sensus quæstionis.

Triplex est genus hominum bellatorum.

Et in hoc sensu respondemus, tria hominum genera distinguendo.

Primum.

Primum enim est Princeps qui bellum gerit, vel is cuius auctoritate bellum geritur.

Secundum.

Secundum sunt milites sui subditi, vel ij qui sub stipendijs continuis alicuius Regis sunt, tam tẽpore belli, quàm pacis. Hi enim tanquam subditi iudicandi sunt, vt vult Caiet. verbo, Bellum, parte 2. & Nauar. in summa cap. 15. numero 15.

Tertium.

Tertium, & vltimum genus, sunt alij externi, spontè ad eum iuuandum venientes, vel qui tunc stipendio ad militandum conducuntur. Quibus positis, dico quatuor.

Primum dictum.

Primò dico. Quòd Princeps, non potest bellum gerere, nisi prius ei constet de iustitia suæ causæ. Et ideò non excusatur ex ignorantia inuincibili, nisi prius ad iustitiam causæ dignoscendam, magnam adhibeat diligentiam. Probatur. Quoniam si hoc requiritur in quolibet Iudice ad iudicandas particulares subditorum causas, multò magis requiritur ad gerendum bellum. Et confirmatur. Quia Princeps in hoc bello, non est superior nec inordinarius Iudex alterius Principis, aut Reipublicæ inferẽtis malum, nisi per accidens in hac tantùm causa, in qua eum iudicat. cùm autem sit Iudex in propria causa, facillimumque sit ipsum errare; ideò maximè discutere debet belli causam, atque iustitiam. Et præcipuè quoniam in bello coniuncta sunt tot mala, & incommoda contra innocentes.

Ratio dicti.

Confirmatur.

Princeps belli non est ordinarius Iudex alterius Principis contra quem bellum mouet.

Secundum dictum.

Secundò dico. Loquendo de militibus qui sunt subditi Principi bellanti, vel de stipendiatis continuò, etiam tempore pacis ad bellica exercitia; eos posse militare, & sequi Principem, etiam si dubitent de sui Principis iustitia in illo bello.

Probatur primò.

Probatur. Primò, quoniam non pertinet ad milites causas bellorum examinare, sed hoc est proprium munus Principum.

Secundò.

Secundò. Quia in dubijs tutior pars est eligenda, vt ait Clemens III. in cap. ad audientiam, extra, de homicidio; sed tutior pars est, ut milites ius sui Principis sequantur, ergo.

Tertiò.

Prædicator non põt prædicare quidquid ei præceperit etiã Inquisitor, nisi prius examinet illud, si sit verũ vel non.

Tertiò. Quoniam Prædicator, non potest nec debet prædicare aliquid de quo dubitat an sit sana doctrina necne, etiam Inquisitore sic uolente, & iubente, Præco verò potest liberè clamare illud Inquisitoris edictum. Ratio est, Quo-

A Quoniam Prædicatoris munus est examinare, vtrum doctrina sit bona, nec ne: Præconis autem non, sed suum tantum offitium est, indifferenter ædicta publicare. Ergo etiã non conuenit militi iudicare de belli iustitia, quod est munus Principum; sed sufficit ei in dubia causa (cùm tamen quod præcipitur, vt diximus, non fuerit clarè contra Dei præceptum) ad iussum sui Principis præliari. Benè quidem milites consiliarij illius Principis, id magna diligentia examinare tenentur. Eorum enim partes sunt, belli, eiusque causæ iustitiam, inquirere, & examinare. Quod quidem est omnium Theologorum communi sententia receptum.

præco verò nõ tenetur examinare ædictum publicandum, vtrũ sit bonum.

Milites Consiliarij tenẽtur examinare causam belli sui Principis.

Tertiò, loquendo de militibus aduentitijs, vel tunc stipendio conductis qui non sunt præliantis Principis subditi, dicimus cum Caiet. in sua summa verbo bellum, *ipsos nõ posse præliari, nisi prius eis constiterit de Iustitia causæ illius Principis, omni dubio excluso.*

Tertiũ dictũ. Caiet.

Probatur primò. Quoniam isti milites non sunt subditi, neque tenentur obedire illi Principi: atque ita non præliando, illi nulam irrogant iniuriam. Ex alia autem parte, B si præliantur, exponunt se maiori periculo inferendi alijs iniuriam.

Probatur primò.

Secundò. Quoniam vt habetur in 6. de regul. iuris regula 19. *non est sine culpa, qui rei quæ ad illum non pertinet, se inijcit*; sed illud bellum non pertinet ad huiusmodi milites, ergo imputatur illis ad culpam. Si verò causa belli alicuius Principis fuerit dubia, tunc milites aduentitij extranei qui mittuntur à suo Principe, in adiutorium alterius, possunt præliari. In hoc enim non tenentur iustitiam illius belli inquirere, sed sufficit eis, si in dubio illo, suũ Principem mittentem eos sequantur, cui obedientes, benè faciunt in illo.

Secundò.

Qui milites non tenẽtur quærere belli iustitiam.

Quartò dico: Quòd si milites sunt certi, quòd Princeps sit dubius de Iustitia suæ causæ, tunc neque etiam proprij subditi ei obedire tenentur, nec debent.

Quartum dictum.

Probatur. Quoniam (hac certitudine stante) bellum illud est iniustum, ergo. Ex his omnibus sequuntur duo corollaria.

Probatur.

Primum est. Quòd si miles dubitat de iustitia belli, nec scit etiam causam iustitiæ illius, non tenetur inquirere, sed præsumere suum Principem esse Christianum, nulli iniuriam inferentem, nec præcipientem nisi iusta; atque ita tenetur

Primum corollarium.

netur ei obedire, ut ait Magister Victoria, in sua relectione de bello, num. 25. & Syluester verbo, Bellum primò, q. 9. conclus. 4. & Caiet. ibidem. C

Secundum corollarium.

Secundum quod sequitur est. Milites, animũ ad quodcunque bellum paratum habentes, non discernẽdo eorum iustitiam, vel iniustitiam, esse in statu peccati mortalis, nec absolui posse. Si verò sint parati sequi tantùm bellum iustum, tunc possunt bella gerere sine scrupulo.

Probatur.

Probatur hoc. Quoniam aliàs omnes milites essent in statu peccati mortalis.

Nota causam iustam alicuius belli.

Aduertendum tamen est in hac materia. Posse esse, vt causa principalis belli dubia sit; sit tamen alia causa secundaria, sufficiens ad indicendum bellum. Verbi gratia. Si dũ manet controuersia principalis dubia inter aliquos Principes, & alter eorum nolit seruare ea quæ in causa dubia seruari debent, vt si sibi illa vi vsurparet id de quo est dubium, tunc esset causa iusta belli. Sed aduertendum est benè hanc secundariam causam ob quam (ut diximus) bellum inferri potest, debere esse grauem?

D

QVARTVM DVBIVM.

An milites, & Principes ex ignorantia pugnantes in bello iniusto, peccent, & teneantur ad restitutionem?

CIRCA cuius resolutionem quatuor dicenda sunt.

Primum dictum.

In Principe mouente bellum, rarissimè est ignorantia culpabilis si faciat quod in se est.

Primùm. Quòd in Principe mouente bellũ, rarissimè est ignorantiæ culpabilis, si faciat quod in se est; si verò non faciat, rarissimè inuenitur ignorantia inuincibilis. hoc dictum probatur.

Nam Princeps tenetur, antequam indicet, vel moueat bellum, cõsiderare per se, & per alios causam, & iustitiam belli, cæteraque alia facilliora media ad rem componendã intentare. Quibus peractis, si bellum indicitur, & est causa iniusta, est ignorantia inuincibilis. Quamuis postea inueniat causam esse iniustam; quam tamen antea sui Consiliarij dixerunt esse iustam, & ipse ita putabat. Si verò sit causa, & illa media inquisitionis non adhibuit nec fecit quod in se erat, est in Principe ignorantia culpabilis.

Secundum dictum.

Secundum dictum sit. In milite rarissimè est ignoran-

tia

A tia culpabilis, quamuis esse possit. Non enim (vt superius diximus) tenetur ipse scrutari causas iustas belli; sed debet suam conscientiam credere Principi, cùm non constat esse expressè malum. In milite rarissimè est ignorantia culpabilis.

Tertium dictum. Tam miles, quàm Princeps, in bello iniusto ex ignorantia culpabili pugnantes, peccant mortaliter, & tenētur ad restitutionem, tam ablatorum, quàm damnorum illatorum. Hæc est communis, & probatur. Tertium dictum. Tam Princeps quàm miles in bello iniusto ex ignorãtia culpabili pugnãtes, peccant mortaliter.

Quoniam peccant contra iustitiam mortaliter, quia nõ excusantur per ignorantiam culpabilem à peccato iniustitię, ergo tenētur ad restitutionem. Etenim causæ quæ nõ excusant à peccato iniustitiæ, non excusant à restitutione. Ratio dicti.

Præterea, si pugnant apertè cognita iniustitia belli, tenētur ad restitutionem, ergo si pugnant non cognita iniustitia ex ignorãtia culpabili, tenētur etiam ad restitutionem: probatur consequentia. Quoniam ignorantia culpabilis non liberat à peccato mortali, nec mutat speciem sed minuit tantùm illud ut non sit tam graue.

Quartum dictum. Ignorantia inuincibilis, excusat à peccato; non tamen in totum à restitutione. Quòd excu- Quartum dictum. Ignorantia inuincibilis excusat à peccato, non tamē in totum à restitutione.
B set à peccato, habetur in cap. finali de iniurijs, & damno illato. Ideò enim inuincibilis ignorantia appellatur, eò quòd non sit in uoluntate hominum: peccatū autem non est nisi cùm est uoluntarium. Secunda autem pars dicti, quòd scilicet non sit immunis in totum à restitutione, patet. Quoniam dum manet in illa bona fide, & si non obligatur ad restitutionem; si tamen decidit ab illa, & cognoscit causam fuisse iniustam, statim subsequitur obligatio ad restitutionem. Et quidem si habeant in specie illa quæ acceperunt, debent illa restituere, vel alia eiusdem valoris (si illa non habeant) etsi sciant illos à quibus abstulerunt, reddant illis, si verò nesciunt, dent pauperibus. Vel si non retinent res easdem, debent restituere ea in quibus facti sunt ditiores. Damnorum verò illatorum, non tenentur ad restitutionem, ea enim bona fide fecerunt. Hoc dictū docet Syluester, verbo, bellum 1. q. 9. conclus. 3. & 4. & q. 10. & fusius verbo, Restitutio 3. q. 6. & 7. Item Victoria in præcitata relectione de iure belli, num. 33. & Soto lib. 4. de Iust. & iure q. 7. art. 2. & nouissimè Banes 2. 2. quæst. 40. ar. 1. dubio 7. Ratio dicti. Syluest. Victoria. Sotus. Banes.

An autem quilibet miles restituere teneatur totū damnum, dicendum est sicut & in furto. Nam cùm miles vi- Quantum restituet miles ex damnis in bello illatis.

det

det ex eius præſentia, vel auxilio non maius inferendum C
eſſet damnum, quàm ſi ipſe non fuiſſet, tunc tantùm tenetur restituere id quod ipſe abſtulit, vel in quo factus eſt ditior, & locupletior. Ita Syluest. dicta q. 10. concluſ. 6. & verbo Reſtitutio 3. q. 6. & Gabriel q. 4. art. 3. dub. 6. & Adria. q. de reſtitutione.

Syluest. Gabr. Adria.

QVINTVM DVBIVM.

An milites pugnantes ſine licentia Principis, peccent mortaliter, & teneantur ad reſtitutionem?

Ratio dubij.

RATIO dubitationis eſt. Quoniam Chriſtiani milites; bellantes cõtra infideles, Mauros, vel Turcas, ſi quid comprehendunt, tantùm abeſt vt ab aliquo ad reſtituendum cogantur, quin potius laudautur ab omnibus, ergo ſignum eſt eos benè feciſſe. Circa quod tria dicenda ſunt. D

Primũ dictũ. Milites ſine licentia Principis pugnantes, peccant mortaliter, ſed nõ tenentur ad reſtitutionem.

Primum eſt. Milites ſine licentia Principis pugnantes, peccant mortaliter, ſed non tenentur ad reſtitutionem, cũ rem aliquam capiunt, & domino cuius illa erat, reſtituũt. Si enim aliquod Chriſtianorum Oppidum à Turcis poſſideatur, milites Chriſtiani qui propria auctoritate, bellum mouentes illud iterum capiunt, peccant quidem mortaliter, quia contra ordinem iuris agunt, cùm ſine publica auctoritate id faciant; non tamen tenentur ad reſtitutionem eis à quibus abſtulerunt, ſed illi domino cuius prius illud Oppidum erat. Sicut in ſimili, ſi quis ab iniuſto poſſeſſore rem ſuam vi auferat, peccat quidem mortaliter, non ſeruato iuris ordine, ſi aliàs pateat recurſus ad ſuperiorem, vt ait Sotus lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 3. art. 3. non tamen tenetur ad reſtitutionem.

Nota quibus reſtituere teneantur.

Secundum dictum. Milites priuata auctoritate Oppida vaſtãtes, tenentur ad reſtitutionem.

Secundum dictum eſt. Milites damna (priuata auctoritate) inferentes, oppida deuaſtantes, ac incendentes &c. tenẽtur ad reſtitutionem omnium damnorum illatorum.

Ratio dicti. D. Tho.

Ratio eſt. Quoniam ea quæ iniuſtè ablata ſunt neceſſariò reſtituenda ſunt, atqui huiuſmodi milites, propria auctoritate damna inferunt, ergo tenentur reſtituere. Imò, ut optimè dicunt D. Tho. & Caiet. 2. 2. q. 66. artic. 8. ad 2. *auferentes auctoritate priuata bona infidelium, committunt*

rapinam,

A *rapinam, & tenentur ad restitutionem*. De qua re legendus est Magister Victoria, in sua relectione, nu. 53. & Syluest. verbo, Bellum 1. q. 10. vbi addit vnum. Quòd si lata esset excommunicatio contra deuastantes, vel incendentes aliquam Ciuitatem, milites id facientes, talem excommunicationem incurrerent. Quod dictum limitandum est, quoad milites Prouinciales, quibus talis excommunicatio nota esset, vel esse posset, atque hoc etiam nō esset propter peccatum præliandi, aut diripiendi illa bona aliorum, sed propter inobedientiam censuræ. Victoria. Syluest. Limitatio dicti.

Tertium dictum. Si adsit voluntas Principis interpretatiua, dum putant milites ex his quæ prius viderunt, illud Principi placere, vel iudicant, quòd etiam si nihil dicat, si ab eo talem licentiam peterent, verè eam ipsis concederet, tunc stante ista Epicheia non peccant, nec tenentur ad restitutionem: tum maximè quando bellum est contra infideles, vel hæreticos. Ratio huius est. Tertium dictum. Stante uoluntate interpretatiua Principis, non peccant, nec tenētur ad restitutionem.

Quoniam Hæretici, vel Infideles, sunt publici Christianorum hostes, ergo huiusmodi bellum, virtualiter ex Principis licentia procedit per ratihabitionem.

B Bañes dubio 4. loco citato dicit, *quòd milites tenētur renunciare suo Principi, omnia bona capta in huiusmodi bello,* (& locutus fuerat de bello vbi est voluntas virtualis, vel interpretatiua Principis) *vt ipse disponat suo arbitrio de illis, vel donando, vel remittendo, vel retinendo in partem satisfactionis iusti belli.* Quod confirmat ex facto Abraham Gen. 14. citato ab Ambrosio lib. 1. de Abraham cap. 3. *quòd noluerit accipere spolia eorum, sed omnia seruauerit Regi Sodomorum.* Dictum Bañ. Gen. 14. D. Ambrò. Dictum Bañ. non placet Auctori.

Quod dictum (meo iudicio) non est verum. Si enim supponitur bellum esse iustum, ratione interpretatiuæ voluntatis Principis; profectò omnia saltem nobilia iure belli capta, fiunt occupantis, etiam si excedant compensationem damnorum. Nec Regi seruantur omnia, ut patet ex l. *si quid in bello,* & l. *hostes.* ff. de capti. &c. & cap. *ius gentiū,* dist. 1. & expressius instituta de rer. diuis. §. *item ea quæ ab hostibus,* vbi dicitur, *quòd iure gentium, quæ ab hostibus capiuntur, statim nostra fiunt: adeò vt etiam liberi homines in nostram seruitutem deducantur.*

Et confirmatur ex scriptura. Deutero. enim 25. ubi de Ciuitate expugnanda agitur dicitur; *omnem prædam exercitui diuides, & comedes de spolijs hostium tuorum.* Deut. 25.

Quòd

Abraham cur Regi Sodomorum, bona in bello capta seruauit.

Quòd si Abraham seruauit bona capta Regi Sodomorum, non ideò hoc fecit, quasi teneretur, vel quòd aliter nō posset sua facere quæ cæperat. Constat enim potuisse ea sibi retinere, absque eo quòd Regi seruaret. Quod etiam fatetur ipse Bañes infra art. 1. dub. 10. conclus. 3. ex Ambros. ibidem, vbi ait: *Quòd poterat Abraham sibi omnem illam prædam assumere: quoniam facta erat sua iure belli.* Quod idem docet D. Tho. 2. 2. q. 66. ar. 8. ad 1. vbi dicit, *esse distinguendum circa prædam. Quoniam si illi qui deprædantur hostes, habeant causam iustam, seu bellum iustum, ea quæ per victoriam acquirunt in bello, fiunt eorum.* Neque hoc habet rationem rapinæ, quamuis possint in acceptione prædæ, iustum bellum habentes, peccare per cupiditatem, ex praua intentione, si scilicet non propter iustitiam, sed propter prædam principaliter pugnent: secundùm illud Augustini de verbis Domini, *quòd propter prædam præliari, peccatum est.*

D. Tho.

Capta in bello iusto, non habent rationem rapinæ.

D. Aug.

Ex verbis D. Ambr. nō elicitur præceptum, sed consilium.

Ex verbis autem Ambrosij, non elicitur aliquod præceptum, sed consilium, vt capta seruentur Regi, *non quidem vt illis fruatur; sed vt illa distribuat militibus*, vt ait D. Th. loco citato.

D. Tho.

Nota contra Bañes.

Et idem Bañes, volens probare artic. 1. dubio eo, quòd capta in bello iusto sunt militum, adducit eundem locum Ambrosij, quem tamen in cōtrarium sensum superius adduxerat: atque ita sibi videtur contradicere.

Varia lectio circa Ambrosij verba.

Adde quòd est etiam varia lectio circa illa verba Ambrosij. Alij enim legunt, *decet*, alij autem *docet*. Diuus enim Thom. in 2. 2. q. 66. art. 8. sub prælis Romano, anno 1570. Lugdunensi, anno 1562. & Veneto, anno 1588. habent, *decet*. quod etiam videre est 23. q. 5. can. *Dicat aliquis*. Vnde stante hac lectione, dicimus esse consilium, non autem præceptum, vt mobilia quæ in bello iusto capta sunt, Principi tradantur.

Glos.

Glosa in dicto can. dicat aliquis, verbo, Omnia, dicit, videri contradictionem in sententia Ambrosij, in eo quod dicit, omnia esse Regis, cùm paulò ante dixisset, omnia esse victoris.

Nota.

Et respondit, quòd *Abraham non suberat illi Regi, neq; erat de regno illius, & ideò præda erat in sua potestate:* vnde ex illis dedit decimas Melchisedech. Quòd si sub aliquo militetur, præda tota, est Domini, ad distribuendum eam, secundùm personarum qualitates. Verùm hæc distinctio

nulla

A nulla est. Quoniam semper præda (etiam si militetur sub proprio Principe.) capientis est, neque eam oportet dare domino. Verbum autem illud Ambrosij, *decet*, sic enim (ut diximus) melius legitur, secundùm congruentiam est intelligendum.

SEXTVM DVBIVM.

An Princeps possit in bello iusto conuocare infideles in suum adiutorium, vel iuuare illos?

TRACTANT hoc dubium, Abulensis, super 1. Reg. 28. q. 5. & Lyra. ibidem. circa quod dicenda sunt duo. Abulen. Lyra.

Primum. Quòd ex genere suo, idest absolutè & per se, non est peccatum mortale, in bello iusto conuocare in auxilium infideles, aut illis auxilium præbere. Ita docet Caiet. in quæst. 41. artic. 1. 2. 2. & Syluest. verbo, Bellum 1. q. 8. conclus. 3. & Ioan. Maior, in 4. d. 15. q. 15. Panormit. in cap. quod super, de uoto, & voti B redemptione nu. 15. vbi allegat Orlan. cōs. 67. & probatur. Primum dictum. Non est peccatum ex se in bello iusto conuocare infideles. Caiet. Syluest. Ioan. Maior. Panorm. Orland.

Primò ex factis Scripturę, in qua dicitur multos Reges, extraneorum infidelium auxilio, in suis bellis vsos fuisse. sic legimus 1. Mach. 8. Machabæos uiros Sanctos, cum Romanis, qui tunc idola colebant fœdus, pacemque inijsse: & cap. 21. *Ionathas misit tria millia Iudæorum, in auxilium Demetrij infidelis*, & cap. 14. idem fœdus inter Simeonem & Spartianores compositum fuit. Probatur primò. 1. Mach. 8. 1. Mach. 14.

Secundò probatur. Licet parare insidias in bello iusto, ergo etiam licebit vti tali auxilio. Secundò.

Tertiò. Fidelibus licet bellare sub Principe infideli, ergo. Tertiò.

Quartò. Licitum est, Christianis Principibus auxilium præstare infidelibus in bello iusto, etiam si bellum agant cōtra Christianos, ergo & à fortiori erit licitum Principi uti infidelium auxilio in bellis suis. Antecedens verum est ex facto Abraham Genes. 14. qui præbuit auxilium Regi Sodomorum, & pugnauit contra hostes illius. Item ex facto Dauid 1. Reg. 28. & 29. vbi Dauid iustus venit in auxilium Achis infidelis, contra Philisthijm. Quartò. Gen. 14. 1. Reg. 28. & 29.

Quintò. Est licitum homini priuato, defendere se ab aduer- Quintò.

Sextò.
Carolus V. ex cõsilio Theologorum, in bello aduersus Gallos, vsus est militibus Germanis.

aduersario inuadente, & conuocare infidelem ad sui defensionem, ergo & publicæ auctoritati licebit. C

Sextò probatur ex facto Catholicorum Principum. Carolus enim Quintus maximi Hispaniarum Regis Philippi secundi Pater, ex consensu Theologorum (vt dicitur) in bello aduersus Gallos, vsus est militibus Germanis, qui erant Lutherani infideles.

Imperator item hodiernus, contra Turcas, absque reprehensione, hæreticorum auxilio vtitur.

2. Paralip. 16.
2. Paralip. 19.

Verùm aliqua loca Scripturæ huic decisioni aduersari videntur. Reprehenditur enim 2. Paralip. c. 16. Rex Asa, eò quo acciuerit exercitum Benadad Regis Syriæ in auxilium sui, contra Regem Israel. *Stultè* (inquit Hanani Propheta) *egisti, & propter hoc, ex præsenti tempore aduersum te bella consurgent*. Reprehenditur item cap. 19. Rex Iosaphat, quòd Regi Israel impio auxilium præberet. *Impio* (inquit) *præbes auxilium, & his qui oderunt dominum, amicitia iungeris: & idcirco iram Domini merebaris*. Sed dicimus ad litteram, istos Reges ideò peccasse, & esse reprehensos, quoniam auxilio Domini difidentes, spem suã, alter in viribus Regis Syriæ, alter in amicitia cum Rege Israel collocauerant. Quod ex eodem scripturæ contextu patet intuenti. Ita docent August. lib. 2. contra epist. Parmenia. cap. 18. & D. Chrysost. homil. 1. in imperfecto, super Matth. Ambros. in oratio. de obitu Theodosij, & Abulensis, 2. Paralip. c. 16. q. 17. & cap. 18. q. 47. D

Cur Reges multi conuocando infideles in adiutorium sui, à domino reprehensi sunt.
D. Aug.
D. Chrysost.
D. Ambro.
Abulen.

Dauid autem, etsi in aliqua pugna Achis iuuerit; non tamen in omnibus. Quoniam Satraparum Achis consilio, & murmure ab exercitu vnà cum suis depulsus est.

Secundum dictum.
Vocare in adiutorium infideles ad præliandum per accidẽs & ratione scãdali frequenter est peccatum.
Ratio dicti.

Secundum dictum est. Vocare infideles in auxilium ad præliandum, frequenter, per accidens, ratione scilicet scandali, & aliarum circunstantiarum, graue peccatum est. Infideles enim erga loca sacra, Virgines, & sacramenta, summa irreuerentia sacra flocipendentes dissipant, & profanant: & non seruantes iura belli, innumera damna inferunt.

SEPTI-

A

SEPTIMVM DVBIVM.

An liceat bellum gerere contra Hæreticos, titulo hæresis, vel contra alios, titulo falsæ Religionis?

HÆRETICI negant esse illis bellum inferendum, sicut etiam negant igne eos esse puniendos. Sed in hoc, sint duo dicta.

Primum dictum. Hæreticis ob crimen hæreticæ prauitatis, iustissimè bellum infertur. Hoc dictum est catholicum, de quo videndus est Castro de iusta hæreticorum punitione, lib.2.cap.14. probatur. Primum dictum. Hæreticis iustissimè ob hæresim bellum infertur. Castro.

Primò. Ex Deuteron.12. Vbi propter recessum à fide, crudelissimum iubetur bellum indici. Postquam enim dixit: *quòd si recesserint, & dixerint, adoremus Deos alienos,* statim subiungit. *Occides omnes habitatores in ore gladij vsque ad iumenta, & congregabis supellectilia, & cremabis illa cum Ciuitate;* sed isti hæretici discedunt à fide, & cultu Deì, ergo. Probatur primò. Deut. 12.

B Secundò. Isti hæretici sunt rebelles Ecclesiæ, & prælatis, quibus obedire tenentur, ergo. Probatur consequentia ex Scriptura. Nam 2.Reg.20. legimus Dauid indixisse Bellum Remon, eò quòd fecisset rebellare seruos suos. Secundò. 2. Reg. 20.

Tertiò. Quoniam isti hæretici, ruperunt fœdus, & pactum cum Ecclesia & Deo, quo se in Baptismo adstrinxerant, iuxta illud Hiere. 2. *à sæculo confregisti iugum, rupisti vincula, & dixisti non seruiam,* ergo. Quod confirmatur ex facto Ioram 4. Reg. 3. qui bellum indixit Mezæ Regi Moab, eò quòd ruperat fœdus quod cum Patre suo pepigerat. Tertiò. Hiere.2. 4. Reg 3.

Quartò probatur ex grauissimis Pontificibus id confirmantibus. Nam D.Greg.lib.1.Epistolarum Epist.72. maximè Genadium Exarchum hortatur, vt Donatistis bellũ moueat, quos nullis vnquam medijs ad veræ Religionis cultum attrahere potuit. Eius verba sunt hæc. *Sicut excellentiam vestram in hostilibus bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere; ita oportet eam inimicis Ecclesiæ eius, omni viuacitate mentis, & corporis obuiare: quatenus eius ex vtroque triumpho magis, ac magis enitescat opinio, cùm & forensibus bellis, aduersarijs Catholicæ Ecclesiæ vehementer obsistis, et Ecclesiastica prælia, sicut bellatores* Quartò. D Greg. Platina. Varij qui hæreticos persequuti sunt.

tores

tores Domini fortiter dimicatis: Notum est enim hæreticæ Religionis viros, si eis (quod absit) suppetit nocendi licentia, contra Catholicam fidem vehementer insurgere, quatenus hæreseos suæ venena ad tabefacienda (si ualuerint) Christiani corporis membra transfundunt. Cognouimus enim eos contra Ecclesiam Catholicam, Domino eis aduersante colla subrigere, & fidem velle Christiani nominis inclinare. Sed eminentia vestra conatus eorum comprimat, & superbas eorum ceruices iugo rectitudinis præmat. Hæc Greg. Et paulò post, Deum orat, vt ad huiusmodi bellum gerendum, ille Gennadius sit fortis, sic inquiens: *Persoluentes præterea Paternæ charitatis affectum, Dominium petimus; quo brachium vestrum, ad comprimendos hostes forte efficiat, & mentem vestram zelo fidei, velut mucronem gladij vibrantis exacuat.* Hæc ille.

Innocentius rursus Tertius, Christiana sanctitate repletus (referente Platina in vita eius) post quam contra Albegenses hęreticos Gallos, media omnia tentauit, vt eos ad sanam mentem, Christique fidem reduceret, tandem à spe conuersionis eorum cadens, bellum contra eos inchoauit; quod posteà Honorius Tertius successor eius, non minori diligentia, totis viribus prosequutus est.

Æneas rursus Syluius, lib. 1. de origene Bohemorum refert, Legatum Pontificis Cardinalem Sancti Angeli curasse, vt contra Hussitas bellum gereretur.

Probatur quintò. Quoniam si iustè vnus hæreticus propter hæresim occiditur, poterit etiam eorum multitudo propter eandem causam per bellum occidi, & exterminari.

Secundum dictum. Heretico nō potest bellū indici, donec fuerit ab Ecclesia ut talis declaratus. Probatur.

Dico secundò. Non posse bellum hæretico indici, donec fuerit ab Ecclesia hæreticus declaratus. Hoc dictum est omnium consensu receptum. Probatur, ex cap. *cum secundum leges*, de Hęreticis, vbi habetur, non posse Principem secularem priuare hęreticos bonis tẽporalibus, quousque esse tales declarentur per potestatem Ecclesiasticā, ergo multò minus poterunt priuari vita, nec per consequens indici eis bellum.

Tertiū dictū. Post declarationem factā hæresis, pōt quicunque Princeps hæreticum bello petere.

Dico tertiò. Post declarationem hæreticę prauitatis, non potest à quocunque Principe bellum hęreticis indici indifferenter; sed tantùm ijs, qui subsunt eorum dominio: hos enim benè potest suus Princeps vastare; alios autem non, sine Pontificis facultate. Pontifex enim potest Regni

A gni inuestituram alteri Principi tradere, & similiter Imperator qui est Ecclesiæ Capitaneus. Ratio huius est. Quoniam hæresis crimen præcipuè est contra Ecclesiam, cuius caput est Papa: vnde ipsius propriè est, hos hæreticos declarare, vt ait Bonifa. VIII. in cap. *vt inquisitionis*, de hæreticis lib. 6. Papa potest tradere alteri Principi inuestiturã regni alterius. Ratio dicti.

An autem liceat titulo diuersę Religionis agere bellum, Paucis videndum est. Nota.

Pro quorum intelligenda est notanda distinctio Caiet. 2.2.q.66.art.8.& Soto lib. 5.de Iust. & iur.q.3. art. 5. quòd infideles tripliciter se habent ad Principes Christianos. Quidam enim de facto, & de iure Christianis subditi sunt, ut Iudæi, hæretici, & Mauri, qui sunt in terris Christianorum, & ij sunt priuati, vt hæretici vel rebus, vel seruis, & mulieribus &c. iuxta sacros Cano. ut patet in titulis de Iudæis, & hæreticis, & in decretis. dist. 54. Et contra hos non solùm Ecclesia; sed etiam Principes illi quibus subsunt temporaliter, possunt contra eos condere leges in fauorem nominis Christiani, sicut possunt pro alijs pijs causis. Caiet. Sotus.

Quidam verò sunt subditi de iure, & non de facto Principibus Christianis, ut sunt infideles occupantes terras B Christianorum: ij enim si viuũt, vel filij eius, subsunt Principi illi Christiano in cuius terris, & dominio sunt. Quòd si Princeps non habeat hæredes, subduntur Ecclesiæ Romanæ.

Quidam autem sunt infideles, qui nec de iure, nec de facto subsunt Principibus Christianis, secundùm temporalem iurisdictionem; ut sunt Pagani qui nunquam Romano subditi fuerunt Imperio. Et ij propter suam infidelitatem, non sunt dominio suorum priuati, cùm dominium sit de iure positiuo, & infidelitas de iure Diuino, per quod positiuum non tollitur. His positis.

Dico quartò. Quòd (ut ait Caietanus loco citato) *Pagani qui nunquam Romano subditi fuerunt Imperio, nec Rex, nec Imperator, neq; ẽt Ecclesia Romana, possunt aut ad terras eorum occupandas, aut in temporalibus eos subijciendos, ipsis ullo tempore bellum mouere*. Probatur ex supradictis. Quoniam per suam infidelitatem, non amittunt rerum suarum dominium. Castro loco cit. dicit idololatriã à qua qui recedere noluerint, iustam esse causam belli, & ob hanc causam Deut. 12. Deum præcepisse filijs Israel, vt gentes plurimas subuerterent, & dissiparent. Sed profe- Quartum dictũ circa eos qui nunquã Romano fuerunt subditi Imperio. Castro. Deut. 12.

H ctò

ctò propter Idololatriá præcisè non est inferendum bellū; C
nisi resistant prædicationi verbi Dei, vt inferius dicemus.
Nec in testamento veteri (vt ait Caiet.) vbi armata manu
possessio erat capienda, bellū ob id inferebatur, quòd erant
idolatræ; sed vel quia nolebant transitum permittere filijs
Israel, vel ob iniuriam receptam, vel vt recuperarent ea
quæ Deus illis largitus fuerat. Immo ait Caietanus, quòd
esset grauissimum peccatum.

Quintum dictum. Causa belli, non est diuersitas Religionum. D. Tho.

Dico quintò. Causam iustam belli, non esse diuersitaté Religionis. Et est sententia D. Tho. 2. 2. q. 66. art. 8. *tantum enim est bellum iustum, ubi præcedit aliqua magna iniuria.* vt ait idem D. Tho. 2. 2. q. 40. art. 1. hoc dictum est Victoriæ in sua relectione de bello nu. 10.

Sextū dictū. Barbaris impedientibus Euangelij pdicationē, rectè potest bellum moueri.

Dico sextò. Barbaris impedientibus Euangelij prædicationem, & seminationem, occisionibus, minis, aut terroribus eorum qui ad fidem conuertuntur, posse indici bellum. Neque illud est bellum gerere propter diuersam Religionem præcisè; sed propter iniuriam factam. Vnde licet tunc occupare Prouincias illorum Reges deponere, & nouos alios creare, ad Euangelij incrementum. Sic D
Victoria, de Indijs Insulanis, num. 12. & 13. Et hinc sequitur, quòd si qui ex Barbaris sunt ad Christi fidem conuersi, si Princeps eorum conetur eos ad idololatriam ui, & metu reuocare; tunc (si aliàs fieri non pōt) pōt contra illum excitari bellum, ad repellendam iniuriam factā conuersis.

OCTAVVM DVBIVM.

An Princeps teneatur acceptare satisfactionem iniuriæ, & abstinere à bello?

Opinionum varietas. Prima sententia. Syluest.

CIRCA hoc, varia sunt doctorum placita. Syluester enim verbo Bellum primò. q. 10. conclus. 5. dicit, quòd habens iustum bellum, si vltra id quod satisfactum est sibi, & suis de omni damno, & labore operis, vel donec aduersarius offerat se ad satisfactionem, plus abstulit vel damnificauit de illo, tenet' ad restitutionem eius quod plus accepit. Ex quibus colligitur, Syluestrum tenere, quòd eò ipso quòd aliquis Princeps offerat sed ad satisfactionem,

A nem, bellum non est iustum; sed teneri Principem inferentem bellum, acceptare alterius satisfactionem.

Secunda sententia Caiet. Secunda sentẽtia est Caiet. in sua summa verbo, Bellum, qui ait, Non teneri Principẽ desistere, & cessare à præliando, quando bellum est iam inchoatum; teneri autem acceptare oblatam satisfactionem si non fuerit inceptum. Et videtur idem insinuare 2.2.q.40.ar.1.

Tertia sententia Bellarmini. Tertia sentẽtia est Roberti Bellarmini, tomo 1. Controuersiarũ, lib.3. de laicis, & sæcularibus, cap.15. qui tenet ex aduerso Caietani, ex iustitia nunquam teneri Principem qui habet iustam causam acceptare satisfactionem, nec ante inchoatum bellum, nec post: benè quidem vtroque tempore ex charitate ad id teneri, nisi per accidens aliud expediat. Ratio eius est. Quoniam Princeps habens iustam causam belli, gerit personam Iudicis respectu alterius Principis qui iniuriam fecit. Iudex autem non tenetur condonare ex iustitia mortem reo, etiam si offerat satisfactionẽ.

Quarta sententia Medina. Quarta sententia est media, & est aliquorum magistrorum in Hispania, asserentium, quòd bellum inchoatum, B potest habere duplicem statum. Primus est, quando hostes sunt in actuali conflictu, & tunc non tenetur Princeps offensus acceptare satisfactionem. Secundus est, quando C etiam si præliati sint aliqua vice; non sunt tamen in conflictu actuali, & sic si est sufficiens satisfactio, tenetur Princeps offensus illam acceptare: Faciunt autem ij differentiam inter Iudices, & dicunt, Iudicem ordinarium possẽ punire reum secundùm totum iuris rigorem, at verò Princeps in bello, non est Iudex ordinarius, & per se; sed tantũ accidentaliter, seu occasionaliter, ad prouidendum bono suæ Reipub. Et ideò tunc non potest vlterius procedere, quia tantùm potest mouere bellum, in casu in quo aliter non potest accipere satisfactionem. Quoniam illud expedit ad suæ Reip. vtilitatem. Et huiusmodi fundamento diluuntur omnia argumenta illorum, qui probant non teneri acceptare satisfactionem oblatam ab alio Principe. Est notanda. Differentia inter Iudices.

Resolutio. Sed in hoc dubio, vnica distinctione respondebimus. Et dicimus, quòd bellum, aut infertur propter iniuriam illatam, aut propter causam quidem iustam, sed sine iniuria. Si primo modo inferatur, sic tenetur Princeps acceptare satisfactionem si sit sufficiens, bello non incepto: & in hoc sensu intelligitur Caietanus. Si verò bellum inferatur propter iniuriam illatam; sic non tenetur Princeps acce-

ptare satisfactionem, nec à bello cępto desistere. Nō enim hostes tunc sunt in statu satisfaciendi, sed satispatiendi in bello. C

NONVM DVBIVM.

An possit esse bellum iustum ex vtraque parte?

Ratio difficultatis.

RATIO difficultatis est. Quoniam si in bello iusto, Principi inferenti bellum offerat alter Princeps condignam satisfactionem, & ille alter nolit acceptare, tunc potest qui offert satisfactionem, se defendere, armis arreptis, & in alterum purgare, ergo tunc ex vtraque parte bellum esset iustum. Probatur sequela. Nam inferens bellum, licitè infert, quoniam habet iustam causam: & hic etiam contra quem bellum infertur benè agit si pugnet in alterū. Neque enim debet vltrò inimico Ciuitatis ianuam aperire, & gladio colla summittere.

Resolutio Victoriæ. Seclusa ignorantia nullo modo potest bellum ex utraq; parte esse licitum.

Circa quod dico cum Magistro Victoria, de iure belli, nu.32. & Soto lib.5. de Iust. & iure q.1. art.7. dubio vltimo. ꝙ seclusa ignorantia, nullo modo esse potest, vt bellum ex vtraque parte sit licitum. Quoniam si constat de iustitia vnius partis, non licet in contrarium bellare, offendendo. D

Ratio dicti.

Item quia cùm bellum sit actus Iustitiæ vindicatiuę, debet necessariò exerceri in illa qui aliquod crimen commiserunt, nemo enim est sine culpa puniendus vt dicitur regula 23. iuris. Et D August. libro 19. de Ciuit. cap.15. dicit, *nullum esse bellum sine peccato. Quoniam licet iustè agatur, semper tamen pro peccato contrario dimicatur.* & li.15. cap. 5. dicit, quòd *boni si perfecti sunt non pugnant contra bonos, sed pugnant mali, & mali, aut boni, & mali.* Verùm supposita ignorantia probabili facti, aut iuris, potest esse ex ea parte qua vera Iustitia est, bellum iustum per se, ex altera autem parte bellum iustum, id est excusatum à peccato, bona fide. Quoniam ignorantia inuincibilis excusat à toto. Et saltem respectu subditorum, potest sæpè contingere. Dato enim quòd Princeps gerens bellum iniustum, sui belli iniustitiam cognoscat; tamen (vt superius diximus) possunt subditi sequi Principem suum, & tunc ex vtraque parte licit, subditi milites præliantur. Victoria loco citato addit,

D. Aug. quomodo intelligatur.

Bellū in parte potest esse iustum.i. excusabit à peccato prælian-tes.

Ratio dicti.

Victoria reprehenditur.

A Addit quòd *si constat de iustitia vnius partis: tunc non licet militi in contrarium bellare, etiam se defendendo*. Qui sanè in hoc aliqua dignus est correctione. *Licet* enim *vim vi repellere*: & si non possum meam vitam aliter tueri, licet alium occidere. Sic sentit Soto lib. 5. de Iust. & iur. loco citato.

Ad argum. respondetur. Nota multiplex bellum iustum, circa diuersa.

Ad argumentum autem factum dicimus, ex dictis patere solutionem. Nam si bellum Principis inferentis sit iniustum, Bellum ex parte eius cui infertur erit iustum: si verò ex parte inferentis fuerit iustum, & propter honoris causam illatum, tunc bellum illius cui infertur erit iniustum. Si autem fuerit illatum propter causam (excepto honore) tunc inferens bellum, si non acceptet satisfactionem infert bellum iniustum, Alter verò Princeps iustum. Bellum ergo tãtùm potest esse reuera iustum in causa principali respectu vnius partis; altera verò pars potest etiam eodem tempore gerere contra alios bellum iustum, in causa minus principali. Si verò vtriusque exercitus milites habeant ignorantiam probabilem facti, vel iuris; aut etiã inuincibilem, iustè in alterutrum pugnant. Quoniam pugnant sub illa iustitia, quòd liceat militi ad sui Regis imperium militare.

B

DECIMVM DVBIVM.

Quantum damni liceat hostibus inferre?

Quatuor sunt damnorũ genera. Primũ mors, secundũ bonorum spoliatio, tertiũ ablatio libertatis, quartũ ablatio dominij.

QVATVOR sunt damnorum genera, quæ regulariter hostibus in bello inferuntur. Primum enim est mors, seu occisio. Secundum est spoliatio bonorum mobilium. Tertium est ablatio libertatis, redigendo hostes in seruitutem. Quartum, & vltimũ ablatio Dominij, seu Regni quod possidẽt. In ijs communi praxi damnificantur hostes. Sæpe enim sunt hæc necessaria vel ad propria recuperanda, vel ad iniuriam resarciendam, vel ad pacem firmandam, & stabiliendam, vel ad compellendos hostes ad debitam satisfactionem. Duplex autem limitatio seruanda est in ijs damnorum generibus inferendis. Primò quantùm ad mensuram, & quantitatem, vt secundùm delictum, sit & plagarum modus,

Secundò quoad personas quibus inferenda sunt. Et quo C ad primum, dubitatio est, quantum damni liceat hostibus inferre. Et regula generalis est, mensuram in vniuersum ex quantitate causæ esse petendam, id est quantùm necessarium est ad propria bona recuperanda, vel vt accipiatur æquiualens ab hoste, vel vt violentia, & vi ab eo auferatur quod sponte reddere non vult, vel quantùm meretur iniuria illata, & accepta, vel quantùm necessarium est ad securitatem habendam in posterum, ab ijs hostibus, & ad stabiliendam, & confirmandam pacem.

Ex hac vniuersali regula, colligi potest in particulari quid liceat in singulis illorum quatuor damnorum.

Quoad primum genus damni quantum damnũ liceat hostibus inferre.

Et quidem de primo genere damni, dicimus, non solùm in ipso conflictu licere hostes vulnerare, mutilare, & occidere quotquot fieri potest, sed parta etiam victoria, licere aliquos (si id causa iusta requirat) in pœnam occidere, precipuè si sint Duces, & Capita exercitus. Vnde Iosue 10. legimus, Gabaonitis expugnatis, quinque Reges Amorrhęorum contra Iosue insurrexisse, qui fugientes à bello, & speluncam quandam præ timore ingressi, ibi conclusi sunt. D postquàm ergo Iosue inimicorum exercitum contriuerat, non contentus tanta cæsorum strage, Reges etiam illos, e spelunca productos, & prius ab omnibus delusos, suo gladio interfecit.

Iosue 10.

Esset tamen non modò vitiosus excessus; sed etiam maxima crudelitate plenus, si post partam victoriam, hostes omnes etiam nocentes sęuo gladio occumberent: nisi id maxima vrgens causa postularet, ut patet Deutero. 13. & 20. & 1. Reg. 15. Sed in ijs, & alijs exemplis veteris legis, vbi specialiter Dei auctoritas intercessit, qui est omnium Dominus, rigorem illum, atque securitatem videmus. Nũc autem in lege gratię, maiori mansuetudine vtendum est.

Deuter. 13. & 20.
1. Reg. 15.

Quoad secundum dãnum quid sit dicẽdum.

Quoad secundum damnum, scilicet spoliationem bonorum, dico. Licere nobis tantùm accipere ab hostibus, quántùm sufficit ad rei iniustè ablatæ recuperationem, & ad recompensationem damni passi, & expensarum factarum: pro quibus, omnia hostium bona mobilia quæ ad manus venire possunt, licitè retinentur. Bona enim mobilia hostium (vt diximus) bello capta, eo ipso fiunt capientium, vt habetur cap. *ius gentium*, & cap. *ius naturale*, dist. 1. & l. *naturalem*. ff. de acquir. rer. domi. & l. *hostes*. & l. *si quid in bello*. ff. de captiuis. & Instituta, de rer. diuis. §. Item ea quæ ab

A ab hostibus. Idemque colligitur ex Deutero.20.& ex Ambros.lib.1. de Abraham Patriarca. c.3. & refertur 23.q.5. can. *dicat.* & ex Aristot. qui id apertè docet, lib.1. Polit. cap.4.& hac de re plura habentur in illa l.*si quid in bello.* ff. de capti.& Archid.23.q.2.can.*Dominus noster.* D. Antoni. 3.par.tit.4.c.2.§.9. & 10.Angel.verbo, Bellum §.1.Syluest. q.1.& 9. Tab. §.10. Victoria in sua relectione de bello, nu. 51.& Couar.lib. Variarum lectionum, ca.2. & in relectione super regulam, Peccatum, par.2.§.11.num.1. & seq.

Deut. 20. D Ambr. Arist. Archid. D. Antoni. Syluest. Tabie. Victor. Couar.

Adde etiam, post partam victoriam licere etiam in pœnam captorum, aliorumque terrorem, mulctare hostes aliqua pecunia, & interim tradere Ciuitatem inimicam militibus diripiendam. vt Syluester ait §. 10. & si hoc cum maximo moderamine esse debet, & rarissimè licet. Præsertim inter Christianos, aliter enim moderatione ista nō adiecta, bella, latrocinia potius essent nominanda.

Licet hostes pecunia mulctare.

Quoad tertium, scilicet de libertate, eadem proportionaliter dicuntur, quæ de secūdo. Quoniam libertas numeratur inter bona externa, & etiam de iure gentium, hostium bello capti, sunt capientium, vt patet ex Aristot. loco cit.& habetur l.hostes.ff.de captiuis. hic tamen duo notanda sunt.

Quoad tertiū de libertate, quantū damnum inferre liceat.

B

Primum est. Quòd in hoc est adhuc maior moderatio adhibenda, quoniam inter externa bona, libertas est maximum, & è contra mancipiorum seruitus, existimatur maximum malum.

Nota primò.

Secundum est. Quòd ex iure gentium, in bellis iustis quæ fiunt inter Christianos Principes, capti non fiunt serui, & mancipia aliorum Christianorum, etiam si quandoque retineantur in carceribus, & non nisi soluto prætio reddantur, quod quidem factum est in honorem Christianæ Religionis. Vide de hoc Barth. ff. hostes, de captiuit.& Panor. locò cit.

Nota secūdò.

Quoad quartum damnum, similiter etiam (proportione habita) dicendum est, Quia illa sunt bona externa. Solùm illud aduertendum est, (vt diximus superius) nunquam hostes huiusmodi dominio esse priuandos, nisi cùm vel victor habet aliquod ius in illud Regnum, vel cùm est illa iusta pœna illata iniuriæ, vel cùm id est omninò necessarium ad cōseruationem, aut pacis, aut Fidei, & Christianæ Religionis.

Quoad quartum scilicet, de dominio, quid sit dicendum.

Quibus personis liceat in bello ista dāna inferre.

Sed altera dubitatio est. Quibus nam personis liceat

hæc damna inferre?

Et dico primò. Quantùm fieri potest hæc damna non esse inferenda innocentibus. Quia vt habetur ex regula iuris 23. & ex communi omnium consensu, non est aliquis puniendus sine culpa. & huc pertinet præceptum illud D. Ioannis Baptistæ Lucæ 3. datum militibus ne cui iniuriam facerent, aliquemve concuterent, sed contenti tantùm essent stipendijs suis. Innocentes autem sunt, qui neque ullo modo fuerunt auctores illatæ alteri iniuriæ, neque in bello pugnarũt, vt sunt pueri, & infantes, vel captiui apud illos hostes detenti. Et ut plurimum nisi contrarium constet, tales censentur fœminæ, & ex uiris adultis, ij quibus tempore belli prohibetur noceri, in cap. innouamus de tregua, & pace. & hoc est quod scriptura dicit Exo. 23. *insontem, & innocentem non occides*. & Deut. 24. *non occidentur filij pro parentibus*. De qua re legendus est Driedo lib. de captiuit. & redempt. generis huma. tract. 2. quocirca meritò Theodosius Imperator à D. Ambro. reprehensus fuit, ut refert Rufinus lib. 2. Ecclesia, hist. cap. 18 quòd sine delectu, sed promiscuè etiam innocentes interficeret.

Lucæ 3.

Dico secũdò.

Dico secundò. Aliquando ex causa licere aliquo modò ea omnia damna innocentibus inferre. Licet autem hoc duobus modis.

Primò indirectè, inferendo tantùm per accidens mala illa etiam scienter, præter intentionem tamen. Vt cùm expugnatur Ciuitas ab eo qui iustum bellum gerit, si non possit superari nisi solutis machinis, & bellicis instrumentis, quæ effici non possunt, sine innocentum occisione, tũc talis innocentium mors, est licita. Probatur.

Nota quãdo liceat occidere innocẽtes.

D. Tho.

Primò. Ex doctrina D. Tho. 1. 2. q. 6. ar. 4. 3. & 9. 73. art. 8. Quoniam illa occisio innocentium, non est voluntaria absolutè, sed tantùm in sua causa. Quam causam non tenetur miles vitare, cùm iustum bellum agat; illud autẽ quod non tenemur euitare, non est nobis voluntarium ad culpã.

Licitum est medicinã cõferre, licet per accidens sequatur abortus.

Secundò. Licitum est cõferre mulieri medicinam ut sanetur, licet ex illa per accidens sequatur abortus, quidquid Syluest. dicat, verbo Medicus, q. 4. Non enim intenditur abortus per se, sed sanitas: quia in re spatium etiam mensium prolis considerandum est.

Syluest.

Licitum est Ciuitatem deprædandã militibus quandoq; concedere.

Tertiò. Licitum est concedere Ciuitatem militibus deprędandam in casu in quo victoria aliter obtineri non possit, & illam ferro, ignique committere. Sic enim tũc expedit,

A d't,ut terreantur hostes,milites ad pugnam inflammētur. & tandem victoria comparetur. Atqui in eo casu quam plurimi innocentes paruuli, & mulieres occiduntur ergo. Sic docet Sylu.verbo Bellū 1.q.10.cōcl.3.& Victoria.n.52.

Quartò. Id ex pluribus scripturæ locis persuadetur. in quibus, & præsertim Deutero.20.dicitur. *ex Ciuitatibus quæ dabuntur tibi,nullum omninò permittes uiuere,sed inter ficies eos in ore gladij*. Quod in expugnatione Vrbis Hierico (Iosue 6.) exequtum fuit.& 1.Reg.cap.15. à Samuele in extirpatione Amalechitarum: etsi omnes illæ innocentium occisiones erant de per se intentæ, quoniam fiebant Diuina auctoritate,& non humana. Constat autem Deum esse absolutum dominum vitæ, & ideò illud præcipere poterat.Nunc autem non licet hoc humanæ auctoritati,nisi per accidens,& indirectè. De hac re, legendus est Magister Victoria eodem loco,num.37. & 38. & Soto lib.5.de Iust.& iure, q.1. art. & est communis. Ex quibus sequuntur quinque corollaria.

Deut 20. Iosue 6. 1. Reg 20.

Victoria. Soto.

Primum est. Quòd existentibus in Ciuitate quæ expugnatur, pluribus innocentibus, paucis verò nocentibus; B tunc illicitum est Ciuitatem illam subuertere. Quoniam tunc maiora essent mala quæ inferrentur per bellū, quàm bona recuperanda,quæ intenduntur. Quod etiam exemplo illo Abrahæ confirmari potest. Cùm enim Dominus Ciuitates Sodomorum,& Gomorrhæorum vellet igne,& sulphure concremare,ęgrè ferens Abraham tantam hominum stragem,Dominum deprecatus fuit, vt vnà cum nocentibus, innocentes quoque nollet flammis inuoluere, quod concessit ei, adiecto pacto: & si postea vastatio fuerit consequuta. Vnde à minori ad maius, si Dominus cùm esset absolutus Dominus vitæ omnium, paucos innocentes non vult cum plurimis nocentibus castigare,à fortiori, homo nunquam debet plures innocentes debellare, & si in medio eorum sint pauci nocentes.

Primum corollarium. Nota.

Secundum est. Quòd parta victoria, non licet interficere innocentes, etiam illos quos fortè timetur futuros nocentes. Non enim sunt facienda mala vt eueniant bona, & hoc esset directè in innocentes tendere. Item quoniam Princeps,alijs vijs, & remedijs potest cauere à futuro malo: puta mittendo eos in exilium,vendendo illos,vel captiuos retinendo. Hoc docent Victoria,nu.38.& Bañes 2.2. q.4.art.1.dub.11.

Secundum corollarium.

Parta victoria non licet interficere innocentes.

Ratio. Victoria. Bañes.

Tertium

Tertium corollarium.

Tertium est. Quòd siue iam parta sit victoria, siue bellum actu geratur, si de alicuius militis innocentia constet, tenentur milites (si possunt) eum liberare, & saluare. Sic habet Victoria, nu. 38. C

Quartum corollarium.

Quartum. Quòd in Ciuitate inimica expugnanda, si nō possūnt distingui nocentes ab innocentibūs, licitè possunt omnes nullo discrimine interfici.

Quintum corollarium.

Quintum est. Quòd in Ciuitate hostium iam expugnata, omnes illi qui possunt arma capere, præsumuntur nocentes, & post victoriam impunè possunt occidi. Nec enim Princeps, vel milites tenentur deinde inquirere qui fuerint innocentes, qui verò nocentes. Sic Bañes ibidem ad primum.

Quoad secundum genus damni tria dicuntur.

Quoad secundum damnorum genus, tria dicenda sunt.

Primum licitè possunt expoliari innocentes vt sūt patres nocentium.

Et primò dico. Licere per se expoliare innocentes, prout sunt partes Communitatis nocentis. Quod patet, quia hæc bona innocentium externa, sunt etiam Communitatis eorum. Vnde ex causa iusta possunt à nocentibus illa auferri. Quod etiam patet in represalijs. Sunt autem represaliæ recompensationes aliquorum bonorum iniustè ablatorum alicuius Principis, pro quibus idem Princeps bona aliqua alterius detinet, vel suorum subditorum. Patet autem fieri posse has represalias. D

Represaliæ fieri possunt.

Quia possunt ex auctoritate sui Principis auferri, ergo licet etiam auferri bona eorū uel communitatis cuius sunt illi subditi. Quoniam si hæc bona licet diripere in bello iusto, licebit etiam eadem retinere sine bello. Verùm ad hoc ut usus istarum represaliarum non sit vitiosus, magna prius opus est moderatione. Vt si primò scilicet Princeps cui illi sunt subditi requisitus, vt eos ad restituendum compellat, cùm id possit efficere, nolit.

Quæ moderatio adhibēda sit in represalijs faciendis.

Requiritur etiam vt facientes has represalias, id faciant auctoritate sui Principis, cuius solius auctoritate potest fieri bellum. Et certè hę conditiones necessariæ sunt circa represalias, quoniam directè tendunt contra innocentes.

Secundum dictum.

Licet expoliare innocentes bonis, & rebus quibus aduersus nos vsuri sunt.

Secundò. Licet etiam spoliare innocentes bonis, & rebus, quibus hostes aduersus nos usuri sunt, ut armis, nauibus, & machinis, quod patet. Quoniam aliter victoriam consequi non possemus. Licet insuper innocentum pecunias accipere, & comburere, frumenta corrumpere, equos occidere, si ita ad hostium uires debilitandas expediuerit.

Corollarium notandum.

Ex quo sequitur, quòd si bellum sit perpetuum, indifferenter

A ter licet expoliare omnes, tam nocentes, quàm innocentes, quia ex opibus suorum hostes alunt bellum iniustum.

Dico tertiò. Quod si bellum aliter effici potest, sine agricolarum, & innocentium expoliatione, non licet eos expoliare, vt ait Syluest. verbo bellum §. 10. Si verò hostes nolint restituere res iniuria ablatas, & non possit qui læsus est, aliunde sua commodè recuperare; potest undecunque alter offensus satisfactionem capere, siue à nocentibus, siue ab innocentibus.

Tertiū dictū. Si bellum fieri pōt absque agricolarum expoliatione, non licet eos expoliare.

Circa tertium, de seruitute, & captiuitate, dico cum Victoria, de iure belli, num. 42. quòd eadem ratione licet ducere innocentes in captiuitatem; sicut licet spoliare illos. Libertas enim, & captiuitas inter fortunæ bona reponuntur, & numerantur. Vnde cùm tale est bellum, ut liceat hostes omnes expoliare, & occupare omnia illorum bona; licebit etiam omnes hostes indiferenter siue nocentes siue innocentes ducere in captiuitatem. Vnde cùm bellum aduersus Paganos sit huiusmodi, quia est perpetuum, & nunquam satisfacere possunt pro iniurijs, & damnis illatis: ideò dubitandum non est, quin pueros fœminasque Saracenorum in captiuitatem, & seruitutem ducere liceat. Sed quoniam iure gentium inter Christianos videtur receptū, vt Christiani non fiant serui, (in bello inter Christianos commisso) licet, si ita opus est bello, captos captiuos ducere etiam innocentes, pueros, & fęminas: non quidem in seruitutem, sed ut pro illorum redemptione, pecunias recipiamus. Quod tamen extendendū non est, vltrà quàm belli necessitas postulet, & belli gerendi consuetudo legitimè obtinuit, vt ait Victoria.

Circa tertium damnum. Resolutio. Victoria.

B Christiani in Christianorū bellis capti, non fiunt serui.

Nota.

Quoad quartum damnum. Dicimus, negari non posse aliquando ad mutandos Principes, vel ad eorum Principatum occupandum, sufficientes, ac legitimas causas posse intercedere, & hoc ob multitudinem, & atrocitatem dānorum, & iniuriarum: tum maximè quando aliter pax, & securitas ab hostibus obtineri non potest; & nisi id fieret maximum periculum, & detrimētum Reipublicæ immineret, vt superius dictum est: quod patet. Quoniam si in casu, licet ex causa, Ciuitatem occupare, ergo etiam licebit ex causa tollere, & deponere Principem Ciuitatis.

Quoad quartum dānum.

Ratio dicti.

Secundò, quia sicut licet iudici particulari, mulctare auctorem iniuriæ auferendo ab eo Ciuitatem aut arcem; ita & Princeps qui iure belli factus est tanquam Iudex, poterit

Nota. Iudex particularis potest mulctare auctorem iniuriæ priuando eum Ciuitate aut Regno.

Romani quomodo Impe-

tum fuũ auxerunt,& dilatauerunt.

rit ratione acceptæ iniuriæ id facere. Quo etiam titulo C Romani Imperium suum auxerunt, & dilatarunt, in ditionem suam Prouincias redigẽdo: quod tamen Imperiũ, tanquam iustum,& legitimum, à D. Aug.in lib. de Ciuit. Dei. D.Ambr. Hiero.& D. Thoma defenditur.

Quòd si reuera iusta causa belli non intercedat, sed tantùm bona fide præuijs debitis inquisitionibus bellum agitur, tunc victori licebit res ablatas recuperare, & fortasse impensas belli. Tamen ultra iustã satisfactionem, res temporales aduersarij occupare non poterit. Et cùm hoc genus damni tantùm nomine pœnæ inferri possit, quæ in innocentes cadere non debet (ut ait Victoria nu. 59. in fine) sequitur quòd absolutè innocentes Regnis, & dominijs suis priuari non possunt, nisi fortè Regulus, vel Marchio sit subditus illius Reipublicæ cui bellum infertur. Tunc enim potest id damni etiam innocenti inferri, cùm sit pars illius Reipublicæ quæ dominium aliquod in illis bonis retinet. Cum moderamine tamen illo, quod in bonis externis adhibendum esse diximus. Ob cuius temperamenti defectum, inducitur vt plurimum obligatio ad restitutionem, cùm excessus ille sit contra iustitiam. Hæc de innocentibus. D

Victoria.

Innocentes absolutè non possunt dñijs suis priuari, nisi fortè Regulus ille sit subditus illius Reipublicæ cui bellũ infertur.

Sunt etiam tria alia genera personarum, quibus milites damnum inferre non possunt.

Tria genera personarum quibus non licet militib. damnum inferre.

Primum genus.

Caiet.

Syluest.

Primum eorum omnium, qui non sunt de inimica Republica. Vnde nulla sunt excusatione digni milites illi, qui damnum inferunt ijs, apud quos hospitio accipiuntur, vel Rusticis per quorum loca transeunt, etiam si sufficientia stipendia non habeant, vt ait Caietan. verbo Bellum, puncto 4. Non enim priuatorum hominum bona sunt illis obligata, nisi fortè id in pœnam fuerit illis iniunctũ. Quod dictum est,& Syluest. verbo bellum. §.10.& Victoriæ, numero 40.

Secundum genus.

Conc Laterã.

Caiet.

Secundum genus est illorum, qui etsi de corpore hostilis Reipublicæ sint; excipiuntur tamen ab Alexandro III. in Concilio Lateranen.& refertur in Decretalibus, in cap. *Innouamus*, de tregua & pace, vbi sic dicitur: *Innouamus vt Presbyteri, Monachi conuersi, Peregrini, Mercatores, rustici euntes vel redeuntes, vel in agricultura existentes, & animalia quibus arant, & semina portant, ad agrum, congrua securitate lætentur*. Vbi ex sententia Caiet. puncto 4. per *Mercatores non intelliguntur negotiatores qui ibi resident;*

A *dent; sed illi qui transeunt, vel ad nundinas veniunt, cùm ij non sint pars Ciuitatis, illi verò membra illius reputandi sunt. Nec incolæ mercatores, melioris debent esse conditionis, quàm cæteri artifices.* Addit vnum Caietanus, *fortè hos canones ex Aula exiuisse, et mala consuetudine esse abolitos. Sicut etiam alter canon Vrbani Papæ qui habetur 24.q.3.can. Paternarum, vbi Oratores, qui ad Ecclesias peregrinantes accedunt, cum suis rebus quas ferunt, tutos, & sine molestia, sub pœna anathematis, & Ecclesiastici interdicti esse statuitur.*

Tertium genus est eorum, qui ad bellum inepti sunt, quales sunt pueri, Senes, mulieres; tales enim etsi capi possint, & expoliari: sunt enim mẽbra Ciuitatis; occidi tamen directè, & per se non possunt, ut diximus superius. **Tertiũm genus.**

QVAEST. QVARTA.

An Clerici tempore belli fugam posint arripere?

B

IN hoc quæsito, tantùm sermo erit de bello inter Christianos, vbi nullũ est fidei periculum, & Tyrannicę oppressionis: de his enim superius fusè satis tractauimus. In omni autem bello varia incommoda, & innumeræ calamitates, etiam contra bonos mores insurgunt, & tanquam in disposito, ac valdè exsiccato fomite, dissolutionis, & humanæ insolentiæ ardens flamma accenditur, omnia peruagatur, & debellatum populum, non sine maximo Dei, & Religionis contemptu concremat, & consumit. Neque in hac re, multis erit nobis immoderandum, cùm non veteribus modò monumentis id constet; sed etiam recentioribus huius nostræ ætatis factis, euidentissimè cõprobetur. Neque enim impasta multo tempore bruta, cùm ad prædam, & venationem currunt, tanta sunt færitate donata, quanta crudelitate sunt pleni homines, cùm (debellato populo) alios sibi similes, ante se vident curuis poplitibus humiliari, & passis manibus, pro vita nondum amissa deprecari. Nec tamen flectuntur animo; sed nullo discrimine, facto impetu, suos enses inimicorum sangui- **Titulus quæstionis.** **Mala belli, & incommoda.**

ne

ne inebriant, aliorum fœminas ante suorum conspectum C dehonestant, pueros trucidant, puellas rapiunt, deflorant virgines, & ac si Deum horum scelerum vindicem non haberent, nullum est malum, quod (etsi facere nō possunt) patrare saltem posse non optent. Vnde Honoratus Episcopus (vt videre est in Epistola Augustini 186 bellorum mala, & incommoda ex bello nascentia non sine magno timore ad Augustinum scribens sic ait. *Si in Ecclesijs persistendum est, quid simus nobis, vel populo profuturi non video: nisi vt ante oculos nostros viri cadant, fœminæ constuprentur, incendantur Ecclesiæ, nos sub tormētis deficiamus, cùm de nobis quæritur quod non habemus*. Hæc ille. Quæ quidem, & alia multa mala, quæ inter bellandum occurrunt, non parùm Episcoporum, & Curatorum præsentia medelæ suscipiunt. Ijs enim omnibus incommodis, vti Pastores, & Reipublicæ partes, paterno affectu occurrunt, & opportuno remedio præstolantur. *An non cogitamus* (inquit August. respondens Honorato in eadem Epistola) *cùm ad istorum periculorum peruenitur extrema, nec est potestas vlla fugiendi, quantus in Ecclesia fieri solet ab vtroq; sexu, atque ab omni ætate concursus, alijs baptismum flagitantibus, alijs reconciliationem, alijs etiam pœnitentiæ ipsius actionem, omnibus consolationem, & sacramentorum confectionem, & erogationem? Vbi si ministri desint, quantum exitium sequatur eos, qui de isto sæculo vel non regenerati exeunt, vel ligati? quantus est etiam luctus fidelium suorum, qui eos secum in vita æternæ requie non habebunt: quātus denique gemitus omnium, & quorundam quanta blasphemia de absentia ministeriorum, & ministrorum? Vide quid faciat malorum temporalium timor, & quanta in eo sit acquisitio malorum æternorum. Si autem ministri adsint, pro viribus quas eis Dominus subministrat omnibus subuenitur: alij baptizantur, alij reconciliantur, nulli Dominici corporis communione fraudantur, omnes consolantur, ædificantur, exhortantur, vt Deum rogent qui potens est omnia quæ timentur auertere, parati ad vtrumque, vt si non potest ab eis calix iste transire, fiat voluntas eius, qui mali aliquid non potest velle.* Hæc Augustinus. Vnde paulo ante dixerat: *Magis timeamus, ne lapides viui extinguantur deserentibus nobis, quàm ne lapides, & ligna terrenorum ædificiorum incendantur præsentibus nobis. Magis timeamus, ne membra corporis Christi destituta spirituali victu necētur, quàm* D

Bellorum incommoda, & timores, quot sint.

D. Aug.

Absentia ministrorum Ecclesiasticorū, quot malorū sit causa.

ne

A *ne membra corporis nostri oppressa, hostili impetu torqueantur*. Hæc ille.

Sed ut breuibus quæstionem hanc expediamus dicimus: Ad remanendum tempore belli, non omnes sacerdotes astringi, sed eos tātùm, qui sunt animarum cura deuincti. Ij enim nullo modo propter imminentia mala, & incommoda quæ millies in bello occurrunt, ubi tot efflantibus animam, tempestiuè sacramentorum remedio succurrunt, ab inuasa Ciuitate abesse non possunt. Similiter etiam nec Episcopi, nisi Vicarios ad id munus idoneos suo loco substituant. Quo facto, benè ipsi possunt tunc abesse, & non aliter, ut fusius lib. 1. q. 1. declarauimus. Nec fugiendo, id ex timore eos facere existimandum est; Set ut se maiori Dei seruitio, & publico Populi sui bono præseruent. Sunt enim omnium veluti caput, & lucerna. Vnde D. Augustinus in dicta Epist. 180. ad Honoratum de Dauide à prælio declinante sic dicit. *Denique Sanctus David, ne se committeret periculis præliorum et fortassis extingueretur (sicut ibi dictum est) lucerna Israël, à suis hoc petentibus sumpsit, non ipse præsumpsit. Alioquin, multos immitatores fecisset ignauiæ, qui cum crederent hoc fecisse non consideratione utilitatis eorum, sed suæ perturbatione formidinis. Non enim qui fugit a periculo existimandus est, id animi debilitate præstare; quin potius ideo multoties fugit, ut ad maiora se mala, & incommoda præparet. Moses fugit ab ira Pharaonis, Exod. 4. ut se ad ascensum montis Abarim, & ad mortem in eo subeundam, ex Domini præcepto præpararet. Num. 27. Magnus item Elias, & si prius Iesabel faciem pertimuit, & fugit, id ideo fecit, ut audacter agens partes Domini, Regem Achab iniquum, Silicea fronte reprehenderet, 3 Reg. 18. Ex fuga item Mosis à facie Pharaonis, populus Israel maximum ducem nactus est, Deo carissimum: cuius ope, tot miranda effecta vidit, ac toties inimicos expugnauit Iacob inter fugiendum, pluribus Diuinis visionibus dignus habitus est. Labanem ad pudorem compulit, Esau coercuit, idemque ut pater Iudæ esset obtinuit. Non igitur* (ait Athan. in sua apologia de fuga) *culpabilis est, aut uitiosa Sanctorum fuga Si enim non declinassent persecutores, quomodo ex semine David ortus esset Dominus? Aut quomodo prædicare potuissent sermonem veritatis, cùm id agebatur à persequtoribus, eoq; Sanctos persequerentur, ut tollerent doctorem veritatis? Eo certè animo*

Qui Sacerdotes astringuntur tempore belli remanere.

Fugiens à bello, non ideò fugit quia timet mori, sed ut se ad maiora præseruet.

D. Aug

Dauid cur nō se prælijs cōmisit.

B

Moyses cur fugit.

Exod. 4.

Num. 27.

3 Reg. 18.

Gen.

Sanctorū fuga non fuit semper culpabilis.

D. Athanas.

Iudæi Apostolis prædicandi facultatem interdicebant, Sancti contra, omnia sustinere malebant, vt Euangelium prædicaretur. Hæc Athanasius. C

Debet autem Episcopus, belli tempore (maximè si ipse absit) populi vtilitati consulere: ut qui ad externa vulnera nõ deest corporalis medicus, aut chirurgus; ad animæ quoque lætales grauioresque curandos morbos, Sacerdotum, & Confessariorum copia non defficiat: vt quibusque sacramento pœnitentiæ, & extremæ vnctionis (si fuerit opus) succurratur; Neque si id Episcopus dum abest, curet relinquere, abesse a populo iudicandus est, cùm omne suum studium, ijs omnibus remedijs, in ouile adhibeat. Vnde Chrysostomus in hom. 1. de incomprehensibili Dei natura ad Anomæos absente Episcopo in principio sic habet. *Quid hoc est fratres charissimi? Pastor abest, & tamen oues suum cum diligentia seruant ordinem, video. Profectò boni illius Pastoris, id quoque officium est, vt non modò illo præsente, verùm etiam absente in ouile studium omne adhibeat, ne quid temerè agatur. Brutorum greges si quis educat non absit, manere intra septa necesse est, vel si sine Pastore prodierit, passim aberrat, & vagatur; at inter vos nihil eiusmodi video euenire, sed etiam cùm Pastor abest, vos consueta pascua petitis, cum ordine & decore. Verùm, vt melius loquar, Pastor & ipse adest mente, & animo, quamquam corpore abest: Nemo id abesse dixerit, cùm ordinem nostrum, & modestiam contempletur, tametsi minus corpoream eius faciem cernit.* Hæc ille. Et quoniam in tantùm sceleratorum hominum insolentia percreuit in bellis, ut quod Arriani in tempore Athanasij in catholicos annosos Episcopos, nullo delectu habito, neque Parasceuę obseruato die faciebant, dum sæuientes maximè, contumelijs opprobrijsque complebant, id isti expugnata Ciuitate, quasi nullum maius Deo sacrificium facturos se posse existiment, ad Episcoporum domos inuadendas, conscendendas, infringendas, & depopulandas, toto se conatu, totisque viribus cõferunt: & multo tempore ante Vrbis ingressum, nil nisi hoc mente impiè reuoluere consuescunt. Imò quod sæpè dolendum est, vt deprędentur ista, apprehendunt Episcopos, pecunijs mulctant, & in carceres eos conijcientes, ferreis vinculis concludunt, non sine maximo Dei, ac Christianæ Religionis contemptu, dum illos ferreis manicis ligant, ferisque concludunt, quibus pote- D

Episcopus tempore belli quid curare debeat.

D. Chrysost.

Nota insolentiam bannitorum deprędantium, & Dei Episcopos capientium.

A ſtatem dedit Dominus in terris dimittendi peccata, & hõmines à peccatorum vinculis ſoluere, & liberare. Quapropter, ne ijs opprimantur calamitatibus, benè Epiſcopi faciunt, ſi (vt diximus) Populo idoneo Vicario relicto, fuga vitæ ſtudent conſulere.

Verùm rogabit quis, An epiſcopus debeat prohibere, ne feſtis diebus prælietur? quod eſt quærere, An liceat bellare diebus feſtis? Dubium.

Quam rem tractant D.Tho.2.2.q.40.art.4. & Alexan. Alen.3.par.q.7. memb.3.art.2.§.3. D.Antoni.3.par. tit.4. cap.2.§.9. Angel.verbo, bellum §.18. Syluest. verbo bellum 1.§.9. Tabie. etiam §.9. Caietanus in ſua ſumma, verbo bellum 2. ſuper locum D.Tho. 2.2. D Thom. D Antoni. Angel. Syluest. Tabie. Caiet.

In quo reſpondendum eſt cum D.Tho. quòd ſi adeſt neceſſitas bellandi, etiam diebus feſtis pro Reipub. defenſione, & tuitione, licet bellare, ſecus autem non. Obſeruatio enim feſtorum, ſicut non impedit ea quæ ordinantur ad hominis ſalutem corporalem, vt patet Ioan.7. unde medici poſſunt licite in die feſto mederi, ſic ob Reipublicæ ſalutem, per quam impediuntur occaſiones plurimo-
B rum malorum temporalium & ſpiritualium, pugnare licebit. Reſolutio. D Tho. Bellare licet diebus feſtis pro Reipub. defenſione. Ioan.7.

Caietanus exiſtimat, non ſolùm hoc eſſe de bello defenſiuo, ſed etiam offenſiuo, ſi adſit opportunitas ad acquirendam victoriam: quemadmodum licet piſcari in die feſto, quando piſcium temporaneus euentus occurrit. ut in cap. licet, extra de ferijs. Nec verba D.Tho. contrarium ſonant, cùm, ut optimè interpretatur Caietanus, per tuitionem Reipublicæ, omnem iuſtam cauſam bellandi intelligat. Et hoc idem vult Nicolaus III.23.q.8.can. ſi nulla, vbi dicitur, *Quòd ſi ineuitabilis vrgeat neceſſitas (qualis eſt punctus acquirendæ victoriæ) licet omni tempore bellum gerere, ne tentetur Deus.* Et 1.Machab.2. dicitur: *cogitauerunt laudabiliter dicentes: omnis homo qui venerit ad nos in die Sabbathorum, pugnemus contra eum.* Caietani opinio. D. Tho. 1 Mach 2.

Addit Caietanus, *quòd bellare in die feſto ſine neceſſitate, non ſit peccatum mortale, ſi diuina non ommittantur, puta miſſa. Quoniam* (inquit) *bellare, non eſt opus ſeruile, quod tantum prohibetur in die feſto,* eſſet tamen veniale. Quoniam etiam in diebus feſtis ducuntur coreæ, haſtiludia fiunt, nuptiæ celebrantur, & alia huiuſmodi mentem inquietantia, abſque ſcrupulo peccati mortalis. Verùm hæc Caietani dictum quod diebus feſtis ſine neceſſitate bellare, nõ ſit peccatum mortale. Caiet. dictũ non eſt tutũ.

Prima ratio. sententia non videtur satis tuta. Tum quia est contra D. Tho. qui cum communi absolutè dicit esse illicitum; tum quia bellare est opus afferens maximam inquietudinem corporis, & mentis, & ideò uidetur grauis iniuria, & violentia diei festi. Tum etiam, quia non solùm opera seruilia prohibita sunt diebus festis; sed etiam alia, ut exercere iudicia, ferre sententiam, & alia huiusmodi, vt patet ex cap. omnes, & cap. conqueſtus de ferijs; at verò hęc multò magis concurrunt in bello. Tum demum quia etiam prohibitum est certis quibusdam diebus festis pugnare, vt patet ex cap. si nulla 23. q. 8. & cap. 1. de tregua, & pace, ergo est illicitum. Ex quibus omnibus liquidò apparet, quando Episcopus alijs bellare debeat interdicere, quando verò non.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

Diuisio quæstionis.

QVAEST. QVINTA.

An Papa poßit dispensare cum Clerico ad bellandum?

HIc duo videnda sunt.

Primò. An Clericis liceat bellare.

Secundò. An Papa possit in hoc dispensare cum eis?

Circa quæ notandum est, sex modis posse intelligi Clericum bellare.

Sex modis potest intelligi clericum bellare.

Primò mouẽdo bellum.

Primò mouendo bellum, & sic certum est licere Episcopis, & Clericis, illis nempe qui temporale dominium ad modum Reipublicæ perfectæ obtinent: puta cùm habent Castra, Comitatus, & Marchionatus. Ita tenet Syluest. verbo, bellum 3. q. 1. & Nauar. cap. 27. num. 216. in fine, & probatur. Quoniam aliàs non essent sufficientes in suo dominio, nec essent perfecti Princeps. Vnde eò ipso quòd Papa tradit huiusmodi Dominium Episcopo, dispensat cũ eodem, vt bella mouere possit, & constituere ducem, qui eius bella gerat. Quamuis enim Clerico prohibitum sit ius dicere in causa sanguinis, vt patet in cap. Clericis, & in cap. sententiam sanguinis, extra, de Clericis, & Monachis; habens tamen dominium temporale, potest constituere iudicem qui tale ius dicat. Ex quo sequitur, illos non fieri irregu-

A irregulares mouendo huiusmodi bellum; ex cap. Episcopus, de Clericis, & Monachis in 6. quod etiam patet ex cōmuni praxi Ecclesiæ, quicunque etiam Clericus etiam non habens dominium temporale, potest accipere Principem sæcularem, qui gerat bellum pro defensione suæ Ecclesiæ, vt habetur 23. q. 3. can. Maximianus. Hic Episcopus Maximinianus, petiuit auxilium ab Imperatore pro suæ Ecclesię tutela. Quod si facere neglexisset, non laudandus, sed meritò culpandus fuisset, vt ait Augustinus ad Bonifatium.

Secundus modus est hortando Principes sæculares ad bellum gerendum; & hoc certum est licere quibuscunque Clericis, vel Episcopis, præsertim si id fiat in bonum Ecclesiæ, Fidei, aut Religionis. Id enim fecerunt summi Pontifices, vt habetur 23. q. 8. can. omnium, can. hortatur, can. vt pridem, can. suppliciter, & in alijs can. & ex Greg. lib. 1. Epistolarum, Epist. 72. & 23. & probatur ratione. Quia etiam si Clericis ratione proprij status, non conueniat arma tractare, & pugnare; conuenit tamen eis, alios dirigere, & mouere, prout conuenit, ad benè arma tractanda, & B peragendum, vt benè docet Bernardus lib. 4. de consideratione ad Eugenium cap. 3.

Secundò hortando Principes sæculares ad bellum.

Tertius modus est administrando subsidia spiritualia pugnantibus, scilicet Indulgentias, sacramenta, orationes &c. ita D. Thom. 2. 2. q. 40. art. 2. ad 2. quod etiam in veteri lege factū reperimus, Iosue 6. dum Sacerdotes sacris buccinis in bello clangebant.

Tertiò administrando spiritualia subsidia pugnantibus.

Quartus modus est cohortando, & pręliantium animos ad victoriam ante actualem conflictum excitando.

Quartò hortando, & præliantium animos ad conflictum ante actualē victoriam excitando.

Et quidem Clericis temporalem iurisdictionem habentibus, quoad suos milites hoc licet, & probatur. Quoniam qui potest victoriam licitè intendere, potest etiam media licita ad ipsam consequendam adhibere. Quoad cæteros autem Clericos, dico idem licere, & ante actualem conflictum, & in ipso conflictu, hortando milites, vt fortiter se habeant in bello illo iusto, & strenuiter dimicent, concitando illos ad victoriam generaliter, vt optimè ait Nauarrus, cap. 27. num. 215. & 217. & colligitur ex cap. quicunque ex Clerico 23. q. 8. vbi ex Decretis Concilij Meldensis, *Sacerdotibus, arma propria manu arripere prohibetur*. Veruntamen hortari alios ad arripiendum arma pro defensione Patriæ, vel Ecclesiæ suæ, permittitur. Nec huic dicto

Licitū à Clericis ante p̄lium, & in p̄lio hortari milites suos ad victoriam in inimico s. Nauar.

Nota quomodo dictum Innocentij intelligatur.

obstat capitulum, *quod in dubijs*, extra de pœnis, vbi Innocētius dicit, *Clericos incitantes milites ad pugnam grauiter peccare.* Quoniam intelligendus est, quando ille qui incitat ad pugnam, habet formalem, vel virtualem intentionē, vt milites occidant hostes, vel quando ad bellum iniustum commouet. Nec similiter aduersatur dictum Innocentij, Panormitani, & Hostiensis in idem cap. dum dicunt, *quòd in actuali conflictu, non licet Clerico etiam habenti iurisdictionem temporalem, hortari milites ad fortiter pugnandum, nisi in bello defensiuo.* Quia cùm Clericus suadet alicui, vt strenuiter prælietur, vtitur iure suo, atque ita non peccat, quamuis inde mors secundariò subsequatur. Nec respectu eius, talis mors est voluntaria. Namque requiritur ad hoc vt sit voluntaria; quòd posset eam vitare, & teneretur. C

Dictum Panor. & Host. nō aduersat.

Ratio dicti.

Ad hoc vt mors alicuius sit ab altero voluntaria quid requiratur.

Nota.

Vnde cùm quis constituit aliquem Iudicem sęcularem, & si regulariter talis Iudex debeat occidere, non perinde tamen ille qui eum Iudicem constituit, vult mortem malefactorum, licet ad illud consequatur. Similiter etiam Inquisitores, qui dum hæreticos sæculari brachio tradunt, & illi comburuntur, vtuntur iure suo, nec sunt illius mortis causa. Imò Nauarrus ibidem loco cit. concedit, licere Clericis, tradere militibus arma non solum defensiua, sed etiam offensiua, vt Sclopetum, globulos, lanceam, ensem, & similia, dummodò non tradant illa speciali intentione, vt milites quibus tradus, alios occidant. & adducit Panormitanum, & Innocentium in cap. sententiam ne Clerici, vel Monachi, & D. Antoni. 3. par. tit. 28. c. 2. §. fin. D

Inquisitores, tradentes sæculari brachio hæreticos comburendos, non sunt cā mortis eorum.

Panorm.

Innocen.

D. Antoni.

Corollariū.

Ex quibus sequitur, quòd si mors (factis his hortationibus, & monitionibus) sequatur; non fiunt dicti Clerici irregulares, cùm non sint causa propinqua mortis. Et iura prædicta scilicet cap. quod in dubijs, extra de pœnis, & gl. in cap. ita quorundam, de Iudæis, intelligenda sunt de incitante, vel dante arma cum prædicta intentione sufficienti, ad constituendam causam propinquam deformationis, seu occisionis, vt optimè Nauarrus ibidem nu. 216.

Quintò dicēdo ante, vel etiam in ipso conflictu militibus, cōminuite, occidite &c. & hoc non est licitū Clericis.

Ratio dicti.

Quintus modus est dicendo siue in actuali conflictu, siue ante illum, comminuite, trucidate, in frusta scindite, & occidite hostes: & hoc (per se loquendo) nulli Clerico, siue habenti iurisdictionem temporalem, siue non, vllo modo licet. Tunc enim esset causa proxima occisionis, & in Canonibus præallegatis, non solùm prohibetur Clericis occisio;

A occisio; sed etiam interdicitur, ne sint causa occisionis. Unde si ad illa verba occisio sequatur, irregulares sunt qui ea protulerunt, vt ait Nauar. ibi. nu. 216. Dixi per se loquendo, quoniam per accidens, vel ad sui defensionem, vel etiã Reipublicæ, in casu grauissimæ tutelæ (vt dicemus) non solùm verbo, sed etiam manu licet occidere, nec fiunt irregulares.

Quãdo Clerici sint (superueniente morte militum) irregulares. Nauar.

Sexto modo possunt se Clerlci habere ad bellum, proprijs manibus sumendo arma, & dimicando. Intelligimus autem nomine Clericorum, etiam prima tonsura insignitos: vt habetur in cap. cum contingat, extra de qualitate, & ætate ordinandorum, & in Concilio Tridentino Sess. 23. cap. 4. & sequen. & Syluest. verbo, Clericus 1.

Nota cur dicant, per se loquendo.

Sextò modo possũt se Clerici habere proprijs manibus sumendo arma, & de non cõstitutis in sacris dicitur non peccare mortaliter.

Et quidem de constitutis in prima tonsura, & minoribus ordinibus, dicimus, non peccare mortaliter proprijs manibus bellando. Quia Clericatus ille, est Clericatus imperfectus, & leges quæ prohibent Clericos ad militiam, sæcularesque honores venire, vt in Concilio Chalcedonensi 7. & refertur à Gratiano, 20. q. 3. can. eos qui. & in Synodo Maguntiaco sub Carolo Magno cap. 17. vbi dici-B tur: *omninò prohibemus Clericos arma portare, aut pugnare aut in exercitum, aut in hostem pergere*. Similiter in Mantisca, 5. Synodo habita in Gallia; vbi Clericus arma gestans. 30. dies aqua, & modico pane tantùm, reclusus pasci damnatur. & in 4. Syno. Tole. cap. 44. Clerius arripiens arma, gradu amisso in monasterium detruditur. Hæc & similia iura, intelliguntur de ijs qui sunt tantùm in maioribus ordinibus cõstituti, vel quo ad constitutos in minoribus fuisse abrogatas.

Punitiones Clericorũ sacrorum, arma sumentium. Conc. Chalced. 7. Syno. Magũ. 5. Synodus Manti. 4. Syno. Tole.

Præterea, sanguinis sententiam ferre, prohibetur Clericus in cap. ijs à quibus 23. q. 8. constituti verò in minoribus, eam proferendo, nequaquam peccant mortaliter, ergo, neque bellando. Nec isti peccant mortaliter ducendo vxores, quod etiam Clericali offitio repugnat. Quod aliqui dicunt saltem venialiter istos præliando peccare, non mihi multum arridet, si pærsertim cum aliqua causa pugnent.

Ferre sententiam sanguinis prohibetur Clericis.

De Clericis verò in maioribus ordinibus constituti, aliter dicendum est. His enim tam in bello offensiuo, quàm defensiuo, oĩnò licet nõ bellica exercitia gerere, nec armis propria manu dimicare. Quoniam, cùm bella directè ad sanguinis effusionem ordinentur, intrinsecè repugnant

Bella intrinsecè repugnãt officio Clericorum.

Ratio dicti. offitio Clericorum, quod ad altaris ministerium ordinatur, in quo sub sacramento, Christi passio representatur: quam patientia, & mansuetudine immitãdo, magis competit eis proprium sanguinem effundere, quàm alios occidere. ita S. Tho. 2. 2. q. 40. ar. 2. & communiter omnes Doct. tam Theologi, quàm Canonistæ. Vnde grauissimis pœnis plectuntur: ut uidere est in cap. Clerici, & cap. quicunque ex Clero. 23. q. 9. Adeò quòd si Clericus in bello occubuerit, Ecclesiasticis suffragijs & orationibus priuari mandatur: non tamen Ecclesiastica sepultura, ut in cap. quicunque Clericus, ibidem. Quod etiam extenditur, in cap. *eos qui*, 20. q. 3. ad omnes Monachos, etiam laicos in Monasterio deputatos. D. Gregorius Nazian. in oratione 3. de pace: quæ est decimaquarta in numero, cuius verba sunt hæc. *Pro quibus* (id est rebus fidei, de his enim loquitur) *denique acri animo pugnandum sit, rationibus tamen, non ferro, atque armis. Nam aduersas quoque manus attollere prorsus à caula nostra alienum est, atque ad eos qui nobis infensi sunt abijciendum.* Et Augustinus de verbis Domini sermone 19. tomo 10. super illa verba à Ioanne Baptista dicta militibus: *neminem concutiatis &c.* dicit: *Hæc autem Diuina sentẽtia quæ ad milites loquitur, potest etiã in Clericos retorqueri, quia etiam si non militare uideamus sæculo, tamen Deo, & Domino militamus. Sicut ait Apostolus. 2. Tim. 2. Nemo militãs Deo, implicat se negotijs sæcularibus. Videmur inquam, non militare remissis, ac fluentibus tunicis, sed habemus militiæ nostræ cingulum, quo castimoniæ interiora cõstringimus. De quo cingulo Dominus ait: sint lumbi vestri præcincti. Lucæ 12. milites igitur Christi sumus, & stipendium ab ipso donumq; percipimus, sicut dicit Apostolus: qui dedit nobis pignus spiritus, hoc est, qui Spiritus sancti nos remuneratione ditauit.*

D. Tho. — Clericus bello occumbẽs quibus suffragijs priuetur. — D Greg. Naz. — D. Aug. — 2. Timoth. 2. — Lucæ 12.

C — D

Dubium. Quo autem iure bellare sit Clerico prohibitum, Diuino ne, an humano, altercatio est inter Theologos, & Canonistas.

Turrecre. Turrecremata super cap. Clericum, dist. 50 in sua quęst. 2. expressè habet esse iuris Diuini Clericos non posse militare, & consequenter, dicit esse indispensabile Papæ; tum quia est de iure Diuino prohibitum, tùm quia Clericum arma ad suum munus Ecclesiasticum inhabilem reddunt. Tum etiam tertiò (& est ratio D. Tho. in argumento, sed contra) in dicto ar. 2.) *quia Petro in persona Episcoporum, et Cle-*

A *et Clericorum dicitur Matth. 26. conuerte gladium tuum in vaginam,* ergo Clericis præcepto Christi, arma prohibentur. Quod probatur etiam, per 1. 2. 3. & 4. Canones præcitatos 23.q.8.ferè per totum. Matth.26.

Probatur idem ex canone finali 36. distinct. qui Canon quamuis Hieronymo tribuatur à Gratiano; est tamen reuera desumptus ex 6.homil. Origenis in Leuiticum. quas Hieronymus transtulit. Verba Canonis sunt hæc. *Erat er go Moyses indesinenter in tabernaculo Domini. Quid autem ei opus erat? vt aut à Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Hæc duo sunt Pontificis opera, vt aut à Deo discat legendo scripturas Diuinas, & sæpius meditando, aut Populum doceat quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu sed quæ Spiritus sanctus docet: Est & aliud opus quod fecit Moyses: Ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos, sed quid facit? orat: & dũ Dominũ orat, vincit populus eius: si relaxauerit, et dimiserit manus, populus eius vincitur & fugatur. Oret ergo Sacerdos Ecclesiæ indesinenter, vt vincat populus qui sub ipso est.* Probatur. Episcopi munus quale sit exẽplo Moysis.

Caietanus super 2.2.q.40.art.2. dubio 1. putat esse iuris B positiui, & licere Clericis in casu (ut dicemus) propria manu pugnare. Quia lex positiua qua Clerici arcentur ne pugnent manu propria, venit ad casum in quo si legislator adesset, dispensaret: cuius opinionem nos sequimur, & probatur. Nam huius nullum extat in lege Euangelica præceptum, vel prohibitio. Verba autem illa Christi scilicet: *omnis qui acceperit gladium, gladio peribit,* Matt. 26. non solùm Clericis, sed omnibus Christianis qui priuata auctoritate præliantur dicta esse, docuit idem D. Tho. in ar.1.ad primum, ex mente D. Augustini, lib.22.contra Faustum cap.70. Et quamuis in argumento sed contra, articuli secundi obijciat illa uerba, intelligendo illa de Episcopis, & Clericis *conuerte gladium tuum in vaginam,* non sunt accipienda simpliciter, & ex necessitate, sed ex decentia. Clericos propria manu pugnare, est iuris positiui. Caiet. Prima ratio. Matth. 26. D. Tho. Secunda ratio.

Prætereà. Licet Clerico ex dispensatione Papæ proferre sententiam sanguinis, quod passim fit in statu Ecclesiastico. Licet Clericis sacratis ex licentia Papę ferre sñiam sanguinis.

Item licet illis Clericis qui habent iurisdictionem temporalem (ut dictum est) instituere ministros, & Iudices, etiam ad sanguinem, ergo Clericis nõ est iure Diuino prohibitum pugnare. Eadem enim ratione prohibitum esset vnum, atque aliud. Tertia ratio. Ratio cur Clericis non sit de iure Diuino prohibitum pugnare.

Quarta ratio. Quartò. De facto multis Religiosis, Sacerdotibus, & Clericis, id summi Ponifices concesserunt ad terram sanctam recuperandam, ergo ex iure Diuino, & intrinsecè nō repugnat eos pugnare. Et in hunc sensum intelligendus est D. Thom. vt ibidem optimè ait Caietanus, qui optimas affert congruentias, ob quas lege Ecclesiastica iustissimè sancitum est, ne Clerici pugnent. Vnde concluditur, non esse hoc omninò à Papa indispensabile.

D. Tho. Caiet.

Ob cōmune bonum pōt. Papa dispensare Clericū in sacris constitutum ad actus matrimonialis.

Si enim ob commune bonum, ad actus matrimoniales Clericum in sacris constitutum dispensare potest; multo magis, ad bellandum, quod minorem habet difficultatem.

Nota quādo sit licitū Clericis sacratis propria manu pugnare. Dupliciter Clericus pōt pugnare, defensiuæ, scilicet, & ratione victoriæ.

Quando autem Clericis propria manu liceat bellare vel non, notanda est distinctio Caietani loco citato. vbi dicit, *Licere eis hoc, tātum in articulo necessitatis, qui in bello dupliciter contingere potest. Primò quidem defensiuè, ita quòd nisi Clerici pugnent, Ciuitas vel exercitus, euertitur ab hoste. Secundò ratione victoriæ, nempe quia nisi Clerici aliqui pugnent, non haberetur tunc victoria parata.* Atque in primo casu, licitum est Clerico pugnare propria manu, etiam sine Papæ dispensatione. De iure enim naturali, cui non derogat ius positiuum (quo prohibetur Clericis pugnare) debet vnusquisque suam Ciuitatem defendere, & non solùm potest pugnare; sed etiam tenetur. *Status enim Clericalis, & Monachalis, non eximit hominem ab obligatione iuris naturæ,* ut optimè dixit Caietanus 2.2.q.33. art.7. atqui iure natutæ vnusquisque suam Ciuitatem defendere tenetur. D

Ius positiuū non derogat naturali. Nota. Caiet. Bañes.

Aliqui, vt Bañes, hoc dictum Caietani extendunt ad bellum etiam offensiuum, si extrema, vel grauissima Christiani status & Ecclesiæ necessitas requireret, quod non est improbabile.

Bañes secundū Caietani dictum, non sequitur.

In secundo verò casu, de pugna in bello ad consequendam victoriam, dicit & benè, non licere Clerico bellare regulariter loquendo. Rationem autem diuersitatis assignat. Quoniam victoria est necessaria propter recuperationem rerum, vel punitionem, aut expulsionem hostium, quæ non sunt necessaria, sicut salus quæ in primo casu defenditur.

Dictum est autem (regulariter) quoniam ex mente eiusdem Caietani, si ad partam victoriam sequeretur pax vniuersalis Ecclesiæ, aut Christianæ fidei magna protectio, & incrementum, probabile est Clericum manu propria pugnando,

Nota, cur dicatur regulariter.

A gnando, illam facere posse. Ex quibus patet solutio quando liceat, vel non Clericis pugnare, & de Papæ ad dispensandum cum his auctoritate.

DVBITARI POSSET HIC.

An in illis casibus in quibus licet Clericis pugnare sine peccato pugnando, et occidendo hostes fiant irregulares?

IN quo sunt variæ doctorum Sententiæ.

Prima Caietani 2.2.q.33.art.7. & Nauarri in suo Manuali cap.27.num.215. & plurium aliorum, qui tenent Clericos sic pugnantes, fieri irregulares. Quia irregularitas est lege humana constituta, quæ tamen excipit casum propriæ defensionis, non alios casus, & quia irregularitas incurri pôt sine peccato. **Prima sententia Caietani & Nauar.**

Secunda sententia huic opposita est Syluestri. verbo, bellum 3.§.3 & Couarru. super Clementinam, si furiosus de homicidio, par.2.§.3.num.2. Et 3.parte.§.vnico in fine, quæ sententia mihi probabilior videtur. **Secunda sententia Syluest. Couarru.**

B

Et probatur. Quoniam ex eo quòd non incurritur irregularitas in casu defensionis vitæ propriæ, argui potest à simili, vel à maiori, non incurri in casu defensionis Reipublicæ. **Probatur primò.**

Tùm quia videtur inconueniens, & irrationabile quòd quis priuetur proprio officio, & statu, faciendo id quod licet, & ad quod tenetur aliquando ex iure naturæ. Quare ipsemet Caietanus vbi supra fatetur, non fieri Clericum irregularem reuelando eum qui parat prodere Ciuitatem, licet inde illius mors sequatur, quia (inquit) prouidet Reipublicæ. **Probatur secundò.**

Tùm demum, quia nõ incurritur irregularitas ex actu, nisi quatenus est inconueniens statui Clericorum, at hic actus in hoc casu, non est inconueniens statui Clericorum, imò maximè debitus. **Probatur tertiò.**

Et hinc patet solutio ad primum primæ sententiæ. Lex enim humana debet rationabiliter intelligi, & incurritur irregularitas sine culpa, vel ex solo defectu corporali, qui non est voluntarius, vel ex actu aliquo voluntario, qui fit ab eo qui nondum est Clericus, & est inconueniens Cleri- **Ad primum respondetur.** **Nota ex quo aliquis fiat irregularis.**

co,

co, at Clericus iam factus, si facit actum voluntarium inconuenientem huic statui, peccat, si non inconuenientē, nulla est irregularitas. C

Quòd si in cōtrarium adducatur, in Romana Curia cōcedi dispensationes in casu in quo quis ob Reipublicæ defensionem necessariam pugnauit; Respondemus, id fieri ad cautelam secundùm Curiæ Romanæ morem laudabilem.

Romanæ Curiæ mos laudabilis.

Nota cum Syluest.

Ad extremum est hìc notandum cum Syluest. verbo bellum 3.q.4. quòd quando Clerico, vel auctoritate Principis, vel Papæ dispensatione licet militare, potest quoque bona hostium accipere, sicut alij milites, & e contra: patet. Quia tunc habet se vt miles, Apostatę verò & Clerici, qui clàm deposito habitu militant, peccant, & si quid in præda accipiunt, tenentur ad restitutionem, quia si ij essent Principi noti, illos ab exercitu suo eijceret. atque hæc de hac quæstione.

QVAEST. SEXTA.

D

Quid Episcopus, circa personas in duello bellantes, facere teneatur?

Quod nos bellum vocamus, antiquitus appellabatur duellū.

QVOD nos per duas syllabas, bellum, nunc dicimus, antiquitus duellum appellabatur: Estque, cùm à duabus partibus de victoria concertantibus dimicatur. Nec tantùm est duorum, vt quidam existimarunt; sed multorum, imò & ipsorum etiam exercituum. Vnde à Platone dicitur

Plaut.

Bellum inter Thebanos, & Teleboas extitisse.

Et Horatius ait.

Horat.

Græcia barbarie, lento collisa duello.

Propriè duellum modò quid sit.

Duellū dicitur monomachia.

Brucard.

Iuon.

Gratian.

Verumtamen licet hoc sit verum, propriè tamen, vt ait D. Isidorus, duellum singulare bellum est, in quo ex condicto vnus contra alterum insurgit, vel si sunt plures (vt superius diximus) non multi in vnum, sed vnus in alterum sibi ex aduerso solùm præliatur. Et ideò alio nomine *Monomachia* dicitur, vt apud Brucardum lib. 9. c. 51. & Iuonem parte 8. c. 187. & Gratianum in can. Monomachiam

A 2.q.5.à Monos, quod eſt vnum & Machia, quod eſt pugna, quaſi vnius ſolius cum altero pugna, vt fuit illa Dauidis cum Goliath.

Fiebat autem hæc Monomachia, cùm quis de aliqua dubia re, veluti in ſortem, per duorum pugnam, ſe rei veritatem elicere putabat. Vnde in Epiſtola ſcripta Carolo Regi Patruo Lotharij (ex qua canon ille de Monomachia deſumptus eſt) refertur; Lotharium cùm ſcire vellet, an Theuperga, ſiue Thietberga (vt vult Regino lib. 2. Chronicorum) ipſius vxor adulterium patraſſet, voluiſſe duos homines monomachiam committere: ita vt, ſi ille quo partes Theupergæ tueretur, caderet: ipſa planè adulterij victa cenſeretur. Quod valdè reprehendit Nicolaus Papa, docens, hanc non eſſe legitimam rationem probandi crimina. Quamuis in Longobardicis conſtitutionibus, & capitularibus habeatur) ſed potius ait eſſe tentare Deũ. Impium enim eſt per monomachiam hanc, quaſi per probatos teſtes, intentionem ſuam probare, vt dicitur, in cap. 2. de purgatione vulgari. Vnde improbè apud quoſdam, duellum, iudicium appellatur (vt ait Raymundus) quaſi B ibi iudicium Dei manifeſtetur. De hac re agunt Canonis. loco cit. & Summiſtæ, verbo bellum. D. Anton. 3. par. tit. 4. c. 3. Caiet. in ſumma verbo, duellum, & 2.2.q.95. art. 8. vbi D. Thom. ait *duellũ eſſe illicitum*, & Nicolaus de Lyra in cap. 17. primi Regum. & ibi Dionyſ. Carthuſ. & Abulen. q. 25.

Monomachia ad quid fiebat.

Lotharius Rex ad Theupergæ vxoris ſuæ adulteriũ cognoſcendũ monomachia vſus eſt.

Nicolaus Papa monomachiã reprehẽdit.

Monomachia fuit approbata in Lõgobardia.

Raymun. D. Anton. Caiet. D Tho. Nicolaus de Lyra. Dionyſ. Carthuſ.

SED DVBIVM EST.

Dubium.

An in aliquo caſu, duellum ſit licitum?

ET ſuper hoc Sylueſt. verbo duellum 1. illud ait eſſe de iure Diuino prohibitum ſub mortali, ex Matth. 4. *non tentabis Dominum Deum tuum:* atque etiam de iure Canonico interdici, ut extra de Clericis pugnantibus in duello, per totum. & 11.q.5. conſuluiſti, & iure Ciuili, C. de gladiatoribus l. vnica lib. 11. ſed ſtatim ſibi contradicit, dum paulò infra ait: id ex ſe non eſſe mortale peccatum. Nam ſi (ut ipſe ait) ex iure Diuino prohibitum eſt, profectò etiam erit peccatum mortale.

Sylu. Matth. 4.

Circa hoc dubium notanda sunt aliqua. C

Nota primò. Primum est, tribus modis posse priuatum bellum committi, vel ad exercitium corporis, vel ingenij, sine probabili mortis periculo, ut cùm certatur arundinibus currendo, sine aliquo periculo. & hoc si fiat cum moderatione, non est illicitum.

Bellum priuatum pōt committi tripliciter, & quale bellū liceat, Primò modo. Secundò modò. Tertiò modo.

Secundò, cùm aliquis alium aggreditur ad occidendum, & alius se defendit. Hoc autem certum est, esse illicitum inuasori, si sine iusta causa fiat.

Tertiò, cùm aliqui duo conueniunt ex condicto in certo loco, ad se inuicem occidendum, & hoc propriè dicitur duellum, quod est prohibitum locis citatis.

Nota secūdò. Bellum si quādoq; fuit licitū, id fuit Princip[i]s auctoritate.

Notandum secundò est. Quòd si aliquando iure antiquo duellum fuit licitum, debuit esse, propter iustam causam, & ex Principis auctoritate. Certum autem est apud omnes, non esse iustam causam duelli, odium pugnātium, vel uirium ostentationem, vel honorem illum quem aliqui existimant se ammittere, si oblatum sibi duellnm, acceptare reccusent. Quia odium, intrinsecè malum, & illicitum est. Neq; virium ostentatio, est sufficiens causa occidendi. Nam honor ille, vanus, & diabolicus est. D

Non est iusta causa duelli virium ostentatio, uel honor de cuius amissione dubitatur si qs nō prælietur.

Nota tertiò. Quæ sit propria causa duelli.

Notādum tertiò. Causam propriam duelli quæ cōiter à Canonistis & Summistis assignatur, & de qua est dubiū an sit causa iusta, est ad dirimendam aliquam litem, aut controuersiam, de qua est dubium, an existente dubia aliqua re, possit licitè inter aliquos committi duellum, vt ille dicatur innocens, qui in duello vicerit. Et dico breuiter, illicitum esse. Et hoc est quod damnatur à D. Tho. & ratio est in promptu. Quia ad benè decidendam huiusmodi litem, ut ait Caietanus 2 2. q. 95. ar. 8. oportet adhibere non malum, sed accommodatum medium ad litem illam decidendum, quorum neutrum in duello reperitur. Non primum; quoniam non licet aliquem etiam publica auctoritate occidere, nisi vel ad punitionem, vel ad propriam sui ipsius defensionem. Neque secundum; quia tale iudiciū, aut sumendum est ex re, & hoc non, cùm sit dubia, vel ex fortuna, & hoc etiam non, cùm sit sortilegium: vel spectatur à Dæmone qui iuuet innocentem, & hoc nequissimū est; vel ex astris, & hoc quoque impium est. Vel tandem spectatur iudicium Dei per illud factum, & hoc quoque iniquum est, cùm sit tentare Deum, præsertim occidendo aliū, quod est illicitum mediū ad veritatis manifestationē.

Duellū semper est illicitum.

Quòd

Quòd si constito de iustitia vnius, si nõ potest is causam vincere nisi pugnando, an in eo casu liceat huic pugnare cum altero ad vincendum propriam causam? Et dico, certum etiam esse apud omnes, neque in hoc casu ei licere pugnare, vel aduersario duellum offerendo, vel ab eo oblatũ admittendo. Quia non est sufficiens medium ad causæ probationem. Casus.

A

Sed dubium est, an si vel ab aduersario, vel à Iudice cogeretur, suscipere, & admittere bellum, aliàs habendum ipsum pro conuicto, & esse condemnandum? Casus.

Respondeo, multos negare: vt Hostien. in summa tit. de Clericis pugnantibus in duello, D. Anton. summa Confess. Rosel. Pisa. Syluest. Abulen. loco cit. quod solùm licet alterum occidere ad sui defensionem in; duello verò vterque est aggressor.

Responsio multorum. Hostien. D. Anton. Summa Cõf. Rosel. Pisa. Syluest. Abulen.

Alij verò dicunt, in hoc casu licere, vt Nicolaus de Lyra loco cit. cuius sententiam refert Dionys. Carthus. & ipse videtur eum sequi. Ratio est. Quia hæc est pura defensio, & necessaria, aliter enim ipse occideretur & rem propriã amitteret. Idem sentiunt Caiet. loco cit. & Nauar. cap. 11. num. 39 & c. 15. nu. 9. limitando tamen ad casum quòd ita cogeretur, quòd esset alioquin occidendus, non autem ad rem tantùm propriam amittendam. Quæ tamen sententia in sui defensionem loquendo vera est, aliter autem nequaquam: cùm post Concil. Tridentinum, omnia antiqua iura inoleuerint, & maxime per bullas Gregorij XIII. & nuper Clementis Octaui, quæ huiusmodi duella omnimodò condemnant, taliter vt per Monomachiam nulli se defendendi aut vindicandi licentia suffragatur.

B

Responsio aliorum. Nicol. de Lyra. Dionys. Carthus. Ratio horũ. Caiet. Nauar.

Omnia antiqua iura in hac materia post Concil. Trid. inoluerunt.

Vnde post has Pontificum decisiones, omnes illæ distinctiones quas ante Concilium Tridentinum tradebant Doctores, euanuerunt. Atque ita modò nulla Principum auctoritate, aut licentia petita, vel obtenta non licet duellare, sed nec cartas, & irritatoria edicta mittete, vel occasionẽ proximam alicui dare, vnde ad huiusmodi duellandi actũ, siue per fauorem, aut consilium liceat deuenire?

Accidit nostro hoc sæculo, vt Mediolanensis Comes, dum à Patritio Romano ad singulare certamen euocaretur; non minus Christianè, quàm sapienter respondit: se talem pugnam non acceptare, quòd à sacris sibi Canonibus interdiceretur: deuicaturum tamen se quotidie, & p omnes Mediolani vicos deambulaturum, atq; vbicunq;

Factum laudabile nostro tẽpore in materia duelli.

ab eo fuisset aggressus, pro viribus nullo metu, se ipsum defensurum. Quibus verbis; non duelli metu id se renuere euidentissimè comprobans, mirificè famæ suæ atq; honori consuluit. C

Episcopi officiū circa concedētes duellum.

Quòd si contingeret casus, quod Deus auertat, vt Princeps, aut Imperator locum daret, ansamque præberet ad huiusmodi monomachiam, tenetur Episcopus pro viribus id impedire, & tam concedentibus locum, quàm ipsis pugnantibus, patrinis, tutoribus, fautoribus, & consiliarijs, præfatas Summorum Pontificum constitutiones significare, & personaliter intimare, omnemque aliam suam operam præstare, vt Monomachia nullo modo exequutioni mandetur.

Quid faciendū de eo qui in duello occubuerit.

Quòd si in duello quis mori contigerit, Ecclesiastica sepultura eum priuabit. Nec tales absolui possunt, nisi à Romano Pontifice, præter quàm in mortis articulo. Expedit autem has Monomachiæ pœnas, sæpè populo proponere, ac significare; ut quod, Diabolo curante, malum quotidie excitatur, pœnarum, & censurarum grauitate audita, totaliter tollatur. D

QVAEST. SEPTIMA.

An Ciues Catholici, teneantur fugere, & deserere Ciuitates, quas hæreticus, vel infidelis potens inuaserit, & occupauerit, & sese ad catholica loca recipere?

PERFACILIS est huius quæstionis resolutio, cùm ex generalibus tantùm regulis petenda sit. Est igitur prima regula.

Prima regula.

Cùm hæreticus Princeps, vel Infidelis potens (ut inferius dicemus) vincendo, seu expugnando Ciuitatem Christianam, permittit Ciues catholicè uiuere, cum concionibus, missis, alijsque Ecclesiæ Sacramentis, neque est illis in hoc vllo impedimento; tunc sub eo licitè possunt in Ciuitate illa permanere; & cùm tunc

A tunc non participent cum hæreticis in crimine criminoso subiacere, & obedire illis à Christiana Religione non prohibetur, imò permittitur. Quod patet ex sententia August. qui (ut superius uidimus) dicit, posse Christianum militem sub Rege infideli militare, & ei obedire, dummodo quid contra Dei præceptum, & bonos mores Ecclesiæ non præcipiatur. Sed eiusdem Augustini, & Ambrosij sententiam audiamus. Ambo enim sic dicunt: *Iuliani milites certabant pro defensione Reipublicæ, ei obedientes* (scilicet Iuliano Apostatæ) *sed iussi certare in Christianos, obediebant Regi cœli:* quasi docentes, non esse prohibitum sub Principe hæretico esse, eiq; obedire in ijs quæ ut diximus non sunt contra Deum. Vnde Paulus Apostolus nos Principibus obedire docet, *non tantùm* (inquit) *modestis, sed etiam discolis.* & Romano. 13. nil alud agit, nisi Principum obedientiam commendare dicens: *Omnis anima Principibus, et Potestatibus subdita est.* 1. ad Timot. cap. 3. & 1. ad Timot. 2. *Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi quasi præexcellenti &c.* Quoniam *per me Reges regnant* (dicit Dominus) *& conditores legum, iusta* B *decernunt;* & Christus dixit Pilato: *Non haberes aduersus me potestatem, nisi tibi datum esset desuper.* Potestas enim Reipublicæ, & Principum, à Deo, & iure naturali cõstituta est. Vnde dum isti Infideles suorum regnorum limitibus continentur, sunt illorum regnorum veri Domini, ut superius diximus, nec per suam infidelitatem, aut quodcunque aliud peccatum mortale, dominium istud amittũt: quidquid Ricardus, lib. de paupertate Christi dixerint, sed sunt veri domini, nec cõtra illos, de iure, bellum indici potest, nec Christianus Princeps dominio hos priuare potest, nisi alia fortè passa iniuria intercederet, propter quam cõtra illos bellum etiam iustum moueri posset.

D. Aug. D. Ambros.

Rom. 13.

1. Timot. 3. 1. Timot. 2.

Potestas Principum & Reipublicæ est à Deo, & à iure naturali constituta.

Pagani sunt veri domini suorũ regnorum, neq; per suam infidelitatem dominium amittunt contra Ricar.

Et si aliter de hæreticis dicendũ sit: cùm ij perpetuò sint inimici nostri, & Romano subdantur Imperio. Infideles autem Pagani, si nos inuadentes vincant, & Christianorũ Ciuitates comprehendant, non fiunt earum Domini; & tunc benè eis bellum moueri posset: & non solùm ab illis captas Ciuitates recuperare; sed etiam eorum Ciuitates bello diripere, & dominium ab eis auferre.

De hæreticis aliter dicendum est ac de infidelibus, & quare.

Secunda regula est. Si Princeps & maximè hæreticus occupãs Ciuitates, per ędicta publica, & pœnas, Christianos Ciues tantùm honore, vel officiorum publicorum, &

Secunda regula.

tem-

temporalium bonorum retentione, causa Religionis, pri- C
uauerit, possunt manere in Ciuitate, Si verò ædicta ini-
qua taliter contra illos fuerint promulgata, vt nos ad fidē
Christianam detestandam, ad Sedem Apostolicam con-
tēnendam, eiusq; auctoritatem, & sublimitatem deprimen
dam cogant, tunc relicta Ciuitate, debeant aliò pergere, ac
pro Christi nomine, cunctis huius sæculi temporalibus bo
nis amissis, eum in paupertate immitari, qui *cum esset Di-*
ues, propter nos ægenus factus est. Cuius rei non modi-
ca extant exempla multorum Episcoporum, nobiliumque
virorum, qui (aliqua ob Christianam religionem in catho-
licos insurgente persequtione) mundanis bonis, atque di-
uitijs vale dicto, alienas plagas exules peragrarunt. Testis
est D. Athanasius in apologia ad Constantium Imperato-
rem, ubi tot mala enumerat, ut sine lachrymis ea ferè legi
non possint. *Quis igitur locus est* (inquit ipse) *qui non hæ-*
reticorum sæuitiæ monimenta possidet? quæ Ecclesia non lu-
get eorum insidias? Nonne Antiochia ob Eustatium con-
fessorem, & Orthodoxum virum ademptum in mærore est,
& Balanea, ob Euphrationem? Bultus, & Antardus, ob
Cymatium, & Carterium Adrianopolis ob Eutropiū Chri- D
sto addictissimum, deinde ob Liuium, qui ipsorum opera sæpè
& catenas gestauit, & in catenis mortem obijt? Nonne An
cyra Marcellum luget? Berroea Acyrum? Gaza Dias-
depan? quos sæpè antea contumeliosè habitos, tandem suis
dolis in exilium eliminarint? Nonne itidem Theodolum,
& Olympium Thraces? Quid autem de nobis ipsis nostrisq́;
Præsbyteris dicam, quorum latebras eo studio rimati sunt,
vt inuentis, nihil præter mortem expectandum fuisset, quod
de nobis quoque futurum erat, nisi fœliciter elapsi essemus.
Hæc Athanasius.

Catholici viri qui pro religione, bona sua amiserūt.

D. Athan.

Sed non minora sanè, imò fortè maiora mala nostra hac
ætate euenerunt. Neque in hoc probando, è longiquo val
de sumus exempla petituri: tot enim extant, ut non tam
inuenire, ac legere desideremus, quàm inuenta, magno
dolore relinquere.

Regnante enim in Anglia impia Elisabetha, sic sunt ve-
xati Catholici, ut instar crudelis Iesabel prophetas Dei,
sanctosque viros occiderit, honore priuauerit, spoliauerit
bonis, pecunijs mulctauerit, leges in Religionem Catholi-
cam, & Romanum Pontificum Iesu Christi Vicarium cō
diderit, tandemque veluti leæna, Christianorum sanguine,
in

Elisabetha regnante quot viri Christiani sua bona, & cum eis vitā pariter perdiderunt.

A in omnimodam mentis cæcitatem adducta lambuerit. Huius ergo tempore, tot viri Illustres, virentibus Martyrij Sertis coronati sunt, vt ad laudandos quosque, nostra sanè narratio deficeret. Ex ijs enim fuere multi, qui Domini cùm essent Castrorum, atq; Villarũ, *omnia arbitrati sunt vt stercora, vt Christum lucri facerent*, & Christianam Religionem tuerentur.

In hunc numerum venit censenda maxima, ac Serenissima Scotorum Regina Maria; quæ ob fidei studium, atq; amorem, cùm primùm à suis subditis hæreticis odio habita in carcerem truderetur, & inde non sine magno miraculo, vnius adolescentis opera liberata, iterum à suis petita bello in Angliam necessitate compulsa veniret; tandem hoc ei nunciũ delatum fertur, si hæresim quæ iam erat in Anglia grassata, sese confirmaturam sponderet, hæredem Regni, publicis in comitijs mox fore declarandam. Quo audito nuncio, fœmina fortis, quæ pro fide tot labores susceperat, obuerso vultu, audacter Catholicam fidem sibi esse Regno antiquiorem respondit.

Maria Regina Scotorum ob fidem carcerata.

Hãc sequuta est Domina Iana Darmeta nobilis vidua, B & auia Illustrissimæ Ducissæ de Feria, quę cùm Ciuitatem suam, hæreseo uideret lolio seminatam, spontè exilium subiens, Louanij, non sine maxima laude, ac nominis sui celebratione, pauperum mater, pupillorum, & viduarum patrona, uno omnium ore nuncupata est.

Ioannæ Darmetę auiæ Illustrissimæ Ducissæ de Feria, nobilis cõmendatio.

Sed quot quæso Episcopi (Læena ista regnante) è suis sedibus deiecti sunt?

Ioannes Hamiltonus, Sancti Andreæ Archiepiscopus, è suo solio deiectus est: Iacobus Beton, Archiepiscopus Glasconensis, à sua sede depulsus est.

Ioannes Lessię Rossensis Episcopus, à suo est Episcopatu depositus: Gulielmus Cheisolne Dumblanensis Epsco pus, Episcopali dignitate priuatus. Qui omnes pro Fidei Catholicæ defensione, nihili temporalem honorem fecerunt, nec deijci à sedibus suis curarunt, *vt sederent inter duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.*

Episcopi & Prælati à sua sede deiecti.

Et quot Angli, quot Hiberni Episcopi, pro Christi nomine in carcerem missi sunt? Quot exularũt? Quot monasteriorum Priores, & Abbates, quot Cathedralium Ecclesiarum Decani, & Archidiaconi, quot studiosorum Collegijs Præfecti, quot Canonici Ecclesiarum Cathedraliũ, partim Tulliano carcere conclusi sunt, partim in exilium missi?

Priores, Abbates, Decani, Archidiaconi, Præfecti studiorum & Canonici, partim Tulliano carce conclusi, partim morte damnati,

missi? Quot Præsbyteri carcerum fœtore defuncti, quot beneficijs suis priuati, & in exilium nullo discrimine missi sunt? Multos Hibernia expectat, multos desiderat Scotia: sed proh dolor, impiæ Elisabethœ iussu crudeli morte interierunt. Theologi ferè consumpti sunt omnes, quòd si paruuli petunt panem, difficile inuenire est qui frangat eis. Ciuilis & Canonici iuris Doctores defuncti sunt multi, vinculis conclusi plures, exules reliqui. Medicinæ insuper Doctores interfecit impia, quæ suis peccatorũ vulneribus fortè non inueniet medelam apud Dominum. Equestris tandem ordinis, & nobiles quam plures viri, perpetuo exilio mulctati sunt. C

Theologi quot sunt cõsumpti. Ciuilis & Canonici iuris Doctor. quot defuncti sũt, quot. Medici interempti. Equestris ordinis nobiles, quot mulctati.

His igitur occurrentibus malis, vbi Christiani se tuto manere posse non vident, absque fidei detrimento, instar Naucleri sint, qui dum hinc inde vẽtorum rabie inflatum, tumidumque mare conspicit, protentis velis, remisque admotis mari, quanta potest celeritate clauum dirigens, in tutum se, ac quietum portum recipit, vbi harpagine proiecto, firmo solo conquiescit. Sicque etiam veniente tyranno, vbi se ædictorum in fidei periculum, tanquam ventorum rabie, hinc inde concuti conspiciunt, ad tutiora se loca recipiant, donec respiciat Dominus de excelso, & suorũ gemitus exaudiat, qui post tempestatem tranquillum facit. D

Christiani, Nauclero cõparantur, quẽ aduersa fortuna exorta, imitari debent.

QVAEST. OCTAVA.

An Catholicus Populus, debeat se opponere pro viribus, armisq; hæretico, cui aliàs seclusa hæresi, iure successionis Regnum deberetur?

ET videtur illi nullo modo esse resistendum. Primò. Quoniam Regnum debetur illi iure gentium, & cùm sit dominus, debemus ei obedire, *non tantùm modestis, sed etiam discolis*.

Primum argumentum.

Secundò. Quoniam ij, solent populis suis amplam uiuendi facultatem concedere, vt quisque pro suo libito

Secundum.

A libito viuat, ergo non licet Christianis, resistere his Principibus hæreticis.

Tertiò. Quoniam non licet occidere Tyrannum propria auctoritate, sed publica, ergo à maiori ad minus, nec licebit ab hæretico Regnum auferre, quod ei aliàs nisi fuisset hæresis, iure sanguinis competebat. Tertium.

Quartò. Quia (ut ait D. Tho. lib. 1. de regim. Princi. c. 6. *Si non fuerit excessus tyrannidis, vtilius est remissam tyrannidem tollerare ad tempus, quàm contra tyrannum agendo, multis implicari periculis, ac malis, quæ sunt ipsa tyrannide grauiora*, ergo melius etiam erit admittete pacificè ad Regnum hæreticum aliquem, ne postea, si ui Ciuitatem resistentem ingrediatur, multa in habitatores, Ciuesque illius mala exequatur: ergo non debent Christiani pro viribus ei resistere. Quartum.

Quintò. Quia omnes qui sunt de familia alicuius Principis, subsunt, & obediunt ei; sed aliqui Christiani fuerunt de familia Imperatorum Tyrannorum, ut patet ad Philipen. 4. *Salutant vos omnes Sancti, maximè autem qui de Cæsaris domo sunt* (idest de domo Neronis, qui erat infidelis) Quintum. Philip. 4.
B ergo infideles possunt fidelibus præesse, & per consequens fideles non possunt excludere infideles, vel hæreticos, quin habeant dominium super ipsos.

Sextò. Quoniam sicut Arist. ait 1. Polit. Seruus est instrumentum Domini, in ijs quæ ad humanam vitam pertinent, sicut & minister artificis est instrumentum ipsius, in his quæ pertinent ad operationem artis; sed in talibus potest fidelis infideli subijci, ergo infideles possunt fidelibus præfici, & per consequens, fideles non possunt excludere infideles, vel hæreticos à dominio, vel Regni acquisitione. Sextum.

Septimò. Quoniam si hæretici non sunt ad dominium Christianorum admittendi, maximè quoniam peccauerũt grauiter contra dominum, & quia hæresis est species quædam infidelitatis; Sed Ecclesia recipit omnes infideles desiderantes ad Ecclesiam conuerti, & Hierem. 3. ex persona Domini dicitur. *Fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus, & suscipiam te*, & Matth. 18. dicitur: *non solùm dimitte eis septies, sed vsque septuagies septies:* vbi secundùm D. Hierony. *quotiescunq; quis peccauerit, est ei dimittendum*, ergo quotiescunq; quis peccauerit in hæresim relaps⁹, erit eb Ecclesia suscipiẽdus. Septimum. Hiere. 3. Matth. 18. D. Hiero.

1.Corin.6.

Sed in contrarium est auctoritas Apostoli 1. Corint. 6. C
ubi prohibentur fideles ab infidelibus iudicari. *audet* (in-
quit) *aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, idest apud infideles, & non apud Sanctos?*

Nota primò. D.Thom. Matth. 5. Ecclesia charitatem suam erga omnes ostendit, & omnibus vult bonum.

Pro resolutione huius quæstionis, sunt aliqua notanda. Primò ex D.Tho.2.2.q.11.art.4. *quòd Ecclesia secundū Domini iussum Matth.5. diligite inimicos vestros charitatem suam ad omnes extendit. Pertinet autem ad charitatem, vt aliquis bonum proximi, & velit, & operetur: cùm verò duplex sit bonum spirituale, & corporale, illud semper omnibus obtari debet, nec potest cuiquam negari. atque ita homo quantumuis hæreticus, si velit conuerti, nullo modo potest Ecclesia viscera misericordiæ Christi claudere, sed omnes ad pœnitentiam reuertētes amplecti debet. Aliud autem est bonum, quod charitas attendit, et respicit secūdariò, scilicet bonum temporale, vt est vita temporalis, possessio mundana, bona fama, & dignitas Ecclesiastica, vel sæcularis: & hoc non tenetur omnibus velle, nisi in ordine ad salutem æternam, & eorum, et aliorum. Vnde si aliquid de huiusmodi bonis existens in vno, impedire possit æternam salutem in multis, non oportet vt ex charitate huiusmodi bonum ei uelimus, sed potius vt velimus eo carcere. tum quia salus æterna præferenda est bono temporali; tum etiam, quia bonum multorum præfertur bono vnius. Si autem hæretici reuertentes, semper reciperentur, & conseruarentur in vita, et alijs temporalibus bonis, posset hoc esse in præiudicium salutis aliorū; tum quia si iterum laberentur in hæresim, alios inficerent Et tandem quia si sine pœna euaderent, alij securius in hæresim laberentur.* idem dicunt Ricardus in 4.distin.3.q.5. & ibidem Gabr.q.2.

Ecclesia omnibus debet velle bonum spirituale, nō autem tpale, cùm hoc est impeditiuū boni spiritualis. D

Bonum multorum, præfertur bono vnius.

Nota. Ricar. Gabr.

Nota secūdò. Inter errores Philosophorū hic vnus erat, qđ omnium sectas admittebant.

Pulchrum dictum D. Leonis Papæ.

Romani Imperatores cur olim viuēdi libertatē subditis cōcedebāt.

Secundò notandum est, inter varios Ethnicorum errores, hoc vnum extitisse, quòd omnium Philosophorum sectas admittebant, & omnem viuendi modū approbabant, vt Augustinus refert, 18. de Ciuit. Dei. cap.51. Vnde D. Leo Papa, de Roma loquens, sic ait sermone 1. SS. Petri, & Pauli. *Hæc autem Ciuitas, ignorans suæ prouectionis auctorem, cùm penè omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium seruiebat erroribus: & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat falsitatem.* Romani enim Imperatores, vt plures sub eorum haberent ditione, libenter per omnia volita discurrere sinebant subditos,

A ditos, vt proprio quisque genio indulgens, quam vellet Religionem, vel potius falsam sectam amplecteretur.

Hanc laxam viuendi rationem, & libertatem, anno Domini 1526. Germani obtinuerunt, qui vanis adducti rationibus, & inanibus sufulti fundamẽtis, solutæ vitæ amplius lora laxarunt. Quę omnia mala, atque incommòda, ex Ciuitatum Capitibus, ac Regibus orta sunt. *Qui cùm* (vt dicitur Prouerb. 20.) *in solio residentes intuitu suo, essent omne malum dissipaturi*, ampliandorum Regnorum adducti cupiditate, subditos, pro placito, ac libito, viuere permiserunt, non corrigendo, nec resecando ea quæ Christianæ Religioni obuersantur. Qui meritò reprehendi debent cum illis in Apochalypsi cap. 2. qui cùm prohibere possent *retinebant tamen eos qui sequebantur facta Nicolaitarum*. Et quidem hanc credendi libertatem, tres laxa manu tradiderunt. Nam vt refert Theodoret. lib. 4. c. 22.

Germani quã do suo more viuendi libertatem obtinuerunt.

Prouer 20.

Valens Imperator Arrianus, omnibus cùm hæreticis, tum Ethnicis, liberam viuẽdi Religionem permisit.

Reges viuẽdi laxam libertatem concedẽtes reprehendunt.
Apoc. 2.

Idem Iouinianus fecit, vt scribit Socrates, lib. 3. c. 21.

B Et Iulianus etiam Apostata, qui ideò libertatem permisit, quoniam breui ea via futurum esse sperabat, ut Christianum nomẽ funditus euerteretur, vt ait Aug. Epist. 166. cuius verba sunt hæc. *Iulianus desertor Christi, & inimicus, hæreticis libertatem perditionis permisit, & tunc basilicas hæreticis reddidit, quando templa Dæmonijs; eo modo putans, Christianum nomen posse perire de terris si vnitati Ecclesiæ, de qua lapsus fuerat inuideret, & sacrilegas dissensiones, liberas esse permitteret.*

Valens hæreticus Imperator liberã cuique suo modo videndi libertatem concessit.
Theodor.
Iulianus Apostata viuendi libertatẽ amplam cur permisit.
D. Aug.

Tertiò notandum est. Quòd Pontifices, & Reges, Clerici, & laici, non duas, sed vnam tantùm Rempublicam faciunt. i. vnam Ecclesiam. Quoniam cùm *vnum simus corpus*, vt dicitur Rom. 12. *& in vno corpore*, vt dicitur 1. Cor. 12. *membra connexa sint*, & vnum ab altero dependeat fit, vt temporale Regnum spirituali subiaceat, & ab eo dependeat: *Imò hæ duæ potestates*, (vt ait Nazianz. in oratio. ad populum timore perculsum) *sunt veluti anima, & corpus*. & quantò anima corpore præstat, tantò spirituale corporale, & tempurale regnum superat.

Nota tertiò. Pontifices, & Reges, clerici & laici, non duas, sed vnã tantũ faciunt Rempublicã.
Rom. 12.
1. Cor 12.
Potestas temporalis, & spiritualis, sunt sicuti anima, & corpus
D. Greg Naz.

Ex quo sequitur, quòd cùm hæ duæ potestates ita concurrunt, vt vna alteram impediat, & temporalis, spirituale bonum minuat; tunc debet corporale, ac temporale regnũ desinere, vt spirituale, quod est potissimum, confirmetur,

Corollarium notandum.

ac stabiliatur. Vnde sicut particularis Respublica potest, (cùm sit sibi sufficiens) imperare alteri Reipublicæ non sibi subiectæ, eamque cogere ad mutandum administrationem, imò ad deponendum Principem, aut Regem, aliumque loco eius instituendum, cùm aliter non potest se ab eius iniurijs defendere; ita multo magis potest Respublica spiritualis imperare temporali sibi subiectæ; imò deponere illam, priuando suum Principem dominio quod habet, aliumque instituere, cùm aliter suum spirituale bonum recuperare non potest. Et hoc sibi voluit Bernard. lib. 4. de considerat. & Bonifa. VIII. in Extrauaganti vnam sanctam, de maioritate, & obedientia, vbi ait *in potestate Papæ esse vtrumque gladium*. Vult enim dicere; Pontificem habere per se gladium spiritualem, & quia gladius temporalis est spirituali subiectus, potest interdicere vsum gladij sæcularis, cùm id commune Ecclesiæ, aut alicuius Regni bonum exigit. C

Nota auctoritatem Papę.

D. Bernar.

Summus Pōtifex habet vtrumq; gladiū spiritualem, & temporalem.

Quartò notandum est. In Ecclesia duplicem esse gladium, temporalem, & spiritualem, quibus dum suum munos perficit, *in ædificationem corporis Christi quod est Ecclesia*, bonos recipit, & admittit; malos autem reicit, & repellit. Habet enim Papa auctoritatem excommunicandi, & mundanas potestates, cùm fidei incrementum id postulat, de suo solio, ac dignitate deponēdi. Ei enim in persona Petri Ioan. vlt. cùm dictum est; *pasce oues meas*, tradita est facultas omnis bono Pastori necessaria. Tria autem sunt necessaria pastori: vnum circa oues, aliud circa lupos, tertiū verò circa arietes. Circa oues quidem, vt ab ouili ad pascua ducat, & reducat: insuper, vt eis conuenientia pabula omni tempore prouideat. Circa lupos autē, vt eos canum multitudine ab ouili fuget, & arceat; circa arietes verò, vt si contigerit eos gregem cornibus ferire, ac lædere, possit eos recludere, & ab alijs segregare. Vnde cum Pastor Ecclesiæ qui est Papa, videt aliquem ex oue fieri lupum .i. ex Christiano, hæreticum, debet eum per excommunicationis sententiam arcere, & à grege fugare. Furiosos insuper arietes .i. Principes qui etsi fideles sint, sunt tamen adeò mali, & iniqui, vt Ecclesiæ Dei sint valdè perniciosi. profanando sacra, & templa vastando, ac diripiendo, poterit Ecclesiæ pastor recludere, & ad ouium ordinem pœnitentia mediante reducere. Vt hoc facto ouium saluti (quod est tertium) possit inuigilare, easque pascere prout debet D

Papa habet potestatē excōmunicādi, & deponendi iniquos de suo solio, & dignitate.

Tria sunt Pastori necessaria.

Nota quid sint arietes, quid lupi, & quid oues, & quid circa eos pastor agere debeat.

A debet, illis præcipiendo vt propria cuiusque status munera quique exequantur: arcendo Reges vt Ecclesiam defendant (quod est eorum munus) quod si in hoc desides fuerint, aut noluerint facere, potest eos dominio principatuũ priuare.

Munus Regũ est defendere Ecclesiam.

Vnde Leo III. à Græcis ad Germanos transtulit Imperium, eò quod Græcia nullum auxilium Ecclesiæ occidentali laboranti adferebat, vt habetur extra, de electionibus, c. venerabilem.

Curà Græcis ad Germanos Imperiũ trãslatum sit.

Nicolaus etiam Papa huius nominis primus, Lothariũ Regem Galliæ, & Valdradam concubinam eius, nec non Treuerensem, & Coloniensem Episcopos excommunicauit.

Lotharius Galliæ Rex cur excommunicatus est.

Rursus, vt narrat Nicephorus lib. 13. cap. 34. Innocent. I. audita Chrysostomi morte, Imperatorem Arcadium, & Eudoxiam eius vxorem excommunicationis vinculo ligauit, eò quòd Chrysostomum in suam reuerti sedem non permisissent, qui à Summis Pontificibus excommunicati fuerunt.

Cùm etiam Asiani nollent parere iussis Pij primi, ut Pascha non cum Iudæis, 14. Lunæ, sed Dominica sequenti celebraretur, à Victore I. huius nominis Papa, anno Domini 190. vt ait Eusebius lib. 5. hist. c. 24. excommunicati sunt.

B Innocentius etiam Primus, Imperatores Constantinopolitanos excommunicauit, & Greg. III. Leonem Græciæ Imperatorem, ut refert Zonara in vita Leonis Isauri, Ecclesiasticis censuris deuinxit, ipsum Regno priuauit, & Regnum eius, Longobardorum Regibus permisit.

Gregorius item septimus, Henricum quartum Imperatorem excommunicauit, & ab Imperio deposuit.

Zacharias Papa, Childericum Francorum Regem, eò quòd Christianam religionem non curaret, nec curari faceret, deposuit à Regno, & in suum locum Pipinum Optimum Regem suffecit, vt refertur in cap. alius 15. quęst. 6. Gregorius VII. Henricum IIII. & Othonem Quartum excommunicauit Innocentius III. Innocentius etiam Quartus, Fridericum Secũdum. Qui omnes, cum excommunicatione, Regnum pariter amiserunt.

Neque solùm hoc facit Papa cum Principibus sæcularibus; sed etiam cum Ecclesiasticis, priuando illos, & à suis Sedibus deponendo, cùm id Christianæ fidei ratio postulat. Sic enim legimus ex Nicolao Primo, in Epist. ad Mi-

chaclem, Octo Constantinopolitanos Patriarchas, à Pontifice Romano fuisse depositos, inter quos vnus fuit Anthimus, quem non obstantibus Augusti, & Augustæ minis, Agapetus Papa deposuit: in cuius locum, ab eodem Pontifice, Mena Constantinopoli suffectus est, vt ait Zonaras, in vita Iustiniani, & scribit etiam Liberatus in suo Breuiario, cap. 21. C

Damasus quoque, vt refert Theodoretus lib. 5. hist. cap. 23. Flauianum Patriarcham Antiochenum à sua sede deposuit, nec quidquam valuerunt deprecationes Theophili Alexandrini pro eo rogantis, vt refert Socrates lib. 5. suæ historiæ, cap. 15. Sixtus etiam III. misso in Hierusalem Sancto Leone Archidiacono, (qui postea Pontificia tyara decoratus est) Polychronium Episcopum Hierosolymitanũ, Episcopali dignitate priuauit. Et sanè innumera alia exempla hoc possent adferri, quæ breuitatis gratia prætermittimus. Sed de his fusius Nicolaus Sanderus, lib. 2. cap. 4. de visibili monarchia. His positis, statuimus sequentes conclusiones.

Prima concl.

Hæreticus relapsus si vult conuerti ad fidem, debet admitti ad pęnitentiæ & reconciliationis sacramentum.

D. Tho.

Secunda conclusio.

Principes dãtes suditis amplã viuendi, & credendi facultatẽ, si faciunt ij, cõtra bonos mores Ecclesiæ, peccant mortaliter, & ab hæresis, crimine non multum elongantur.

Probatˀ cõclu.

Secundò auctoritatibus.

Prima conclusio. Hæreticus relapsus, si vult conuerti ad fidem, debet admitti, ad pœnitentiæ, & reconciliationis Sacramentum cum Deo, per quam pœnitentiã ei ad æternam uitam aditus paratur: non tamen debet admitti ad vitam, honores, bona temporalia, & similiter ad priorem statum, vel ad Regnum, quod illi (ni fuisset hæresis) iure sanguinis debebatur. Hæc conclusio clara est & habetur in terminis apud Sanctum Thomam loco cit. & quidem quoad primam partem, faciunt auctoritates quæ adductæ sunt in septimo argumento in contrarium, *Deus enim nõ vult mortem peccatoris*, Secunda verò pars conclusionis, patet ex primo fundamento. D

Secunda conclusio. Principes qui amplam uiuendi, & credendi libertatem subditis dant, si id quod faciunt est contra Ecclesiæ dogmata, & bonos mores, peccant mortaliter, & ab hæreseo crimine non multum elongantur, hæc conclusio probatur ratione, & auctoritatibus.

Et quidem ratio est. Quoniam ille peccat mortaliter, qui aliquid agit, aut docet, aut permittit cõtra id quod pręcipit Ecclesia; sed Ecclesia docet extra ipsam non esse salutem, ergo qui contrarium sequitur, non est in statu salutis, & per consequens est in peccato mortali.

Secundò probatur auctoritatibus. Et primò auctoritate

A te Augustini, in Epist. 50. vbi sic ait: *Aliter seruit Rex Deo quia homo est, aliter quia Rex est. quia homo est, ei seruit uiuendo fideliter, quia verò Rex est, seruit leges iusta præcipientes, et contraria prohibentes, conuenienti uigore sanciendo: sicut seruiuit Ezechias, lucos, & templa idolorũ destruendo: sicut seruiuit Iosias, talia & ipse faciendo: sicut seruiuit Rex Niniuitarum, uniuersam Ciuitatem ad placandum Dominum compellendo, etc.* D. Aug.

Tertiò probatur ex Pontificum testimonijs. Et in primis ex Leone, Epist. 75. ad Leonem Augustum, vbi sic ait: *Debes Imperator incunctanter aduertere, Regiam potestatem tibi non solùm ad mundi regimen; sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam, ut ausus nefarios comprimendo, et quæ benè sunt statuta defendas, & veram pacem ijs quæ sunt turbata restituas.* Tertiò ex Pontificum decretis.

Item secundò, ex Anastasio II. in Epist. ad Anastasium Imperatorem, vbi sic habetur. *Hoc præcipuè insinuo Serenitati tuæ, vt cùm causæ Alexandrinorum patuerint pijssimis auribus vestris, ad Catholicam, & synceram fidem, eos auctoritate, sapientia, Diuinisque vestris mandatis, redire* B *faciatis.* Hæc ille. Vnde pij Imperatores, populis suis (si quam fortè antiquitus liberam viuendi rationem habuerant, quæ non esset Christianę doctrinæ conformis) ipsis potenti imperio ademerunt. Et hinc est, quòd Theodosius, ut patet. l. Cunctos populos. C. de Summa Trinit. & fide cathol. omnimodam suis subditis credendi libertatem euulsit, quam ante eum aliqui Principes ipsis permiserant; omnesque eo modo credere iussit, quo Romanus Pontifex credendum esse præcipiebat. Et Constantinus Magnus, licet à principio suis subditis credendi libertatem permiserit, vt narrat Eusebius lib. 10. cap. 5. postea tamen idolorum templa claudi iussit, & Christianam solam Religionem toto suo Imperio vigere, ac venerari: vt refert Optatus, lib. 2. contra Parmeni. Ex Anastasio Secundo. Constantinus Magnus, primò suis subditis amplam viuendi libertatem contulit, postea uerò se correxit. Euseb.

Tertia conclusio. Non licet Christianis, infidelem, aut hæreticum Regem tollerare, nec illum ad Regnum admittere, maximè si fuerit relapsus: imò debent illum priuare Regno, illique armis se opponere, & occidere, ne Christianæ Reipublicæ malum aliquod in fide contingat. Tertia concl. Nõ licet Christianis Regẽ infidelẽ tolerare, neque eum ad Regnum admittere.

Probatur hoc. Primò ex sacra Scriptura. Nam, 2. Paralip. 26. legimus, Oziam Regem cùm Sacerdotum sibi officium Probatur primò ex scriptura. 2. Paral. 26.

officium vsurparet, a Pōtifice Summo è templo fuisse eie- C
ctum, & propter peccatum illud à Domino lępra percussum; quo factum fuit, vt à Regno proprio, atque à suis domibus pelleretur. *Quicunque* (inquit lex) *maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium Sacerdotis, solus habitabit extra castra*. Si ergo propter corporalem lepram Sacerdos à suo Regno Regem excludere poterat, multò magis Papa poterit aliquem hæreticum (cui aliàs nisi fuisset hæresis iure sanguinis Regnum competebat) propter hæresim Regno priuare, & consequenter subditi debent ipsum in Regem non admittere.

Secundò. 2. Paralip. 23. Secundò probatur idem ex 2. Paralip. 23. Vbi cùm tyrannicè Athalia Regnum occupasset, & cultum Baal foueret, Ioiada *Summus Sacerdos, vocatis centurionibus ac militibus, iussit illam occidi. Educite* (inquit *eam*, idest Athaliam Reginam) *extra septa templi, & interficite foris gladio*, quod cùm effecissent, & templum Baal, quod ipsa colebat, destruxissent, pro ea, Ioas Regem populi creauit. Ergo poterit, & debet à Populis non modò hęreticus non admitti; sed etiam occidi. In cuius confirmationem faciunt omnia quæ adduximus in quarto notando. D

Athalia occisa quid repręsentat.

Tertiò. Deuter. 17. Tertiò probatur, ex Deut. 17. ubi prohibetur populo eligere Regem, qui nō sit de fratribus suis, ne eos ad idololatriam pertraheret, ergo neq; etiam licebit Christianis eligere, aut admittere nouiter Regem infidelem, aut hæreticum, qui eos pertrahet in suam hæresim, & infidelitatem.

Quartò probatur rōne. Quartò probatur ratione. Nam si Principes, & Domini infideles, curent fideles à fide auertere, possunt ipsi peti bello, & dominio priuari, ut ait D. Tho. 2. 2. q. 10. art. 10. ergo si fuerit Princeps hæreticus, qui semper alios ad suam hæresim conatur adducere, potest imò debet excludi à dominio, etiam quod iure ei competebat.

D. Thom.

Quintò. Quintò, Quoniam admittere Principem infidelem vel hæreticum conantem adducere alios ad suum errorem, est ponere fidem, & Christianam Religionem in euidenti subuersionis periculo, quia *qualis est Rector Ciuitatis* (ut dicitur Ecclesiast. 10.) *tales & habitatores in ea*, ergo non debent populi, hęreticum ad Regnum admittere. Antecedens patet ex varijs exemplis. Nam Hieroboam (ut dicitur 3. Reg. 12.) regnante, qui erat Idolatra, maxima quęque pars regni Idola coluit. Constantino etiam Regnante, florebat Ecclesia, quę Constantio Imperante opprimebatur,

Ecclesiast. 10
3. Reg. 12.
Quales sunt Reges, tales sunt eorum Populi.

A batur,& in Anglia regnante Maria, totum regnum,quod à veritate recesserat, ad Fidei Catholicæ redijt claritatem; quod tamen regnante impia Elisabetha (ut superius uidimus) iterum tota illa Regio, Caluini cæpit errore pullulare; sed non debent Christiani permittere,cum maximo fidei detrimẽto,ut hæreticus Regni solio, ac diademate decoretur,ergo.

Sextò probatur, ex matrimonio. Nam sicut mulier fidelis liberatur à iugo viri infidelis, (vt ait Apostolus) sic & populus fidelis à iugo Regis infidelis; sed illa potest, & debet infidelem relinquere,neque ei est obligata, ergo & fidelis populus potest, & debet hæreticum relinquere, & dominio,aliàs iure sanguinis suo,illum priuare. Sextò. Nota rõnem.

Septimò probatur. Quoniam cùm Reges & Principes ad Ecclesiam veniunt,vt Christiani fiant,cum hoc pacto expresso,vel tacito recipiuntur,vt promittant se Christianam fidem,etiam sub pœna Regni defensuros, ergo si quis à fide decidat,& fiat hęreticus,eo ipso à Regno etiam cecidisse constat: ergo Christianus populus pro viribus ei resistere debet, neque vnquam ad fidelium consortium, B neque ad aliquem Ecclesię honorem,aut temporalem auctoritatem vel ad Regnum admittere. Dicit enim Hieronymus,& habetur 24. q. 3. *resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arrius enim in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est.* Hæc ille. Restat modò, vt argumentis in principio quæstionis factis respondeamus. Septimò. Reges & Principes ad Ecclesiam venientes quid promittant. D.Hiero. Arrius vna ignis scintilla fuit, sed quia nõ statim oppressa fuit, ideò totũ orbẽ inflammauit.

Ad primum dicimus,loquendo de Infidelibus qui nunquam subiecti fuerunt Romano Imperio,licere eis obedire,dum sumus in dominio eorum, dum verò finibus suis non contenti,vt diximus superius, in nos bellum gerunt, & vincunt, nullo modò sunt domini. Loquendo uerò de hæreticis,& maximè relapsis, negamus antecedens, quoniam,per hæresim à dominio ceciderunt. Ad primum.

Ad secundum, patet solutio ex secundo notando, & secunda etiam conclusione. Libertas enim illa, est cõtra Ecclesiam, & multa imminent pericula in Christianam Religionem. Ad secundũ.

Ad tertium negatur sequella. Est enim dispar ratio, illud enim non licet,quoniam & iure Diuino,& legali prohibitum Ad tertium.

hibitum

hibitum est: hæretico verò quòd resistamus, eumque Regno priuemus, & Deus vult, & sic iura disponunt.

Ad quartum.

Ad quartum respondeo, D. Thomam intelligere de excessu tyrannidis, in qua non imminet aliquod periculum maius, & maximè animæ, sed in admissione praui infidelis, aut relapsi hæretici, imminet periculum fidei, dum (si regat) timetur, ne omnes blanditijs, aut minis, & vi, sit in suam hæresim adducturus.

Ad quintum. D. Tho. Cæsaris prælatio erga Christianos cuius erat rationis. D. Sebastianus manebat in domo Cæsaris, vt intimos in fide Christianos nutibus confirmaret.

Ad quintum respondet D. Thom. 2.2.q.10.ar.10. ad 2. *quòd illa Cæsaris prælatio, præexistebat distinctioni fidelium ab infidelibus; vnde non soluebatur per conuersionem aliquorum ad fidem: & vtile erat, quod aliqui fideles, locum in familia Imperatoris haberent, ad defendendum alios fideles, sicut B. Sebastianus, Christianorum animos quos in tormentis videbat deficere confortabat.*

Ad sextum.

Ad sextum respondeo, ex doctrina eiusdem Diui Tho. loco cit. ad 3. quòd serui subijciuntur dominis suis ad totam uitam, & subditi præfectis ad omnia negotia: sed ministri artificum subduntur eis ad aliqua alia opera. Vnde periculosius est, quòd infideles accipiant dominium, aut prælationem super fideles, quàm quòd accipiant ab eis ministerium in aliquo artificio. Et ideò permittit Ecclesia, quòd Christiani possint colere terras Iudæorum, quia per hoc non habent necesse conuersari cum eis, & tamen si ex tali communicatione aliquid contra fidem timeretur, esset prorsus interdicendum.

Cur permittit Ecclesia, quòd Christiani possit Iudæorum terras incolere.

Ad septimũ.

Ad septimum, & vltimum respondeo, cum D. Tho. loco cit. quòd alij infideles qui nunquam fidem acceperunt, cõuersi ad fidem, nondum ostendunt aliquod signum inconstantiæ circa fidem; sicut hæretici relapsi: & ideò non est similis ratio de vtrisque.

Ad argumenta scripturæ.

Ad alias verò auctoritates scripturę, quibus dicitur, Deũ nullum reijcere peccatorem, sed omnes admittere, dicendum est: admissionem esse duplicem, alia enim est ad pœnitentiæ sacramẽtum, dum homo vnitur per ipsam Deo, & hoc nulli hæretico quantumuis relapso negari potest, vt diximus in prima conclusione. Alia est admissio ad uitam, famam, honores tẽporales, & Regnum, & hac ratione dicimus hæreticos relapsos non esse admittendos, quia ipso facto ijs omnibus priuilegijs destituti sunt.

Quòd si quis dicat, eos velle esse modò bonos, & per cõsequens debere admitti: dicimus difficile hoc esse, & Ec-

A clesiam de ipsis semper idem malum iudicare. dicit enim Salomon Prouerb.21 *adolescens iuxta uiam suam cùm senuerit, difficilè recedet ab ea*, & alibi. Hiere.13. *nunquid mutare potest Aethyops pellem suã, aut pardus uarietate suas? et uos poteritis benefacere cùm didiceritis mala dicit Dominus*. Vnde & Poeta ille dixit. Prouerb. 21. Hiere.13.

Quo semel est imbuta, recens seruabit odorem testa diu. Horatius.

Et licet D. Tho. quodlib.10. art.16. incorpore dicat, non esse necessarium semper reuertentem hæreticum ad dignitatem recipi: cum aliquibus tamen ait misericorditer dispensatum fuisse, præcipuè propter bonum pacis, & propter fructum aliquem qui inde speratur: quod 1.2.q.11. art.4. frequenter dicit esse factum, non in relapsis, sed in primò ab hæresi reuertentibus; nihilominus (saluo meliori iudicio) vlterius est dicendum.

Nota quando Princeps hæreticus debet admitti. D Tho. Relapsi nunquam sunt admissi ab Ecclesia.

Quòd si Regnum aliquot hęretica fuerit prauitate infectum, & illius Rex, seu Princeps, etiam si hæreticus relapsus sit, ad Catholicam fidem verè reuerti vellet, multa conuersionis signa ostẽdendo, expediret profectò, & maximè laudabile esset (si Summo Pontifici sic uideretur) illũ non B solùm ad pœnitentiam, sed etiam ad statum, & Regni dominium recipere; eò quòd ex illius conuersione, cæteris Regni, maximum in fide commodum accederet, iuxta illud Salomonis, Ecclesiast.10. *qualis est Rector Ciuitatis, tales & habitatores in ea*, Et sic militat ratio Sancti Thom. dum ait, quòd debet admitti propter fructum alium qui inde speretur, & propter bonum pacis. Quod è contrario accideret, quando Regno iam catholico, & in fide confirmato, hæreticus relapsus, qui profitetur se ad fidem esse cõuersum, in Regem, aut Principem esset constituendus: Vbi uerisimiliter multitudini damnum in fide; & Christiana Religione timeretur, quæ est ratio D. Tho. in corpore dicti art.4. Atque hęc omnia de hac quæstione, & de toto opere dicta sufficiant, ad laudem, & gloriam Sanctissimæ Trinitatis, ad honorem Deiparæ Virginis, ad vtilitatem Pastorum, & totius Populi Christiani. Cęterùm, omnia, & singula in hoc opere à me dicta, & alibi forsan (uita comite) dicenda, correctioni, & iudicio Sanctę matris Ecclesię Romanę, libentissimè subijcio, & subiecta esse volo. Ecclef. 10.

FINIS.

VENETIIS,
Apud Ioannem Baptistam ab Ostio.
M D X C V.

14

zonius Specul, Episco

3


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm